li ad Hebræos, Deus noster ignis consumens est, sicq; coniunctio &, tenetur expositiue. Chry
sostomus et Beda per ignem intelligunt tribulationis atq; tentationis feruorem, q̄ Christi fi-
deles purgantur. nam omnes q volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Lyra
per ignem intelligit sensibile signū, in q̄ spiritus sanctus frequenter in primitiua ecclesia dabat
baptisatis, quēadmodū et apostolis in die pentecostes in igneis linguis legitur datus. Aliı̄ per
Actu. 2 ignem intelligunt purgatoriı̄ pœnā, in q̄ post vitam præsentem lauantur atq; purgantur qui
cum reatu decedunt, ⌊cuius ventilabrum in manu sua,⌋ Ventilabrum est instrumentum quo
blada purgantur, separando ea a paleis, per quod intelligitur iustum iudicium Christi, q̄ electi
a reprobis segregāt. Area autē vocatur ecclesia, in qua boni ac mali cõmixti sunt, sicut in area
triticum

A triticũ, paleaq́ simul ponũtur. Triticũ vero electos significat, horreũ vero regnũ cœleste, pa
lea reprobos. Est igitur sensus. ⌞Cuius⌟ videlicet Christi, ⌞vẽtilabrũ⌟ id est, iustũ iudiciũ,
iudiciariaq́ potestas est, ⌞in manu⌟.i. in potestate sua. Pater em̃ om̃e iudicium dedit filio, & Johan. 5.
potestatẽ dedit ei iudiciũ facere, q̃a filius hominis est, & ⌞permũdabit⌟.i. perfecte purgabit Matt. 25
⌞areã suã⌟.i. ecclesiã militãtẽ in die iudicij, quãdo separabit agnos ab hœdis. Nũc em̃ peruer
si cũ bonis miscẽtur, sed tũc loco & præmio separabũtur. Quotidie quoq́ purgat deus aream
suã dupliciter. Primo, impios de hac vita tollẽdo, ne inficiant simplices. Secũdo, electos mul
tipliciter castigãdo, spiritualiter circũscindẽdo, ad futurã beatitudinẽ disponẽdo, per tribu- Sapiæ. 3
lationes diuersas, quemadmodum in sapientia scribitur: Tanquam aurum in fornace proba Job. 23
uit illos, & quasi holocausti hostiam accepit eos. Reprobos vero dimittit secũdum desideria Psal. 80.
cordis eorũ, vt eant in adinuẽtionibus suis, super quos nõ est virga dei, vt in Iob legitur: ⌞Et Job. 21
cõgregabit triticum suum in horreum suum,⌟ id est, electos in regnũ supernum, quãdo di- Matt. 25.
cturus est eis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis ab origine mũdi paratũ, Psal. 1
⌞paleas autem⌟ id est, infructuosos, leues & reprobos, de quibus ĩ psalmo: Nõ sic impij, sed
tanquam puluis quem proijcit vẽtus à facie terræ, ⌞comburet⌟ hoc est, puniet nõ consumet Inferni pœna
⌞igni inextinguibili⌟ id est, flamma & pœna infernali nũquam cessante, per quod damna- perpetua.
tur error dicentium pœnas inferni tandem post longa spacia terminari. Vnde in Ezechiele Ezech. 22.
testatur ad impios: Conflabo & congregabo vos, & succendã vos in igne furoris mei, & cõ- Psal. 139
flabimini in medio eius, sicut conflatur argẽtum in medio ignis. Vnde psalmographus: Ca- Apocal. 21
dent inquit, super eos carbones, in ignem deijcies eos, in miserijs nõ subsistent. Et Iohãnes in
B Apocalypsi: Pars illorum erit in stagno ardẽti, & sulphure, & fumus tormentorum ascendet
in secula seculorum. O vtinam verba ista terrifica animæ sapienter sapetent, & auræ cordis
ea perciperent, vtiq́ nil carnale aut trãsitorium eam delectaret, sed cum sancto Iob diceret: Job. 31
Semper quasi tumẽtes super me fluctus timui deum. Sed cum de impijs dicatur: Ad nimium Job. 24
calorem transeant ab aquis niuium, cur de solo igne nũc fit mentio. Dicendum quòd nomi-
ne ignis quælibet grauis afflictio designatur, vel de igne solum fit mentio, tãquam principa-
li tormento. ⌞Tunc⌟ videlicet Iohãne prædicante ac baptizante, ⌞venit Iesus à Galilæa,⌟
puta à ciuitate Nazareth, in qua ipse hucusq́ iuuenis habitauit cum virgine matre, sponsus
cum sponsa, creator cum creatura. Christus saluator cum Maria prælecta incomparabili-
ter benedicta, cum qua deus tanto tempore in terris cõuersari ac demorari elegit, quia deli-
tiæ eius esse cum illa, ⌞in Iordanem⌟ hoc est, ad loca iuxta Iordanis fluenta, ⌞ad Iohannem Prouer. 8
(Baptistam) vt baptizaretur ab eo⌟ in Iordane. Cur agnus sine macula, cur deus & homo in-
ter populares aduenit, vestimẽta deposuit, & vt baptizaretur manibus serui se nudum suppo Alias inauditũ
suit. Obstupẽdum ac metuẽdum, pariterq́ amãdum spectaculum, quid mirum si expauit Io
hannes oculis corporalibus hoc cernẽs, cum & nos sola cõsideratiõe intellectualis oculi cõ-
tremiscimus. Cur ergo hoc factum sit statim, dicetur. ⌞Iohãnes autẽ⌟ ex humilitate ⌞pro-
hibebat eũ⌟ nõ per modũ imperij, cũ hoc sit superioris, sed per modũ humilime abnegatiõis
sciẽs se indignũ ad baptizãdũ filium dei, queadmodũ etiã Petrus ait ad Iesum: Nõ lauabis mi Johan. 13
hi pedes in æternũ. Cõsiderãs nãq́ Iohãnes suam paruitatem, & Christi maiestatem, incre-
dibiliter mirabatur de tãta dignatione & humiliatione dei incarnati. Prohibebat itaq́ eũ pu-
blice corã populo dicẽs: ⌞Ego à te debeo⌟.i. indigeo & debito cõdecẽtiæ teneor, ⌞baptiza
ri⌟ baptismo tuo euãgelicæ legis sacramẽto, vel saltem interiori baptismo, quod & factũ est,
sicut ait Chrysostomus, quod Christus postea baptizauit Iohãnem. Debuit autem Iohãnes Johãnes bapt
C baptizari à Christo, propter venialiũ remissionem, propter gratiæ incremẽtũ, propter pro- tizat⁹ a Chro.
priæ doctrinæ approbationẽ, quatenus ipse faceret ad quod alios hortabatur. Admonuit e- Apli quoque a
nim alios, vt Christi baptismũ susciperẽt, apostolos quoq́ baptizatos esse à Christo proba- Chro baptiza
bile est. ⌞Et tu venis ad me⌟ seruũ tuũ, quasi dicat. Hoc om̃ino mirabile est, mysteriũq́ igno ti.
ro. ⌞Respõdens autem Iesus) Iohãni, dixit ei) sine⌟ id est, ab hac tua prohibitiõe cessa, & di-
mitte me baptizari ⌞modo⌟ nũc cum tempus est humiliationis, ⌞sic em̃⌟ videlicet, vt ego
baptizer à te, tuq́ baptizes me, ⌞decet nos⌟ ambos, & me specialiter, ⌞implere omnẽ iusti-
tiam⌟ id est, omnẽ perfectionẽ, virtutẽ, & maxime humilitatẽ. Hæc est præcipua ratio ba- Chrũs cur bap
ptizatiõis Christi, vt oẽm impleret iustitiã. Sumitur vero iustitia pro loco cõmuniter, pro- tizat⁹ a Jo
ut omnẽ virtutẽ includit. Iustũ itaq́ fuit Christũ baptizari. Primo, q̃m in hoc natus est, & ad hanne.
hoc venit in mũdũ, vt humanã operetur salutẽ. Queadmodũ ergo occisus est, vt nos à mor-
te eriperet, sic baptizatus est, vt suo baptismo animas nostras purgaret, tactuq́ sui sanctissi-
mi corpis, aquis vim regeneratiuã pręstaret. Tertio, vt baptismũ Iohãnis approbaret. Quar
to, vt nobis perfecte humilitatis formã ostẽderet. Quinto, vt primo faceret, quòd statim edo
cuit. Docuit em̃ Christus alios vt baptizẽtur. ⌞Tũc dimisit eũ Iohãnes,⌟ id est, ratione tã-
ti mysterij cognita, dimisit Christum suis se subdere manibus, præparans se ad baptizãdum
dominum vniuersorum. ⌞Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua,⌟ hoc est,
Iorda

Iordanē exiuit, stans in ripa vel prope. ⌊Et ecce aperti sunt ei cœli⌋ nō per diuisionē cœlestium corporꝫ, q̄ incorruptibilia sunt, sed per effectū quēdā cœlestē cœlitus apparētē. Cum **D**
enī pater & spūs sanctus in cœlo habitare & eē dicātur, tūc cœli asserūtur aperiri, quādo per subiectā creaturā apparēt hominibus, iuxta quē modū orat psalmista: Dn̄e inclina cœlos tuos & descēde. Esaias quoqꝫ: Vtinā (inq̄t) disrumperes cœlos, & descēderes. Propter q̄d dicit Hieronymus: Aperti sunt cœli, non reseratione elemētorꝫ, nomine aūt elemētorꝫ intelligit etiā orbes cœlestes. Et Chrysostomus: Nō rupta est creatura cœlestis. Verūtamē aduertendū, q̄ lux quædā copiosa desuper fusa descēdit, & circa Christū apparuit, propter quàm videbatur quædā scissio siue apparitio esse in cœlo, quēadmodū t̄pe magnæ fulguratiōis. Vnde Ezechiel, cū visiones dei describeret, cœlos affirmat apertos fuisse. Similiter Stephanus de apertione cœlorꝫ loquitur: Sic ergo aperti sunt ei (videlicet, Christo, id est, ad manifestādam gloriā) eius cœli om̄es. ⌊Et vidit⌋ visione corporali ipse Christus siue Iohānes. Vterqꝫ enī eorꝫ vidit q̄ subditur: ⌊spiritū dei⌋ .i. spiritū sanctū, ⌊descendētem sicut columbam⌋ .i. in forma columbæ, ⌊& venientē super se⌋ .i. sedētem super caput Christi, vt supra Apostolos sedit in igneis linguis. Vnde Iohānes Bap. ait: Vidi spiritū descēdentē de cœlo quasi columbam, & māsit super eū. Hāc columbā angelus ex materia elemētari formauit vt dicitur, eāqꝫ mouit, sed ipsa spiritū sanctū representauit, quæ ministerio suo peracto, in præiacētē est reuersa materiā. ⌊Et ecce vox de cœlis (intonuit) dicēs,⌋ vox ista ab angelo formata est in persona dei patris, qui dicitur apparuisse in voce, non quia visus, sed quia auditus. ⌊Hic est filius meus⌋ naturalis, coæternus & vnicus, nō adoptiuus, ⌊dilectus,⌋ quē secūdum quod deus est tātū diligo, sicut meipsum, videlicet superæstuāti, dulcissimo, penitusqꝫ infinito amore. Secundū vero humanitatē eius assumptā, verbo vnitā, diligo eū amplius quàm totum vniuersum: q̄m maius bonū cōtuli ei soli, quā om̄ibus alijs simul, videlicet personalē vnionē cū verbo, & gratiā sine mēsura, ⌊in q̄ mihi cōplacui⌋ .i. de ipso & eius perfectiōe in meipso cōplacentiā, delectationēqꝫ habeo tanq̄ qui talē filiū genui, tā speciosum, sanctū & mihi om̄ino simillimū. Si enī lætatur deus in operibus suis, & si beneplacitum est dn̄o in populo suo, quāto magis in filio suo vnigenito delectatur & cōplacet, in quo nil dissimilitudinis, nil cōtrarietatis, nil mali inuenitur. Deniqꝫ secūdum diuinitatē Christi cōplacet sibi pater in Christo, cōplacētia infinita, secūdū humanitatē vero assumptā, habet in eo cōplacentiā singularē, tanq̄ in filio obediētissimo. Vnde & ita potest exponi. In quo mihi cōplacui, id est, in quo voluntas mea implebitur, quātū ad reparationē generis humani, propter q̄d Chr̄s testat: Quę placita sunt ei facio semp. Circa p̄habita quærit, an baptizati baptismo Iohānis erāt rebaptizādi baptismate Chr̄i. De hoc duplex fuit opinio, vna dicētiū, q̄ baptismus Iohānis, q̄a p̄paratori⁹ fuit ad Christū, idcirco si baptismū illū suscipiēs, retulit eū ad Christū, cōstituēdo spem suā in gr̄a eius, nō indiguit denuo baptizari. Hæc est opinio magistri lib. 4. Thomas vero & alij multi dicūt, q̄ q̄a sacramēta nouæ legis gratiā cōferūt ex ope operato, idcirco q̄ baptismus Chr̄i fuit de necessitate salutis, nō suffecit baptismus Iohānis, cū relatiōe p̄dicta, sed baptizati baptismo Iohānis, baptizādi erāt baptismate Chr̄i, sicut & Paulus in actibus ap̄lorꝫ fecisse narrat. Et ista opinio roborat verbis Augustini, q̄ dicit sup Iohānē: Baptizauit Iohānes & baptizatū nō est. Baptizauit Iudas, & baptizatū est. Insup quærit, cur spūs sanctus in forma colūbæ apparuit ī baptismo. Dicēdum, q̄ p colūbā innocētia, puritas, atqꝫ simplicitas designātur, q̄ oīa ad bonitatē ptinēt, q̄ spiritui sancto appropriatur. Cōueniēter ergo in specie colūbę ostēsus est. Secūdo, ad designādū q̄ in Christo vera innocētia, summa puritas & circūspecta simplicitas fuit. Tertio, ad denotādū q̄ per baptismū homo ad originalē innocētiā, puritatē ac simplicitatē reuertit, dū ab om̄i labe peccati mundat, & om̄i virtute infusa subito decorat. ¶Quęrit, cur spūs sanctus descēdit sup Chr̄m baptizatū. R̄ndēdū, q̄ primo quaten⁹ Iohānes plenius instrueret de Chr̄o & efficacia sui baptismatis, propter q̄d ait: Ego nesciebā eū, sed q̄ misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, sup quē videris sp̄m descēdētē. Hic est q̄ baptizat in spū sancto. Secūdo, vt Iohānes dignitatē & gloriā Christi populo nūtiaret, sicut & fecit, iuxta illud: Testimoniū p̄hibuit Iohānes, dicēs, q̄a vidi spiritū descēdētē, & māsit sup eū, rursusqꝫ ego (inq̄t) vidi, & testimoniū p̄hibui, q̄a hic est filius dei. Tertio, ad demōstrādū plenitudinē gratiæ Christi, cuius gratia in baptismo aucta nō est. Quarto, propter mysteriū. s. ad insinuādū, q̄ baptizatis Chr̄i baptismo spūs sanctus infundit, regnūqꝫ cœleste aperit. Ideo enī & cœli aperti sunt, tūc q̄qꝫ trinitas supbenedicta mōstrata ē, in cuius nomine Chr̄i baptism⁹ cōfert: q̄ vsqꝫ ad illud t̄ps nulli p̄cedētiū p̄riarcharꝫ aut p̄phetarꝫ ita apte atqꝫ distincte reuelata ē, sicut Iohāni, in q̄ ei⁹ excellētia declarat. Tūc enī p̄r apparuit in voce, q̄ formata fuit in aere, ad insinuādū, q̄ dicēdo genuit vnicū filiū suū, q̄ est verbū ore patris æternaliter, intellectualiterqꝫ prolatū, iuxta illud Ecclesiastici: Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante oēm creaturā. Filius vero apparuit in humanitate assumpta. Spūs sanctus in columba, nō vtiqꝫ sicut assumpta, sed velut in signo representatiuo. ¶Postremo quærit, an solus Io-

Marginal notes: Cœli q̄n̄o aperiri dicantur. Psal. 143. Esaiæ. 64. Hieronymus. Chrysostom⁹. Ezech. 1. Actorꝫ. 6. Actorꝫ. 2. Iohan. 1. Matt. 17. Marci. 1. Luc. 3. et 6. **E** Iohan. 3. Psal. 103. Psal. 146. Iohan. 7. Baptizati a Iohāne, denuo erāt rebaptizandi a Christo. Actorꝫ. 18. Spūs sanctus cur ī colūbę specie apparuerit. **F** Super Chr̄m cur descenderit spūs sanctus. Iohan. 1. Ibidem. Iohan. 1. Eccle. 14.

solus Iohannes viderit colũbam sup Chr̃m descendẽtẽ, an etiã ipse audierit solus vocẽ patris
A ꝓsupposito, ꝙ Chr̃us vidit & audiuit illã & istã. De hoc nil legi, sed apparet ꝙ sic, aliter nõ in
diguisset testari populo, quemadmodũ viderit spiritum sanctũ in Christũ descendere.

¶ Elucidatio Capituli quarti.

¶ Tũc ductus est Iesus in desertũ à spiritu. Articulus VII.



Stensa vera diuinitate, humanitateq́ Christi, consequenter tendit euange
lista ad describendã conuersationẽ ipsius, cuius tota actio nostra instructio
est. ⌊Tunc⌋ videlicet mox vt baptizatus est ⌊ductus est⌋ rõnabili sugge
stione atq; interna inspiratiõe ⌊Iesus in desertũ à spiritu⌋ sancto, q animã
Christi induxit ad hoc vt ingrederetur desertũ propter rationabiles cau-
sas, Christus quippe vt homo plenissimus fuit septẽ donis spũs sancti, quẽ
admodũ in Esaia legit: Requiescet sup eũ spũs dñi, &c. Sicut aũt virtutes
morales efficiunt hominem prompte mobilẽ à ratione, vt eius sequatur iudiciũ, sic dona spũs
sancti reddũt eũ faciliter mobilem à spiritu sancto. Idcirco Christus homo à spiritu sancto di
rect⁹, ductus & motus est, vt introiret desertum. Vnde Lucas dicit, quod agebatur à spiritu in
desertũ. Qui autem spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Quod enim hoc loco p spiritum desig Luce. 4
netur spiritus sanct⁹, patet ex duobus. Primo qm̃ in Luca dictũ est, Iesus plenus spiritu sancto
regressus est à Iordane, mox subditur, & agebatur à spiritu in desertum. Secũdo, quia hoc loco
dictũ est in desertum à spiritu, subiungitur, ⌊vt tẽtaretur à diabolo,⌋ per quod notatur distin- Luce. 4
ctio inter spiritum & diabolum. Potest quoq; p spiritũ quo ductus est Iesus intelligi spũs eius
rationalis creatus, videlicet anima, de quo ait: Spiritus quidem promptus est, caro autem infir
ma, ad denotandum quod propria atq; spontanea voluntate, & ex rationis iudicio, non coa-
cte, desertum ingressus sit. Dicunt aliqui, quod desertum, de quo iam sermo, sit illud quod est
inter Hierusalem & Hiericho. Oportet aduertere, quod multiplex est spiritus, s. increatus, qui
B est incircumscriptus, videlicet deus, & creatus ac circumscriptus. Spiritus quoq; creatus, alius
est rationalis, alius irrationalis, de quo Salomon: Quis scit, si spiritus filiorũ hominum ascendat
& spiritus iumentorum descendat? Spiritus autem rationalis creatus, alius est coniunctus, vt
anima rationalis, alius separatus, & iste est duplex, alter enim est ad deum inauertibiliter cõuer
sus, vt angelus, alius à deo inconuertibiliter auersus, vt dæmon. Deniq; ratio subditur, cur in
desertum ductus est Iesus, vt tẽtaretur à diabolo. Ista est vna causa, non tamen tota, nec sola,
neq; præcipua. Poterat nanq; & extra illud tentari, sicut & in pinnaculo templi tentatus est.
Sunt ergo & aliæ causæ potiores. Prima, vt solitariam vitam commẽdaret, atq; heremiticæ ac
anachoriticæ conuersationis exemplum preberet. Secunda, vt pro nostris peccatis in heremo
pœnitentiam. i. opera satisfactoria ageret. Tertia, vt formã vitandi laudem hominum demõ
straret. Mox enim vt à Iohanne tam magnifice commendatus est populo, secessit in heremũ.
Et nos ergo laudari, quæramus abscondi, amantes nesciri. Voluit quoq; Christus tẽtari, vt nos
ad tentationes perferendas animaret, vt gratiam triumphandi nobis mereretur, vt formã vin-
cendi ostenderet, vt tentatoris virtutem debilitaret, nosq́; à tentationibus liberaret. Aliam rati
onem tangit apostolus ad Hebræos. Debuit (inquit) per omnia fratribus similari, vt misericors
fieret & fidelis pontifex ad deum. In quo enim passus & ipse est tentatus, potens est eis qui tẽ
tãtur auxiliari. ⌊Et cũ ieiunasset quadraginta diebus (artificialibus) & quadraginta noctibus⌋
non vtiq; eo modo sicut nos ieiunamus, qui quotidie semel reficimur, & tamen ieiunare cen-
semur, sed tanto tempore nullum corporeum cibum sumpsit, nec potum. Vt in Luca habetur Luce. 4
Nihil manducauit in illis diebus ⌊postea esuriit⌋ nõ necessitate naturæ, sed diuina dispensatio-
ne ac propria voluntate. Quamuis enim omnino supernaturale sit hominem tot diebus nil ede
re, sicut in Mose & Helia, tamen in Christo mirabilius fuit, quod postea esuriit, quam quod in 3. Re. 19
terim nihil comedit, quia (vt ait Augustinus in epistola ad Dioscorum) Tanta extitit beatitudo
C animæ Christi, quod ex redundantia eius poterat corpus Christi ab omni passione & læsione
præseruari, & præseruatum fuisset, nisi deo dispẽsante redundantia illa fuisset suspẽsa vsq; ad re
surrectionẽ. Non ergo indiguit cibo, nisi ex voluntate, qua voluit redundantiam beatitudinis
animæ suæ in corpus suspẽdi. Esuriit quoq;, vt sua fame mereretur nobis gratiam magnã, &
animæ saturitatẽ. Quicquid enim fecit aut ptulit vt viator, nobis meritorium fuit. Itẽ, vt assum
ptæ humanitatis veritatẽ ostẽderet. Rursus, vt dæmoni daret occasionẽ tẽtandi. In veteri te-
stamento leguntur Moses & Helias tot ieiunasse diebus, de quorum esuriæ nihil subiungitur.
Certum ẽ tamẽ, quod postea esurierunt. ¶ Quærit quare saluator non ieiunauit diutius, quam
Moses & Helias. Dicẽdũ ne ei⁹ diuinitas pateret diabolo, & etiam propter mysticam rõnẽ, eo
ꝙ quadragenarius numerus cõueniat pœnitẽtiæ. Constat nãq; ex denario quater ducto, sicq;
significat castigationem hominis ex quatuor elemẽtis compositi cum obseruatione decalogi,
secundum quatuor euangeliorum doctrinam. Et iterũ: Qm̃ tot diebus ieiunando offerimus
deo decimas anni siue dierum, cui & aliarum rerum decimas offerre iubemur sc̃dm Gregoriũ.

Et ac

⌊Et accedens tentator,dixit ei⌋Iste tentator & dæmon fertur fuisse Lucifer,quod magister sen
tentiarum sentire videtur,Hilarius quoque testatur,quod fuerit dæmonũ princeps. Accessit autem ad D
Christum in forma visibili & humana,& forte in forma hominis religiosi,vel simulata sancti-
tate circundatus,citius falleret. Porro tentare proprie sumptum, est experientiam explorare
de re ignorata, vel dubia. Demon ergo dubitauit de Iesu Nazareno, an esset Christus, id-
circo optauit certificari de hoc,habuit nãque pro vtraque parte rõnes sibi quodãmodo insolubiles.
Dicit autem Chrysostomus,quod audiuit angelos,gloria in excelsis deo,cantantes. Angelum
quoque euangelizantem pastoribus,quia natus est vobis hodie Saluator, vidit & Magos veni-
entes,& puerum adorantes,verba etiam Symeonis & Annæ audiuit,testimoniumque Iohan-
nis,ex quibus conijciebat Iesum esse Christum, præsertim quia ex vaticinio Danielis de nu-
mero hebdomadarum cognouit tempus aduentus Christi impletũ. Ex prophetijs insuper Esa-
iæ & Hieremiæ quorum vnus ait: Vocabitur nomẽ eius,admirabilis,cõsiliarius,deus,fortis, &c.
Alius vero: Hoc est nomen quod vocabunt eũ dominus iustus noster,loco cuius in Hebræo
habetur nomen dñi Tetragrammaton,quod soli vero conuenit deo. Ex his (inquam) & alijs pro-
phetarum scripturis,sciebat quod Christus esset deus & homo in vna hypostasi seu persona,ex quibus
omnibus simul pensatis,vehementer opinatus est,quod Iesus esset Christus mundi saluator. Sed
ex alia parte,videns eum inter populares baptizatum,& fame confectum, dubitauit quomo-
do talis posset esse deus & homo seu Christus. Hinc ergo dixit ad eum⌊Si filius dei⌋ vnige-
nitus de quo locuti sunt prophetæ⌊es,dic⌋.i.propria authoritate iube,& dicendo effice,⌊vt
lapides isti⌋ qui coram te iacent,⌊panes fiant.⌋ Cogitauit autem diabolus versipellis, si sine
Psal. 32 meo subsidio poterit propria potestate subito rerum naturas mutare,sciã quod sit vniuersorum
creator,de quo legitur:Ipse dixit,& facta sunt. Si autem non poterit,scio quod homo purus con-
sistat. Tentauit autẽ de lapidum mutatione in panes,eo quod esset fame laborans,& pro cõsequẽs ma
gis inclinatus ad tale miraculũ. Sed non est sapiẽtia,nec est sciẽtia,neque cõsiliũ cõtra dñm. Sapiẽtia
enim in omnibus sapienter agit. Quid ergo respondit fons sapientię,verbũ dei in excelsis. Sequitur. E
⌊Qui respondens dixit ei,scriptum est: Non in solo pane⌋.i. corporeo cibo,⌊viuit homo⌋
secundũ vtrãque partẽ suam,videlicet corpus & animã⌊sed in omni verbo⌋ sacræ scripturæ,
⌊quod procedit de ore dei⌋.i.ab intellectu diuino inspiratur,& per angelos reuelatur hominibus san-
ctis. Quẽadmodũ enim corpus sustentatur & cõseruatur in vita naturę per panẽ materialẽ,sic anima
cõseruatur ac roboratur in vita gratiæ per verbũ dei seu sacram scripturã, quẽadmodũ ait Sal-
Iohan. 5 uator: Qui audit verbũ meum,& credit ei qui misit me,habet vitam æternã. Et alibi: Beati qui
audiunt verbum dei,& custodiunt illud. Itaque verbũ dei intellectum illuminat,ad fidem indu
cit,opera dirigit,errores excludit. propter quod ait Psalmista: Lucerna pedibus meis verbum
Psal. 118 tuum,& lumen semitis meis. Spem roborat,iuxta illud: Memor esto verbi tui seruo tuo in quo
mihi spẽ dedisti. Charitatẽ accẽdit,iuxta illud: Ignitũ eloquiũ tuũ vehemẽter. Animã cõsolatur,
à voluptate auertit,timorem inducit,& breuiter sicut ait Apostolus: Omnis scriptura diuinitus in-
spirata,vtilis est ad docendum,ad arguẽdum,ad erudiẽdũ,in iustitia, vt perfectus sit homo ad
omne opus bonũ. Quẽadmodũ ergo merito desperatur vita naturalis eius,qui corporalẽ cibũ nõ
Iohan. 8 sumit,vel sumptũ non retinet:sic rõnabiliter desperatur spiritalis vita illius,qui verbũ dei nõ audit F
atque custodit. Qui enim ex deo est,verbũ dei audit. Ait autẽ Ambrosius: Cum diabolus sic explo
ret vt tentet,& sic tentet vt exploret,Christus eũ sic fallit,vt vincat.& sic vincit, vt fallat. Ad-
uertẽdũ autẽ tres esse spẽs tẽtationis,ad quas aliæ reducuntur,videlicet,gulæ,auaritiæ,& superbię pro-
ut Iohannes asserit: Omne quod est in mundo,aut est concupiscẽtia carnis, aut concupiscẽtia
oculorum,aut superbia vitæ. Ista sunt arma diaboli contra famulos dei. Quem ergo in prima tẽta
tatione quæ fuit de gula,superatũ se conspicit,aggreditur Christum per aliam tentationem, quæ est
de superbia vanaque gloria. Nouerat quippe hostis versutus,viros perfectos,qui gulã facile vincũt,sæ
pe tangi motu superbiæ.⌊Tũc assumpsit eũ diabolus in sanctã ciuitatẽ⌋ Quomodo autem eum assum
pserit,scriptura non exprimit quidã vero affirmant,quod portauit eũ in brachijs,vel humeris su-
is,tanquam fatigatũ & debilẽ ex longo ieiunio,& magnitudine famis,quasi cõpatiẽs ei,cui &
Christus acquieuit,vt falleret deceptorem. Aliqui dicũt,quod portauit eũ volando per aerẽ, vñ Ly
ra dicit quod intentio dæmonis Christũ portãtis erat,vt Christus à populo volare videretur, atque ex
hoc inaniter gloriaretur. Alij dicunt,quod duxit eum quasi manu ad manum per terram, quod
magis cõsonare videtur ei,quod in Luca habetur: Tunc duxit eum diabolus in sanctam ciuita-
Luc. 4 tẽ. Aliquo ergo horum modorum assumpsit eum diabolus nõ violẽter, sed quasi ex præuia ad
monitione,vt iret ad homines causa vestendi,seu prædicandi,vel ob aliquid tale quod bonũ vi
debatur⌊in sanctam ciuitatem⌋.i. Hierusalem,in qua sanctus sanctorum sanguinem fudit,& pri
mitiua ecclesia spiritum sanctum recepit,atque euangelicam legem prædicare exorsa est,⌊&
statuit⌋.i.posuit⌊eum supra pinnaculum templi⌋.i. deambulatorium seu tectũ quod fuerat
planum vbi sacerdotes sedebant,cum populo prædicabant. Posuit autem eum illuc præsente
populo,vt Christus alliceretur ad laudem humanam,putãs Christum videri ab omnibus,sed
ipse se

A mutauit, vel non immutauit visum aliorum sicut & corpora glorificata. ⌊Et dixit ei: Si filius
dei⌋ patri æqualis ⌊es, mitte te deorsum⌋ in conspectu astantium, vt videntes te sine casu vo-
lare, vel sine læsione cadere, mirent & laudent te, & ne timeas de periculo. ⌊Scriptū est enim⌋ in
psalmo, ⌊Quoniam angelis suis mandauit⌋ .i. præcepit deus pater ⌊de te⌋ Id quod in psalmo illo Psal. 90
subiungitur ⌊vt custodiant te in omnibus vijs tuis⌋ nō autem in vanis præcipitijs, ideo dæmō
subticuit hoc, ne sua fraudulentia notaretur à Iesu, quē sciuit esse astutū ac prouidum ⌊& in ma
nibus⌋ .i. sua virtute & operatione ⌊tollēt⌋ .i. portabunt ⌊te⌋ cum fuerit opportunū ⌊ne for
te offendas ad lapidē pedem tuū⌋ .i. ne aliquid tibi in via obsistat aut lædat. Secundū Hieron.
Bedā & alios, psalmus iste nō est ad literā scriptus de Christo, sed de quocunque homine virtu Hieroni.
oso & viatore, angelorum custodia indigēte, qua Christus non eguit: in quo patet dolus diaboli
scripturam mendaciter, & tamen verisimiliter seu multū apparenter applicantis. ⌊Ait illi Iesus rur-
sum, scriptū est: Non tentabis dñm deū tuū⌋ .i. ô homo quicunque sis ille, non præsumas drū tē- Deut. 6
tare. Non aūt dixit Christus hæc verba, vocando se deū diaboli, cuius vtique deus fuit, sed vt per ve
ram allegationem scripturę impio præualeret, ita quod nec eius diuinitas dæmoni patuit, nec ali
quid certū de eius conditione atque persona cognouit, an. s. esset purus homo. Porro deū tenta
re, est sine necessitate de eius prouidentia vel potestate experimentū accipere, omittendo vide
licet quod in se est, & secundū humanū modū sibi incumbit, atque diuinæ potentiæ se indiscrete
cōmittēdo, vt si quis fame laborās, possit mendicando panem acquirere, sed hoc omittens, cō
mittit se diuinæ prouidentiæ, non intelligens, quod hoc ex diuina prouidentia, oīa cōplectēte,
fit, quod possit mendicādo acquirere panē. Quoniam ergo à pinnaculo tēpli ad pauimētū paratus fu
it descensus per gradus, si Christus se præcipitasset, deū videretur tentasse. Consequenter descri-
bitur tētatio tertia, quæ fuit de ambitione & auaritia, vtpote de concupiscētia oculorum. ⌊Iterum
B assumpsit eū diabolus⌋ forte eo modo vt ante, ⌊in mōtē excelsum valde⌋ vt locus esset occasio
cōsentiendi tētationi, sciens ex mutatione locorum frequēter mutari affectū ⌊& ostēdit ei oīa re
gna mundi⌋ principalia. Ostēdat aūt ei nō ignoranti. Sed quō potuit ei oīa regna .i. vrbes, ter
ras, prouincias mūdi demōstrare, cū certū sit, nullū montē esse tam altū, vt ab eo oēs prouinciæ
possint videri: Et licet satis altus cōsisteret, tamen propter localē distantiam, visum cōstitutū in mō
te immutare nequaquam valerēt. Rñdendū quod ostendit ei oīa regna mūdi, nō quia obiecit ea ocu
lis intuenda determinate & corporaliter, sed proxima regna ostendit ad oculū, quantū fieri po-
tuit, versus quatuor plagas mūdi: cætera vero dixit in tali, vel tali parte terræ situata: velut si ali-
quis existens in turri, cū alio dicat, ecce ibi est Roma, ibi Leodiū, ibi Colonia, ⌊& gloriā eorum⌋
.i. pōpas delitias atque diuitias regnorum terrenorum exposuit Christo, ⌊Et dixit ei: Hæc omnia ti
bi dabo, si cadens⌋ genua flectendo, vel in terrā te prosternēdo ⌊adoraueris me⌋ adoratione la-
triæ. Hæc est antiqua & solita dæmonis pōpa, vt deo assimilari & à creaturis adorari desi-
deret. ⌊Tunc dixit ei Iesus: Vade⌋ .i. recede à me ⌊Satana⌋ .i. aduersarie veritatis. Vade in ignē
in ignē æternū, secundum Hieron. Veruntamē tēpore passionis creditur redisse & Christū per Iudę Hierony.
os tentasse. ⌊Scriptū est enim: Dñm deū tuū adorabis⌋ adoratione interiori & exteriori, ⌊& illi
soli seruies⌋ propter se atque finaliter. Vel loquitur de seruitute latriæ, quę deo dūtaxat debetur.
C Soli ergo deo seruiendū est propter se: quia & si alijs nō solum superioribus, sed etiā æqualibus
ac inferioribus seruiēdum sit, pro loco, causa & tēpore, iuxta illud apostoli: Per charitatē serui
te inuicē. Et Saluator in Euāg. Qui maior (inquit) est vestrū, sit vester minister. Oīs tamen seruitus ista Matt. 18.
ad dei honorē referēda est, propter eius ordinationē ac volūtatē impēdenda, neque alicui seruī-
endū vel obediendū ē in his quæ diuinitus prohibētur, quēadmodū Petrus testatur: Quia obe
dire oportet deo magis quam hominibus. Cum igitur homini ministramus, nō tā homini quā deo
in homine ministremus, præsertim cū dicat saluator: Quod vnus ex minimis meis fecistis, mi-
hi fecistis. Seruitus aūt duliæ, hominibus potest & debet impendi. Cum enim deus sit summus
in se, & maximus benefactor noster, atque altissimus princeps vniuersorum, propria potestate po
tens saluare quoscūque voluerit, constat quod summa & singularis ei reuerētia debeatur, videlicet
cultus latriæ. Cōsiderandū in Christi respōsionibus, quō falsas de scripturis à diabolo sumptas
sagittas, veris scripturarum clypeis rejciat atque confringat. ⌊Tunc reliquit eū⌋ in monte isto sub
limi, ⌊diabolus⌋ confusus & victus recedens, nec aliquid certū de Christi persona cognoscens
⌊Et ecce angeli accesserunt⌋ motu repentino ad Iesum in monte, ⌊& ministrabant ei,⌋ non
quasi inferiori aut indigenti, sed vt dño, cum humilitate & reuerētia, deponendo eum à cacu-
mine montis ad terræ planiciem, Quia enim humanam assumpsit naturam, humano modo se
habuit, conformando se fratribus, atque angelico famulatu vtendo. Nec solum hac vice, sed
etiam prius angeli ministrabant ei in heremo, iuxta illud: Spiritus expulit eum in deser-
tum, eratque cum bestijs, & angeli ministrabant ei. In quibus omnibus diuinæ naturæ subli-
mitas, & itē humanæ naturæ decliuitas manifestant in Christo. ¶ Circa præinducta primo inquirit
cur Lucas tentationē factā sup pinnaculū tēpli ponit tertiā, quā Matthæus ponit secundā. Ad
hoc quidā dixerūt, Lucā describere tētationes has Christi secundum ordinē factas, ita quod Christus secun
C do ten

do tẽtatus est in mõte excelso, quẽ dicũt fuisse in eodẽ deserto, in q̃ facta est prima tẽtatio: sicq̃
in mõtem q̃si in locũ propinquiorem duxit eũ diabolus statim post primã tẽtationẽ. Matthæũ D
vero dicunt descripsisse tẽtatiões Chri, nõ scd͂m ordinẽ rei gestæ, sed iuxta quandã correspondentiã, ad tẽtationem primorũ parentũ, q priº tẽtati fuerũt de gula, secũdo de superbia, tertio de auaritia. Hæc aũt respõsio nõ videt cõueniẽs. Euangelista nãq̃ Matth. apertissime docet, ꝙ diabolus Chrm reliq̃rit q̃si cõfusus & victus, audita cẽsione Chri, qua dæmonẽ de auaritia ten
Gene. 3 tantẽ, & idololatriã q̃dãmodo suggerentẽ, dire obiurgãs dicebat, Vade Satana. Ergo tentatio ista vltimo facta est. Deniq̃ Lucas descripta tentatione in pinnaculo facta, quam tertiam po-
Lucæ. 4. nit, non dicit, ꝙ tunc reliquit eum diabolus, sed omni (inquit) consummata tentatione, recessit ab eo ad tpa. Non ergo recessit ante eam, quæ in mõte completa est, postq̃ dicit eum recessisse Matth. Hæc ergo vltima fuit, hoc quoq̃ patet per hoc ꝙ tentatio dæmonis gradatim procesfit ad deteriora. Tertia autem, in qua se adorari suggessit, pessima fuit. Veruntñ August. asserit nos ignorare, quæ duarum vltimarum tentationum præcesserit, & dicit, non referre quæ ante aliam recitetur: quia scriptura non semper recitat gesta ordine illo q̃ facta sunt. ¶ Insuper quæritur, an tentator duxit Christum inuitum, vel quasi spontaneum, hoc est an putauit ꝙ Chri-
Hierony stus secum tendebat libenter, vel magis coacte. Rñdendum scd͂m Hieroñ & Chrisost. ꝙ dæmõ voluntatem Christi putauit infirmitatem ac necessitatem, putans se eum compellere ad proficiscendum secũ. Alij vero satis probabiliter dicunt ꝙ dæmon in specie viri religiosi apparens & Christum decipere cupiens blandiebatur ei, & suam malitiam occultabat ne sciretur esse diabolus: sicq̃ Christum quasi spontaneum secum assumpsit. Ex quo sequi videtur, ꝙ nõ volauit secũ per aera. Sic eñi patuisset eum non hoiem fuisse. Nihilominus in tertia tentatione, in qua manifestum crimen suasit, oñdit se non esse talem, qualis apparuit. Cernens quippe se per simulationem sanctitatis & allegationem scripturarum nihil proficere, manifestam iniquitatem ꝓ- E
posuit, ad quam vt induceret, magnum obtulit præmium, vt pote oĩa regna mundi, quæ quia diabolus dicit se posse dare, Manichei opinabantur oĩa ista terrena à diabolo esse creata, eiusq̃ imperio ad nutũ subiecta. Sed hoc dictum stultum ac debile est. Cum enim diabolus sit mẽdax & arrogans, non vere, sed præsumptuose asseruit se regna omnia posse dare alicui, nisi intelligatur ꝙ permissione diuina frequenter diabolus cooperatur aliquibus ad obtinenda dñia mũ-
Iohan. 8 di. Quod vero non sit sic intelligendum, quasi propria ptãte & iure creationis valeat ea dare alicui: euidentissime constat per illud quod apud Lucam habet, dicente ad Christum diabolo: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, q̃m mihi tradita sunt. Postremo ꝑ
Lucæ. 4 hoc ꝙ Christus duas primas tentationes ad suam iniuriam pertinentes, cum mansuetudine pertulit, solum ad verba satane congruentes rñdẽs. Tertiam vero tentationem cũ exprobratione quasi exasperatus reiecit, dicens tentanti, Vade satana. Per hoc inquam secundum Chrisost. edocemur, nostras iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias & contemptum, nec vsq̃ ad auditum sufferre, q̃m in proprijs iniurijs patientẽ esse laudabile est: iniurias autẽ dei dissimulare nimis est impium. Insuper per hoc ꝙ Christum post baptismum atq̃ ieiunium tentator aggressus est, insinuat tunc quenlibet nostrum fortius à diabolo impugnare, vel etiam à proximis infestari, cum vehementiori affectu applicamus cor nostrum puritati internæ ac veræ deuotioni. Tunc eñi fremit & furit impijssimus hostis, incitatq̃ frequenter proximos nostros aduersum nos. Nos vero inuictissimo aĩo insistamus custodiæ cordis, tãto ardẽtiº q̃to sen F
timº nos duriº impeti ac tẽtari, dicẽtes cũ ꝓpheta: Persequar inimicos meos & cõprehẽdã illos, & nõ cõuertar donec deficiãt. Et ita vere in nobis implebit ꝙ dicit Aplus: Deº cõteret satanã sub pedibº vestris velociter. Rursus ꝑ hoc ꝙ Chrs deiecit diabolũ allegãdo scripturas istrui
Psal. 17 mur tẽtationibº obuiãdũ esse scripturis diuinis, vnicuiq̃ tentationi obijciẽdo scripturã cõtra tale vel tale pctm̃, de q̃ tẽtamur, vt si de elatiõe tẽtemur, cogitemus ꝙ scriptũ ẽ: Odibilis corã deo & hominibº ẽ supbia. Et illud: Deº supbis resistit, humilibus aũt dat grãm. Si de inuidia, cogitemus illud beati Iohãnis: Oĩs qui odit fratrẽ suũ, homicida est. ¶ Porro modus q dictus ẽ, quo .s. diabolus ostendit Chro oĩa regna mũdi, videt quibusdã superficialis. Vnde q̃si subtilius loqui volentes dicunt, ꝙ cũ intelligẽtia sit plena formis, diabolus, qui oĩm regnorũ spẽs in se cõtinebat, potuit eas ꝑsentare intellectui aĩæ Christi: & ita oĩũ regna sibi ostendere, vel etiam depingẽdo ea in terra, sicut fit in Mappa mundi, vel exponẽdo ei dispositionẽ regnorũ. Quãuis aũt huiusmodi ostensiones fieri potuissent, tñ propter eas dæmon non indiguisset Christũ in mõtem altum assumere: quia tã conuenienter fieri possunt in valle sicut in monte, ideo ꝓinductus modus, qui etiã concordat Chrysostomo, rationabilior æstimatur.

¶ Prosequutio expõnis huius cap. ab eo loco, quo dicit, Cũ audisset Iesus. Art. VIII

Recitata dñi saluatoria tẽtatiõe, prosequit Euãgelista ordinẽ & processum cõuersationis, instructiõis & miraculorũ ipsiº. Porro (vt Beda testat in ꝓlogo suo sup Iohãnẽ) Matthæus, Lucas, Marcus referũt Christũ post incarceratiõnẽ Iohannis Bapt. cœpisse miracula facere, .i. ea omittunt q̃ ante incarceratiõnẽ hanc fiebãt à Chro, vide-

licet

licet mutationẽ aquæ in vinũ,sanationẽ filij reguli,&c.q̃ Iohãnes in suis cap.describit.Cœpit
ergo Iesus ꝓdicare,discipulos congregare,per apostolos baptizare,& signa facere ante incarce
A rationem Iohannis,idcirco Euangelista Iohannes qui vltimus euangeliũ scripsit, & aliorũ tri-
um Euangelium legit,suppleuit quod illi omiserunt.Veruntamen Christus non prædicauit tã
aperte,nec miracula fecit tam copiose ante incarcerationem Iohannis, vt postea: propterea
tres Euangelistæ satis putauerunt si facta & documenta Christi post incarcerationem Iohan
nis exhibita prosequerentur,quamuis vnusquisq; eorũ multa omiserit,nã oẽs tres suscitationẽ
Lazari omiserunt. Vnde non mirum,si multa quoq; omiserunt minora. Exordium itaq; su- Iohan.11
mit Matthæus ab operibus Chri,quę post Iohannis incarcerationẽ contigerunt,subiecit⌊Cũ
autem audisset Iesus⌋à discipulis Iohannis vel proprijs,q̃ tñ certissime præcognouit,videlicet
⌊q̃ Iohannes⌋Baptista⌊traditus esset⌋à deo permissiue,in manũ Herodis Antipæ & ab He-
rode in manũ seruorũ suorũ,vt Iohannem incarcerarent,eo q̃ illicitas nuptias Herodis ac He-
rodiadis increpasset,⌊secessit in Galilæam⌋.i.à loco quo captus est Iohannes se elongauit, ce
dens furori Herodis,ne occideretur ab eo,secundũ Chrysostomũ,nõ q̃ timuit mortẽ, sed vt
opportuniore tẽpore pateret, & item vt fugiẽdi daret exemplũ qñ nõ prodest cõparere.⌊Et
relicta ciuitate Nazareth,⌋in qua fuit nutritus & cõceptus⌊venit & habitauit in ciuitate⌋dicta
⌊Capharnaũ maritima⌋.i.supra mare Genazareth sita,in cuius littore sitę erant Capharnaũ,
Tyberias,Bethsaida,Corrosaim,ciuitates pertinentes ad fines Zabulon & Neptalim,ideo sub
ditur,⌊in finibus⌋.i.sorte vel terminis⌊Zabulon ac Neptalim⌋.s.duarũ tribuũ,ad quarũ vnã
pertinebat Capharnaũ. Vnde Christ⁹ habitando in Capharnaũ,habitando in finibus Zabu-
lon & Neptalim.i.inter fines & vrbes Iudæorum descendentiũ de tribu ac semine Zabulon &
Neptalim,⌊vt adimpleretur quod dictũ est⌋à spiritu sancto⌊per Esaiam prophetam: Ter-
ra Zabulon & terra Neptalim⌋quæ est⌊via maris⌋.i.in qua est via cõmunis,qua deferuntur Esaię.9.
merces à Iordane ad mare mediterraneũ⌊trans Iordanẽ⌋.i.per quam viam itur trans Iorda-
nem tendendo in ea vsq; Iordanem⌊Galilææ gentiũ⌋.i. iuxta quam est Galilęa gentium.i.
B prouincia illa,quam in lib.Regũ legitur Salomon dedisse Irã regi Tyri,cui dedit viginti oppi
da in Galilæa.Et qm̃ Iram fuit gentilis,illa pars Galilæa vocata est Galilæa gentiũ, quam ipsi
Iram appellauit,terrã Cabul.Vel sic,via maris trans Iordanem.i.via qua itur à mari prædicto
ad Iordanem Galilææ gentiũ.Hæc igitur terra dicitur via,qm̃ via publica erat in ea.Quid aũt
per terram Zabulon & terram Neptalim principaliter intelligatur,subiungit. ⌊Populus qui
ambulabat in tenebris⌋.i.habitatores harũ terrarũ,q conuersabantur in tenebris ignorantię, ꝑ-
fidiæ & peccati,⌊vidit lucem magnam⌋videlicet Christũ,qui ait:Ego sum lux mundi. Alle-
gatio Euangelistæ decurtata est,& dũ breuitati studuit,obscuritatem induxit. Ad pleniorem
ergo intelligentiam habendam,sciendũ q̃ in Esaia sic dicit: Primo tẽpore alleuiata est terra
Zabulon & terra Neptalim,& nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ Galilææ gẽ
tium. Populus q ambulabat &c.sicut nũc allegatur.Est itaq; sensus.⌊Primo tẽpore⌋.i.in prin
cipio euangelicæ prædicationis factæ ab ipso Christo, ⌊alleuiata est terra Zabulon & terra
Neptalim⌋.i.habitatores terrarũ istarum,videlicet nati de Zabulon & Neptalim,qui pro ma
iori parte translati & capti fuerunt diu ante Chri aduentũ,aliqui tamen remanserunt,de quib⁹
nunc agitur.Hi ergo alleuiati sunt,& animo releuati à iugo diaboli & seruitute peccati. In his
etenim locis cœpit Iesus ꝓdicare & signa facere,crediderunt́q; multi in eum.⌊Et nouissimo⌋
.i.circa finem prædicationis Christi,⌊aggrauata est via maris⌋.i.populus iste in his terris ha
bitans oneratus est vitijs,induratusq; corde,reuertens ad vomitum,& fidem,doctrinãq; Chri
sti abijciens.Vnde infra Saluator exprobat ciuitatibus istis,dicens: Væ tibi Bethsaida, væ tibi
Corrosaim &c.⌊populus iste qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam⌋ nam oculis Matt.11
cordis viderunt & intellexerunt Christi doctrinam⌊sedentibus⌋.i.degentibus seu manenti-
bus⌊in regione vmbræ mortis⌋.i.terra plena peccatis,quæ sunt vmbræ mortis, qm̃ lucem
gratiæ abscondunt,& morti æternæ proximum faciunt,⌊lux⌋Christianæ veritatis⌊orta est
C eis.Exinde⌋id est,post traditionem Iohannis & mansionem in Capharnaum, ⌊cœpit Iesus
prædicare manifeste & quasi continuo,tamen & ante incepit,⌊& dicere: Pœnitentiam agi-
te appropinquabit enim regnum cœlorum.⌋Tale fuit etiam exordium ꝓdicationis Iohannis
cuius ꝓdicationem volens confirmare saluator,& ostendere q̃ ipse sit de quo Iohannes testa Lucæ.3.
tus est,simili modo exorsus est. Hæc autem verba supra exposita sunt.⌊Ambulans autem Ie
sus iuxta mare Galilææ, quod alio nomine vocatur stagnũ Genazareth,eratq; lacus magnus
secundũ Hieroñ.sed dicitur mare iuxta consuetudinem idiomatis Hebræorum,q q̃libet ma- Matt.3.
gnã congregationẽ aquarũ nominant mare⌊vidit duos fratres⌋videlicet⌊Simonẽ, q voca-
tur⌋alio nomine⌊Petrus⌋.i.firmus,& Cephas.i.principalis:q̃ duo noĩa Chrs sibi imposuit
⌊& Andreã fratrem eius⌋q erat discipulus Iohãnis⌊mittẽtes rete⌋suum⌊in mare⌋vt cape
rẽt pisces.⌊Erãt enim piscatores,⌋quod officiũ futuro eorũ officio spũaliter cõgruebat,vt p pis
ciũ captionẽ figuraret rationaliũ pisciũ in hoc mari magno & spacioso defluentiũ,vtpote ho-

minū adunatio per rete verbo[rum] cœlestium. Et ait illis[:] Venite post me] .i. gressibus corporis atq[ue] virtutibus aiæ sequimini me, vosipsos abnegando, & propria deserendo, vt euangelicæ D
perfectionis apicē apprehendatis, [& faciā vos fieri] .i. constituam vos p[er] g[rati]am apostolatus, piscatores hoim] .i. collectores diuerso[rum] populo[rum] infra vnā ecclesiā p[er] expāsionē doctrinæ vestrę, sup[er] eos, quēadmodū pisces diuersi colligunt p[er] rete in vnā nauiculā. Per rete ergo significatur verbū p[rae]dicatiōis, per nauim ecclesia, per mare mūdus, p[er] piscatorem doctor seu p[rae]dicator, p[er] piscationē instructio, qua diuersi in eadē fide, spe & charitate spiritualiter colligunt. Iuxta

Hiere.16 hanc similitudinē ait d[omi]n[u]s: Ecce ego mittā piscatores multos & piscabunt eos. [At illi relictis

Matt 19. retibus,]& cæteris q[uae] habebāt, secūdū q[uo]d alibi loquitur Petrus: Ecce nos reliquimus oīa, [secuti sunt eum,]mente & corpore. Triplex fuit discipulo[rum] isto[rum] vocatio. Vna ad simplicē notitiā, quæ apud Iohan. describit. Cū enim Andreas à magistro suo Iohāne Bapti. audisset Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, demonstrante Christū Iohāne, Andreas sequutus est Iesum, adduxitq[ue] Symonē fratrē suū ad eum, ibi quoq[ue] describit vocatio Philippi Nathanael.

Lucæ . 5. Secunda vocatio fuit ad familiaritatem, quæ describitur apud Lucam, q[ua]n[do] Petrus visa miraculosa pisciū captione, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me d[omi]ne, quia hō peccator sum. Tūc eñi oia reliquerunt ad tēpus, & rursus ad piscandū reuersi sunt sicut & ante. Tertia fuit ad apostolatum, q[ua]n[do] simpliciter oīa reliquerunt, & ista describitur hic, Hæ autem duæ vocationes Iohanni & Iacobo filijs Zebedæi exhibitæ sunt simul cū Petro & Andræa, vnde nūc subditur [& procedens inde] .i. Iesus vltra paululum tendens [vidit alios duos fratres, Iacobū Zebedæi] filiū [& Iohānem]Euangelistā [fratrē eius, in naui cū Zebedæo patre eo[rum], reficientes] .i. reparantes & meliorantes [retia sua, & vocauit eos] forte p[er] eadem verba quæ dixit ad Petrū & Andream, videlicet [venite post me, faciam vos piscatores hoim.] Iohānes & Iacobus cōsanguinei erant Christi, videlicet filij sororis virginis benedictæ Mariæ. [Illi autē statim relictis retibus & patre]suo Zebedęo [sequuti sunt eum,]corde deuoto & corpore prompto.

Iohan.2 Referunt multi, videnturq[ue] Hieronymus & Beda hoc sentire, Iohannē istum fuisse sponsum, in cuius nuptijs Christ[us] conuertit aquā in vinū, et q[uod] Ch[rist]us tunc vocauerit eum ad suū discipulatū, ita q[uod] sponsam suā nunq[uam] cognouit, sicq[ue] Iohannes ter vocatus fuisset à Christo. [Et circuibat Iesus]cum discipulis suis [totam Galilæam]eundo de vna ciuitate in aliam [docens in synagogis eo[rum]]id est, in domibus deputatis cultui dei et actibus religiosis. Quamuis enim Iudæi non habebant nisi vnum templum, in quo secundum legem sacrificia immolabant, singulæ t[ame]n vrbes habebant synagogam, in quam cōuenerunt horis statutis ad laudandū deū, ad legendū in lege & prophetis, ad docendū, orandū ac audiendū salubria. [Et p[rae]dicans Euangeliū regni] .i. doctrinam nouę legis ac gratię, in qua doctrina proponit regnū cœleste pro p[rae]mio

Matt 10. q[uo]d Christus docuit appropinquare, & in se credētibus mox eē p[rae]standum. Excessit eñi doctri

Marci.1 nam Mosaicam atq[ue] propheticā. Et q[ui]a doctrina Ch[rist]i noua fuit et supernaturalis, oēm huma

Lucæ. 10 nām rōnem transcendens, et inuisibilia bona pro mercede proponens, oportuit eam cōfirmari miraculis, tanquā diuinæ veritatis argumentis, et dei sigillis, vt sciretur verus et à deo missus esse talia prædicans, quemadmodū etiā veritas naturalis sciē per principia prima probatur et p[er] rōnes ex primis principijs p[er] modū conclusionū deductas. Sic veritas fidei, p[er] opera miraculosa soli deo possibilia roborat, et à deo esse ostenditur, q[uia] falsitatis confirmator ac testis esse nō

Ioha 10. valet. Idcirco dicit Saluator: Opera quæ dedit mihi pater testimoniū perhibēt de me. Hinc ergo descripta Ch[rist]i noua admirabilisq[ue] doctrina, q[uae] t[ame]n infra plenius introducitur, de eius miraculis subinfert [Et sanans omnem languorem]inueteratū seu grauē, vel naturaliter incurabilē [& oēm infirmitatē]minorem & p[er] artē seu viā naturę curabilē, qualis est cęcitas Tobię, [in populo]ad ipsum pro remedio humiliter accedēte, nō t[ame]n simpliciter oēs infirmos Iudęę vel Galilæę curasse videt. Cū eius discipuli post resurrectionē ipsius multos infirmos curauerint in Iudęa & Galilæa, qui ante Christi passionē infirmi fuerunt. [Et abijt opinio eius] .i. fama & rumor de Christo diuulgatus est [in totam Syriam]quę est regio propinqua Galilęę. Crebra nanq[ue] & magna prodigia fecerunt eū famosum. [Et obtulerūt ei oēs malehabentes]videlicet [varijs languoribus]intus latentibus, [& tormētis]foris apparentibus [cōprehensos & qui dęmonia habebant] .i. à dæmonibus obsessos, [& lunaticos.]Lunatici nuncupantur, qui singulis vexātur lunationibus, et mente laborant, et accidit dum luna est plena. Lunatio autem est tempus quo luna recedit à sole, et rursus sequitur eum. Denique secundū Hieroñ. tales non vere lunatici sunt, sed putantur lunatici propter fallaciam dęmonum q[ui] obseruātes lunaria tempora, creaturā, videlicet lunā diffamare cupiebant, quasi ipsa causaret h[uius]mōi mala, vt in creatorē blasphemię redundarent, tanq[uam] qui tā nociua sydera cōdidisset. Sumit ergo Hieroñ. lunaticos secundū intētionē eo[rum] qui ab influxu ipsos vexare dixerūt [et paralyticos]id est,

Marci, 3 contractos morbo, qui vocatur paralysis [et curauit eos.]Quos autem corpore sanauit, creditur curasse in anima, q[uonia]m dei perfecta sunt opera, quamuis multi eorum recidiuauerint [Et sequutę sunt eum turbę multę de Galilæa et de Decapoli] .i. prouintia decē vrbes cōtinēte. De

capo-

A capolis nãq; dicitur à decas, q̃d est decem, & polis ciuitas, q̃si regio decẽ ciuitatũ. L Et de Hiero
solymis & de Iudæa J.i. cæteris vrbibus quarũ metropolis est Hierosolyma, L & de trans Ior
danẽ J.i. de terra duarum tribuũ & dimidiæ, vtpote Ruben, Gad, & Manasse, quæ terra fuit vl
tra Iordanem respectu Iudææ & Galilææ. Horum aliqui sequebantur saluatorem propter in-
formationem, sicut discipuli, aliqui propter curationem, vt languidi, aliqui propter cibũ corpo
ralem, vt famelici, aliqui vt signa viderent, queadmodum curiosi, aliqui vt occasionem calum-
niandi inuenirent, vt scribę & pharisæi. Circa vocationẽ p̃dictorũ quatuor apostolorum dicit
Hieron. Piscatores & illiterati eliguntur & mittuntur ad prædicãdum, ne fides credentium, nõ
virtute dei, sed eloquentia & doctrina fieri putaret. Mysticce aũt per Simonẽ Petrum signã-
tur obediẽtes & firmi in fide, Simon quippe interpretatur obediens, Petrus dicitur firmus. Per
Iohannẽ speciali gr̃a decorati. Iohãnes eñ interpretat̃ habens grãm. Per Iacobũ supplantãtes
pctã, qa Iacobus interpretat̃ supplantator. Per Andreã, qui interpretatur virilis, designantur
magnanimitate fulgentes, in quorũ conspectu ad nihilũ deductus est malignus. Hos tales vocat
& mittit saluator ad docendum, ad præsidẽdum, Oportet eñ omnino, vt dignus & efficax prę Psal. 14
dicator, doctor, siue prælatus, sit rectæ rationi deo atq; ecclesiæ semper obediens & firmus in
fide, quatenus alios ad sanctam obedientiam, fideiq; immobilem firmitatem inducat. Oportet
quoque, vt speciali gratia adornetur, imo exuberet, quatenus de plenitudine eius accipiant aliȷ
s. purgationem, illuminationem & perfectionem. Item necesse est, vt vitiorum sit victor, q̃te-
nus quod alios docet, ipse in primis adimpleat, ne sibi dicatur: Qui alium doces, teipsum nõ do Iohan. 2
ces. Et: Medice cura teipsum. Rursus necesse est, vt sit virilis in omnibus, non pusillanimis, non
põderans ista terrena, non succumbens aduersis, nec mortem formidans amore iustinæ. Po-
stremo, cum actio Christi sit omniũ nostrorum instructio, per hoc ꝙ ipse totam Galilæam
tam solicite circuiuit docentur prælati & prædicatores oues sibi commissas vigilanter circuire,
B visitare, docere, consolari, souere per seipsos, si congrue fieri possit, vel per idoneos vicarios,
sicut & de religioso rege Iosaphat scriptũ est: Misit de principibus suis & cum eis leuitas & sa-
cerdotes, habentes librũ legis, & circuibant cunctas vrbes Iuda, erudiebantq; populum.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI QVINTI, VIDENS autem Iesus turbas, ascendit in montem. Arti. IX. Iohan. 8



Voniam dominus noster Iesus Christus secundum omnium vaticinia
prophetarum salus & lux mundi est, doctor iustitiæ, & euangelicæ institu
tionis legislator, idcirco cum opportunum affuit tempus, fecit quod de
seipso prædictum erat, tradens euangelicam legem. Et quoniam lex om-
nibus danda est, aperte proponenda, & ad hominum correctionem ac
perfectionem ordinanda, propterea videns saluator copiosissimam tur-
bam se sequentem, instructione indigentem, & vitijs oneratam, ascendit
in montem, vt ab omnibus melius videretur, ac planius audiretur. Secundo, vt per montem sub
limem, euangelicæ legis ac disciplinę excellẽtia monstraretur: de cuius vtiq; legis excellentia ac Lucæ. 6
cipi potest illud Psalmistę: Iustitia tua sicut montes dei. Tertio, vt demonstraret prædicatorem Psal. 36
C verbi dei, virtutum altitudinem debere conscẽdere. Iuxta illud Esaiæ: Super montẽ excelsum Esaiæ 40
ascende tu qui euangelizas Sion. Deniq; secundum Augustinum, in hoc sermone dñi contine
tur quicquid ad optimos pertinet mores, & ad Christianæ conuersationis perfectionem. Ideo
prout dñs dederit diligẽtius immorandum est presenti, sequentibusq; quibusdam capitulis. Ait Matt. 4
ergo. L Videns Iesus J oculo corporali L turbas, J de quibus in fine præcedentis capituli dictũ
est, quas oculo intellectuali incessabiliter vidit. Nam anima Christi semper à principio suæ cre
ationis, actu intellexit scientia visionis omnia quæ vnquam fuerunt, sunt & erunt, L ascendit in
montem J quendam Galilææ, in montem Thabor, vel alium aliquẽ secundum Hieron. non in
montem Oliueti, vt aliqui putauerunt. Cur autem in montem ascenderit, est. L Et cũ sedisset J
in monte tanquam magister, ad, ad quem pertinet sessio in docendo, L accesserunt ad eum dis-
cipuli eius, J qui quasi cæteris perfectiores, magistrũ perfectionis sequi valebant, & ei propinq-
us copulari. L Et aperiens os suum. J Per hanc circumloqutionem notatur magnitudo dicen-
dorum. Itaq; aperiens os suum. i. per seipsum atq; in propria persona loquẽs, legemq; tradẽs;
qui olim per angelos & prophetas loquebatur, & per Moysen legem proposuit, L docebat eos;
dicẽs. J Nõ dicit, ꝙ docuit turbas, sed discipulos, ꝙ quo intelligẽdũ sit mox ostẽdetur. L Beati
pauperes spũ, qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorũ. J In exordio huius sacrosancti sermonis docet vni-
genitus filius dei octo beatitudines. Oportet ergo aduertere, ꝙ virtutes, dona, fructus & beati
tudines, in aliqbus cõueniunt, & in aliqbus distinguuntur. Virtus eñ & donum in hoc conueni
unt, ꝙ vtrumq; eorum est habitus, differunt tamẽ in hoc, ꝙ dona perficiunt, & in operãdo ex
peditas reddunt virtutes, easq; in dignitate excellunt, demptis virtutibus theologicis, quæ præ-
stantiores sunt donis, vnde virtutes sunt plures q̃ dona, quæ nõ sunt nisi septem. Beatitudo ve-
ro & fructus in hoc cõueniunt, ꝙ vtrunq; eorũ est actus virtutis, sed beatitudo superaddit fru-

ctui rationem perfecti & enimētis, ita ꝙ de ratiōe beatitudinis est, vt sit actus excellentis vir-
tutis, ad eationem vero fructus sufficit, ꝙ sit actus virtutis delectationē spūalem habēs ānexā, D
Inteedum aūt fructus accipit pro delectatione, actus virtuosi, & beatitudo pro virtute seu ha-
bitu: imo hoc loco quidam per beatitudines istas intelligunt ipsas virtutes: quāuis magis peo-
prie pee eas intelligatur actus: Beatitudo eñ consistit in actu, nō in habitu, secundū Peripateti-
cos: tamē Platonici dixerūt eam in habitu cōsistere. Quēadmodū aūt Christiani doctores di-
stinguūt virtutes, ita ꝙ virtutes in summo gradu consistentes dicuntur diuinæ, conuenientes
statui perfectorū, non incipientium, nec proficiētium: sic Paripatetici tales virtutes vocabant
heroicas, Platonici vero seu Stoici vocabant eas virtutes purgati animi, à passionibus & vitijs
absoluti. Harum origo virtutum actus præsertim beatitudines dicuntur. Quidam prætere a
asserunt beatitudines potius esse actus donorum, quam virtutum: quoniam dona excedunt vir-
tutes. Sed hoc sic intelligendū opinor, quia virtutes non peoducūt elicitiue ipsas beatitudines,
nisi secundum ꝙ dona perficiunt ipsas virtutes, vt fiut prompiæ ad operandum, & omne ob-
staculum cito, facileq; repellant. De prima ergo & fundamentali beantudine veritas ait. [Be-
ati pauperes spiritu.] In qualibet beatitudine duo tāguntur, videlicet meritum & præmiū.
Meritum est ipsa beatitudo viæ, videlicet actus virtutis, quod tangitur cum dicitur, Beati, &c.
Præmium vero est merces merito correspondens, quæ tangitur cum dicitur, qm̄, &c, Cū eñ
actus virtutis in hac vita fit laboriosus aliquo modo, maxime in principio. Ars namq; & vir-
sunt circa difficilia, secundum philosophum. Idcirco saluatoe beatitudines commendans, pro-
tinus subdit de præmio, vt ad beatitudines exercendas nos excitet. Commemoratio tm̄ mer-
cedis prouocat & consortat laborantem. Expedit insuper scire, ꝙ beatitudo est duplex, videli-
cet viæ & patriæ. Beatitudo viæ, est meritum seu actio virtuosa, vnde iam sermo. Beatitudo pa-
triæ est, præmium cœleste. Beatitudo quoq; habetur dupliciter. s. in spe & in re. Beatitudo er-
go patriæ nunc habetur in spe, pet hoc ꝙ beatitudo viæ habetur in re. Hæc est enim dispo- E
sitio propinqua & summa ad illā. Peæterea cū beatitudo stricte accepta sit optima operatio per
fectissimæ virtutis, oportet ꝙ inter octo beatitudines, sit vna summa & essentialiter beatitudo
vocata, præsertim cum in omni genere & ordinata multitudine sit vnum primū atq; praeci-
puum, ad quod alia ordinantur. Hæc autem beatitudo in via est munditia cordis, in patria ve
ro est visio dei, quæ ponitur tota merces. Ad munditiam ergo cordis aliæ beatitudines dispo-
nunt ac referuntur. Ex quo pater, ꝙ beatitudines non anumerantur hoc loco secundum ordi
nem dignitatis seu perfectionis, quo eminentiora ac meliora priora vocantur: sed partim secū
dum ordinem generationis, quo inperfectum præcedit perfectum, iuxta quem modum dicit
Hieroni Apostolus: Non prius quod spirituale, sed q̄d animale, deīde quod spirituale. Primam autē be-
Augusti. atitudinem, qua dicitur, Beati pauperes spiritu, Hieronymus, Augustinus, & Chrysostomus ex
Chryso. ponunt de humilitate, vt sit sensus, Beati pauperes spiritu, id est humiles corde, qui non inflan-
tur, non magna de seipsis præsumunt, nec aliquid boni sibi, sed totum deo attribuunt, pensan
tes illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Qui se putat aliquid esse cum nihil
Galat.6 sit, ipse se seducit. De quibus ait Psalmista: Humiles spiritu saluabit. Qui autem in proprijs ocu
lis magni & sapientes, cæterisq; perfectiores sunt, non sunt pauperes spiritu. Ambrosius vero
& Leo papa exponunt de voluntaria paupertate, propter deum assumpta, desiderata vel com
Ambro placente, vt sit sensus, Beati sunt iam in spe, imo & beati in re, loquēdo de beatitudine viæ, pau
peres. i. temporalibus bonis carentes, spiritu. i. cum affectu cordis, ita ꝙ diuitias non appetūt, F
sed contemnunt, & in paupertate sua lætantur, nil proprium possidentes, dicentes cum Paulo:
Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Hæc est paupertas euangelica, quam cō
suluit Christus, dicendo: Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest esse meus disci-
Luc.4 pulus. Itemq;: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Hæc est
paupertas illa ditissima, de qua Apostolus loquitur: Altissima paupertas eorum abundauit in di
uitias simplicitatis eorum. Hæc quoq; est paupertas potentissima, de qua Petrus claudo natos
Acto.3 Argentum (ait) & aurum non est mihi, quod autē habeo hoc tibi do, In nomine Iesu surge &
Esaiæ 26 ambula. De vtrisq; autem pauperibus intelligi potest illud Esaiæ: Domine deus confitebor ti-
bi, quia factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione sua. Hæc ergo paupertas contem-
nit omnia exteriora, honores atq; diuitias, quantum possibile est: quatenus summo enti, in quo
omnia bona, omnia pulchra ac desiderabilia superplenissime continentur, absoluta, tota & libe
ra mente adhæreat homo, qui tanto minus deo coniungitur, quanto amplius transitorijs im-
plicatur, & per diuersa distrahitur. O amanda, veneranda, et amplectenda paupertas, cuius se
Christ⁹ dedit exēplū, ꝑpter nos pauper fact⁹, cū eēt diues, secūdum q̄d ait: Volucres cęli nidos
Luc.9 habēt, et vulpes foueas, filius aūt hominis nō habet vbi caput reclinet. Deniq; secūdū vtrāq; ex-
positionē, paupertas spūs ē basis seu fundamētū beatitudinū cæterarū. Humilitas eñ est radix,
custos, et stabilimētū virtutū et oīs perfectionis. Similiter diuitiarū abiectio efficit hominem
ad oīa spūalia expeditū, cęlestiūq; gratiarū abundāter capacē. Deīde subditur ꝓmiū pauperū
spū, seu

A spō, seu merces voluntariæ paupertatis, [qm̄ ipsoꝝ est regnū cœloꝝ], i, cœlestis patriȩ opulē
tia eis pro mercede debet, atq; parata est. Per regnū ergo cœloꝝ plenissima omniū bonoꝝ suf
ficientia designatur, de quibus Esaias & Paulus testantur, quia oculus non vidit, nec auris audi-
uit q̄ p̄parauit deus his q diligūt illū. Quæ aūt sunt bona hæc, nisi obiectaliter ipsemet de⁹ glo
riosus, & felix, diues in se, & diues in aliis, qui erit omnia in omnibus? Formaliter vero sunt do
tes animæ & corporis, & cætera quæ cœlestem beatitudinem ornant, complent, perficiunt.
Cum eñ præmiū correspondeat merito, pauperibus & humilibus rite promittitur opulentia
atq; sublimitas regni cœlestis. [Beati mites], i, qui omnē irrationabilē iram refrenant & ani-
mo mansueto illatas aduersitates atq; iniurias sustinent, nec propter aliquod cōtrarium occur
rens irascuntur. Mititas nempe seu mansuetudo est virtus moralis, passionem iræ refrenans,
ac moderans. Nunc tamen præsertim fit mentio de mititate purgati animi. Et sumitur mititas
pro actu mititatis. Videt aūt mititas iam paꝝ extēsius accipi quam modo prædicto, videlicet
prout patientiam, passionē tristitiȩ ordinantē includit, & mites vocātur homines patiētes, ama
ritudinis felle & indignatiōe, & appetitu vindictȩ carētes. Quēadmodū aūt ira cōparat stultitiȩ,
quoniā actū rōnis plurimū impedit, & inhonestos gestus in vultu ac corpore parit. Propter
quod Ecclesiastes dicit: Ne sis velox ad irascendū, qm̄ ira in sinu stulti requiescit. Et Iob: Vi- Eccls 7
rū stultū interficit iracundia, Salomone q̄q; testante: Qui impatiens est operatur stultitiam. Et: Iob. 5
Doctrina viri per patientiam noscitur. Sic mititas maxime ornat scientiam, atq; diuinæ sapien Prou. 14
tiæ illustrationem meretur, faciens hominem veraciter sapientem, modestum, ornatum, scd̄m Prouer. 19
quod ait Psalmista, Loquens de deo: Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Et Psal. 24
qm̄ mititas sapientiam promeretur, & ad stabilem contēplationē disponit, impedimenta cōtē
plationis, & causas internȩ instabilitatis tollendo, videlicet iram, impatientiam, indignationem
& amaritudinem, ideo mites experiri merentur internæ pacis dulcedinem, iuxta illud Psalmi-
B stæ: Mansueti aūt hæreditabunt terrā & delectabunt in multitudine pacis. Hæc etiā virtus spe-
cialē à deo grām ac familiaritatē sortit, imo sublimationē ac beatitudinis altitudinē, prout fert
in Psalmo: Quia beneplacitū est dño in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutē. Facit q̄q;
hominem proximis suis vehemēter amabilē, sicut Ecclesiasticus scribit: Fili, in mansuetudine
opera tua perfice & super hominū gloriam diligeris. Hinc Iacobus ait in sua Canonica: Quis
sapiens & disciplinatus inter vos ostendat ex bona conuersatione operationē suam in mansue
tudine sapientiæ. Vnde Dionysius in Epl'a ad Demophilum monachum asserit, ideo Mosen,
Ioseph & Dauid, maximā apud deū grām inuenisse, qm̄ māsueti fuerunt ¶ Consequēter po
nit proportionatū præmiū beatitudinis huius, [qm̄ ipsi possidebunt] in præsenti vita [terrā]
proprii corporis, i. carnem suam habebunt rōnis imperio subditā, cōpositā, gubernatam. Cū
eñ radio diuinæ sapientiæ doceantur, seipsos gubernant in omnibus. in futuro aūt possidebūt
terram. i. firmā & stabilē mansionem paradisi cœlestis, de qua Propheta: Credo videre bona
dñi in terra viuentiū. Et: Placebo dño in regiōe viuoꝝ: De qua in Esaia habetur. Si glorificaue
ris dñm dum non inuenitur voluntas tua, sustollam te super altitudinem terræ, dicit dñs. Hoc Psal. 26
est correspondens præmiū mitiū, vtpote ne æstimemus in futuro mites sic posse repelli à terra
C cœlesti, per inuisibiles hostes, quomodo nunc frequenter expelluntur à terra elementari ac hæ
reditaria per hostes visibiles. Conuenienter præterea ponitur mititas post paupertatem spirit⁹.
Primo, quoniam humiles & inopes faciliter contemnuntur, iniuriasq;, & multas penurias atq;
incommoda sentiunt, idcirco in primis maxime indigent mititate, ne ad iram, vel impatientiā
concitentur. Secundo quoniam humiles ac paupes maxime dispositi sunt ad mansuetudinem
obseruandum, sicut superbi & cupidi ad iracundiam proni sunt, iuxta illud: Vbi fuerit super-
bia, ibi & cōtumelia, vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Sequitur beatitudo tertia. [Beati qui
lugent] Propria vel proximoꝝ peccata deflendo, & ad patriam suspirando, vel Christo passo
ac crucifixo compatiendo cordialiter. Sic luxit qui ait: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei;
quia non custodierunt legem tuam. Sic Samuel luxit Saulem Hieremias Hierusalem, Daniel Psal. 118
populi sui captiuitatē. Sic ex desiderio patriæ luxit Apostolus, dicens: Infelix ego homo, quis 1 Re 15
me liberabit de corpore mortis huius? Et Psalmista: fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die Hiere. 12
ac nocte, dū dicit mihi quotidie, vbi est deus tuus. Et denuo: Hei mihi quia incolatus meus pro Dani 10
longatus est. Hic luctus oēm carnalē delectationē gustus & tactus, omnē inanem gloriationē Roma. 7
in verbis, factis, & ludis abscindit, quēadmodū scriptū est: Renuit consolari anima mea. Et Psal. 41
Ecclesiastes: Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, cur frustra deciperis. Videtur quoq; hic Psal. 119
luctus esse actus pœnitētiæ, vel charitatis fraternæ siue diuinæ, secundū quod diuersæ sunt cau Psal. 76
sæ ac species luctus. Aliqui vero infeliciter lugent propter damna temporalia. Præmiū luctus Eccls. 2
est, [quoniam ipsi consolabunt] p internam diuinæ visitationis dulcedinē, sicut testatur Pro
pheta: Secundum multitudinem doloꝝ meorum in corde meo consolatiōes tuæ letificauerūt
animam meā. Consolant aūt in p̄senti inchoatiue & aliqualiter, in p̄ria vero cōplete atq; to- Psal 93

Si enim compatimur & conglorificabimur. Pio etenim luctui sæpe miscetur, & pene semper
eum concomitatur consolatio spiritus sancti, secundum illud: Domine post tẽpestatẽ tranquil D
lum facis, & post fletum exultationem infundis. Vere eñ & copiose meretur gustare q̃ dulcis
est dominus, ita vt cũ admiratione exclamet: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe.
Qui hunc sanctũ luctum assumit, oïa vana oblectamenta aspernatur, dicens cũ Salomone: Me
lius est ire ad domum luctus, q̃ ad domũ conuiuij. Conuenienter aũt ordinat beatitudo luctus
tertio loco, q̃a post exteriorũ abnegationem, & adeptam aïæ mãsuetudinem, aptus est homo
ad considerationem eorũ, q̃ præinductũ pariunt luctum. Sequitur quarta beatitudo: L Beati q̃
esuriunt & sitiunt iustitiam. J i. tam ardenti affectu appetunt in oïbus iustitiã obseruari, vt de
honoretur in omnibus, sicut famelicus appetit cibum & potum corporalẽ. Itaq; esurire & siti
re iustitiam, quæ est virtus g̃nalis, de qua nunc sermo, est vehementer optare vt oẽs deo obe-
diant, & tam ipse q̃ alij in bona vita pficiant, vnicuiq; quod suũ est conferat. De tali siti loqui
tur Esaias: Omnes sitientes venite ad aquas. Et Christus apud Iohannẽ: Si quis sitit veniat ad
me. Hac fame & siti laborant homines religiosi, qui toto conatu studẽt quotidie in gratia cre-
scere, de virtute in virtutem pcedere, & deo semper cum ampliori reuerentia deseruire, scd̃m
quod ait Apostolus: Ego non arbitror me apprehendisse, vnum aũt quæ quidẽ priora sunt ob-
liuiscens, in anteriora aũt extendens meipsum, ad destinatũ sequor. Nemo aũt tm̃ pficit quan
tum desiderat, quatenus hoc ipsum quod agit p nihilo reputet, seq; humiliet, & iustitiam esu-
Lucæ. 17 rire nullo cesset in tẽpore. Cum enim fecerimus oïa q̃ pcepta sunt nobis, dicere debemus: Ser
ui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Magna pfectio est ista esuries, quæ pc̃tã cõ
sumit quemadmodũ ignis deuorat stipulam, cuius premium subditur: L q̃m ipsi (sic esuriẽtes)
saturabuntur. J Nunc eñ aliqualiter saturantur pane sacramẽtali, de q̃ ait saluator: Caro mea
vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Pane quoq; obedientiæ, de quo ait Iohãnes: Me E
us cibus est vt faciam voluntatem patris mei. Augetur enim in eis gratia dei quotidie, quia q̃ a
liquis se præparat gratiæ, eo copiosius eam sortitur. In futuro autem saturabuntur plenissime
in intellectu atq; affectu, quia tam clare deum videbunt, possidebunt ac diligẽt, sicut optabũt,
eumq; habendo obtinebunt quicq̃d optauerint. Propter q̃d dicit Psalmista: Adimplebis me
Psal. 30 lætitia cum vultu tuo. Et, Satiabor cum apparuerit gloria tua. ¶ Porro ista esuries & sitis seq̃
luctum prædictum, quia dum homo imperfectum suum conspicit, aliorum peccata perpen-
dit, ad futuram felicitatem suspirat, aliud non exquirit nisi vt purgetur à culpa, tam ipse q̃ alij
crescat in gratia, & patriæ appropinquet iugiter per feruida desideria. L Beati misericordes, J
alijs compatiendo, subueniendo, ignoscendo, imo eorum miseriam quasi propriam æstiman-
do ac releuando, corporales ac spirituales eleemosynas impartiendo, quorum præmium est:
L quoniam ipsi misericordiam consequentur. J i. peccatorũ remissionẽ, optatæ gratiæ infusi-
onem, atq; diuinæ pietatis succursum in omnibus. Hoc est q̃ dicit Psalmista: Beatus qui intel
ligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eũ dñs. Ideo Salomon dicit: Per fidem
& misericordiam purgantur peccata. Et qui pronus est ad misericordiã, benedicetur. Tobias
quoq; instruens filium suũ, sic eum hortatur: Quomodo potueris ita esto misericors, & ne a-
uerteris faciem tuã ab vllo paupere. Ita eñ fiet vt nec auertatur à te facies dñi. Plane miseri-
cordes rite censendi sunt, qui implent illud Apostoli: Quis infirmatur, & ego non infirmor?
Quis scandalizat, & ego non vror? Et rursum: Alter alterius onera portate. Hinc admonet E-
phesios: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo do- F
nauit vobis. Hac virtute deo assimilamur, cui ppriũ est misereri & parcere. L Beati mũdo cor
de. J hoc ẽ puri in intellectu, & synceri in volũtate, ita q̃d conscĩam peccati non habent, nec a-
liqua intentione obliq̃ fœdantur, sed contẽplationi ac dilectione dei altissimi cœlestiũq; bono
rum vacant sine pmixtione erroris, & absq; occursu passionis animã obtenebrantis. Ad hanc
cordis mũdiciã disponunt virtutes morales, appetitũ sensitiuũ à passionum inordinatione pu-
rificantes, & cæteræ virtutes intellectuales, naturales, atq; iustitia, quæ est virtus specialis mo-
ralis. Omnia eñ hæc ordinantur ad hoc vt intellectus dono sapientiæ supernaturalis super-
naturaliter illustretur. Donis quoq; intellectus scientiæ & consilij. Et vt voluntas diuina chari
tate ferueścat, donisq; tribus, scilicet fortitudine, timore & pietate pficiatur, quibus peractis,
potens est aĩa stabiliter, syncere & affectuose deo vacare, contemplãdo ac diligẽdo, sicq; mũ
dicia cordis essentialiter est ardens contemplatio dei, seu cõtẽplatiua eius dilectio. Ad hãc cor
dis mũditiã pducitur homo triplici via seu triplici actione, hierarchica (vtpote purgatiua) qua
mũdant à culpa, Illuminatiua, q̃ diuinitus illustratur. Sitq; sedes sapiæ & vnitiua seu pfectiua,
qua charitate accensus deo coniungitur. Cum ergo puritas cordis sit finis omnium exercitio
rum nostrorũ, ac summa præsentis vitæ perfectio, debemus incessabiliter eã intendere, ad eã
suspirare, ad eius consideratione intellectũ reducere, totiesq; dolere ac resipiscere quoties senti-
mus nos ab ea corruisse, recessisse, vel elongationẽ aliquã incurrisse. Propter quod Salomõ mo-
net: Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Et Moyses: Custodi temet-
ipsum,

ipsum,& animã tuam solicite. Ne obliuiscaris verbo⁊ dñi,& ne incidant de corde tuo cun-
ctis diebus vitæ tuæ. Hoc deo iuuante facere possumus,si diuini vultus p̃sentiam, atq; iudicium
A sapienter pensemus,dicentes cum sancto Helia: Viuit dominus,in cuius cõspectu sto hodie. Et 3 Re,17.
cum Psalmista: Meditatio cordis mei in cõspectu tuo semp. Talis erat sanctus Iob, dicẽs: Nõ 4.Re. 2
nã deus considerat vias meas,& oẽs gressus meos dinumerat? Nec solũ passiones & vitia ma- Psa. 18
gna,sed & cogitationes superfluæ,& distractiones inanes cordis tollũt, aut minuũt puritatẽ, Iob. 31
qa verissime ait scriptura,qui negligit mod ca,paulatĩ decidit. Oportet ergo oẽm animi euaga Eccl. 19.
tionẽ & cogitationẽ inutilẽ deuitare atq; ad sortiẽdã cordis puritaten infatigabiliter vigilare,
laborare,& exorare. ⌊quoniã ipsi deum videbũt⌋ facie ad faciẽ,id est,clare per spẽm quæ vi-
sio beatifica correspõdet mũditiæ cordis. Seqtur beatitudo septima. ⌊Beati pacifici,⌋ Hoc ẽ,
internæ pacis, fraternæ cõcordiæ cõisq; vnanimitatis amatores,sectatores,& operatores, qui
primo in seipsis pacẽ habere conãt,vt appetitus inferior superiori obediat, sensualitas rationi
& caro spiritui,& ip̃e totus hõ obediat deo. ¶Deinde cum alijs satagũt pacẽ hr̃e & discordã-
tes reconciliare,oẽsq; ad vnanimitatẽ quãdã reducere,quẽadmodũ in primitiua eccl'ia, Mul Acto.4
titudinis credẽtiũ erat cor vnum & aĩa vna. Sic enĩ deus habitare facit vnius moris in domo.
De qua habitatione concordi atq; fraterna cantamus: Ecce quam bonum,& quam iucundum
habitare fratres in vnum. Hæc pax ex charitate procedit,iuxta illud Psalmistæ: Pax multa di-
ligẽtibus legẽ tuam. Et per iustitiã custoditur,sicut Esaias fatet: Et erit opus iustitiæ pax, de q̃
pace dicit Saluator: Pacẽ meã do vobis,nõ quõ mũdus dat,ego do vobis. Itemq; Apostolus:
Pax Chr̃i quæ exuperat omnẽ sensum,custodiat corda vestra. Quod enĩ pax ista appetenda
sit,p̃cipue omi Christiano,cõstat ex hoc q̃ Chr̃us discipulos salutãdo dicere cõsueuit. Pax vo
bisq; eisq; p̃cepit: In quãcũq; domũ intraueritis,primũ dicite: Pax huic domui. Idcirco ad hãc
beatitudinẽ sæpe nos hortat Apostolus,vt cum ait Ephesijs: Solicite seruare vnitatẽ spiritꝰ
in vinculo pacis. Et alibi: Si fieri (inquit) põt,quod in vobis est,cũ omĩbꝰ hoibus pacẽ haben-
tes. Præmiũ aũt pacifico⁊ subiũgit: ⌊Qm̃ filij dei vocabũtur.⌋ Hoc est,adoptiui,& digni erũt
B vocari filij dei in præsenti seculo,& in futuro potissimũ. Homines nãq; filij dei vocãt propter
aliquã assimilationẽ cũ eo. Hoc aũt maxime cõuenit deo amare & facere pacẽ,scd'm illud Apo
stoli: Deus erat in Christo mũdũ reconcilians sibi. Et de Christo ait: Ipse enĩ est pax nr̃a, q fe
cit vtraq; vnũ. Pacifici ergo sunt similes deo,qui cũ Psalmista dicere possunt: Cũ his q ode- 2.Co. 5
rant pacẽ,eram pacificus. Verũtamen sicut dicit Chrysostomꝰ: Multi sunt qui alios libenter re Ephes. 2
conciliãt,& ipsi inimicis suis nunq̃ ex corde recõciliãtur. Hi tales,illusores sunt pacis,nõ ama- Psal. 119
tores. Octaua demũ beatitudo subiũgitur: ⌊Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiã.⌋
Hoc est,propter veritatẽ doctrinæ,propter veritatẽ vitæ, vel propter veritatẽ iustitiæ .s. pro
pter fidẽ,bonã cõuersationẽ,vel æqtatis,& iuris defẽsionẽ,& hoc ex amore dei,ad eiꝰ honorẽ
& gloriã. Veritas enĩ & æqtas pariũt odiũ. Qui igit̃ p̃pter nullã aduersitatẽ & persecutionem
relinqt viã iustitiæ, ille beatꝰ est,dicẽs cum sancto Iob: Donec deficiam,non recedã ab innocẽ Iob. 27
tia mea,et iustificationem quam cœpi non deseram. Multi autem propter suos excessus ca-
stigantur,qui volentes seipsos excusare,et quasi beatificare,conuenienter allegant istam scrip-
turam,dicentes: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,cum ipsi condignam iu
ant disciplinam propter suam malitiam. Veruntamen si quis excessit,et pœnam sibi inflictam
pro culpa sua æquanimiter tolerat,etiam ipse quodammodo beatus esse videtur. Quãuis enĩ
non patitur propter iustitiam suam,tanquam propter causam alios ad persequendum mouen
tem,patitur tamen propter iustitiam,tanquam propter causam finalem,videlicet vt sua culpa Iudith. 8
per pœnam ordinetur, Et dei iniuria vindicetur, amissaq; gratia reparetur. Idcirco quicquid
aduersitatis et pœne nobis acciderit,debemus propter nostra peccata patienter sufferre, repu 2.Para. 6
tantes hæc ipsa supplicia nostris flagitijs esse minora. Sed hoc multo minus est,quam propter
iustitiam pati. Vnde Petrus inquit: Hæc est gratia,si propter conscientiam dei sustinet quis tri
stitias patiens iniuste. Quæ enim gratia,si peccantes & collaphizati suffertis? Si autem bene fa-
C cientes sustinetis,hæc est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis. ¶Insuper taliter pa-
tientium præmium subditur: ⌊quoniam ipsorum est regnum cœlorum.⌋ i. æternam victori-
am consequentur. Oppressis enim atq; afflictis, maxime conuenit gloria regni, consolatioq;
cælestis,hoc præmium octauæ & vltimæ beatitudinis,primæ quoq; beatitudini est promissũ,
cum dicitur: Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Considerando
nempe in regno cœlesti sublimitatem et opulentiam vniuersorum bonorum, sic ponitur præ
mium paupertatis. Considerando autem in eo plenitudinem gaudiorum, sic ponit̃ præmium
patiẽtiũ et afflicto⁊ propter iustitiam, prædictarum aũt beatitudinũ præmia vnũ et idẽ sunt,
vel essentialiter vel reductiue. Quid enĩ est regnũ cælo⁊, nisi possessio terræ viuẽtiũ? Et q̃d est
cõsolatio patriæ,nisi prædicta possessio,vel aliquid cõsequẽs eã? Similiter saturari et deũ vide 2.Tim. 3
re idẽ existũt. Huius vltimæ beatitudinis ad martyres maxime p̃tinentis,omnes electi partici
pes sunt,prout testat̃ Apostolꝰ: Quia omnes q volũt pie viuere in Chr̃o,persecutionẽ patiẽt.

¶Consi

¶Consequēter saluator quasi exponit beatitudinē vltimam. [Beati estis cum maledixerint]
i. malum de vobis dixerint [homines] secundum modum qui subditur. s. propter Christū. D
[& persecuti vos fuerint] mala inferendo, vel de loco ad locum fugando, [& dixerint omne
malum aduersum vos] varie crimina vobis imponēdo non veraciter, sed [mentient] i. mē
daciter vos accusantes [propter me] i. omnia mala hæc vobis inferētes ob id, quō mihi adhę
retis ac ministratis, videlicet propter iustitiam vestram. [Gaudete] interius cordialiter dele-
ctando in istis aduersis, quemadmodum dicit Apl̄us: Gloriamur in tribulationibus [& exul-
tate] i. ex plenitudine interioris iucunditatis signa lætitiæ foris ostēdite, iuxta illud: Cor meum
& caro mea exultauerunt in deum viuum. Hoc est, quod in Iacobo docetur: Om̄e gaudiū exi-
stimate frēs, cū in diuersas tentationēs incideritis. Hæc enim sunt magna bñficia dei, sicut affir-
mat Apl̄us, dicens: Vobis datū est pro Christo, non solū vt credatis in eum, sed etiam vt pati-
amini pro illo. Et Petrus. Si exprobramini (inquit) in nomine Christi, beati. Hic ait Saluator. In
mundo pressurā habebitis, sed cōfidite quia ego vici mundū, [quō merces vestra copiosa est in
cœlis] Hæc est vna ratio gloriādi in aduersis, magnitudo remunerātiōis, quia teste ante Aposto-
2. Co. 4 lo, Id quod in pręsenti est momētaneū, & leuæ tribulationis nr̄æ, supra modum in sublimitate
Iohā. 6. eternū glorię pond⁹ operat in nobis, vnde Saluator ait discipulis suis. Vos nūc qdē tristitiam
habetis, iterū aūt videbo vos, & gaudebit cor vestrū, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
Cum ergo non sint condignæ passiones huius tēporis ad futuram gloriam, debemus in omni
tribulatione cordialiter exultare. Gaudēdū quoq; est in istis aduersis propter alias causas. Vi-
delicet quia p eas Christo passo assimulamur, deum veneramur, & sanctis hoīb⁹ cōformamur,
ideo subditur: [sic enim] hoc est, etiam ideo in aduersis & persecutionib⁹ istis gaudete, [Sic
enim persecuti sunt] Iudæi [Prophetas, qui fuerunt ante vos] videlicet Esaiā, Hieremiam, &
cęteros: propter quod Stephan⁹ ait: Quem prophetarū non sunt persecuti patres vestri, Ex
hoc patet, verba ista specialiter dici ad Apostolos cæterosq; discipulos. ¶Circa pinducta ma-
Lucæ 6 gna oritur quæstio, an sermo præsens, quem hoc loco describit Mathæus, sit idem cū sermo-
ne qui in Luca describitur: ad hoc qdam dixerunt, quod imo, quia vterq; sermo idē habet prin E
cipiū, eūdemq; finem, & in multis intermedijs coincidit. Alij tenēt oppositū. Primo quoniā
secundū Matthæum Christ⁹ prædicauit in monte, secūdū Lucam autem descēdit de monte,
& prędicauit in loco campestri, Secundo, quia secūdū Matthæū prædicauit sedendo, secundū
Lucam stando. Tertio, quia secundum Matthæum docuit octo beatitudines, secundum Lu
cam quatuor. Quarto, quoniam Lucas multa omittit quæ ponit Matthæus. Quid horū sit ve
rius, ignoratur: vtriusq; tamen opinionis rationes satis faciliter soluerentur. Primā namq; opi
nionem tenendo diceretur, quod Christus primo cum discipulis montem ascendit, ibiq; ele-
ctione Apostolorum facta, & prædicatione incepta descendit versus pedem montis, & ibi
stans docuit discipulos, & populum simul, & si mons ille fuit in campo, tunc vtiq; stando circa
montis ascensum, stetit in loco campestri. Nec obstat quod multa omittit Lucas, quæ ponit
Lucæ 11. Matthæus, sicut in oratione dominica Matthæus ponit septem petitiones. Lucas quinq; dun-
taxat, vterq; tamen eorum eandem orationem describit: Sciens enim vnus Euangelista, aliqd
ab alio plene digestum, minus prosequitur illud: Qui vero secundam opinionem tuetur, dicere
potest, q̄ non sit inconueniens, diuersos sermones eodem modo inchoari ac terminari, atq; in
multis communicare. Hæc secunda opinio verior æstimatur à quibusdam, videlicet quod fue-
rint diuersi sermones, sicut patescit diligenter conspicienti vtriusq; sermon⁹ descriptionē.
¶Prosecutio expositionis præsentis capituli, ab eo loco quo dicit: Vos estis sal terræ &c. Ar. X

Q Vāuis sermo iste ad turbas fact⁹ dicat, ad Apostolos tn̄ præsenti direct⁹ ē: In prin
cipio em̄ hui⁹ capituli dicebat: Accesserūt ad eū discipuli eius, & aperiēs os suum,
Lucæ. 6. docebat eos, Lucas etiā dicit: Eleuatis oculis in discipulos suos, dixit, &c. Eosdē er
go nūc alloquēs, docet, q̄les debeāt eē, tā ipsi q̄ eorū successores, videlicet oēs prę
lati: [Vos estis sal terræ] i. cōdimētū hominū in terra viuēnū, qa per discretionē & exēplarē F
cōuersationē vestrā corda aliorū cōdiri seu dirigi debēt, vt saporē, habeāt operū virtuosorū &
vt pseruēt à putredine vitiorū, quēadmodū sal cōfert cibū saporē, & à putrefactione cōserua-
tionē. Per sal ergo notatur discretio quæ in om̄i ope necessaria est, propter qd in Leuitico di-
cit: Quicqd obtuleris sacrificij sale cōdies, in om̄i oblatione offeres sal. Vnde ait Saluator: Ha-
bete in vobis sal. Et qa exēpla superiorū maxime dirigūt, & cōseruāt aīas subditorū, cōuenien
ter per sal designat cōuersatio exēplaris. [Quod si sal euanuerit] Hoc est: Corruptū fuerit, &
suū vigorē pdiderit, [in q̄ saliet] i. qd illo cōdiri poterit? Nil vtiq;. Tūc em̄ poti⁹ ficit cibū
q̄ prosit, ideo subdit: [Ad nihilū valet vltra, nisi vt mittat foras. Hoc est: Penit⁹ effundat, ne
locum in domo inutiliter occupet, vel per errorē cibo immissum, ipsum corrumpat, [& con
culcet ab hoībus] in via vbi effusum est sal pergētib⁹. Per hoc insinuat, quod prælatus indis-
cretus vel inexemplariter viuens, non condit, nec dirigit corda subditorum, nec potest eis pro
desse, sed potius obest: idcirco prælatione indignus est, & ab ea auelli meretur, ac humiliari,

atq;

A Propterea Paulus admonet Thimotheũ,imo & omnem platum,Esto exemplũ fideliũ in ver-
bo,in conuersatione,in charitate,hoc enĩ faciens,teipsum saluum facies , & eos q te audiunt.
¶ Consequenter Christus cõparat eos luci, L Vos estis lux mundi,⌋ hoc est, doctores hoĩm
in mundo degentium,quũ mentes alioꝝ illustrare debetis radio sapiæ atq; scientiæ, docendo
eos qd credendum,quid sperandum,quid diligendum,quõ discernere debeant inter bonum
& malum,inter veꝝ & falsum,inter ptiosum & vile. De talibus prælatis dñs loquitur: Dabo
vobis pastores iuxta cor meum,& pascent vos scientia & doctrina. Ex his constat, ꝙ pastor
alioꝝ debeat esse actione pcipuus,& contẽplatione sublimis,imo in vtraq; vita perfectus, vt
valeat gregem sibi cõmissum ad instar cœlestis hierarchię purgare,illuminare & pficere. Sed
heu multi iam alioꝝ curam suscipiunt,in quibus non est aqua sapiæ salutaris,nec panis sanctæ
conuersationis,qui si se ipsos diligenter attenderent,puto ꝙ dicerent: non sum medicus, & in
domo mea non est panis. Nolite me constituere principem populi. De talibus loquitur Esa-
ias: Speculatores cæci,canes muti,non valentes latrare,videntes vana & dormientes. ¶ Sed cũ
de Iohanne (quo maior inter natos mulieꝝ non surrexit) legatur, Non erat ille lux, quomodo
apostoli appellantur lux mundi? Et respondendum ꝙ Iohannes non erat lux principalis &
substantialis,sed ministerialis & participata. Deniq; triplex est lux,videlicet lux illustrans non Iohan. 1
illustrata,vt deus,& sic Christus secundum diuinam naturam lux erat,non Iohannes. lux illu-
strans & illustrata,tales præsertim fuerunt Iohannes & sancti apostoli atq; prophetæ. Dein-
de gloriosus Dionysius,aliiq; doctores dicuntur lux illustrata non illustrans, sicut de pœniten
tibus & conuersis dicit Apostolus: Fuistis aliquando tenebræ,nũc autẽ lux in domino. Quod
autem apostoli & prælati debeant sapientiam sibi communicatam aliis publice prædicare,e- Ephe 5
osq; splendore virtutum ædificare,ostendit Saluator per duo,quibus hi comparantur,videli-
cet per similitudinem ciuitatis altæ,& lucernæ accensæ. L Non potest ciuitas abscondi supra
B montem posita,⌋hoc est,in loco sublimi constructa,omnibus enim etiam a longinquo appa
ret. Sic vos aliorum pastores seu ecclesia prælatorum,qui estis fundati in Christo monte altis
simo,de quo in Daniele asseritur, ꝙ creuit in montem magnum, non debetis sapientiam vo- Danie. 2
bis concessam abscondere neq; latere. Scriptum est enim: Sapientia abscõdita & thesaurus in-
uisus,quæ vtilitas in vtroq;. Deinde idem ostenditur per similitudinem lucernæ. L Neq; accẽ
dunt homines lucernam,& ponunt eam sub modio,⌋hoc est,cum eam accenderint, non ab- Eccle. 20
scondunt accensam cõmuniter,nisi forte ad tempus,vt opportuno tempore ponatur in pub-
lico, L sed super candelabrũ⌋ponunt eam, L vt luceat omnibus qui in domo sunt,⌋ simili mo
do,deus non illustrauit apostolos tam copioso lumine sapientiæ vt occultentur ac lateant,sed
totum mundum luce veritatis perfundant,ideo subditur: L Sic luceat lux vestra,⌋hoc est,vir-
tuosa ac splendida conuersatio vestra L coram hominibus,⌋id est, in eorum præsentia mani
festetur,fiat ac pateat, L vt videant opera vestra bona,& glorificent patrẽ vestrum qui in cœ
lis est,⌋hoc est,ad hoc seu propter hunc finem opera bona coram aliis facite , vt pater vester
cęlestis glorificetur,laudetur,& iustus esse noscatur ab illis,per vitæ vestræ sanctitatem. Deus
nanq; per seruos peruersos inhonoratur,per bonos laudatur,secundum quod apostolus ait q
C busdam: Per vos nomen domini blasphematur inter gẽtes. Et per Ezechielem ait dominus:
Frequenter commaculastis nomen meum sanctum. Rursusq;: Sanctificabo nomẽ meum ma
gnum quod pollutum est per vos inter gentes. Gentiles nanq; & perfidi si viderint Christia-
num in omnibus sancte & irreprehensibiliter conuersantem,nonne dicturi sunt: Vera & san
cta est lex quæ talem instruit vitam,& sanctus dominus cui talis complacet vita. Si autem con
spexerint Christianum scelerate agentem,nonne mox Christi legem derident, & talẽ esse do
minum suspicantur quales sunt serui eius? Fideles vero & boni cum viderint quempiam ho-
neste & sancte viuentem statim gratiam dei collaudant,deum in suo ministro atq; effectu ex
tollunt,eiusq; misericordiam admirantur,dicentes: Mirabilis deus in sanctis suis. Nõ ergo de-
bemus bona coram aliis operari,vel proprias manifestare virtutes propter propriã laudem, Psal. 67
sed ad dei honorem,& etiam ad proximorum ædificationem. Soliq; deo debemus velle pla
cere finaliter. Ideo enim dicit Saluator: Videte ne faciatis iustitiam vestram coram homini-
bus vt videamini ab illis. Porro,sciendum ꝙ operum bonorum quędam sunt communia, ad Mat. 6
quę communiter obligamur,nec alicuius sanctitatis aut singularitatis speciem habent: talia co-
ram aliis fieri debent. Alia sunt opera singularis deuotionis,& gratię eminentis: ista itaq; po-
tius occultanda videntur,ne homo vltra modum ab aliis reputetur aut honoretur,& ne speci
em simulationis incurrat,aut singularis appareat. Vnde non debemus in manifesto pectus spe
cialiter tundere,suspiria magna emittere,manus in cęlum extendere, sed cum generali exterio
ris hominis apparatu esse contenti, interius vero semper ad pręcipuam deuotionem anhela-
re. Et quoniam Christus noua documẽta intulit mundo,ne quis putaret suam doctrinam esse
contrariam documentis Moysi & prophetarum,subiecit: L Nolite putare quoniam⌋ id est,
quod L veni soluere⌋hoc est,falsificare,reprobare, aut etiam destruere L legem⌋ Mosaicam,
L aut

aut prophetas⌟ diuinitus inspiratos, quorum aliqui fuerunt Gentiles & ante legẽ, vt Iob, Enoch.
⌞Non veni soluere⌟ illa ⌞sed adimplere.⌟ Legẽ Christus impleuit, secundũ duplicẽ sensum. D
Primo, quia quod lex iussit, fecit. Fact⁹ est enĩ sub lege vt eos qui sub lege erant, redimeret, se-
cundũ Apostolũ. Etenim secundũ legem est circũcisus, in templo oblatus. Secũdo, quoniam
quod legi defuit, perficiendo suppleuit, præceptis legis euangelica consilia adijciendo. Simili-
ter Christus impleuit prophetas, quia quod illi de eius incarnatione, doctrina, conuersatione,
prodigijs, passione, resurrectione, & ascensione prædixerunt, verificauit, & actu compleuit, cæ
tera quoque in die iudicij adimplebit. Propter quod ait: Necesse est impleri omnia quæ scripta
sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. ¶ Denique præcepta legis fuerunt triplicia, sci
licet moralia, vtpote præcepta decalogi. Hæc Christus impleuit, secundũ quod ait: Si vis ingre
di ad vitã, serua mãdata. Alia erãt cærimonialia, vt circũcisio, discretio ciborũ, esus agni pascha
lis &c. quæ certũ est Christum obseruasse. Cum enim de Iohanne Baptista prædixerit ãgelus,
Lucæ 12. Vinum & syceram non bibet. Et Petrus post resurrectionem Christi testatus sit, quia nũq̃
comedi omne immũdum & commune, constat quod Christus quoque seruauerit discretionem
in cibis. Tertia legis præcepta erãt iudicialia, & hæc Christus interdũ misericorditer relaxauit,
tanquam legislator præcipuus. Interdum vero probabile est eum talia obseruasse. Sed videtur
contrarium: nam præcepit sanato, vt tolleret lectum suum in sabbato, sabbato quoque fecit lutũ
quo oculos cæci nati liniuit. Propter quod Iudæi dixerunt: Non est hic homo à deo qui sabba
tum non custodit. Respondendum, quod opera corporalia quæ directe ordinabantur ad dei
honorem, licebant in sabbato, sicut ornare templũ, offerre sacrificiũ. Quod autem iussit sanato
ferre lectum in sabbato, fuit ad declarationem facti miraculi, in quo diuina virtus resplenduit.
Simili modo fecit lutum ad exhibendũ miraculum, in quo omnipotentia dei fuit ostensa. Iudæi
vero male intellexerunt præceptum de honoratione sabbati, multisque alijs, sicut inferius eluce- E
Lucæ 16 scet. Quod igitur Christus impleuit hæc omnia manifestat, subdendo: ⌞Amẽ quippe dico vo
bis, donec (.i. quousque) transeat cœlum & terra⌟ id est vsque ad finem seculi, in quo cœlum &
terra transibunt, & peribunt, seu eẽ cessabunt, quantũ ad esse accidentale, non q̃tum ad esse sub
stantiale, hoc est, quo ad qualitatẽ, situm, motũ, & influentiam, non quo ad eorum substantiam,
tunc enim mutabuntur in melius, nec habebunt motũ, & influentiam vt modo ⌞iota vnum⌟
hoc est, minimũ verbũ seu minima litera, ⌞aut vn⁹ apex⌟ .i. minima particula, ⌞nõ præteribit
à lege⌟ id est, non remanebit non adimpletum, sed erit sicut lex asserit ⌞donec omnia⌟ in lege
cõtenta, ⌞fiant⌟ seu impleantur. Per hoc autẽ quod dicit, donec transeat cælum & terra, iota
vnum &c. non datur intelligi, quod postmodum iota prætereat, sed per hoc, quod ait interim
non præterire iota vnum, insinuat, quod nunq̃ aliquid ibit incassum, nec erit mendosum, quod
continetur in lege. Nam & figuræ atque ministeria legis ac prophetarum in Euangelio adimplen
tur. Iota proprie est minima lr̃a hebraica. Apex vero iã sumitur pro particula lr̃æ in summi-
tate lr̃æ posita, ad discernẽdũ. ¶ Insuper docet saluator in tãtum oportere impleri, & obserua
ri omnia verba legis, vt nec minimũ eius præceptũ posset omitti sine damnationis periculo. ⌞
Qui ergo⌟ Hoc est, cũ necesse sit omnia illa impleri, idcirco qui ⌞soluerit⌟ id est, transgressus
Exod. 20 fuerit, ⌞vnum de mãdatis istis minimis⌟ in lege contentis, quæ significaui per iota & apicem,
& quæ statim dicturus sum, videlicet: Nõ occides, non mœchaberis, non peierabis, quæ licet
pertineant ad præcepta decalogi, tamẽ minima appellantur, quoniam parui meriti, (compa- F
ratiue loquẽdo) est ea implere, pertinẽtque ad imperfectos, rudes, & incipiẽtes. Vnde secundum Au-
gustinũ inchoant hominẽ, faciunt enim declinare à malo. Qui igitur soluerit vnum de mandatis
his minimis, ⌞& docuerit sic homines⌟ .i. male & obediẽter viuendo prædicauerit alijs, mini
mus vocabitur .i. infim⁹ erit & dicetur, quãtum ad bona gratiæ gratũ facientis, quamuis inter
dum sit magnus prælatus, ⌞in regno cœlorum⌟ .i. in ecclesia militante, de qua dicit Apostolus,
1. Cor. 3 loquens de suis discipulis: Hi soli sunt adiutores mei in regno dei. Talis namque non est in statu sa
lutis & gratiæ, quia præuaricando præceptum, peccat mortaliter, docendo quoque alios, quod
ipse non facit, imo cuius contrariũ facit, grauius peccat, & deo acceptus non est. Peccatori enim
dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? Propterea itaque minimus iudicatur à sanctis & sapi
entibus viris, quoniam sola fide ad corpus ecclesiæ ptinet, non p charitatem & opa. ⌞qui aũt
Psal. 49 fecerit & docuerit⌟ non adiecit vnũ de mandatis istis minimis, sed absolute affirmat, qui autẽ
fecerit & docuerit⌟ .i. qui diuina præcepta seruauerit, & taliter cõseruando vere istruxerit ali
os, ⌞hic magnus vocabitur⌟ .i. magni meriti erit, ⌞in regno cœlorum⌟ prædicto, imo & in fu-
turo. Nihil enim diuinius secundum Dionysium, quam deo cooperari in reductione animarum ad
suæ beatitudinis fontem. Hinc in Danie. legitur: Qui multos erudiunt ad iustitiã, quasi stellæ
fulgebũt in perpetuas æternitates. Quod vero nõ sufficiat docere, nisi adsit custodia precepto
rum, adiecit saluator: ⌞Dico enim vobis⌟ discipulis meis, ⌞quia nisi abũdauerit iustitia⌟ id est,
bona conuersatio ⌞vestra plus quam⌟ abundat iustitia ⌞scribarum & phariseorum⌟ hoc est ni
si maior fuerit iustitia vestra q̃ illa, ⌞non intrabitis in regnum cœlorum⌟ .i. in patriã beatorum.

Quod tri.

Quod tripliciter accipi pōt. Primo, qm̄ scribæ & pharisæi veraciter docuerunt, sed opera non
A correspondeṙunt doctrinæ, prout infra habetur: Super chatedram Moysi sederunt scribæ &
phariſæi, omnia quæcunq; dicūt, facite, secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim &
non faciunt. Secundo, quoniam scribarum & pharisæorum iustitia fuit seruare præcepta mini
ma secundum superficialem intellectum eorum, videlicet, non occidere, non mœchari, vitādo
dūtaxat opera exteriora nepharia, non desideria praua. Per talia quippe præcepta putabant
prohiberi opera, non affectum, secundum q̄ verba sonant. Talis autem iustitia non sufficit ad
salutem. Huic sensui concordant sequētia, sicut patebit. Tertio accipi potest, quasi dictum ad
Apostolos, & prælatos, ac eos qui ex speciali vocatione, professione, seu gradu ad perfectionē
tenentur, ideo eorum non est circa communia languere, quia nec sufficit eis, sed oportet vt vi-
tam aliorum alta puritate transcendant. Itaq; q̄ non sufficiat iustitia scribarum ac pharisæo-
rum, subiungitur: ⌊ Audistis quia dictum ⌋ .i. præceptum à deo, per Moysen ⌊ est antiquis ⌋
hoc est, populo Iudeorum egredientium de Aegypto, ⌊ Non occides. Qui autem occiderit ⌋
hominem prætermisso ordine iuris, ⌊ reus erit iudicio ⌋ damnationis .i. mortem corporalē me-
rei, & item æternam. ⌊ Ego autem dico vobis ⌋ ,i. non solum occidi prohibeo, sed dico, ⌊ quia
oīs qui irascitur fratri suo ⌋ ira inordinata, rationem obfuscante, ⌊ reus erit iudicio ⌋ .i. accusati Leuiti.19
one corā diuina iustitia, hoc est tantum dicere, Ego legem non soluo, sed impleo, expono, atq;
perficio, & ad perfectā ac sufficientē iustitiam doceo ac perduco. In lege em̄ aperte prohibet
homicidium cum dicitur: Non occidet, sed lex non exponit perfecte quō intelligendum sit Nume.35
illud præceptum. Propterea ego verum intellectum illius pando præcepti & dico, q̄ omnis
qui irascitur .i. vindictam desiderat, seu nocumētum inferre proponit, reus est iudicio. Est ergo
sciendum q̄ aliqui Iudæorum per p̄cepta huiusmodi negatiua, quibus dicitur Non occides, nō
mœchaberis, non furaberis, æstimabant sola facta vetari, nō autem cogitationes & affectiones,
B vnde putabant eas non esse peccata, nisi in opus procederent. Hunc errorem aufert saluator,
insinuans non solum facta, sed etiam motus interiores & verba peruersa esse damnatione con-
digna. Obseruatio autem præceptorum decalogi fuit semper ad salutem sufficiens. Si ergo solā
facta impia prohiberentur, nemo propter desideria praua, cogitationes, & animi motus damna
retur, cuius oppositum nunc docet saluator, imo ex lege & prophetis patet oppositū. Scriptū
em̄ est: Væ qui cogitatis inutile. Et: Malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Imo per
Hieremiam dn̄s sæpissime ait: Reuertimini à cogitationibus vestris pessimis. Ita quoq; in ve-
teri testamento prohibetur. Vnde in Genesi Iacob: Maledictus (inquit) furor, quia pertinax &
indignatio, quia dura. Et Ioseph ad fratres suos: Ne irascamini (ait) in via. Vnde quod dictum
est, ⌊ Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. ⌋ Quidam exponunt hoc modo, Audi-
stis quia dictum est antiquis per modum interpretationis seu expositionis, Non occides .i. præ Exod.20
ceptum de non occidendo interpretabantur de solo facto. ⌊ Ego aūt ⌋ corrigendo huiusmodi
expositionem, ⌊ dico vobis, ⌋ quia oīs qui irascitur, &c. ⌊ Qui autem dixerit fratri suo ⌋ .i. proxi
mo, ⌊ Racha ⌋ .i. verbum indignantis animi effuderit, tn̄ confuse & quasi in generali, non cer-
tam vituperationem aut contumeliam inferēs, sed affectum interioris conmotionis per signū
C seu verbum indignationis aperiens ⌊ reus erit cōsilio ⌋ .i. tractatu quo inuestigatur, qua pœna
torquendus sit, quem constat esse damnandū. ⌊ Qui aūt dixerit ⌋ proximo suo, ⌊ fatue ⌋ .i. cū
motionem iræ per verbū contumeliosum, manifestam vituperationem designans effuderit,
⌊ reus erit gehēnæ ignis ⌋ .i. pœnæ infernalis. ¶ Ecce triplex gradus culpæ, cui correspondet tri
plex gradus reatus seu pœnæ. Est em̄ ira latens in aīo, quæ notat, cū dr̄, Qui irascitur, cuius pœ-
na, est mereri iudicium, Et est ira prorūpens in vocē indignationis & vituperationis in generali;
quod grauius est primo, cuius pœna est, prolatio sn̄iæ contra eum, quæ pœna grauior est quā
prima. Et est ira in verbum contumeliosum procedens, quod est grauius primis duobus, cui-
us pœna est, punitio ignis gehennæ, quæ prædictis pœnis est grauior, ordinantur tamen &
tendunt ad eā. Loquit ergo saluator de ira prout est mortale peccatum, videlicet pro vt ē ex cō
sensu cū affectu nocēdi iniuste. Dicere autē Racha ex tali ira, est grauius, dicere vero fatue, extat
grauissimum. Secūdum Hieronimū, Racha est verbū Hebraicū, significans vacuū vel inane, &
idem dicit Chrisostomus. Augustinus tn̄ testatur, q̄ sit vox nō significās aliquid determinate;
sed solū cōmoti cordis affectū, cuiusmodi sunt interiectiōes. Sed hoc facile cōcordatur, qa secū
dū Chrysost. quis significat vanū seu inane .i. stultum. Hic tn̄ accipitur secundū vsum loquēti
um .s. Iudæorum, secundū qd qualibet prouincia habet aliqd verbū exprobratoriū. ¶ Circa p̄di-
cta inquiritur, qn̄ qūo & qualiter ira sit, pctm̄. Quamuis aūt hæc q̄stio cōis sit, habet tn̄ difficul
tatem p̄cipuam propter sanctorū atq; catholicorū doctorū cōtrariā (vt videt) determinationē;
Dicit em̄ p̄senti loco Hieronymus: Definita sn̄ia est, vt ira pœnitus tollat. Si em̄ iubemur ver
beranti alterā p̄bere maxillā, & inimicos diligere, & p̄ p̄sequētib⁹ exorare, oīs iræ occasio tollit;
qm̄ ira viri iustitiā dei nō operatur. Sed aliter sonant verba Chrisostomi dicētis hoc loco: Qui
ex causa irascitur, reus nō est. Nā si ira nō fuerit, nec doctrina p̄ficit, nec iudicia stant, nec cri-

iustitiã agit, qui fratri à se læso nõ satagit recõciliari & satisfacere. Eũdũ est aũt pedibus corpo-
ris si cõmode fieri possit, videlicet si frater offensus nõ longe sit & haberi queat, alias eundum
A est pedibus mẽtis, hoc est, desiderio atq; proposito, quatenus proponas & optes ei statim sa-
tisfacere, q̃d quia nõ vales, intẽdas eum accedere & placare loco & tẽpore opportunis. In his
quoq; pensanda est mẽsura offensæ seu iniuriæ proximo irrogatæ, quæ quãto maior extiterit,
tãto celerius ac laboriosius conãdum est, vt recõcilietur offensus. Debemus vero interim mu-
nus ante altare relinquere. i. nõ facere opera bona nisi primo proponamus ire ad fratrẽ offen-
sum, q̃d vtiq; propositũ exequi oportet statim cum cõuenienter fieri potuit. Porro secundum
Chrysostomũ & Cassianũ ad charitatis perfectionẽ præcipue pertinet, vt etiã ille q læsus est
studeat aduersariũ mitigare, nõ solũ dimittẽdo illatã iniuriã, sed blando sermone cor eius pla-
cãdo, quatenus de cætero syncerũ ad se affectũ retineat. Sic eñ possum alterius quãuis iniu-
riatoris iracundiã, inuidiã, peruersitatẽ sanare, eiusq; animã à morte culpæ eripere. Primo acce-
dẽdo ad eũ & pacẽ reformãdo inter eum & me, & cũ non facio hoc, nõ videor esse pfectus in
charitate Chr̃i, q pro iniquorũ salute sanguinẽ fudit. Nec proximi, quẽ possum à tanto libera
re periculo humiliãdo meipsũ. Dicit ergo Chrysostom⁹: Ne dicas, ille mihi nocuit, ille mihi sa-
tisfacere debet, non ego illi, si pro gloria salutis tuæ iubet te dñs amicitias facere, tu potius noci
tus seu nocumẽtum perpessus, debes nocentem rogare vt duplicẽ gloriã cõseq̃ris. Vnam, q̃a
nocitus es, alterã, quia prior rogasti. Festina ergo inimicũ tuũ puenire ad amicitias, ne forte te
tardante ille pueniat ad rogãdum, & rapiat de manibus tuis pietatis mercedẽ. Nam si ille tibi
nocuit, & ille te rogat, infructuosa est amicitia tua. Quã eñ iustitiã fecisti ante deum, si rogatus
te placaueris. ⌊Et tũc veniẽs⌋ .i. localiter rediens, vel intentionẽ tuã ad id quod cœperas, re-
uocans, ⌊offeras munus tuum⌋ .i. inchoatũ dei obsequiũ perficies & cõtinuabis, spũalem vel
corporalem hostiã immolãdo. Spũales aũt hostiæ sunt deuota oratio, dei laudatio, cordis cõpũ
ctio, pceptorũ impletio. Insuper infert saluator aliud documentũ ex his quę de ira inducta sunt
B ⌊Esto cõsentiens aduersario tuo cito⌋ .i. concordiã fac cũ eo quẽ læsisti velociter, qm̃ pericu-
lum est in mora, cũ ignores diẽ ac horã, ⌊dũ es in via cũ eo⌋ .i. cũ in vita psentis secũ conuersa-
ris quę vita est via ad patriã, peregrinatio atq; exiliũ, ⌊ne forte tradat te aduersarius iudici⌋ .i.
ne læsus à te, faciat te reũ corã Chr̃o, sicq; tradat te materialiter, qm̃ est occasio & materia, pro
pter quã corã Christo culpabilis inueniris, iuxta quem modũ, dracones, abyssi, ignis, grando,
& cætera inanimata & irrationabilia dicuntur deum laudare, ⌊& iudex tradat te ministro⌋ .i. Psal. 14[illegible]
Christus det te in manum diaboli, ⌊& in carcerem⌋ .i. lacum inferni mittaris, in æternũ dam-
natus, quia non satisfecisti offenso, ⌊Amen dico tibi, non exies inde,⌋ videlicet de inferno q̃si
liberatus, quamuis in die iudicij omnes egressuri sint in inferno detenti, rursus grauius retruden
di in eum, ⌊donec reddas nouissimũ quadrantẽ⌋ .i. pro minima culpa satisfacias, hoc est nun-
quam redimeris, quoniam in inferno nulla est satisfactio. Potest quoq; per aduersariũ intelligi
sacra scriptura, mandatum seu lex, quæ nostris concupiscentijs & proprię voluntati aduersat.
prohibendo quod cupimus. Huic bono aduersario consentire debemus obediendo sacræ scrip
turæ dum sumus cum ea in via. i. quandiu viuimus in seculo isto, in quo verba dei audimus &
locũ merendi ac demerendi habemus. Ne forte aduersarius iste tradat nos iudici. i. testimoniũ
proferat cõtra nos, re pbando scelera nostra in cõspectu diuino. Nõ aũt possum⁹ per aduer-
sarium istũ intelligere carnẽ aut dęmonẽ, qm̃ nulli eorum cõsentire aut concordare debemus,
Deinde saluator ostendit verũ intellectũ pcepti negatiui phibentis męchationẽ seu adulteriũ, Exo. 20
vel illegitimum cõcubitũ. ⌊Audistis quia dictum est⌋ .i. diuinitus iussum, ⌊antiquis,⌋ egredi-
entibus ex Aegypto cum Moyse. ⌊Nõ mœchaberis. Ego aũt dico vobis⌋ .i. non solũ cor-
poralẽ fornicationem prohibeo, q̃ Iudæi putabant duntaxat hoc prohiberi pcepto, non cõ-
cupiscentiã interiorẽ, imo pceptũ q̃d dicitur: Non cõcupisces vxorẽ proximi tui, exposuerunt
de signis concupiscentiæ, vt sunt amplexus & oscula, non de concupiscentia intus latente. Di-
C co itaq; vobis, ⌊quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendã eã⌋ .i. ad hoc & eo
fine, vt concupiscentia fœminæ concitetur in eo, ⌊iam mœchatus est eam in corde suo⌋ .i.
animo seu consensu cum ea fornicatus est, & ipse inordinatus cordis affectus facit eum reum
ac si opere perpetrasset. Deus enim inspicit intima cordis. Concupiscentia itaque quæ est cũ
animi deliberatione atque consensu in delectationem vel opus, est mortale peccatum. Quoniã
hoc non est solum titillare, sed consentire. Refrenandi sunt ergo sensus exteriores maxime, vi-
sus, tactus, auditus, ne mors intret in animam per corporis sui fenestras. Testante quippe scri-
ptura: Colloquium mulieris quasi ignis inardescit, & in specie mulieris multi corruerunt. Pro- Iob. 31
pter quod ait beatus Iob: Pepigi fœdus cum oculis, ne saltem cogitarem de virgine. Vnde se
cundum Gregorium: Non licet videri quod non licet concupisci. ⌊Quod si oculus tu-
us dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te⌋ Oculus dexter intelligi potest tripliciter.
Primo, ipse oculus corporalis. Si ergo iste scandalizat. i. occasionem peccandi ingerit, & ad
concupiscentiam inducit, ⌊erue eum⌋ non essentialiter, sed quantum ad vsum, id est, reprime

liber casu. Si enim desit veritas, iuramentum est mendax: si iudicium desit, iuramentum est te-
A merarium & incautum: si iustitia, iniquum est, leue atq; inutile. Veritas itaq; ad iuramentum
ordinata requiritur, ex parte rei de qua iuratur. Iudicium vero seu discretio ex parte iurantis, iu-
stitia autem ex parte causæ, vt sit necessitas ad iurandum. Iuratio ergo debite circumstantiona-
ta, videlicet, vt fiat ex causa necessaria, tunc vbi taliter & propter congruum finem, non solum
est licita, sed & actus virtutis, quæ dicitur latria. Qui enim sic iurat, exhibet reuerentiam deo, p-
supponens eum habere infallibilem veritatem, omniumq; certam notitiam, ac vniuersalem p-
uidentiam. Vnde ait scriptura: In omni corde suo iurauerunt dño, & inuenerũt. Et psalmista:
⌊Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Hieronymus quoq; affirmat, q iurans veneratur vel di-
ligit eum p quem iurat. Sic ergo intelligenda est litera. ⌊Dico vobis non iurare omnino⌋ hoc Psa. 62
est, non iurare omnibus modis indifferenter, seu ex qualibet causa, sed solum modo iã dicto;
videlicet ⌊per coelum, quia thronus⌋ i. sedes & habitatio, ⌊dei est⌋ Quamuis enĩ incircũscrip-
tus, immẽsusq; deus loco nullo claudatur, ibi tamen esse asseritur, vbi operat̃, & seipsum osten-
dit. Cum ergo in coelo empyreo maxime operetur, illicq; facie ad faciem conspiciatur, meri-
to coelum empyreum appellatur thronus eius. Vnde vnigenitus dei, Ego (inquit) vic & sedi
cum patre meo in throno eius. ⌊Neq; per terram⌋ iuraueris ⌊quia scabellum pedum eius ẽ⌋
i. diuinæ potestati subiectæ, & à deo in vltimo ac infimo rerũ ordine collocata. Per pedes ita-
q; dei designatur operatio seu prouisio eius, pertingens vsq; ad infima. Hoc idem in Esaia scri-
ptum est: Hoc dicit dominus, Coelum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorũ. Non Esai. 66.
est itaq; sic intelligendum, quasi deus in diuinitatis natura corporalia habeat liniamenta, & situ
aliter sedeat, præsertim cum de ipso scriptum sit: Excelsior cęlo est, & profundior inferno, lon-
gior terra mensura eius, & latior mari. ⌊Neq; per Hierosolymam⌋ iuraueris, ⌊quia ciuitas est Iob. 11.
magni regis,⌋ de quo legitur in li. Hest: Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt
B posita. Et in psalmo: Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos. Fu-
it enim Hierusalem deputata ad huius regis obsequium. ⌊Neq; per caput tuũ⌋ iuraueris, ⌊qa Psal. 94
non potes vnum capillum album facere aut nigrum,⌋ propria potestate & solo imperio, q̃uis
per artem & naturalium rerum applicationem possit homo diuersos colores crinib⁹ capitis si-
bi inducere. Ecce non solum per deum, sed etiã per creaturas iurare prohibuit vel dissua-
sit. Sed quomodo intelligendum est hoc? Nonne per Euangelium & per sanctos fit licitum
iuramentum? Nonne Ioseph per salutem Pharaonis iurauit? Nonne Apostolus dicit: Ego te-
stem inuoco deum in animam meam? Quæritur ergo, qñ & quomodo liceat per creaturas iu-
rare. Respondet beatus Thomas, q iuramentum fit dupliciter. Primo per simplicem conte-
stationem. Secũdo per execrationem. Iuramentum primo modo factum, principaliter diui-
næ veritati innititur. Secundario autem assumũt̃ aliquæ creaturæ ad iurandum, non secundum
se, sed inquantum diuina in eis veritas manifestatur, sicq; iuratur per Euangelium, i. per deum,
cuius veritas in Euangelio continetur. Et item per sanctos, q hanc veritatem crediderunt. In
iuramento autem quod fit per execrationem, assumitur creatura, tanq̃ id in quo diuinum exe-
cratur iudicium, si non verum asseritur, vt cum homo iurat per caput, vel filium suum, seu aliã
rem dilectã. Denique sicut licitum est iurare per deum p loco, causa & tempore: sic & per crea-
turas, tam per simplicem contestationẽ, q̃ per execrationẽ. Per execrationẽ naq; iurauit Apo-
stolus: Ego (inquiens) testẽ inuoco deũ in animã meã. Quod vero Ioseph per salutẽ Pharao-
nis iurauerit, vtroq; modo intelligi potest, videlicet per modũ execrationis, ita q Pharaonis
salutẽ obligauit deo, & p modũ contestationis, cõtestendo veritatẽ diuinæ iustitiæ, ad cuius exẽ-
quutionem principes terræ constituuntur, quorum vnus fuit Pharao, sicq; per eius salutẽ iu-
rauit Ioseph, inquantum diuina iustitia in Pharaonis iperio monstrabatur. Cum ergo per cre-
aturas iuratur, iurans obligatur implere iurata, ac si per deum iuraret: quia non iurat per crea-
C turas, nisi inquantum diuina virtus in eis relucet. Ideo quoq; non licet per eas iurare, nisi circũ-
stantiis debitis obseruatis, quemadmodum nec per deum. Est etiam alia ratio cur Christus p
creaturas iurare prohibuit, quia speciem idololatriæ habet huiusmodi iuramentum. Idololatræ
enim sic iurant, & ei per quod iuratur diuinus honor impendi videtur, vt tangit hoc loco Hie-
ronymus. Quid enim est iurare, nisi infallibilem testẽ ad cõfirmationẽ verboꝝ iducere? Chri-
stus vero insinuat ideo per creaturas nõ esse iurandũ sine causa necessaria, quia in eis aliquid di-
uinæ virtutis relucet. Dicit enĩ. ⌊Non per cęlum, quia thronus dei est⌋ i. gloria dei manifestat̃
in cęlo, ⌊neq; p terrã, qm̃ scabellũ pedũ ei⁹ ẽ⌋ i. i terra relucet dispositio potestatis diuinę, sic Esaie. 66
q iurãdo p cęlũ aut terrã, iurat̃ p eũ, cui⁹ maiestas p̃sentat̃ i cęlo, vel cui⁹ dispositio relucet i ter-
ra. Per hoc q̃q;, q nõ possum⁹ vnũ capillũ capitis nr̃i facere albũ vel nigrũ, euidẽter patescit,
q nõ à nobis, sed à deo ipsum caput accepim⁹. ⌊Sit ergo sermo vester, est ẽ, nõ nõ⌋ i. simpli- Iacob. 5
citer affirmate q̃d verũ ẽ & negate q̃d falsum ẽ, nec adhibeat̃ iuratio sine necessitate. ⌊Quod
aũt his abũdãu⁹ ẽ⌋ i. iuramẽtũ q̃d affirmationi seu negationi supaddit̃, ⌊à malo⌋ i. ex malo
culpę, vel malo pœnę pcedit, videlicet ex ifirmitate, icredulitate, vel suspitione ei⁹ q exigit iura-

mentū,vel ex malo iurantis,qui iurat omissis tribus prædictis iuramēti comitibus. Nō dixit,q̄d his abundātiꝰ est,malū est,sed à malo,quia iuramentū nō est semꝑ peccatū,sed origo iuramēti D est malum quoddam,videlicet,quoniam homines sibi inuicem discredunt.

¶ Elucidatio sequentis partis huius capituli,vsq; ad finē ipsius,videlicet: Audistis quia dictum est. Arti. XI.

CONsequenter saluator informat discipulos circa iudiciale legis præceptum,de pœna taliouis. ⌊Audistis quia dictū est⌋ .i. per Moysen denuntiatū est filiis Israel. ⌊Oculū pro oculo⌋requires,⌊dentē pro dente⌋ exiges.i.si quis tibi excutiat dētē vel oculū fiat ei similiter. Dixit eñ Moyses: Qualē læsionē quis intulerit,talem sustinere cogetur,vel liuorē pro liuore,vulnus pro vulnere,animā pro anima. Hæc vltio licita erat in lege rudibus data,quatenus timore eadem patiendi retraherentur ab iniuriatione,& ne læsi ex impatiētia & crudelitate excederent modum in vlciscēdo. Est eñ cōmune hoībus,vt velint plus læsionis rependere,q̄ passi sunt,eo q̄ alius prior in eos peccauit,sicq; non solum læsionē,sed & contemptū,iniustitiamq; perpessi sunt. Lex ergo aliqualiter reduxit ad pacem, & p̄parauit ad patientiā,dū iubet nō plus inferre q̄ illatū est, Iudæorū vero nō nulli circa verba p̄dicta dupliciter errauerunt. Primo,qm̄ æstimabant vindictam propter se appetēdā. Secūdo,quia putabāt hæc verba sic dici per modū p̄cepti,vt nō liceret aliter agere,seu penitus indulgere,nō pēsantes illud in psal. Si reddidi retribuentibus mihi mala,decidam merito ab inimicis meis inanis. Hieremias quoq; virū perfectum describens,ait: Dabit percutiēti se maxillā,saturabit opprobriis. Chr̄s ergo istos errores excludēs,subiecit. ⌊Ego aūt dico vobis,nō resistere malo⌋.i.nō repugnare,nō reddere malum pro malo,nō litigare,nec,repercutere. Per hoc nō dat intelligi, vitia nō esse coercēda nec excessus eorū corrigendos ab his,q̄bus rōne officij cōpetit seruare iustitiam,sed ne priuata ꝑsona vindicet semetipsam,& ne aliquis affectu vindictæ potius q̄ zelo iustitiæ,corrigendiq; aīo resistat malo.i.pctōri seu pctō. Si aūt ꝑ hoc q̄ nō resistit malo,periret ordo iustitiæ,ac rigor disciplinæ, & impij in suis malignitatibus indurarētur ac fouerētur,resistendū esset secundū ordinē iuris ex charitate,p̄sertim ne iniqui inæternū perirēt. Si vero ex E resistentia mali,oritur graue scandalū infirmorū, vel maius malū,tenet homo nō resistere malo, ne ponat offendiculū ꝓximo,aut peior fiat scissura,vel scandalum tale alio modo sedandū est. Si aūt desistat homo resistere malo vindictam nō quærēdo,quāuis resistēdo nō oriret scādalū p̄dictū maiusve malū,tūc erit opꝰ supererogatiōis atq; cōsilij nō resistere. Hinc ergo dicit apl̄us: Noli vinci à malo,sed vince in bono malū. Deniq; imꝑfectis,& passionatis hoībus tutius atq; salubriꝰ est,vt assuescāt nō resistere malo,quāuis possint. Nā & si ęstimēt se resistere secūdū ordinem iuris,timendū est tñ,q̄ potius impellantur passione q̄ rōne,impatiētia q̄ iustitia,priuato amore q̄ syncera dilectione. Itaq; vindicta nō est optāda neq; q̄renda sub rōne vindictæ,sed medicinæ atq; iustitiæ, vtpote vt transgressor in hoc seculo corrigat,ordo iustitiæ obseruetur, alij terreant,vel propter aliq̄d simile. Propterea secundum Chr̄i ꝑfectissima documēta parū ē nō resistere,subditur eñ. ⌊Sed si quis te ꝑcusserit in dexterā maxillā tuam,p̄be ei & alterā⌋vel secūdū realē exhibitionē si ratio id deposcat ad ostendendam patientiā,& aliorū ædificationē, vel ad demōstrādā charitatis feruorem,quo homo paratꝰ est ad oīa sustinēda ꝓ fide & Christo. Si aūt nil tale occurat,p̄benda est altera maxilla,seu alia pars corporis,sicut beatus Martinus p̄buit dorsum cædentibus,secundū animi p̄parationē,ita vt homo paratus sit plura ꝑferre, q̄a non semꝑ corporaliter p̄benda est altera maxilla,presertim cū Chr̄us alapa recepta dixerit sacrilego: Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo,si aūt bene,q̄d me cędis? Paulꝰ q̄q; Apl̄us cū à militibus cæderet, dixit: Si ciuē Romanū & indēnatū licet vobis flagellare? Et tñ vtiq; nō solū flagellari,sed & mori pro Chr̄o paratꝰ fuit,sed desiderauit primo Romā videre & informare. Videt tamen p̄dictis contrariū,q̄ ilico iussus cædi dixit pōtifici id iubēti: Percutiat te deus paries dealbate. Thomas q̄q; Apl̄s in vultu ꝑcussus,satis horrēdam legit vltionē impetrasse, ita vt ꝑcussorem leo occideret. Ad primū respondet August.q̄ verba Apostoli erāt prophetia,nō imꝑcatio mali. Ad aliud dicit,q̄ nō cogimur illi historiæ credere. Possumus F aūt dicere,q̄ ex misericordia potius q̄ ex crudelitate Thomas hoc fecerit,vt deus parceret aīæ ꝑcussoris,& cæteri diuinā potestatē agnoscerēt. ⌊Et ei q̄ vult tecum iudicio cōtēdere & tunicā tuā tollere,dimitte ei & palliū.⌋ Istud secundū Augustinū intelligitur nō quo ad operis ostensionē,sed animi p̄parationē. Sed q̄a Apl̄us dicit: Iā omnino delictum est in vobis,q̄ iudicia habetis inter vos,quare nō magis iniuriam accipitis,quare non magis fraudē patimini. Hinc ergo oportet diligentius intellectū horū verborum inquirere. Chrysostomus itaq; hoc loco multis ꝑsuasionibus videtur velle probare,nequaq̄ seruū dei debere coram iudice ꝓ tēporalibꝰ causam habere vel apparere propter peccati periculū,q̄ vix euitari p̄t,& scandalū aliorū. Et qm̄ Chr̄s maiora rependere potest,si eius amor vitetur iudiciū. Idem videt Augustinus sentire exponēdo p̄memorata verba Apostoli dicens: Hoc ipsum vestro pctō agit,q̄ inter vos negotia iudicio determināda habetis,q̄a pctm̄ est habere iudiciū cōtra fratrē. Verū si hoc absolute intelligatur

daretur

daretur impijs magna libertas atq; occasio spoliandi & rapiendi, præsertim bona simpliciũ,
A ferentq; innumerabilia mala. Glossa igit q̃si exponens verba Augustini: Perfectis licet repetē
re sua simpliciter, vt pote sine lite, sine causa, sine iudicio, sed non conueuit, eis inde mouere cau
sam añ iudicem. Infirmis vero licet repetere sua coram iudice, iudiciũq; habendo contra fra-
trem, sed non contentiose vel fraudulẽter, vel apud iudices infideles. Veꝝ nec istud videt alijs
satis resolutũ. Ecclesia namq; nõ peccat habẽdo iudicia, & religiosi possunt corã iudice sua re-
petere. Fideles quoq; in terris infideliũ habitantes, nec fideles iudices habere potentes, possunt ad
iudices infideles recurrere. Alii ergo rñdent, ꝙ liceat (non aũt expediat) secularia iudicia, & ꝙ
religiosi ac pfecti possunt sua repetere corã iudice q̃si bona cõia, non vt ꝑpria. Aliqui etiã bre
uiter dicunt, ꝙ non licet repetere sua in iudicio, si ex repetitione oriat scandalũ & malũ deteri
us. Sed tunc scire oportet qñ & quõ bona tpalia omittenda sunt propter vitanda scandala ali
orum. Ad q̃d Thomas rñdet, ꝙ tpaliũ bonoꝝ quædã sunt nobis cõmissa, quẽadmodũ bona
ecclesiæ cõmittuntur ꝑlatis, & bona reipub. cõmittuntur rectoribus. Hoꝝ itaꝗ conseruatio i-
minet his quibus cõmissa sunt de necessitate, sicut & depositoꝝ. Ideo ꝑpter scandalũ vitandũ
dimittenda non sunt, sicut nec alia quæ sunt de necessitate salutis. Vnde beatus Thomas Can
tuarieñ. episcopus repetiit bona ecclesiæ cum grandi scandalo regis. Alia bona tpalia sunt no-
stra seu propria, & hęc ꝑpter scandalũ dimittenda sunt, vel largiendo ea aliis, si apud nos sint,
vel dimittendo ea aliis, si apud nos nõ sunt qñ scandalũ ex infirmitate vel ignorãtia orit, q̃d est
scandalũ infirmoꝝ: dimittenda sunt inquã, vel scandalũ alio mõ sedandũ est, vt errans instrue
tur & scandalizati desistat. Quod si noluerit, jam scandalũ eius erit scandalũ pharisęoꝝ. Dũ igi
tur scandalũ ex malicia scãdalizati procedit, nõ sunt bona tpalia (q̃uis ꝑpria) propter id vitã-
dum dimittenda, quia hoc vergeret in detrimentũ boni cõis, & rapientibus hoc noceret in a-
nima. Quod ergo ait Saluator & eius Apostolus, intelligendũ est secũdũ ꝓmptitudinẽ animi,
B ita ꝙ hõ paratior sit pati fraudẽ atq; iniuriã, q̃ iudicio agere, desiderio pacis interne & quietis,
& ne alii offendantur, dũmodo aliunde expediat. Ex his aliq̃liter elucescit, quõ intelligendũ sit
q̃d alibi præcipit Christus: Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. s. cum lite & contentiõe, vel cũ
scandalo pusilloꝝ. ⌊Et quicunq; te angariauerit⌋ i. coegerit seu violenter compulerit ⌊mille
passus⌋ hoc ẽ, ambulare secũ per mille passuũ spaciũ, quinq; aũt pedes faciunt passum. ⌊vade
cum illo alia duo milia⌋ passuũ, secũdũ animi præparationẽ, vel secũdũ operis executionẽ, si si
ne maioris mali & scãdali ortu vitare non poteris, i. si aliquis à te exegerit indebitã seruitutem
sed licitã, debes aĩo esse paratus plus facere q̃ ille angariando requirit. Si aũt in oib⁹ præ indu-
ctis percutiẽs, rapiẽs siue angariẽs, ex nr̃e paciẽtia in sua malitia confirmet ac foueat, expedit
ei resistere secũdũ iuris ꝓcessum. Si tñ habeat spes de ei⁹ emollitiõe, videlicet, ꝙ ei⁹ prauitas ꝑ
nostrã pietatẽ, charitatẽ & patiẽtiã corrigat sustinẽdũ ẽ, sicut apostol⁹ loquit: Vince in bono
malũ. Vnde Chrysost. Patiẽtia (inquit) tua illius vincat crudelitatẽ, & ostende ꝙ maior sit be-
nignitas dei in sanctis, q̃ malitia diaboli in iniquis hoĩbus. Interea si seruus Christi libenter eat
cum impio vel seruiat violento, non angariatur, sed ille æstimat se istũ angariare. ⌊Qui aũt pe
tit à te da ei⌋ q̃d postulat, si rõnabiliter quærat, & tibi facultas assit. Da itaq; ei secũdũ exigẽtiã
& possibilitatẽ tui status ac facultatũ tuaꝝ, & si non corporale, tñ spirituale munusculũ, vt si in
cõuenienter vel inconuenientia postulauerit, informes errantem, quia verbum melius quàm
datum. Nonne ecce verbum super datum bonum. Vt autem testatur Ambrosius, Eiusdem cri
minis est habenti sua auferre, & indigenti quod quærit denegare, cum possis tribuere. Quoni
am (contestante Chrysostomo) homines non domini, sed dispensatores sunt diuitiarum, Idcir
co omnia sunt quodammodo communia. Huic consonat quod in actibus dicit apostolus, O-
portet reminisci verbi domini Iesu, quia beatius est magis dare quam accipere. Denique secun
dum principem theologorum, bonum est sui diffusiuum. & charitas non quęrit quæ sua sunt:
C Ideo dicit apostolus ad Timothæum: Diuitibus præcipe facile tribuere. Veruntamen prodi
galitas non laudatur. Nec obstat prædictis illud in Ecclesiastico: Benefac humili, & ne dederis
impio. Hoc enim intelligendũ est de beneficio corporali, quod non est impio dandum, si sit in
fomentum & adiutoriũ suæ impietatis. Spirituale autem beneficium nulli negandum est, si-
cut nec corporale, in articulo necessitatis. ⌊Et volenti mutuare à te⌋ id est aliquid sibi concedi
seu mutuum accipere à te, ⌊ne auertaris⌋ negando ei quod petit, si rationabiliter petit, & tibi
assit facultas. Hoc enim spectat ad charitatem, vt necessitatem proximi quasi propriam æsti-
memus ac subleuemus, subueniendo egenti, imo agendum in Ecclesiastico, Perde pecuniam
propter fratrem & amicum. Teste quoq; psalmista: Iucundus homo qui miseretur & commo-
dat, quia in æternum non commouebitur. Præterea Christus exponit præceptum legis de di
lectione proximi. De qua ait Apostolus: Qui diligit proximum legem impleuit. ⌊Audistis
quia dictum est⌋ in lege Moysi ⌊diliges proximum tuum⌋ non dilectione carnali, nec solum
dilectione naturali, sed & dilectione charitatiua atq; gratuita, quæ fundatur in communicati-
one felicitatis æternæ, ⌊& odio habebis inimicum tuum⌋ non odiendo naturam, sed culpam,

non personam sed vitium, quod vtiq; odium ex charitate procedit, & ad perfectionem pertī
Psal. 138 net. De quo in Psalmo cantatur: Perfecto odio oderam illos, & iniquos odio habui. Hoc autem D
Psal. 118 quod de odio inimici subijcitur, quidam Iudæorum pessime intellexerunt, dicentes: Inimicos simpliciter odiendos, ad quod multa veteris testamenti testimonia adduxerunt. Multa enim sunt quæ superficialiter intellecta videntur hoc ipsum prætendere. Sicut cum Moyses ait: Nō quæres ei bonum. Et Neemias: Confundantur & peccata eorum non deleātur. Sed talia atq; similia intelligenda sunt, quantum ad temporalia bona, vel de inimico secundum vitium inimicitiæ, non secundum esse naturæ, vel ducuntur zelo iustitiæ, seu modo prophetiæ, non affectu inuidiæ. Quod autem inimici non sint odiendi secundum verum intellectū legis, hinc liquet, quod in Leuitico scribitur: Ne oderis frēm tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Et denuo: Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium
Prou. 24 tuorum. Salomon loquitur: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exul-
Iob. 31 tet cor tuum. Iob quoq; protestatur: Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exaltaui, quod inuenisset eum malum. Iudæorum ergo errorem Christus includens, adiunxit: ⌊ Dilig-
Luc. 6 te inimicos vestros. ⌋ Quantum ad id quod habent à deo, puta naturam ad dei imaginem factam, & beatitudinis susceptiuam. Diligere aūt, est alicui bonum velle, secundum Philosophū. Debemus ergo aduersarijs nostris bona spiritualia velle, videlicet gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. imo & bona corporalia eis optanda sunt, scđm quod expedit eorum saluti. ⌊ benefacite his q odерunt vos. ⌋ interiorem affectū extēdendo in opus, vt scilicet impendatis eis benefi-
Prou. 25 cia spiritualia seu corporalia, scđm cōgruētiā causę, loci ac tēporis. Vnde & Salomō admonet:
Rom. 12 Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit potū da illi. Et orate ꝓ psequētibus & calūniātibus ⌋ hoc est, calūniā inferētibus, ⌊ vos ⌋ in generali pro omnibus illis orādū est, & etiā in speciali, si specialis causa orandi occurrit, & si viderimus inimicū grauiter anxiatū, seu dānatiōis periculo expositū. De necessitate ergo præcepti est, vt omnibus quantumcūq; aduersarijs appetamus salutē in gn̄ali gr̄am cōuersiōis, & cętera ad salutē necessaria. Nec alicui tali specialiter nos præ- E
caui negemus subsidiū ei necessariū, si dare poterimus. In speciali autē alicui aduersario charitatiue afici & auxiliari speciali necessitate nō occurēte, ad supererogationē ptinere videtur. ⌊ Vt sitis filij (adoptiui) patris vestri qui in cœlis est ⌋ scilicet dei patris, vel totius supbeatissimæ trinitatis, quæ est vnus creator ac deus & pater omnium nostrū ⌊ q solē suū ⌋ corporalē in cœlo fulgentē ac discurrentē, ⌊ oriri facit sup bonos & malos ⌋ oībus eīn hominibus sol ministrat & nascitur, radios suos omnibus influendo, ⌊ pluit sup iustos & iniustos ⌋ Inuitat ergo nos Christus ad inimicorū dilectionē exēplo dei, qui naturalia beneficia nemini subtrahit ⌊ vt simus filij eius ⌋ .i. vt ei assimilemur, cōformādo nos eius bonitati ac pietati. Rō eīn filiatiōis in q̄dā as-
Ephes. 5 similatione cōsistit: ꝑpter quod dicit apostolus: Estote imitatores dei sicut filij charissimi. Vñ
1 Iohā. 4 Iohānnes loquitur: Sicut ille est & nos sumus in hoc mūdo, videlicet aduersarijs nostris affectū & effectū charitatis impendendo. Cōsequēter ponit saluator aliā rōnem amandi inimicos ⌊ Si enim diligitis eos qui vos diligunt ⌋ .i. si solum amatis amantes vos nō tam propter deum, q̄ ideo quia vos diligunt ⌊ quam mercedē habebitis ⌋ à deo in patria, quasi dicat, nullam ⌊ Nōne & publicani ⌋ hoc est, publici peccatores, ⌊ hoc faciūt ⌋ vtiq; & tamē nullā à deo mercedē sortiuntur. Et si salutaueritis fratres vestros tantum ⌋ id est, salutem & bona optaueritis propinquis vestris ⌊ quid amplius facitis ⌋ quam publicani ⌊ Nonne & Ethnici ⌋ .i. Gentiles ⌊ hoc faciūt ⌋ Quia in hac clausula additur, tm̄, datur intelligi, quod in præcedenti quoq; clausula subaudiendum erat. Sciendum ergo quod amicos diligere ex charitate, non est immeritorium, diligere vero amicos alia q̄cūq; dilectiōe nō est meritoriū. Signū aūt q amici, diligunt qa amici, & non principaliter ꝑpter deū est, cum sic diligunt, quod inimici non diliguntur. ¶ Deniq; qui vnum odit, nullum veraciter diligit, cum sit in mortali peccato mortali, quod charitatem extinguit. Idcirco qui amat amicos & non inimicos, non amat amicos ꝑ charitatē, sed ꝑ naturalē, carnalem, siue politicam amicitiam. Non ergo habet à deo mercedem. ¶ Quæri potest hoc loco quid sit magis meritorium, diligere amicum vel inimicum? Ad hoc diuersimode satis à diuer- F
sis respondetur: Thomas vero respondet hoc modo: Dilectio refertur ad diligentem, & ad deum qui est ratio diligendi proximum. Referendo ergo dilectiōem ad diligentem, sic dilectio amici eminet dilectiōi inimici. Quia amicus cū sit melior atq; propinquior, est materia aptior dilectiōis quam inimicus, ꝑpter q̄d actus charitatis transiens super talem materiam est melior & oppositum eius est peius, videlicet odium amici quam inimici. Quantum vero ad id quod est ratio diligendi proximum, quod est deus, dilectio inimici præeminet, Primo, qm̄ solus deus est causa huius dilectiōis. Secundo, quia ex dilectione inimici ostenditur amor dei fortior eē in diligente quam ex dilectione amici. Nihilominus dilectio amici secundum se est melior, feruentior, magisq; meritoria: qa ad rationē virtutis ac meriti, plus facit bonū q̄ difficile. Quātus ergo dilectio inimici sit difficilior, nō tn̄ est melior vel magis meritoria, nisi ꝑmij accidētalis rōne laboris annexi, Præmiū vero essentiale corerspōdet feruori dilectionis. ⌊ Estote ergo vos

go vos pfecti.⌋Non solū amicos,sed etiā æmulos diligendo, pietatis viscera semp habēdo,& in omni virtute viriliter vos habendo,⌊ sicut & pr̄ vester cœlestis pfectus ⌋ pfectione simpli-
a citer dicta,& extra oīe genus,ita ꝙ nulla ei deest nobilitas,sed omne quod absolute loquendo meli⁹ est inesse ꝙ deesse,cōuenit deo cū plenitudine infinita. Huic ergo pfectioni assimilari nō possumus similitudine æqualitatis,sed imitatiōis. Scriptū est ei: Cui similē fecistis deū aut quā imaginē ponetis ei,& cui assimilastis me,dicit sanctus. De hac pfectiōe deiformi,̓qua deo Esaie 40
assimilari pcipimur. Ait Moyses: Perfectus eris,& absq; macula tū dño deo tuo. O vere quāta Deut. 18
est bonitas atq; dignatio dei,& quāta est dignitas rōnalis creaturæ,eo ꝙ deus immensus,in cuius cōparatiōe totus mundus est velut puluis exiguus,vult sibi assimilari,similemq; vocari creaturā suā rōnalē. Ad hāc quippe pfectionē,etiā in veteri testamēto diuinitus inuitamur, iuxta il- Esaie 4
lud: Nolite cōtaminare aīas vestras; Ego eīn sum dñs deus vr̄. Sancti estote,̓qm̄ ego sanctus sum. Postq̄ sublimia pfectaq; documēta saluator proposuit,congruentissime admonet vitare vulpeculā,vtpote vanā gloriā,q̄ tūc fortius atq; latētius ingredi solet siue pulsare,nō solū pu- Gene. 17 / Esaie 42
sillos,sed & pficientes ac feruidos,qn̄ efficacius diuinis obtēperauerūt pceptis siue cōsilijs. ⌊At Esai. 50
tendite ne iustitiā vestrā⌋ videlicet opa virtuosa q̄ docui⌊ faciatis corā hoībus vt videamini ab illis⌋ hoc ē,ad hūc finē,ꝙ virtuosi ab illis reputemini,& laudē humanā captetis, hoc eīn eēt hoībus velle placere,deus aūt dissipat ossa eoꝝ,q hoībus placēt. ⌊Alioquin⌋.i.nisi attēderitis Psal. 52
sicut admoneo,⌊ mercedē nō habebitis apud patrē vestrū, q in cœlis est ⌋.i. in cōspectu dei in patria,qm̄ cœlestē beatitudinē sortituri nō estis. Non eīn aliqd meremini sic agendo,quia in moralibus actus habet speciē à fine.& secundū Ambrosiū: Intētio imprimit speciem actui tuo. Si ergo finis est vanus,opus est vitiosum. Deniq; secūdū Dionysiū,bonū est ex integra causa, videlicet omnibus circunstantijs concurrētibus. Malū vero contingit omnipharie.i. quæcunq; circunstantia omittatur. Inter oēs aūt circunstantias actus virtuosi, propter quod extat pcipua,& ergo si opus agatur propter laudē humanā maxime vitiatur atq; inficitur. ⌊Tu
B ergo cū facis eleemosynā,noli tuba canere ante te⌋.i.noli alta voce, vel signo alio manifestare teipsum propter laudē hoīm obtinēdā⌊ sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis⌋hoc ē, tēplis & plateis. Sic eīn multi Iudæoꝝ fecerūt⌊ vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis,receperunt mercedē suā⌋ videlicet laudē humanā. O vanitas ac miseria infinita,propter volatilē,vilē,fallacē & momentaneā hominū laudē,diuino æterno & cœlesti honore priuari ⌊Te aūt faciēte eleemosynā,nesciat sinistra tua,quid faciat dextera tua,⌋ .i.tam occulte hanc facias,quantū ad animi intentionem, vt nec ab illo videatur,q tibi tā vicinus est,vt vna manus alteri. Per talē etenim modū loquēdi,datur intelligi,ꝙ homo debet a nemine velle videri propter gloriā hoīm capiendā,q̄uis ad alioꝝ ædificationē & dei honorē,possit eleemosyna fieri in aperto vel spiritualiter. Nesciat sinistra.i.cogitatio puersa seu vana affectio,quid faciat dextera tua,id est,cogitatio & affectio bona,hoc est,cogitatio vana omnino abijciatur,nec bonæ cogitationi de qua eleemosyna nascitur,admisceat⌊ vt sit eleemosyna tua in abscōdito⌋ loco,i. occulte fiat,saltē secundū desideriū cordis,intentionemq; animi, ne cupias inaniter apparere. ⌊Et pater tuus⌋ cœlestis⌊ qui videt⌋ oculo intellectuali, ⌊in abscondito⌋.i. intus in animo, Hiere. 23
scrutans corda & renes,& etiam in occultis tenebrosisq; locis,quemadmodum Hieremias ait: 1. Re. 16
Si occultabitur vir in abscōditis,& ego nō videbo eum. Homo quippe videt quæ foris apparent,deus autem intuetur cor,⌊ reddet tibi⌋ copiosum præmiū eleemosynæ,quod in præsenti inchoatur & in futuro perficitur.

¶Explanatio capituli VI Et cum oratis. Art. XII

POST exhortationē operum misericordiæ & charitatis fraternæ, quibus hō ad pximos suos virtuose extenditur, docet saluator de actu latriæ, per quem anima ad deum eleuatur,videlicet de oratiōe,quæ secūdū Damascenū,est ascēsus mētis in deū vel petitio decētiū,id est,reꝝ quas decet,peti à deo⌊ Et cū oratis⌋ deū suppliciter inuocando.⌊ nō eritis sicut hypocritæ⌋.i.assimilari nō debetis vanis hominibus,humanā laudē potius quam dei honorem vel honorationē a deo quærētibus⌊ qui amant in synagogis⌋,i.in publicis conuenticulis seu templis ⌊ & in angulis plateaꝝ stantes orare⌋ Stant enim,vt sic remotius videantur. Quod autem apud Christianos designat ecclesia,hoc apud Iudæos significat synagoga,videlicet locū cult⁹ diuini,vel collectionē fidelis populi. Secundū Chrysostomū dicit nō in plateis,sed in angulis plateaꝝ,ad insinuandū, ꝙ hypocritæ interdū quærunt secretum locū orandi, nō vt lateant,sed vt videātur quasi in abscōdito orare, sicq; dupliciter comēdent. Primo quoniā orant. Secundo, qm̄ latere desiderant, sciunt eīn laudabilius esse in occulto orare. Tales sunt multi qui simulant se honores refugere, nollo præesse,gloriam vanam odire, vt honorem, prælatiōem & gloriam cōsequantur. Sciūt Lucæ. 14
enim qm̄ honor sequitur fugientem,& ꝙ se humilians exaltetur. Ideo scriptum est, Est qui nequiter se humiliat,& interiora eius plena sunt dolo. Sic igitur orant,⌊ vt videantur ab hominibus⌋ id est, deuoti putentur, laudentur & honorentur,⌋ Amē⌋ id est, veraciter ⌊ dico vobis,re- Lucæ. 18 / Eccl. 19

ceperūt

ceperunt mercedē suā⌋Imo si à nullo homine videantur neq; laudentur receperunt tamē mer-
cedem suā in præsenti, quātū ad suū propositū & affectū, nec à deo p̄miū sortiuntur, sed pœ-
nam tanquam sacrilegi, qui re sacra abutuntur in vanitatē. His verbis nō prohibet Christus in D
ecclesia materiali ac publicis locis orare, cū dicat apostolus: Volo viros orare in omni loco, le-
Psal. 117 uantes puras manus. Et Psalmista: Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Itē-
Psal. 28 que: Adorate dominum in atrio sancto eius. Et quomodo poterimus semper & sine intermissi-
Psal 95 one orare, si non orauerimus vbicunq; fuerimus? Deniq; quędā sunt orationes solēnes ac pub-
1. Timo 5 lice, quas faciunt ministri ecclesiæ pro populo, quas certū est in ipsa ecclesia publice fieri opor-
Lucæ. 18 tere. Orationes quoq; priuatæ singulorū maxime in ecclesia fieri debent, propter loci sancti-
Esaie 56 tatem & sacramenti præsentiam, iuxta illud: Domus mea domus orationis vocabitur cunctis
Matt. 21. gentibus dicit dominus: Quod ad literam de materiali ecclesia dictū esse, Christus allegat. Pro
Lucæ. 19 hibet ergo dominus in templo & angulis platearum orare, more hypocrytarum, videlicet, ap-
Marci, 11 petitu laudis humanæ, vel commodi temporalis. Et ne solum oremus in publicis locis, ideo
subditur. ⌊Tu autē cum oraueris⌋ id est, orare intendis vel incipis, ⌊intra in cubiculum tuum⌋
i. locum secretum & quietum, ⌊& clauso ostio⌋ loci ne quis accedat, teq; impediat, vel ad ina-
nem gloriam excitet, eo quod inueniaris in tam sancto opere, humanū aspectū, præconiumq;
vitare. Aliqui enim solent subito & inaniter gloriari, cum inueniuntur præter vel contra propo-
situm suum laudabiliter occupari. ⌊Ora patrem tuū⌋ cœlestem deū trinum ac simplicem ⌊in
abscon so⌋ loco ⌊Et pater tuus qui vidit in abscon so⌋ non enim latent eum quæ fiunt in locis
abstractis. Specialiter quoq; videt deus per approbationem, in absconso, i. misericorditer aspi-
cit, & acceptat opera bona, quæ fiunt in abditis ad vitandum vitium vanitatis. Locus vero se-
cretus & quietus plurimum confert ad orationis puritatē atq; feruorem: quia tunc homo secu-
rior, est nec à sensibilibus totiens inquietatur, vnde imaginatio eius quietior est, & intellectus
stabilior: voluntas quoq; tanto ardentius fertur in deum stabiliusq; in eo permanet fixa, quan-
to amplius à multis abstrahitur. Potest etiā per cubiculum spiritualiter accipi cor hominis. Sic
ergo debemus intrare cubiculū animę, id est, ad cor nostrum redire, & spiritum nostrum intra
se colligere. Iuxta illud: Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem
Psal. 84 in plebem suam, & in eos qui conuertuntur ad cor. & patrem in absconso, i. in cordis secreto
Ioha. 13. soli deo patenti orare, sicut ait Saluator: Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu &
1. Re. 1. veritate adorare oportet. Hoc modo orauit Anna, cuius tantum labia mouebantur & vox pe-
Iob. 42. nitus nō audiebatur. Et pater tuus qui videt in absconso. Hoc est, in intimo cordis fundo, quē
nulla latet cogitatio, ⌊reddet tibi⌋ quod postulas, imo multiplicem orationis effectū tibi prę-
stabit, videlicet dulcem in orando saporē, optatæ gratię infusionē, sempiternamq; gloriam, si
tū infatigabiliter oras. ⌊Orantes autem nolite multum loqui⌋ id est, verba coram deo multi-
1 Re. 1. plicare, ⌊sicut æthnici⌋ i. Gentiles, ⌊faciunt⌋ qui ideo orando multum loquuntur: ⌊putant
enim quod in multiloquio suo⌋ hoc est, virtute multorum verborum. ⌊exaudiantur⌋ à diis
suis, & non mirum quod diu orant, & verba multiplicant, nam orant dæmones, qui & si au-
diant, exaudire non valent, nec aliquid facere, nisi permissi à deo. Orant reges mortuos, Iouē,
Mercurium, quorum crimina sunt notiora, quam nomina, qui & si viuerent, salutem con-
Psal. 113. ferre non possent. Orant idola insensata, quæ habent aures, nec audiunt. ⌊Nolite ergo assi-
Psal 143 milari eis.⌋ Verba multiplicando ea ratione, qua illi, vt arbitremini multiloquio, & non poti-
Lucæ. 18 us in affectu feruido, exaudiri. Patet ergo quod Christus non absolute prohibet verba in ora-
Lucæ. 6 tione protendere, sed ne hoc faciamus more æthnicorum. Nam ipse hortatur nos, vt oremus
instanter & semper, quod sine multiplicatione verborum mentalium siue vocalium non fit.
Ipse quoque in oratione pernoctauit, ⌊scit enim pater vester, quid opus⌋ id est, necesse
vel vtile ⌊sit vobis, antequam petatis eum⌋ pro quocunq; negotio. Scientia enim dei æterna,
perfecta, inuariabilisq; consistit. Ideo non oportet multum loqui, quasi in multiloquio exaudi-
ret deus, quia si sic, tunc per nostros sermones aliquid sibi notificaretur, quod antea ignorasset,
vel per verborum multitudinem flecteretur, quorum nullum omniscienti & incommutabili E
competit deo. ¶ Deniq; circa hunc locum dicit Chrysostomus: De oratione nobis est ser-
mo, quam solam quasi spirituale tributum anima de visceribus suis offert deo. Vis aūt scire,
quā prætiosa sit oratio, Nulla iustitia thimiamati cōparatur, nisi sola oratio. Sicut enim thimi-
amata bene confecta delectant hominem odorantem, & sic oratio iusti suauis est ante deum.
Vis autem scire dignitatem eius? Mox vt de ore processerit, suscipiunt eam angeli manibus su-
is, sicut Tobiæ angelus dixit: Ego orationē tuā obtuli deo. Orans autem, nil noui faciat quod
aspiciant alii, tale clamando, manus extendendo, pectus tundendo, vel oculos impudenter ad
cœlos leuando. Sed interiora sua ingrediatur, vt nihil cogitet, nisi de quo orat, & quem orat,
vt claudat ostium, sensus carnalis, omnesq; cogitationes carnales, & solicitudines foras expel-
lat. Si autem de extraneis & carnalibus rebus cogitaueris, non introisti in interiorem intelle-
ctum tuum, neq; clausisti ostium sensus, sed tacite cum cogitationibus superfluis loquens, tē-
pus orati

A tionis amittis. Possumus & per ostium intelligere, vt non clamose oremus. Ex clamosa em̄ o-
ratione multa mala sequuntur. Maxime hæc tria: Primū, quia clamose orans non credit deū
esse vbiq; & absconsa audire, i. ita se habet alte sibilando, ac si non crederet illa. Secundum, qa
mysteriū orationū tuaꝝ alijs pandis, & nō audiris à deo, qm̄ indisciplinate orasti, sed adhua ab
hominibus derideris. Tertiū, qm̄ alteꝝ iuxta te non ꝑmittis orare: voeibus enim tuis rapis sen
sum illius ad tuos sermones, & non solū non exaudiris, sed adhuc peccatū colligis, dum orare
alios non permittis. Sic igitur ora vt Anna, cuius labia non mouebantur, vox non exaudieba-
tur. Hæc Chrysostomus. Porro per hoc dictum, Scit pater vester quid opus sit vobis anteq̄
petatis eum, videretur aliqualiter confirmari opinio Socratis asserentis, Nihil determinatum
petendum à deo, qm̄ melius scit quam nosipsi quid nobis expediat, nisi immediate subiungeret
Christus orationē determinata bona petentē. Sed cum deus inuariabilis non flectatur, nec so
lum sciat quid nobis necesse sit, sed etiā quid ipse daturus existat, cur eū oramus? Rñdendū q̄
ideo vt ipse donet eo ordine q̄ se daturꝫ præuidit. Quāuis em̄ prædestinatio non sit ex meri-
tis, tñ in sua æterna prædestinatione disposuit se daturꝫ gratiā in præsenti, & gloriā in futuro,
per præces nostras ac merita. Oramus quoq; vt orando feruentius desideremus, & copiosius
mereamur, sicq; capaciores reddamur, & plura beneficia obtineamus, susceptāq; gratiā dilige
tius custodiamus, in spe diuina roboremur, acquirendo quod petimus, & deo familiariores, q̄-
dammodo efficiamur, cum omni fiducia ad thronum gratiæ accedentes. Consequēter docet
filius dei formam orationis perfectæ, materiāq; petēdā. [Sic ergo vos orabitis.]

¶ Expositio orationis dominicæ, Pater noster. Articulus XIII.

DE huius orationis expositione, laude & efficatia, tāta iam à sanctis atq; catholicis do
ctoribus dicta sunt, vt pene tædio sit ea perlegere. Veruntamen, nec digna nec suffi
B cientia dicta suna, nec vsquā dicentur. Tanta nempe est huius gloriosæ orationis ꝓ
funditas in sensu, fœcunditas in mysterijs, efficacia in effectu, artificialitas in proces
su seu ordine, vt nemo capere queat vel eloqui. Immensum igitur æternumq; dei verbum pro
pter nos incarnatum, & quodammodo breuiatum verbum abbreuians & cōsummans fecit su
per terram. [Sic (inquit) orabitis: Pater noster,] quid tam auget fiduciā, quid tam inflāmat af
fectum, quid tam lætificat humilē animam, sicut deum veꝝ & summū velle à fidelibus patrem
vocari, eumq; fiducialiter patrem vocare? Vt ergo cum plena fiducia postulemus, eiusq; quē
inuocamus beneuolentiā cōcillemus seu capiamus, voluit Christus vt sic inchoemus: Pater, pa
ter vtiq; creatione, prouisione, adoptione, redemptione, ad cuius imaginē cōditi sumus, cuius
ꝓuidentia gubernamur, cuius gr̄a adoptati sumus, cuius pietate sumus redempti. Quamuis au
tem hoc loco nomine patris possit intelligi deus pater, prout pater relatiue accipitur, imo quę
libet diuina persona, tñ secundū Augusti. per patrem deus trinitas designatur. Dicit aūt, Pater
noster potius quam pater meus, vt dicendo noster intelligamus nos oēs frēs esse, atq; ad fra-
ternam dilectionem ac mutuā orōnem teneri, sicq; oramus ꝓ inuicē vt saluemur. Et etiā ideo
vt sciamus q̄ deus sit vniuersale bonū, apud quem non est personaꝝ acceptio, q bonum com
C mune diligit ac requirit. ¶ Secundū Chrysost. libenter exaudit deus precem, dum orans nō so
lum pro se, sed & pro alijs orat. Pro se em̄ orare naturæ est & necessitatis, orare aūt ꝓ altero,
charitatis & gratiæ. Sed pensemus ac satagemus ne tantæ dignationi, charitati & gratiæ crea
toris simus ingrati, non considerando beneficia eius, nec eius maiestatem honorando, ne dicat
nobis: Si pater ego sum, vbi est honor meus? [qui es in cælis,] i. in cœlestibus ciuibus seu bea
tis, in quibus es excellentissimo modo per gloriam beatificamq; præsentiam. Vel in cœlis ma
terialibus, præsertim in cœlo empyreo, vbi specialiter esse & habitare diceris, qm̄ ibi excellen-
tius operaris, & teipsum ostendis, quamuis secundum veritatē ad nullū locum vel tempus de-
termineris vel habitudinē habeas quantū in te est, sed sis ante omnia, non solus post omnia nō
præuenius, in oībus non inclusus, ex oīa non exclusus, supra oīa non elatus, infra oīa non opp̄s
sus, manens æternaliter in tua substantiali simplicitate, inuariabiliter, incircūscriptibiliterq; sub
sistens. Vel in cœlis. i. sanctis ac virtuosis hoīb⁹, quoꝝ cōuersatio est in cœlis, qui terrenis non
inhiant. Talibus em̄ dicit Apostolus: Templū dei sanctum est, quod estis vos. in oībus q̄ppe
est deus per essentiam, præsentiam & potentiam, omnia penetrans, ambiens & conseruans, sin
gulisq; magis propinquus ac intimus quā aliqua pars suo toto, vel aliquid sibimetipsi, qm̄ ipse
solus illabitur rerum essentiis, nec aliquid alteri adest, nisi virtute diuinæ præsentiæ seu præsen
tis, vt vt sic loquar præsentissimi dei, qui ꝑ Hieremiam testatur: Nunquid non cœlum & terrā
ego impleo. [sanctificetur] i. cum omni puritate & reuerentia honoret, sanctum esse sciatur,
in sanctitate & iustitia ei ministretur, laudet & glorificetur [nomen tuū] noīatū, videlicet tu ꝑse
q diuersis noīb⁹ designaris, q testat⁹ es, Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eū. De q̄ Esai
as inducit: Dñm exercituū ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester. Ecce hoc
ad bonos pertinet filios, vt primo omniū patris sui honorē & gloriā q̄rant. Deus em̄ bonorū
nostrorum non eget, nec nostro obsequio aliquid fœlicitatis aut gloriæ ei accrescit,

Sed

Sed hoc prorsus iustissimum est, vt oi sibi honor & gloria impendatur. Itaq; sanctificetur, ab
omnibus nomen tuum, praestaq; gratiam adimplendi hoc ipsum. Heu me miserum, ingratum ac D
frigidum, qui totiens sine attentione, & per consequens sine reuerentia & affectu, verba ista pronunciando.
Studeamus igitur agere quod ab omnibus fieri cupimus; videlicet, vt deum vbiq; & semper
Eccl. 41 honorare conemur, quoniam maledictus qui habet se ad eum intimorate & irreuerenter. Vnde in
Ecclesiastico habetur: Et nunc in omni corde & ore collaudate & benedicite nomen dni. ⌊ Ad
ueniat regnum tuum ⌋ .i. ad tuam beatitudinē perducamur, vt aedificentur muri caelestis Hierusa
lem, & ruina angelorum suppleatur, nūerus beatorum in patria cōpleatur, sicq; regnum triūphā
tis ecclesiae consummetur, ac cito adueniat, vt trāsferamur de via ad patriā. Vel adueniat regnū
Psa. 25 tuum, i. ecclesia militās, in qua per fidē & gratiam regnas ac habitas, perficiatur ac multiplicetur,
totoq; orbe diffundatur, vt tu solus regnes in ea, hostesq; eius, maxime daemones, eijciantur fo-
ras. ⌊ Fiat volūtas tua ⌋ .i. omne praeceptum tuum ac beneplacitum custodiatur seu impleatur, ⌊ si-
cut in caelo ⌋ hoc est, in beatis & cōprehensoribus, ⌊ & in terra ⌋ .i. in viatoribus, hoc est, da gra
tiam, per quam nos in hac valle degentes, tibi tam prompte, reuerenter ac pure obediamus, si-
cut beati in caelo viuentes, quantum nostra fragilitas hoc permittit, videlicet vt corpore & ani
ma tibi in omnibus pareamus. ⌊ Panem nostrum supersubstantialē ⌋ .i. Christum vere super-
essentialem, & tibi cōsubstantialem qui ait: Ego sum panis viuus qui de caelo descendi, hoc est
panem sacramentalem, ⌊ da nobis hodie ⌋ vt hoc cibo spirituali ac saluberrimo quotidie sustē-
temur ac roboremur, suscipiendo eū sacramentaliter & spiritualiter vel spiritualiter solū. Vel, super-
substantialem .i. praecipuum secundum Hieron. hoc est, panem vitae & intellectus. Panē ani
mae, panem gratiae & obedientiae. De quo dicitur: Meus cibus est, vt faciam voluntatem pa-
tris mei. Vel certe, vt dictum est, Panem eucharistiae, quem Dionysius supersubstantialem ap
pellat. Lucas dicit: Panem nostrum quotidianum da nobis .i. quo indigemus quotidie, scilicet
sufficientiam alimenti, ⌊ da nobis hodie, ⌋ vt licet iam panem pro multis diebus sufficientē ha
beamus, nihilominus cibum corporalem cum gratiarum actione & sobrietate quasi de manu tua
accipiamus, hoc est quod in prouerbijs petitur: Tantum victui meo tribue necessaria. ⌊ Et di
Iohan. 6. mitte nobis debita nostra ⌋ .i. peccata & poenas quas peccando meruimus, ⌊ sicut & nos dimit E
timus debitoribus nostris ⌋ qui nos offenderunt, & emendare tenentur. Qui igitur non ignos-
cit, contra se orat. Aliqui vero dicunt se culpam dimittere, non poenam, quā secundum viā iu-
stitiae proponunt inferre. Qui tales sunt, videant quomodo deus eis poenas debitas relaxabit.
Non tamen semper dimittenda est poena, praesertim à praelato vel iudice, quia nō expediret
delinquenti. Si aūt homo quantū in se est mallet poenam clementer dimittere q̄ iuste vlcisci, nisi
fraterna charitas & ordo iustitiae aliud flagitarent, potest secure deum orare pro poenae relaxa-
tione. ⌊ Et ne nos inducas in tentationem ⌋ Secundum Iacobū deus neminem tentat, loquen-
do de tentatione hostili & deceptoria, quae ordinatur ad malum tentatis tentat th electos ten-
tatione probationis & exercitationis, quae ordinatur ad purgationem & perfectionem tentati.
Probat autem seu tentat, non vt sibi aliquid innotescat, sed vt homo purificetur, & alijs osten-
datur, atq; seipsum cognoscat. Vñ locutus est Moyses: Recordaberis itineris, per quod addu-
xit te dñs, vt affligeret te, atq; tentaret te, & nota fierent quae versabantur in corde tuo. In Exo
do quoq; legitur: Vt probaret vos deus, venit, vt terror illius semper in vobis fit. Sic & Christus F
tentauit Philippum. De qua sancta tentatione in Sapientia legitur: Deus tentauit iustos, & in-
uenit illos dignos se. De qua sanctus Iob contestatur: Probauit me dñs quasi aurum quod per
ignem transit. Non ergo petimus non induci in hanc tentationem, nō enim directe inclinat ad
culpam. Ideo dicit Psalm. Proba me dñe & tenta me. Et in Iudith habetur: Illi qui tentatiōes
non susceperunt in timore dñi, & in pacientia sua exterminati sunt. Tobiae quoq; tentato angelus
affirmauit: Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Nihilominus orare de
bemus deum, vt praestet nobis gratiam sapientiae atq; constantiae in tentatiōe huiusmodi. De
alia vero tentatione iam dicta, quae est ab hostibus aiae, scilicet mundo, carne & daemone, peti
mus vt non inducamur in eam per cōsensum, quoniam ipsa inducatur in nos per impugnationem.
Imbecilles quoq; & imperfecti suā infirmitatem scientes, quandoq; vtiliter orant ne tententur, pro
pter vitandum maioris periculum. Vel ne grauiter impugnentur. Tentatio aūt huiusmodi dum
ei non consentimus, est magni profectus occasio. Qui enim nō est tētatus qd scit? Itaq; Et ne nos
inducas in tentationem, ne opprimat nos, nec mergamur in ea, nec sinas nos supra vires ten
tari, sed da fortitudinē resistendi, & fac cū tentatiōe prouentum. Porro viri perfecti orare possūt
vt tententur vtroq; modo, q cū Apostolo dicere possunt: Quis nos separabit à charitate Christi?
Et: Certus sum quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; creatura alia poterit nos separare à
charitate dei, quae est in Iesu Christo dño nostro. Talibus quippe dicitur: Omne gaudium existi-
mate fratres cum in diuersas tentationes incideritis. Vñ Hieremias orauit: Corripe me dñe. In
hāc malā tētationē inducit deus permissiue, subtrahēdo auxiliū, iuxta quē modū dicitur indu-
rasse Pharaonē, Seō & Og, & quō dicit Apostolus: Mittet illis spm̄ erroris vt credāt mēdacio.

A Sed libera nos à malo⌊ Hoc est, ab omni incentiuo & occasione peccati, à malis pęnalibus
propter originale peccatum inflictis, ab omni periculo, & salutis obstaculo. ⌊Amen⌋.i.fiat.
Hæc dictio amen est hebræa, quam nec Græcus nec Latinus interpres transtulit, propter re-
uerentiam eius, eo quod Christus totiens vsus est ea. Est autem orationis signaculum fructu
osum, & animi recollectiuum. Dicendo enim: Amen, anima summatim fertur ad omnia præ
inducta, & renouatur affectio impetrandi: sicq; oratio cum feruore finita, pleniorem sortitur
effectum. ¶Postremo, de huius dominicæ orationis perfectione, & septem petitionũ in ea cõ
tentarum congruentissimo ordine dicit Thomas hoc modo: Oratio dominica omnino per-
fectissima est: quia non solum continet in ea quicquid orandum est: sed etiã eo ordine q̃ petẽ
da sunt. Ita q̃ ipsa est informatiua totius nostri affectus. Primo enim cadit i ndesiderio ani-
mæ ipse finis. Deinde media ad finem. Finis aũt noster est deus, ad quem dupliciter tẽdimus.
Primo, desiderãdo gloriã dei, q̃tum ad ipsum, videlicet vt ipse honorificet in omnibus, quod
procedit ex charitate qua diligim⁹ deũ in seipso, & ad hoc pertinet prima petitio q̃ dicitur:
Sanctificetur nomẽ tuũ. Secundo, prout desideramus perfrui gloria dei, q̃d oritur ex charitate,
qua nosipsos in deo diligimus, ad q̃d spectat secunda petitio: Adueniat regnũ tuũ. Ad hunc
autem finẽ ordinat seu adducit nos aliquid dupliciter. Primo per se, & hoc rursus dupliciter.s.
principaliter & directe, vt sunt opera virtuosa quibus meremur, ad q̃d respicit petitio tertia.
Fiat voluntas tua, Secundo instrumẽtaliter, vtpote cooperando seu adiuuãdo ad opera bona,
quod facit alimentũ, & hoc quærit quarta petitio. Panem nostrũ quotidianũ. Secũdo, ordinat
nos aliquid ad finem prædictũ per accidens.s. remouendo prohibens, siue impedimẽtũ salutis
cõsequẽdæ, quæ est noster finis. Sunt autem tria quæ nos à salute impediunt. Primũ ẽ pecca-
tũ q̃d directe a felicitate excludit. Ideo quinta petitio est: Et dimitte nobis debita nostra &c. Se
B cundum est, tentatio à deo nos retrahens. Propter quod sexta petitione oramus. Et ne nos in
ducas, &c. Tertiũ est præsens pœnalitas, quę vitę sufficiẽtiam impedit. Ideo septimo petimus,
Sed libera nos, &c. ¶Harũ septem petitionũ, tres primæ nunc impleri incipiunt, in patria vero
pfecte implent. Aliæ quatuor ad præsentis vitæ necessitatem atq; miseriã pertinent, secũdum
Augustinũ. Sed quia militia est vita hominis super terram, nec à pœnalitatibus originalis pec-
cati liberamur in seculo isto, videtur q̃ etiam duæ vltimæ implentur in patria, in qua neq; tẽ
tatio locum habet neq; pœnalitas, ¶Hanc igitur sacratissimã orationem ex diuinæ ac sempi-
ternę sapientię fonte immediate manantem deuotissime proferamus, & tanto deuotius quãto
frequentius, ne frequentia incuriam pariat atq; fastidium, sed eam sæpius iterando, crescamus
semper in eius effectu seu gratia, per quam ardentius solito repetatur. Noui fratrem qui vt hãc
orationem attentius diceret, quamlibet eius petitiunculam ad digitum manus per ordinem le-
git. Quod autem harum septem petitionũ, quinta videlicet, Dimitte nobis, sit maxime atten-
denda propter pactum, quod in ea cum domino facimus, constat per hoc, q̃ hãc solam Chri
stus quasi exponendo prosequitur. ⌊Si enim dimiseritis,⌋ Tanq̃ dicat, Recte docui vos sic ora
re, & merito sic oratis, Dimitte nobis debita, &c. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum
in vos cõmissa vel omissa, ⌊dimittet & vobis pater cęlestis delicta vestra⌋ in eum patrata, ⌊Si
C aũt non dimiseritis hominibus, nec pater vester.⌋ cœlestis ⌊dimittet vobis peccata vestra.⌋ Matt 8
Hoc inferius magis tractabitur & ex præhabitis patet. Tenemur enim omnes, etiam persequu Eccl. 28.
tores diligere. Vnde in Ecc̃o dicitur: Qui vindicari vult, à deo inueniet vindictam, & pctã illi⁹
seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.
Et in li. Iudicum: Sicut feci, ita reddidit mihi dominus. ¶ Quæritur, quõ homo quicũq; offensus Marci. 2
offensori peccata dimittere possit, cum scriptum sit: Quis potest pctã dimittere, nisi solus de-
us? Dicendũ, quod solus deus dimittit peccatum simpliciter per gratiam, tollendo maculã cul
pę, relaxandoq; pęnã, quæ secũdũ diuinã æquitatẽ pctõ debet. Homo autẽ dimittit peccatũ
q̃dã modo.i. quãtũ ad iniuriã seu offensam sibi illatã, vel q̃ad satisfactionẽ sibi debitã.

¶Declaratio residuæ partis præsentis capituli. Arti. XIIII.

CVm ieiunaueritis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. ⌋Ieiunium est act⁹ abstinẽtiæ,
quę est pars temperãtiæ. Est enĩ ieiuniũ moderata alimenti carentia, & ordinatur ad
multa, pſertim ad quatuor, vtpote ad cõcupiscẽtiæ refrenationẽ, ad cõtemplationis
puritatem, ad culpæ emendationẽ, ad virtutũ & gratię adeptionem. Vnde cãtatur:
Qui corporali ieiunio vitia reprimis, mẽtẽ eleuas, virtutũ largiris & pmia. Cũ ergo ieiunium sit
actus virtutis, ad dei duntaxat honorẽ fieri debet, nõ ad ostentationem inanem, ideo ait salua-
tor: Cum ieiunatis, vosipsos corporaliter affligendo ex parcimonia victus, nolite fieri.i. nõ solũ
non sitis, nec efficiamini, sed nec cupiatis esse vel fieri sicut hypocritæ tristes. Hoc quod ait, Hy
pocritæ tristes, legi potest diuisum & cõiũctim. Diuisum sic, Nolite fieri tristes in corde, vel ap
paratu, sicut hypocritæ tristes sunt vel corde vel apparatu. Coniũctim sic, Nolite fieri sicut hy
pocritæ tristes.i. non efficiamini similes hypocritis tristibus simulando mœrorem in vultu q̃si
ex magna deuotione. ⌊Exterminant enim⌋.i. extra cõuenientem dispositionem seu natura-

sant, habēt rationē instrumēti ac medij, ideo nō sunt amplius appetēda vel exqrēda, q̄ ad spi-
A ritualia bona adipiscēda, augēda, seu cōseruāda psunt & cōferūt. Propt q̄d dicit Aplus: Habē
tes victū & quibus tegamur, his cōtenti simus. Verumtamē thesaurizatio pcedens ex causa hō
nesta & nemini nocēs, atq; ad piū finē relata, nō est illicita, neq; his verbis prohibita. ⌊Thesau
rizate aūt⌋.i. copiose colligite, & prudēter reponite⌊vobis⌋.i. ad vestrā salutem⌊thesauros⌋
.i. cumulum opeꝝ meritorioꝝ, ⌊in cœlo⌋.empyreo.i. ad hunc finem, vt ad cœlestē perduca-
mini mansionē, cōmittēdo opera vestra bona deo. & mercedē ab eo tātū quærendo. Hoc est
q̄d apostol' monet: Diuitib' huius seculi pcipe, nō sublime sapere, nec sperare in incerto diuiti
aꝝ, diuites fieri in operibus bonis, thesaurizare sibi fundamētū bonū in futuꝝ, vt apprehēdāt
verā vitā. Auari aūt & diuites q in terra, nō in cęlo, thesaurizāt, experiēt verū esse quod in Iob Iob 27
scribit: Diues cū dormierit, nihil secū auferet, apphendet eū quasi aqua inopia. Deniq; quidam Rom. 2
thesaurizant sibi in inferno, sicut affirmat Aplus: Secundū duritiam tuam & impœnitēs cor tu
um thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Tales sunt pctōres in pctīs as
sidui, de qbus ppheta: Nescierūt (inquit) facere rectū, thesaurizātes impietatē. Peccator em̄ adij
ciet ad peccādū. Vbi neq; erugo neq; tinea demolitur thesauros, & vbi fures nō effodiūt neq;
furantur. In regno em̄ cœlorū nihil esse pt nociuum aut corruptiuum, iuxta illud: Nō intrabit
in illā ciuitatē aliquid coinquinatū, nisi qui scripti sunt in libro vitæ. Propterea vero ī cœlo the
saurizare debes o quolibet Christiane. ⌊Vbi em̄ est thesaurus tuus, ibi & cor tuū.⌋ Thesau-
rus nāq; est q̄d pcipue amat, colligit & custoditur. Vbi ergo thesaurus tuus, ibi est & cor tuū,
nō per essentiā, sed per affectum, itētionē atq; memoriā. Per cor em̄ desideriū & cogitatio cor
dis exprimit. Quod ergo magis amat, hoc frequētius cogitat. Ideo thesaurizātes immoderate
in terra, cōuersationē non habent in cœlo, neq; cor supernis ac diuinis intētū, sed in sensibilib'
pressum & miserabiliter occupatū. Sed quoniam Christianus oculū mētis semper ad cœlum,
tanquam ad patriam erigere debet, incumbit ei thesaurizare in cęlo spūales diuitias meritorū
B quas in die mortis inueniat, edat & sine fine possideat. ⌊Lucerna corporis tui, est ocul' tuus.⌋
Non de oculo exteriori, neq; de corpore naturali intelligendū est hoc. Subditur enim, ⌊Si fue
rit oculus tuus simplex, totū corpus tuū lucidum erit, &c.⌊Oculus em̄ exterior non proprie di
citur simplex vel neq̄, sed sanus vel infirm'. Et quamuis aliquo modo simplex dici possit, non
tamen propter eius simplicitatem.i. custodiam, totū corpus naturale lucidum erit.i. bonis acti
bus ordinatum & à carnalibus vitijs incontaminatū. Potest em̄ contingere, vt propter incu-
stodiam tactus vel gustus maculet, quēadmodū & in cęcis. Intelligendū est ergo de oculo intē
tionis & corpore morali, vt sit sensus, Lucerna.i. illuminatrix atq; directrix corporis tui.i. toti'
operationis tuæ seu vniuersitatis & congeriei operū tuorū licitorū, est oculus tuus.i. ratio illumi
nata, vel intentio recta, quæ dirigit animā in agendo sicut lucerna illuminat hominē in eundo.
Si fuerit oculus tuus simplex.i. ratio non peruersa, & intentio bona, totū corpus tuum.i. omne
opus tuū, lucidū erit.i. splendore virtutis ornatum & purū. ⌊Si autē oculus tuus neq̄ fuerit.⌋ id ē
intentio obliqua, & ratio errabunda, ⌊totū corpus tuum⌋ cōgeries operū ⌊tenebrosum erit.⌋
.i. vitiosum & maculatum. Quāuis ipsa ex genere bona sint & præcepta, vt si quis vadat ad
missam, vt videat mulierem, vel pstet eleemosynā, vt videat ab homine. Intentio em̄ imprimit
speciē moralitatis operationi, & à fine maxime pendet bonitas & malitia actionis. Intētio ve-
ro & finis est duplex, videlicet correspondens, cōnaturalis, seu proporcionatus operi. De q̄ fi-
ne & intentione nunc agitur. Alius est finis & intentio imporporcionate se habens ad actū, sed
solū ex parte operantis concipitur, & sic ex se mala non possunt fieri propter finem bonū, seu
bona intētione loquendo de fine & intētione primo modo acceptis, sed fieri possunt bono fi-
ne & bona intētione, secundo modo. Hoc tamē non sufficit ad operis bonitatē, vt si quis occi-
dat aduersariū suū, quaten' illo occiso, pacifice viuat. ⌊Si ergo lumē q̄d ī te est, tenebrę sunt.⌋
.i. si ratio tua quæ docuit alia illustrare, (quia signatū est super eā lumē vultus diuini) tenebris
C ignorantiæ & peccati fuscatur, ipa q̄q; intētio puertatur, ⌊ipsæ tenebræ quātæ erūt?⌋.i. affecti Psal. 4.
ones carnales & operationes iniustæ q̄ impię erūt. Erunt quippe dupliciter vitiosæ, Primo, qa
in se malæ sunt. Secundo, qa ex praua intētione procedūt. Consequenter ponit saluator ratio-
nē non thesaurizādi in terra seu cōtemnēdi supfluitatē tēporaliū diuitiarū. ⌊Nemo potest du
obus dñis.⌋ non subordinatis, sed contrariā voluntatem habētibus, ⌊seruire;⌋ videlicet deo &
mundo, deo & carni. Propter q̄d dicit Aplus: Si hominibus placerē, Christi seruus non essem. Galat. 1
Dñis vero subalternatis atq; concordibus, potest homo simul seruire ac obedire, videlicet deo Luc. 10
& eius vicarijs, imo qui vni eorum repugnat, reluctatur & alteri, sicut ait saluator: Qui vos au-
dit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. ⌊Aut em̄ vnū odio habebit;⌋ quantum ad id q̄
contrariatur alteri, ⌊& alterum diliget,⌋ eū videlicet, cui ex animo seruit, iuxta quod dicit Apo Ephe. 6
stolus: Serui diligite dominos vestros, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes,
sed ex animo, ⌊aut vnū sustinebit⌋.i. eū cui seruit, & si non diligat, tñ tolerabit eum, & iugo
eius subijciet se, ⌊& alterum contēnet,⌋ videlicet eū cui non seruit neq; obedit, Nō dicit, Aut

Vnum diliget & alterum contemnet: quia interdum non diligit eum cui deseruit,& tñ sustinet eu
quasi durum dñm, vt patet in his q̃ dæmoni seruiunt,quē non diligunt. Itē non dicit. & alterū D
Augusti odio habebit,sed cōtemnet, videlicet deum: quia secundū Augustinum,etiā illi q non seruiunt
deo,non odiunt eū,sed spernūt,dū q̃si de eius bonitate securi sunt. Dicit enī Augustinus: Nul-
lius fere cōscientia deū potest odisse. ¶ Sed videt contrarium q̃d de Iudæis ait Chrūs: Nūc autē
viderunt & oderunt me & patrem meū gratis. Et psalmista: Nōne qui oderunt te dñe oderā?
Et rursus: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper? Dicendū, q consīderando deū secun-
dum se,& vt causam rerum,nemo eum odit. Consīderando vero eū vt prohibitorē & punito-
rē delectationū ac delectabiliū,multi odiunt ipsum. ⌊Nō potestis deo seruire⌋.i.vero & obe-
dientialiter subditi esse,⌊& māmonæ⌋.i. diuitijs seu dæmoni de auaritia tentanti. Qui enī deo
seruit, pfert spūalia & æterna sensibilibus ac transitorijs: q vero diuitijs seruit, pfert caduca cæle-
stibus. Diuitijs nāq; seruire,est inordinato earū affectu ligari,in eis finē ponere,cupiditatisq; vi
Iohan 8 tio superari atq; subesse A quo aūt quis victus est, huius & seruus est Vnde saluator ait: Omnis
qui facit pctm̄,seruus est peccati. Talis potius possidet & regitur à diuitijs q̃ regat & possideat
eas. ⌊Ideo dico vobis⌋discipulis meis, qui ad perfectionē tendere festinatis. Talibus enī præ-
cipue loquit Chrūs in sequētibus,quamuis ad omnes Christianos aliquo modo ptineant,⌊ne
soliciti sitis⌋.i. inordinatā & anxiam curā habeatis⌊animæ vestræ⌋.i.vitæ animali,alimonijs
indigenti,vel vobisipsis,vt ponatur pars pro toto.s.anima p hoie,⌊quid māducetis⌋.i.de ci-
bo & sustentaculo vitæ,sub quo intelligit pot⁹,⌊neq; corpori vestro⌋ soliciti sitis.hoc modo,
⌊quid induamini⌋.i. de vestitu. Superflua aūt solicitudo circa huiusmodi appellat,quādo ho-
mo in tantum circa talia adipiscēda occupatur,q à spūalibus debitis impedit,vel talia abundā-
tius quærit,q̃ necessaria sint. De solicitudine tali Salomō loquitur: Expectatio solicitorum peri-
bit. porro solicitudo ordinata & rationalis vocatur,qua homo secundum exigētiam sui status
quærit necessaria vitæ præsentis in ordine ad spūalia,talisq; solicitudo est pars prudētiæ. Hāc
non habere,esset deum tentare,vel ignauiter se habere. Prædictam vero superfluam solicitudi- E
nem non esse habendam,probat saluator multiplici ratione & exemplo, Et primo per locum
à maiori. ⌊Nonne anima plus⌋.i. præstantior⌊est q̃ esca⌋corporalis,⌊& corpus⌋nōne plus
1.Cor .9 .i. dignius,est⌊q̃ vestimētum?⌋ Vtiq;. Qui ergo sine vestra solicitudine ex sua liberalissima
bonitate largitus est vobis animā & corpus: alimentum quoq; & vestitū præstabit sine immo
derata solicitudine vestra. Ipsi enī cura pcipua est de rationali creatura. Deinde ponit aliam ra
tionē ad idem sumptam ex consīderatione irrationabilium creaturarum. ⌊Respicite⌋.i. sapi-
enter attendite⌊volatilia cœli⌋aerei, quæ dicuntur volucres cœli,qm̄ volant in aere,qui infi-
mum cœlū vocatur,⌊qm̄ non serunt,neq; metunt,neq; cōgregant⌋fructus⌊in horrea.⌋Om
nia enī hæc sunt opera rationis,q̃ illis conuenire nō possunt. Videmus tamen, q multæ aues cō
gregant victum in nidos. Quēadmodū ergo volatilia pergunt ad grana & colligūt ea secūdū
naturalē instinctum: sic hoibus cōmittit labor & prouidētia,nō solicitudo ingeta vel auaritia
Psa.146 ⌊& pater vester cælestis pascit ea⌋per causas secūdas. Nā op⁹ naturæ & intelligentiæ est op⁹
Iob. 38 primæ causæ. Vnde in psal. cantamus: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocā
tibus eū. Et Iob ait: Qui pparat coruo escam, qm̄ pulli eius clamant ad deū vagientes, eo q non
habeant cibos. ⌊Nonne magis vos pluris⌋.i. maioris dignitatis ac ptij⌊estis illis?⌋ volatili-
1.Cor ,9 bus,& per consequēs magis vobis prouidebit. In tantū siquidē maior cura est deo de rationabi
libus quā irrationabilibus creaturis, vt dicat Apostolus: Nūquid cura est deo de bobus? ⌊Quis
aūt vestrū cogitans pt adijcere ad staturā suam cubitū vnū?⌋.i.cū nemo ex vobis possit cogi-
tando seu alio modo augere staturā seu quātitatem corporis sui magnitudine vnius cubiti,sed
deus dat vobis debitam quantitatē, patet q etiam de alimento sufficiētiā tribuet & de vestitu,
Ideo subditur. ⌊Et de vestimēto quid(.i.cur)soliciti estis?⌋modo præfato. Quod aūt solicita-
ri nō debeant, pandit exēplo inanimatorum. ⌊Considerate lilia agri⌋.i.quæ in agris nascuntur, F
⌊quō crescunt, Nō laborant neq; nent⌋pro adeptione naturalis decoris seu quantitatis:& ta-
men speciosissime vestiunt seu adornantur à deo in colore & superficie. Ideo subditur. ⌊Dico
vobis, qm̄ nec Salomon,⌋qui erat rex ditissimus, valde potens,in vestibus atque ornatibus sui
& ministrorum suorum plurimum gloriosus. Propter q regina Saba vidēs vestes seruorum ei⁹, non
habuit spm̄,⌊in omni gloria⌋.i. præclara ac splēdida induitione sua⌊coopertus est⌋.i. tam
speciose vestitus est, ⌊sicut vnū ex illis⌋lilijs agri. Quæ enī purpura regum, q̃ tinctura artificū
æquari poterit pulchritudini florum? Ars nanq; humana imitatur naturā, sed non adæquat eam,
sed nec natura adæquat artē diuinā & exemplarem, q̃uis eam aliqualiter imitet. ⌊Si aūt⌋.i.qa
⌊fœnū agri⌋.i.herba,⌊q̃d hodie est,& cras⌋.i.cito post hæc vel die sequēti,⌊in clibanū mit-
titur⌋ad comburendū, deus sic vestit⌋.i.ornat viriditate seu alia specie & pulchra superficie,
⌊q̃to magis⌋deus vestiet⌊vos modicæ fidei?⌋.i.qui de diuina puidentia imperfectā fidē ha-
betis,& ob id tam immoderatā solicitudinē de necessarijs ac quirēdis habetis. ⌊Nolite ergo so
liciti esse⌋cū inquietudine mētis impediente pacem internā & libertatē cordis in deo,⌊dicētes,
Quid

tes. Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia .i. cibū, potū
A & vestimēta, gentes inquirūt .s. cū solicitudine animi, i. gētiles qui diuinam prouidentiam vel
non attendunt vel negāt, præsertim quantū ad hæc inferiora, putantes non agnoscere distincte
neq; curare actus humanos, neq; hæc corruptibilia prouidenter disponere, iuxta illud in psal. Psal. 72
Et dixerūt, quō scit deus, & si est scientia in excelso. Iob quoq; dicit: An cogitas, q; deus excelsior
cœlo sit, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. In persona taliū dicitur p Sapi
entē: Aestimauerunt lusum eē vitā nostrā, & conuersationē vitæ ad lucra compositā, & opor
tere vndecūq; acquirere. Cur aūt hæc Christianis cū solicitudine inquirenda non sint, subdi
tur. Scit enim pater vester cœlestis, .s. æternus & adorandus, cuius ineffabilis pietas, incōprehēsi
bilisq; dignatio, patet in hoc, q; à nobis vermiculis pater vocari dignatur, imo & præcipit, sicut in
fra inducitur: Patrē nolite vocare sup terrā. Sed attēdendū est nobis, ne propter ingratitudinē &
negligentiā nostrā mereamur ab eo audire illud Esaiæ: Filios enutriui & exaltaui, ipsi aūt spre
uerunt me. Et illud: Homo cū in honore eēt nō intellexit. Scit itaq; pr, quia his oībus .s. vi
ctu & indumēto ac domo indigetis. Noīe enim indumēti seu operimēti etiā habitaculum vel
hospitiū insinuatur, de quo est maior solicitudo habenda, q̄ de indumēto. Ex præinductis in
fert magister vniuersæ perfectionis saluberrimū documētū. Quærite ergo .i. contēplando,
amando, & bene agendo adipisci studete, primū .i. principaliter & āte omnia inferiora, re
gnū dei .i. cœleste patriā, vitā æternā, triumphantis ecclesię societatem, hæc bona à lōge aspi
ciendo, salutando, & cōfitendo, qm peregrini & aduenæ estis super terrā, de quo regno scrip
tum est: Iusti accipient regnū decoris, & diadema speciei de manu domini. Hoc regnum est fi
nis noster, ideo debet primo cadere in intentione, & quotidie prima ac summa occupatio no- Psal. 38
stra esse debet pro adipiscendo hoc regno. Quod quia adipisci non possumus, nisi obseruando Hebrę 11
mandata, idcirco post desiderium huius finis statim quærere debemus, iustitiā eius, .i. ope
ra bona ac meritoria, quibus ad regnum perducimur. Hæc vero iustitia est, quam Christus iā
B docuit, de qua & professus est: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & phari- Matt. 5.
sæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. His autem æternis ac spūalibus bonis digne quę
sitis temporalia necessaria nobis non deerunt, si tamē saluti expediat. Vnde subiungitur. Et
hæc omnia .s. ad victum & operimentū opportuna. adijcientur .i. superaddent vobis, .s. q̄si
bona accidentalia, minus principalia ac instrumētalia, sine quibus spūalis cōuersatio neqt sub
sistere. Primū aūt refertur ad secundum. Per hoc igitur, q; saluator docet regnū dei & iustitiā
eius primo esse quærenda, innuit tēporalia quoq; secundario eē quærenda, cū labore quidem,
sed non cū solicitudine, secundum Chrysostomū. Scriptū est enim: Labores manuū tuarum Chryso.
quia manducabis, beatus es. Et Adæ dictū est: In sudore vultus tui (nō in solicitudine) vesceris Psal. 127
pane tuo. Vnde Apłus, Ad ea (inquit) quæ mihi necessaria erant, ministrauerunt manus istæ. Nō
ergo sic adijciūtur, q; homo debeat ponere manū suā in gremio suo, & nō facere quod in se ē.
Sed nonne aliqui martyres ex fame extincti sunt, & multi iusti maximas patiuntur penurias,
sicut & Paulus perpessum se asserit? Et respondendū, q; sæpenumero subtrahūtur prædicta
electis ad eorum probationem, & copiosius meritum. Saluator vero loquitur in cōmuni. Deus
tamen ex causis sibi agnitis facit interdū aliter in particulari. Nolite ergo soliciti esse .s. inordi
nate, vt dictum est, in crastinū .i. in tempus futurū pro temporalibus, quæ vobis tēpore fu
turo necessaria erunt, sed agite quod ait Psalmista: Iacta cogitatū tuū in dnm, & ipse te enutri
et. Et princeps apostolici agminis: Omnem (ait) solicitudinem vestram proijcientes in deum,
quoniam ipsi cura est de vobis. Ideo Paulus quoq; dicebat: Volo vos sine solicitudine eē. Quā
uis aūt possit homo ordinatam habere solicitudinem de prouisione tēporaliū, illa tamen non
erit nisi tempore congruo. Omnia enim tempora tēpus habent, & cuilibet negotio aptū tēpus de
betur. Qui ergo ante tempus solicitatur de tēporali negotio, solicitus est in crastinū: sicut qui tē
C pore hyemali occupatur pro messe seu frugibus colligendis. Qui vero instāte tempore messis
moderatā curam habet de fructibus cōgregādis, nō solicitatur in crastinum, quia nō præuenit
debitū tempus. Crastinum ergo hoc loco accipitur non solū pro die proximo subsequēte, sed
pro tempore futuro, sicq; frequēter accipit in scripturis. Vt cū ait Iacob: Cras respōdebit mihi
iustitia mea. Et Moyses: Cū interrogauerit te filius tuus, cras dicēs, &c. Sic in lib. Iosue duæ tri
bus & semis dixerunt alijs filijs Israel: Cras filij vestri dicēt filijs nostris. Deniq; duæ rōnes sub Iosue. 22
iungit, subduntur, cur non sit habenda solicitudo, id est pœnalis & anxia cura de crastino, quan
tum ad temporalia. Quantum vero ad spiritualia debemus semper esse soliciti de crastino, iux
ta illud: Vigilate & estote parati, quia nescitis diem neque horam. Prima ratio est. Crasti
nus enim dies solicitus erit sibi ipsi .s. id est propriam curam habebit, hoc est quocunque die fu
turo occurret vobis sufficiens solicitudinis causa siue occasio, nec oportet solicitudinem mi
serabilem præuenire, seu ante tempus arripere. Secunda ratio est. Sufficit enim diei .s. id est
cuilibet tempori malitia sua .s. id est solicitudo sua, quæ est malum pœnæ, & etiam malum cul
pæ interdum. Hoc est, Sufficit homini omni die malitia pœnæ & culpæ, multiplicesq; miseriæ

A meliorem interpretanda, quantum ad quandam piam fiduciam (quoniam non debemus pro
ni esse ad male sentiendum de alio) tamen quando impendendum est remedium contra ani-
mæ morbum, interpretanda sunt in partem deteriorem, propter securitatem, non simpliciter
diffiniendo, sed de peiori timendo. Quam aūt peruersum sit prędictis illicitis modis de alio iu
dicare, innotescit ex plurimis locis epistolarū Pauli. Siquidem ad Romanos fateiur dicens: In
excusabilis es o homo, omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas, teipsum condemnas. Et
alibi: Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? suo domino stat aut cadit. Itaq; ⌊ nolite iudicare, ⌋
iudicio vsurpatorio, temerario, suspicioso, vel de incertis & cæteris modis inordinatis iam di
ctis, ⌊ vt nō iudicemini ⌋ iudicio reprobationis à deo, tāquam transgressores præcepti de nō iu-
dicando. ⌊ In quo enim iudicio iudicaueritis ⌋ .i. secundū qualitatem meriti vel demeriti vestri,
quod incurritis iudicādo bene vel male, ⌊ iudicabimini ⌋ à deo, qui reddet vnicuiq; quod me-
retur. Si ergo temerarie iudicatis, ipsa temeritas vestra vobis nocebit, vosq; damnabiles faciet.
Et si recte iudicatis, rectitudo vestra vobis proficiet. Iuxta hunc sensum dictum est Petro: Om
nis qui acceperit gladium, gladio peribit .i. iniquitate, quam facit gladium accipiendo, damna-
bitur, si non pœnitentiam egerit. Simili modo scriptum est in Genesi: Omnis qui effuderit san
guinem, effundetur sanguis illius. Vniuscuiusq; enim peccatum in proprium redundat autho-
rem. Ideo in prouerbijs dicitur: Iniquitates suæ capient impium & funibus peccatorum suorū
cōstringetur. Et Ecclesiastes: Qui fodit (inquit) foueam, incidet in eam. Et: Qui dissipat sepem,
mordebit eum coluber. Et alio in loco: Facienti nequissimum consilium, super ipsum reuolue-
tur. ⌊ Et in qua mensura mensi fueritis, ⌋ id est, secūdum quod alijs feceritis. ⌊ remetietur, ⌋ .i. à
deo retribuetur ⌊ vobis, hoc est secundum proportionem operis vestri ad alios, erit proportio
vestræ mercedis. Iudicium em̄ sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiā. Qualem
ergo vis deum esse tibi, talem te exhibe alteri. ⌊ Quid aūt vides festucam in oculo fratris tui? ⌋
Hoc est: Cur obseruas & pensas, paruum pctm̄ in conuersatione vel corde proximi tui, iudicā
B do eum, & arguēdo de minori excessu ⌊ & trabem ⌋ .i. grāde pctm̄ ⌊ in oculo tuo ⌋ .i. in animo
tuo seu vita ⌊ non vides ⌋ Quasi dicat. Saluator: Hoc irationabilr̄ agis, Charitas nanq; erit or-
dinata, vt à seipso incipiat homo, nec præsumat alium increpare, iudicare, seu disciplinare, q se-
ipsum non purgat, discutit, & emendat. Dicit em̄ Apostolus: Qui alium doces, te ipsum nō do
ces, qui gloriaris in lege, per præuaricationē legis deum inhonoras. Itaq; si pctm̄ arguentis, seu
iudicis publicum est, & tamen iudicat alium, peccat pctō præsumtionis ac scandali, si vero pec
catum eius sit abditum, peccat p præsumtionē. Propter quod dicit Ambrosius: Iudicet de er
rore & culpa alterius, qui in seipō nō habet, quod iudicet, ne cū de alio iudicat, in semetipsum
ferat sentētiam. Scriptum est enim: Ex ore tuo te iudico serue nequam. Veruntamen Thomas
affirmat. Quod si pctm̄ prælati vel iudicis, sit ocultum, & ne incumbat ei iudicare ratione in-
iuncti officij, potest cum timore & humilitate iudicare atq; arguere. Cui concordat, quod alij
dicunt, videlicet, quod si arguēs corde pœniteat, pōt frēm cum humilitate arguere. ⌊ Aut quo-
modo ⌋ Hoc ē, qua ratione vel fronte, ⌊ dicis fratri tuo, sine ⌋ .i. pmitte & sta, ⌊ eijciam festucā
de oculo tuo ⌋ idē paruum pctm̄ tollam à te, teq; mundabo p informationem, increpationem,
vel correptionem, ⌊ & ecce trabs ⌋ hoc ē, magnū pctm̄ ⌊ in oculo tuo est ⌋ imo tua præsumtio-
ne auges vitia tua priora. ⌊ Hypocrita ⌋ .i. simulator sanctitatis, qui tuam malitiā pallias, nam
C aliorum parua mala redarguendo ostendis te immunē à vitijs, quod tamē nō, est, ⌊ eijce ⌋ p cō
fessionē & pœnitentiam, ⌊ primū ⌋ antequā alium increpes ⌊ trabem de oculo tuo ⌋ .i. magna
pctā à corde tuo, quēadmodum scriptum est: Quasi à facie colubri, fuge pctm̄, ⌊ & tunc vide-
bis eijcere ⌋ .i. illuminatus eris ad eijciendum ⌊ festucā de oculo fratris tui ⌋ tunc em̄ non poterit
tibi dicere: Medice cura teipm̄, ¶Circa hanc lrām dicit Chrysostomus: Om̄is sacerdos qui
vult docere populū, prius doceat seipm̄: alioquin nec alium reꝑhēdat aut doceat, vt si iudicium
dei nō euadit opprobriū hoīm nō patiatur. Quēadmodū em̄ medicus ægrotus, argumētū suæ
imperitiæ in proprio gestat corpore: sic prælatus iniquus seipm̄ nō curās, seu stultitię indiciū se
cū portat. ⌊ Nolite sanctū ⌋ Hoc est: Pura & immaculata mysteria fidei, profunda & secretis-
sima Chr̄ianæ sapiæ vel sacra ecclesiæ ⌊ dare ⌋ .i. propalare seu tradere ⌊ canibus ⌋ .i. irrationa-
bilibus & insanis hęreticis, vel cæteris infidelibus, aut indoctis, impęnitētibus, & passionatis ho
minibus, de quibus dicit Apostolus: Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.
⌊ Neq; mittatis margaritas vestras ⌋ Hoc ē, pretiosissima dona cœlestium gratiarū vobis con-
cessa, ⌊ ante porcos ⌋ .i. homines carnales, de qbus Paulus: Malæ bestiæ (inqt) vētres pigues.
Hinc Dionysius primo misticæ theologiæ caplo, ait ad Timotheū: Vide ne qs indoctorū hæc
videat, q in sensibilibus detinent. Isti oīo idigni & incapaces sunt prędictorū bonorū. Qm̄ teste
Apost: Carnalis homo non pcipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia em̄ est illi: Hoc est, quod in
Esaia habet: Quē docebit dn̄s sciam & quē intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auul-
sos ab vbere. Hinc & Apostolus: Sapientiam (inquit) loqmur inter pfectos, ⌊ ne forte cōculcēt
eos pedibus suis ⌋ hoc est, intellectu & affectu prædicta bona contemnant, irrideant, et conde-

muent [& conuerſi] non à malo ad bonũ, ſed à malo in peius, vel corporaliter ad vos cõuerſi
[dirumpant] i. perſequanť, impugnant vel occidant [vos] Qm̃ vero prærinducta Chriſti p̃- D
cepta ac hortamenta ſupnaturalia ſunt, & difficilia, quę humana virtute obſeruari non poſſunt,
idcirco ſaluator inuitat ad fiduciam depreeandi pro adiutorio gratiæ per q̃ faciliter adimplen
tur. [Petite] à deo quæ decent, & vere ſalubria ſunt, [& dabitur vobis] quod petitis, ſi inſtã
ter petieritis, & pro vobis, quẽadmodum ait Saluator: Quicquid petieritis patrem in nomine
meo hoc faciam, [quærite] hoc eſt diligenter inueſtigate, & agite ea p quæ oratio reddiť ex-
audibilis, quæ ſunt facere quod in ſe eſt, diſponendo ſe ad gratiæ poſtulatæ ſuſceptionem, de-
clinando, videlicet à propoſito peccandi, & dando ſe ad obſeruanda præcepta. Vnde ſcriptũ
Iohan 9 eſt: Si omnipotentem depræcatus fueris, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te.
Prouer 28 Et Chriſtus ait: Scimus quoniã peccatores deus nõ audit, ſed ſi quis cultor eſt dei. Hoc eſt q̃d
1 Ioha. 3 Salomon dicit: Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et Iohã
nes: Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad deũ, & quicquid
petierimus, accipiemus. Ideo ſubditur: [& inuenietis. Pulſate] hoc eſt miſericordiam dei cla-
more ſanctæ dilectionis, i. eſt alto deſiderio inuocate [& aperietur vobis] ianua vitæ, theſau-
rus pietatis diuinæ, id eſt, bonitas dei effundet ſe ſuper vos, & veſtram precem admittet. Vel
ſic: Petite deſiderando, quærite vocaliter exorando, pulſate bene viuendo [Omnis enim qui
petit] à deo, modo prædicto [accipit] quod præcatur, vel aliquid melius [& qui quærit in-
uenit, & pulſanti aperietur] Hoc eſt perſeueranter & lachrymoſe aures diuinæ miſericordię fla
gitanti, tribuetur ingreſſus ad bona gratiæ in hoc ſeculo, & ad bona glorię in futuro. Vñ Mat
ci vndecimo legitur: Omnia quæcunq; orantes petitis, credite, quia accepietis, & euenient vo
bis. In Eccleſiaſtico quoq; legitur: Quis inuocauit eum & deſpexit eum? Sed videtur contra-
Eccli 2 rium, quod ait de ſeipſo beatus Iob: Clamo & non audis me, ſto & non reſpicis me, mutatus
Iob. 30 es mihi incrudelẽ. Dicendũ quod hoc ideo dicit, qm̃ deus interdum diſpẽſatiue differt exau-
dire præces fidelium, tuncq; afflicto apparet, quod deus non attendat, neq; exaudiat eũ, & tali E
affectu loquiť Iob. Tria aũt requirũtur, vt oratio ſit exaudibilis. Primo, vt petãť quę ad ſalutẽ
pertinẽt. Ideo Paulus pro ſtimulo carnis auferendo, ter ſupplicauit & exauditus non eſt, quo-
niam magis erat ei expediens ſtimulum illum manere in ipſo, eo quod virtus pfectorũ in infir
2. Cor 12 mitate pficiať. Scd'o, vt pſeuerãter oreť. Tertio vt pro ſeipſo; Deus tamen qñq; cito exaudit
etiam pro alijs. Quod aũt deus neminẽ exaudire cõtemnat, probat Chriſtus p locũ à minori,
& p exemplũ patris terreni. [Aut qs eſt ex vobis] hoc eſt de numero veſtro [homo] pater
[quẽ ſi petierit filius ſuus] famelic' [panem, nũqd lapidem porriget ei?] pro pane, nõ vtiq;
Pater eñ prouidet filio de alimento, & ſuſtentaculo vitæ [Aut ſi piſcẽ petierit] fili' [nũqd ſer
pentem porriget ei?] pater, palam qđ non [Si ergo vos cũ ſitis mali] i. nõ obſtante qđ eſtis
peccatores, & ad peccata procliues [noſtis p operis exhibitionẽ [bona data] id eſt, vtilia p
ſuſtentatione vitæ [dare filijs veſtris] carnalibus [quantomagis pater veſter qui in cœlis eſt,
dabit] bona ſpiritualia & honeſta, videlicet virtutes & gratiam [petẽtib' ſe] Ipſe eñ natura-
Pſal. 83 liter bonus eſt, & omnino miſericors, à quo plus habemus, q̃ à patre carnali, videlicet animam
immediate. Idcirco incõparabiliter plus amat nos, & diligenti' prouidet nobis, q̃ pater carna
lis. Et qm̃ dictũ ẽ orationis effectum impediri per impiã cõuerſationẽ, iõ Chrũs docet hoc im
pedimentũ eſſe vitandũ. [Oĩa ergo quæcũq; vultis] volũtate rõnabili, & diſcreta, [vt faciãt
vobis homines] proximi veſtri [& vos facite eis] i. Quemadmodũ vultis vt vobis impenda
tur à proximis veſtris cõſiliũ, auxiliũ, & omne quod expedit, ſic facite illis pro viribus veſtris,
hoc eſt qđ Tobias docet: Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliqñ alij facias. Aliqua aũt ir
rationabiliter & cõtra legem diuinam volũt homines, de talibus non eſt nũc ſermo. Cur ve-
ro Chiſtus hoc dixerit, ſubdiť [Hęc eſt eñ lex & prophetæ] Hoc eſt: Doctrina moralis Mo
ſaicæ legis ac prophetarum ordinatur, & tẽdit ad hoc, vt faciamus proximis, qđ fieri nobis ab
illis poptamus. Ad quod reducitur illud: Non facere illis, quod nobis optamus nõ fieri ordina F
ta voluntate. Iſtud eſt eñ vnum primum principiũ naturaliter totum in agibilibus, ad q̃d na-
turaliter inclinat, ex quo deducuntur & eliciuntur reliqua pcepta ad proximum ordinata ho
minẽ. Omnia ergo virtualiter, in ipſo includuntur. ¶ Prætetea, Chriſtus oñdit rectã viã pducẽ
tem ad patriã [Intrare] i. ad verã beatitudinẽ pergite [p anguſtã portã] hoc eſt, p opa pę
nitẽtialia, laborioſa, ac ardua, vt ſunt ieiunia, abſtinentiæ, diſciplinæ, vigiliæ, & p ceteros actus
virtutũ, videlicet p humiliationẽ, obeditionẽ, inimicorũ dilectionẽ, cõtinuã cordis cuſtodiã, q
oĩa ſunt anguſta itinera, qm̃ virtus eſt circa bonum difficile, & cõſiſtit in medio qđ difficile
eſt attingere. Nõne anguſta via ẽ nec ad dexterã nec ad ſiniſtrã diuertere, regia via incedere,
cõcupiſcẽtias refrenare, paſſiones animi ſuperare, odiẽtẽ diligere, aduerſanti benefacere? Hæc
tamen ẽ via pducens ad finem beatũ. Ideo dicit Pſalmiſta: Propter verba labiorũ tuorũ, ego
cuſtodiui vias duras ¶ Deniq; porta anguſta Chriſtus intelligi põt, q aſſerit: Ego ſum oſti-
um, p me

um,, per me si quis introierit. Per hanc portam intrare, est Chr̄i vestigia imitari, iuxta q̄d dicit:
A Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam quotidie, & sequatur me. Iohan. 10
Sed & lex euangelica appellari potest porta angusta, & tanto angustior quāto perfectior, tan
quam oīm vitiorum prohibitiua, supernaturalia iubēs credi & fieri ⌊ q̄a lata porta & spaciosa via
est q̄ ducit ad perditionem ⌋ hoc est, æternā damnationē. Hæc lata porta spaciosaq; via est in Matt. 23
desiderijs carnis ambulare, per vitiorum abrupta incedere, mundi vanitatibus inhærere, sine timo Eccl. 2
re peccare, ⌊ & multi sunt qui intrant per eā ⌋ .i. q̄ taliter conuersantur. Multi enim vocati, & Osee 4
pauci electi. Stultorum q̄q; secūdū Salomonē infinitus est numerus. Vnde in Osea habetur: Nō
est veritas, non est mia, non est scia dei in terra. Maledictū & homicidiū, mendaciū, furtum &
adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. ⌊ Quàm angusta ⌋ hoc est, multū stri-
cta, & laboriosa est ⌊ porta & arta via ⌋ iam dicta ⌊ quæ ducit ad vitā ⌋ æternā ⌊ & pauci sunt q̄
inueniūt eam ⌋ Nam quamuis eis ostendaf, nolūt tamē p̄ eam incedere. Quamuis aūt p̄ portā
& viam idē possit intelligi, possumus tamen p̄ portā intelligere actus virtutum theologicarū Psal. 117
præsertim charitatis, cui directe correspondet præmium essentiale. De qua legit: Hæc porta do
mini, iusti intrabūt in eam. Per viam vero aliarum seu inferiorum virtutū operationes, quæ dispo-
nunt ad perfectū actum charitatis, p̄ hoc quod auferunt passionū vitiorumq; impetus. Itaq; ar
ta dicit via hæc, q̄m oēm q̄ vult deo placere, oportet in oībus diuinæ volūtate, matri ecclesiæ
& rectæ rōni obtemperare, q̄d nō est parum difficile homini fragili ac mortali, in carne viuēti, quē
admodum Ecclesiastes inquit: Quid est homo vt sequi possit regē factorē suum? tamen dicit Eccl. 2
nobis: Si quis totam legē seruauerit, offendat aūt in vno, factus est oīm reus, Et: Nemo coro-
nat, nisi qui legitime certauerit. ¶ Porro, quoniam teste scriptura: Cum peruerso peruerteris, & Iacob 2
qui tetigerit picē, inquinat, ideo Christus docet societatē fallacium atq; prauorum vitare, ne 2. Tim. 2
impediamur ab introitu regni. ⌊ attēdite ⌋ Hoc ē: Vosipsos custodite, ⌊ à falsis prophetis ⌋ .i. Psal. 18
peruersis doctoribus, hypocritis, & fictis sanctis, ⌊ qui veniunt ad vos in vestimentis ouium ⌋
B Hoc est: Cum apparenti religione, & ficta maturitate seu vestibus abiectis ac religiosis. Vt eīm
decipiant simplices, simulant se iustos ac veros. Vnde Apostolus ait: Ipse satanas trāsfigurat 2. Cor 11
se in angelū lucis, nō ē ergo magnū, si ministri ei⁹ trāsformētur velut ministri iustitiæ. De tali-
bus prophetis scriptum ē: Visionē mēdacē & diuinationē fraudulētā, & seductionē cordis sui
prophetant vobis. Vestimenta itaq; ouiū intelligi possunt corporalr, ipsa corporis indumēta Hier. 14
decetia, & spiritualr opa virtuosa, vt sunt, ieiunia, orones, quibus animæ adornant, quorum ima-
ginē simulatā assumūt isti prophetæ atq; hæretici, ⌊ intrinsecus aūt ⌋ id ē, in aīa, ⌊ sunt lupi rapa
ces ⌋ .i. rapacibus lupis similes, q̄ a sub pelle seu veste ouina abscōdūt, ac deferūt cor lupinum, Act. 20
desiderantes animas fideliū strangulare, inducēdo eos ad suos errores. De talibus dicit Paulus:
Scio quod post discessionē meā, intrabūt in vos lupi graues nō parcētes gregi, ⌊ A fructibus ⌋
.i. ex opibus ⌊ eorū cognoscetis eos ⌋ q̄les intrinsecus sint, q̄a si diligēter cōsiderētur, inueniūtur
vane gloriosi nō humiles, sapiētes in oculis suis, & ꝓprij sensus nō veraciter patiētes, sed pleni
priuato amore, & aliq̄b⁹ singularib⁹ vitijs deformati. Hoc in oībus hæreticis claruit. O patio Seneca
igit arguit formam, q̄m q̄lis q̄sq; ē, talia opaf. Nec diu pōt q̄s ferre p̄sonā fictā, scd̄m Senecā,
sed cito in suā naturā incidūt, quibus non subest veritas. Quod aūt isti peruersi, nō possunt opera
veraciter bona producere, probat Christus per simile. ⌊ Nūquid colligūt ⌋ homines ⌊ de spinis
vuas, aut de tribulis ficus? ⌋ Nō vtiq;. Sic nec de cordibus prædictorum fallaciū (qui propter suā
crudelitatē, & passionū suarum aculeos, spinis ac tribulis comparant) possunt boni fructus ꝓce-
dere, qui vuis & ficubus assimilanf, quoniā animā inebriant atq; delectāt. Huic similitudini cō
sonat illud Iacobi: Nunquid fons de codē foramine emanat dulcē & amaram aquā? Nunq̄d Iacob. 3
pōt ficus vuas facere, aut vitis ficus? ⌊ Sic oīs arbor bona, fructus bonos facit ⌋ si tn̄ ordinet
ad fructificandum, & non potius ad alios vsus. Vel p̄ fructum intelligit oīs vtilitas ex arbore
C proueniens, ⌊ mala aūt arbor fructus malos facit ⌋ Hæc principaliter de hominibus asseruntur,
intelligēdo p̄ arborē bonam, rectam voluntatē, seu, hominē iustum, p̄ arborē malam, volun
tatē peruersam seu hominē vitiosum. Bonus itaq; homo inquantum huiusmodi, facit fructus
bonos, & malus malos. ⌊ Non pōt arbor bona fructus malos facere ⌋ inquantū bona, sic nec
homo virtuosus vt talis, facere pōt opa mala. Potest tamē malus fieri & peccare, ⌊ neq; arbor
mala ⌋ vt talis ⌊ fructus bonos facere potest ⌋ sic homo iniquus secūdum quod talis, facere opa
bona non pōt, q̄uis possit fieri bonus. Loquif ergo Saluator de arbore bona & mala formalr,
non materialiter. Vnde huiusmodi propositiones veræ sunt in sensu cōmposito, & nō in sensu
diuiso. ⌊ Oīs arbor ⌋ hoc ē, quilibet homo adultus, rationisq; compos, ⌊ quæ non facit fru-
ctum bonum, ⌋ obseruando præcepta ⌊ excidetur ⌋ à consortio electorum iuxta illud: Tolla-
tur impius, ne videat gloriam dei, ⌊ & in ignem ⌋ infernalem ⌊ mittetur, ⌋ in iudicio particula-
ri, quantum ad animam, in iudicio vero vniuersali cum anima & corpore. Si ergo peccatum
omissionis meretur ignem inferni, peccatum cōmissionis quam horibiliter punietur? Vnde Iohan. 15
dicit Saluator: omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & in ignem mittet.

Ex his

Ex his infertur intenta conclusio. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.⌋Quod autē sine
fructibus bonis nemo q̄at saluari, pandit Saluator subiungens: ⌊Non oīs q dicit mihi,⌋ex fide D
informi ⌊dñe, dñe,⌋sicut fatuę virgines, ⌊intrabit regnū cęlorum,⌋quia nō sufficit nuda con-
fessio oris. Sed videtur cōtrarium illud Apostoli: Nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in
spiritu sancto. Et rursus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Dicē
dum, quod Apostolus sumit dicere proprie, pro enuntiatione intēta ac affectuosa, quæ exigit
charitatē. Loquitur etiam de confessione oris, procedente ex fide formata. Fides aūt sine ope
ribus informa ac mortua est, ideo eius confessio non sufficit ad salutem ⌊sed qui facit volunta-
tem,⌋hoc est præceptum voluntatis ⌊patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit,⌋post huius ex-
ilij incolatum, omniumq́ peccatorum plenam satisfactionem, ⌊in regnum cęlorū.⌋¶ Deniq;
ne fideles vanitate seducti, desiderent gratias gratis datas ad excellētiam quandam ac admira
tionem pertinentes, cuiusmodi sunt prophetia, eiectio dęmonum, operatio miraculorum, quę
omnia bonis & malis sunt communia, sed potius cupiant gratiam gratum facientem, & veras
virtutes adiecit. ⌊Multi dicent mihi in die illa,⌋Hoc est, in die iudicij, quę est dies famosissima,
ideo intelligitur, quāuis non exprimat, distincte dicent, aut potius verbo mētali quam voca-
li, quia iudicium illud celerrime fiet, ac finietur, quemadmodum infra asseritur. Sicut fulgur ex-
it ab oriente, & apparet vsq; ad occidentem, sic erit aduentus filij hominis. ⌊Domine, domi-
ne, nonne in nomine tuo,⌋Hoc est, in te, & in virtute, & gratia tua ⌊prophetauimus? & in
Num. 22 nomine tuo dæmonia eiecimus,⌋Videlicet inuocando nomen tuum, & per illud dæmones
adiurando, ⌊& in nomine tuo virtutes multas fecimus?⌊Hoc est, multa miracula. Hæc non
sufficiunt, quoniam Balam diuinitus prophetauit, & in Actibus quidam de circūeuntibus ex-
orcistis Iudæorum leguntur eiecisse dæmonia, dicentes: Adiuro vos per Iesum, quē Paulus an
nuntiat: Miracula quoq; interdum fiunt, non merito operantis sed recipientis, ad declaratio-
nem potentiæ Christi. ⌊Et tunc confitebor,⌋Hoc est: Per inspirationem internam vel sentē-
tiæ cōtra eos prolationē, rñdebo eis: ⌊quia nunquam noui vos,⌋p absolutā approbationem, E
æternamq́ prædestinationem. ⌊Discedite à me,⌋in infernum ⌊qui operamini,⌋Etiam nunc
quantum ad effectum peccandi ⌊iniquitatē.⌋Quod enim in angelis casus, hoc in hominibus
est mors secundū Damascenū. Quēadmodū ergo angeli ęternaliter manēt in illo affectu mali
tiæ, in quo erant quando cadebant, sic anima æternaliter manet in illo affectu, in quo recedit à
Chryso. corpore. Ideo reprobi iugiter erunt in affectu peccandi & in die iudicij, & in inferno erit in eis
desideriū peccandi, quamuis non poterunt exequi. Vnde Hieronymus & Chrysostomus di-
cunt: Non dicit qui operati estis, ne videat tollere pœnitentiam, sed qui operamini, i. qui vsq; in p̄
sentē horam cū iudicij tēpus aduenit, licet non habeatis facultatē peccandi, tñ ad huc habetis
affectum. Sed opponi posset, quod in Sapia de nuptijs legitur: Videntes turbabunt timore hor
ribili. intra se pœnitentiā agentes. Dicendū, quod pœnitebūt de peccato non inquantū est ma
lum, sed inquantū est pœnæ meritorium ⌊Omnis ergo,⌋hoc est, quia confessio oris sine ope
bono non sufficit, ideo omnis ⌊qui audit,⌋aure carnis & mētis, ⌊verba mea hæc,⌋quæ in isto
sermone disserui, in quo euāgelicā legē proposui ⌊& facit ea,⌋bñ viuendo ⌊assimilabitur viro
sapienti, qui ædificauit domum suam,⌋materialē ⌊supra petram,⌋id ē, stabile fundamentū. Et
descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illā, & nō ce
cidit, fundata enim erat supra petram.⌋Hoc enim totū literaliter accipi pōt de domo materia
li, firmo fundamento subnixa, quam flumina, vēti, & similia deijcere nequeunt, propter suę cō
structionis stabilitatē. Tali igitur viro similis est omnis bonus Christianus, qui ædificat domū
suam, hoc est, cōscientiam, vel operum suorū structuram, supra petram, videlicet Christū. De
q̄ Apostolus: Petra (inquit) erat Christus. Et: Fūdamētū aliud nemo ponere pōt, p̄ter id quod
positum ē, quod ē Christus Iesus. Descendit pluuia, hoc ē, malarum suggestionum ac cogita-
tionū tumultus seu copia. Et venerūt flumina, id est, psecutionū abūdātia, & flauerunt venti,
hoc ē, tumores elatiōis ac vanitatis, & irruerunt. i. tētando pugnauerūt, domū illam, hoc ē, co
sciam piam, vel operationū bonorū congeriē, sibilante & inuadente diabolo, & non cecidit, à F
via iustitiæ. Fundata enī erat supra petrā. i. Christo fortiter adhæsit, eius gratiæ & adiutorio in
Psal. 85 gites innitendo. Oēs enim qui sperant in eo, non infirmantur. Mystice p virum sapientem in-
telligitur Christus, qui ædificauit per charitatē, fidē & gratiā, domum suam. i. ecclesiam, quæ
sumus nos, supra petram. i. in deo patre, de quo dicitur: Dominus petra mea, vel supra petram
Matt. 16 hoc ē, fidei firmitatē. Propter quam & de qua dictum est Petro: Tu es Petrus & super hāc pe
tram ædificabo ecclesiam meā. Itemq; in Psalmo: Statuit supra petram pedes meos. In hanc
domum irruunt pluuiæ aduersitatum, flumina, id est hominum psequentium agmina, venti. i.
inuisibiles hostes, spirituales nequitiæ in cœlestibus, contra quos est nobis præcipua colluctã-
tio, & non cadit nec vincitur, quoad se totam, quoniam in Christo extat fundata. Huic igitur
Ephes. 6 sapienti viro, sapienti, imo & sapienti dei pro viribus assimilemur, fundando, & conseruando
corda ac opa nostra in Chro cum timore sancto & dilig nt, custodia, quia veraciter scriptū ē:
Si non

A Si non instanter seruaueris te in timore dñi, cito subuertet domus tua. ⌊Et omnis q audit ver
ba mea hæc⌋ auribus corporis solum, ⌊& non facit ea⌋ obediendo præceptis meis iam intro
ductis⌋ similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam supra arenam⌋ hoc est debile fun-
damentũ. Et descendit pluuia, ⌊& venerunt flumina & flauerũt venti, & irruerũt in domũ illã
& cecidit & fuit ruina eius magna⌋ .i. funditus euersa est, quia non habuit stabile fundamẽtum.
Ad literam planũ est totũ hoc. Taliq́ꝫ stulto ædificatori parificatur homo sciens seu audiẽs ver
ba dei, nec tñ obediens. Aedificat enim domum suam .i. mentem, cõsciẽtiã, seu operationẽ su
pra arenã .i. supra bonum creatum, variabile & caducum, videlicet supra humanam laudem,
vanam gloriam, propriam adinuentionem. idcirco à prædictis pluuijs, vẽtis, ac fluminibus in
ipsm eiusq́ꝫ domum irruentibus, cadit totaliter domus ipsius. Potest quoq́ꝫ per virum stultum
dęmon intelligi. De quo in Euangelio dicitur: Inimicus homo, hoc fecit, qui domum suã, hoc
est, ecclesiã malignantiũ supra prædictã arenam ædificat. ⌊Et factum est cũ cõsummasset⌋
.i. prædicando finiuisset. ⌊Iesus verba hæc, admirabantur turbę super doctrina dis⌋ quoniam
talia aut similia nũquã audierant a suis doctoribus. ⌋ Erat enim docẽs eos, sicut potestatẽ ha Lucæ.4
bẽs⌋ hoc est gratiam efficacissimæ sermocinationis sortitus, qua corda audientiũ fortiter mo
uit & excitauit, sicut de ipso Iudæi dixerunt: Nũquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur.
Vñ de ipso in Psalmo ꝓdictũ ẽ: Diffusa est gratia in labijs tuis. Et Propheta: Posuit (ait) os me
um quasi gladium acutum. Vel sic: Sicut ptãtẽ habens non solum ministerialiter quasi seruus, Psal.44
sed propria authoritate, vt dominus legis ac prophetarum, ideo non ea docuit solum quæ ha Esai 49.
bentur in lege, sed legẽ exposuit & suppleuit, atq́ꝫ pro suo libito addidit & subtraxit, ⌊& non
sicut scribæ eorum, & pharisæi⌋ qui tam efficaciter & authoritatiue prædicare non poterant,
sed tenebantur ad id quod Moyses in Deuteronomio iussit: Non adijcies ad verbum, q̃d ego
propono in conspectu tuo, nec subtrahas.

¶Expositio capituli VIII. Cum autem descendisset
Iesus de monte Art.XVI.

B 
VOniam prę inducta Christi doctrina supernaturalis est humanæ rõnis
facultatẽ transcendens, neq́ꝫ argumentis humanis probabilis, ideo opor-
tuit eam supnaturalibus argumentis, hoc est diuinis miraculis confirma-
ri, vt sciretur esse à deo, qui falsitatis assertor, aut confirmator esse non va-
let. Hinc ergo post euangelicæ doctrinę descriptionem, describit bea-
tissimus Euangelista Christi miracula, de quibus alibi Christus testatur:
Opera quæ dedit mihi pater, testimonium perhibent de me. Et rursus:
Si non venissem & opa nõ fecissem, quæ nullus alius facere põt, pctm̃ non haberẽt, videlicet in
fideles Iudæi. Hæc sunt diuinæ veritatis, veriq́ꝫ dei sigilla, Euangelio Christi appensa, quibus
certissime scimus euangelicum librum esse velut epistolam, nobis à deo p Christum transmis-
sam, sicut & ipse fatetur: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Ait itaq́ꝫ sanctus
Matthæus: ⌊Cum aũt descendisset⌋ Iesus ⌊de monte⌋ In quo præscriptum fecit sermonem
qui non erat mons Oliueti quamuis hoc dicat Chysost. sed mons quidam in Galilæa, in quo Chryso.
fecit sermonem hunc, vnde & statim fertur ingressus Capharnaum, quæ erat principalis vrbs
Galilææ, & hoc etiam dicit Hieronymus: ⌋ sequutæ sunt eum turbæ multæ⌋ propter diuersas
C rõnes, vt tactũ est supra. ⌊Et ecce leprosus veniẽs, adorauit eum, ⌋ Si crediderit eum esse verũ Hierony
deum, quod vtiq́ꝫ Christus de seipso in sermone præscripto insinuauit, dicendo: Multi dicent
mihi in die illa: Dñe, dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eie Matt.7
cimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: quæ fieri non possunt, nisi in nomine dei. Si
ergo leprosus hoc intellexit, & Iesum deum esse credidit, tunc dicẽdum quod adorauit eũ ado
ratione latriæ. Si autẽ credidit eum esse prophetam tm̃ & hominem purum, quãuis sanctum,
adorauit eũ veneratione Duliæ, quæ creaturis impenditur, sicut & Iosue adorauit angelum, &
Salomon matrem suam, illaq́ꝫ Dauid regem. Adorauit ergo Iesum prostratus in terram vel ge
nibus flexis, ⌊dicens: Domine, si vis potes me mundare. ⌋ Quam fiducialis, certa, ac reueren-
tialis petitio. Non eñ de potentia subueniendi dubitauit, qui voluntatis pietatem implorauit.
Certissimus fuit iste leprosus hominem illum amantissimum esse deo, & omnia posse impetra
re ab eo, cuius doctrinam tam potestatiuã efficacissimamq́ꝫ esse aduertit. Et quoniam plena fi Chryso.
de orauit, exaudiri mox meruit. Omnia nanq́ꝫ possibilia sunt credenti, ideo subditur: ⌋ Et extẽ
dens Iesus manum⌋ suam vnitæ deitatis organum ⌊tetigit eum, dicẽs: Volo. Mũdare ⌋ Hoc
est, volo vt munderis, vt legantur hæc verba diuisim. In lege prohibitũm erat tangere lepro- Marci.1
sum, sed hoc intelligendũ erat de his qui maculari poterant a leproso, non de his qui suo tactu
poterant purgare leprosum. Potuit vero saluator sanare leprosum sine manus suæ extensio-
ne & tactu, sed quia humanitatẽ assumpsit, p eam opatus & in agendo humano modo se ha-
buit, vt sciamus totam salutem nostrã p assumptã Christi humanitatẽ esse cõpletam. ¶ Deniq́ꝫ
Christus dicendo: Volo. Mũdare, ostendit se esse de quo dictum est: Ipse dixit & facta sunt.

⌊Et con

⌊Et confestim mundata⌋.i.repulsa seu ablata,⌊est lepra eius.⌋in quo patet quam libere ac im
perialiter operatus sit Christus, magisq; mirandus est modus agẽdi, quã actio⌊Et ait illi Iesus: D
Vide⌋.i.perpende quod tibi iniungo, videlicet⌊nemini dixeris⌋ ꝙ curauerim te. Nonne in
in præsentia multorum Christus curauit hunc languidum, etiam ad suæ doctrinæ confirma-
tionem? Cur ergo iussit eum tacere, imo si voluit miraculum esse occultum, cur non potius cu
rauit eum silenter solo nutu seu voluntate, quam verbo & tactu? Et rñdendum, ꝙ iussit eum ta
cere. Primo, vt instrueret nos vanam gloriam deuitare, & in mirificis actibus malle abscondi
quantum in nobis est, quam propalari, quamuis interdum propter aliorum profectum oporte
Hierony at talia manifestari. Secundo vt ait Hieronymus, quia necesse non erat, vt voce iactaret, quod
Chryso. corpore præferebat. Tertio secundum Chrysostomum ne si fama sanationis eius ad sacerdo-
tes perueniret, recusarent eum ex inuidia Christi, tanquam mundatum admittere ⌊sed vade
oñde te sacerdotibus⌋vt illi iudicent te mundatum, sicq; inter homines conuerseris ⌊Et offer
munus tuum⌋.i.debitam oblatiõem deo pro gratiarum actione bñficij tibi impensi, & pro e-
mundatione tua, hoc est, pro manifestatione tuæ purgationis ⌊quod præcepit Moyses⌋à le
prosis mundatis offerri⌊in testimonium illis⌋id est, ad hoc vt testimonium eis perhibeatur à
sacerdote ꝙ sint vere à lepra purgati, quemadmodum in Leuitico legitur: Iusserat Moyses, vt
leprosus mundatus offerret tortam panis, duos turtures, atq; sextarium olei, iuxta ritum qui ꝑ-
dicto loco describitur. Christus qui non venit legem soluere, nec cærimonialia reprobare an-
te suam passionem, misit leprosum mundatũ, vt legalem hostiam immolaret, quoniam cæri
monialia legis vsq; ad Christi passionem durabant, & vim obligandi habebant. ¶ Porro secũ
Matt. 5 dum Hieronymũ multis de causis mittit Christus leprosum ad sacerdotes. Primo, ex humili
Hieron. tate, vt sacerdotibus videatur deferre. Secundo, ne legem videatur infringere. Tertio, vt sacer-
dotes vel credendo propter tantum miraculum saluarentur, vel non credendo inexcusabi-
les fierent. Est etiam alia ratio. s. figura futuri. Misit enim eum ad sacerdotẽ ad figurandũ ꝙd
Christianus quamuis sit ꝑ contritionem & gratiæ infusionem à lepra animæ seu peccato mun
datus, tenetur tamen congruo tempore (si adsit facultas) se sacerdoti nouæ legis ostendere, ape
riendo ei cor suum, per veram confessionem, quia nec dimittit peccatum, nisi sub hac conditi- E
one, videlicet vt pœnitens proponat confiteri secundum Christi præceptum. In Luca legit,
Luce. 5 iste leprosus mundatus à Christo in vna ciuitatum, puta Capharnaum. ⌊Cum autem introisset
Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in
domo paralyticus.⌋Sciendum quod iste Centurio. i. princeps centum militum seu hominum
armatorum, non accessit ad Christum in propria persona, sed per alios à se missos, secũdm quod
Lucas dicit: Misit ad Iesum seniores Iudæorum. At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eũ
Luce. 7 solicite, dicentes ei: Quia dignus est, vt illi hoc præstes. Diligit enim gentem nostram, & syna-
Iohan. 4 gogam ipse ędificauit nobis. Et post pauca: Meipsum (inquit) non sum dignum arbitratus vt
venirem ad te. Sed quia homo dicitur facere quod facit per alios, maxime per amicos quemad
modum dicimus regem aliquem obsidere ciuitatem, eo quod populus eius eo iubente eam ob
sideat, idcirco Matthæus asserit Centurionem, accessisse ad Iesum: Domine puer meus iacet in
Luce. 7. domo paralyticus, id est, paralysim vtpote resolutionem ac immobilitatẽ membrorũ & sen- F
suum sustinens, ⌊& male torquetur.⌋hoc est, grauissime infirmatur, quia (vt dicit Lucas) mori
turus erat præ infirmitate. ⌊Et ait illi Iesus.⌋Hoc est: Per alios respondit. Nõ immediate dix
it ad Centurionem verba sequentia: ⌊Ego veniã, & curabo eum.⌋Quæritur, quõ hoc verum
sit, quod ait: Ego veniam. Non enim venit vsq; Centurionis domum, vt patet ex consequẽti-
Luce. 7 bus, ad hoc responderi potest dupliciter. Primo, quia (vt Lucas dicit) Iesus cœpit ire ad domũ
Centurionis, & appropinquauit domui eius, ideo ait: Veniam scilicet vsq; ad locum domui tuę
propinquum. Secundo, vt intelligatur conditionaliter. s. ego veniam ad paralyticum, domũq;
tuam si desideraueris hoc, vt sit promissio beneuolentiæ, non assertio operis. ¶ Deniq; pro-
pter magnam fidem, humilitatem, charitatem, ac sapientiam Centurionis, Christus tam prõ-
pte promisit: Ego veniam & curabo eum. Fides eñ Centurionis apparuit in hoc, quod credi
dit Christum posse curare lætaliter infirmantem, ꝙd non fuit multominus miraculũ quam su
scitare defunctum. Humilitas, quod indignum se ęstimauit in propria persona coram Christo
Luce. 5 apparere, vel eum in domo sua recipere, sicut & Petrus dixit: Exi à me dñe, quia peccator sum.
Charitas, ꝙ pro seruo suo tam instanter rogauit, quẽ etiã puerum nominat, propter dilectio-
nẽ ad eum. Vnde Lucas scribit, ꝙ fuerat ei pretiosus. i. charus. Sicq; Centurio impleuit illud
Luce. 7 Sapientis: Seruus fidelis sit tibi quasi filius. Est quoq; consuetudo scripturæ, ministros pueros
Eccle. 27 appellare. Vnde in libris Regum habetur: quod Helias venit in Bethsabeæ, & dimisit ibi puerũ
suum. Sapientia autem Centurionis patet in hoc, quod Christi diuinitatem cognouit eumq;
solo verbo vel angelorũ ministerio posse dare sospitatem, pensauit. ¶ Deniq; ad dandum hu
Iohan. 4 militatis exemplum, promisit se ad paralyticum seruum iturum. Vt enim in Iohanne habetur,
Rogatus visitare filium reguli, non acquieuit, sed rogatus visitare seruum Centurionis, statim
assensit

A assensit, ne dedignemur abiectas & pauperes visitare personas. In quo facto secundum Gregorium, superbia nostra retunditur, qui in hominibus nō naturā qua ad imaginē dei facti sunt, sed honores & diuitias veneramur. Hinc ait Bernardus: Ad sanandum filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur, ad seruum pergit, ne seruilem conditionem contemnere putaretur. ⌊Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus⌋ istam responsionem fecit Centurio per nuntios intermedios. Cū eñ aliqui retulissent ei verba Christi, Ego veniam, remisit Lucæ. 7. nuntios ex parte sua, dicentes: Domine non sum dignus, prout Lucas plenius recitat. Itaq; nō sum dignus, ⌊vt intres sub tectum meum⌋ hoc est, in domum meam tecto opertā. Cū tu sis genere Iudæus, ego Gētilis. Tu saluator, ego peccator. Tu deus, ego homo. Quę enim conuētio luci ad tenebras? Et quid tritico cum paleis? Agnouit Centurio quā abominabile erat Iudæis alienigenam accedere, vel cum Gentilibus manducare, bibere, ingredi, vel misceri. Quidā dicunt, ꝙ ideo dixit Centurio: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, quia fortassis habuit idola in domo sua, sed hoc non videtur probabile, quia (vt dictum est) ipse ædificauit synagogam Iudæis, propter quod certum est, ꝙ fuerat feruens cultor vnius veri dei, sicut Cornelius Centurio. Quis eñ nunc sponte cōstrueret Christianis ecclesiā, nisi coleret Christum? Lucæ. 1 ⌊sed tātū dic verbo⌋ imperiali, i. dicendo præcipe, vt puer meus sanet, ⌊& sanabitur⌋ à paralysi ⌊puer me⁹⌋ Nō eñ est tibi difficile oīne verbū. Vñ habebat Centurio iste tātā fidē de Christi potētia? Dicēdum, ꝙ partim ex fama, qua audierat prędictū leprosum tā potenter ac imperiose à Christo curatū: partim ex inspiratione diuina. ¶Præterea, ꝙ nō exigeretur corporalis pſentia Christi, pbat per locum à maiori, ⌊nam & ego homo sum⌋ Videlicet homo purus non deus & homo vt tu, ⌊sub potestate constitutus⌋ .i. superiori principi subditus, vtpote imperatori ac præsidi. Ex parte eñ Romanoꝝ positus fuit Centurio in vrbe Capharnaū, vt eā secdm legem Romanoꝝ gubernaret & custodiret, ⌊habēs sub me milites⌋ cētū mihi obedientes, ⌊& dico⌋ imperādo ⌊huic⌋ militi, ⌊vade⌋ quo mitto te, ⌊& vadit⌋ vt iubeo ⌊& B alio⌋ secdm antiquā grāmaticā, i. alteri militi dico ⌊veni⌋ ad me ⌊& venit, & seruo meo⌋ dico ⌊fac hoc,⌋ quod tibi iniungo ⌊& facit,⌋ per hæc verba dedit Centurio intelligere quod Christus solo præcepto, atq; angeloꝝ obsequio, sine sua corporali præsentia poterat facere omne quod voluit, nec indigeret ad curandū paralyticum corpore præsens eē. ⌊Audiens aūt Iesus⌋ verba hæc ab ore nuntiorū, ⌊miratus est⌋ vel vere vel secūdum apparatū, vt plenius ingreret. Miratus est ergo de tā insolita fide, eximia humilitate, ingenti sapientia viri gentilis. ⌊Et sequentibus se⌋ turbis ⌊dixit: Amē⌋ .i. veraciter, ⌊dico vobis, non inueni tātā fidem in Israel.⌋ .i. in populo Iudæorum, sicut in isto Centurione. Nō est hoc intelligendū de fide oīm Israelitarū simul accepta, sed de fide cuiusq; seorsum. Secūdū Hieroñ. Chrūs loqꝫ de pſentibus, nō Hieroni. de pteritis prophetis ac patriarchis. Sed nūquid fides Cēturionis maior erat fide beatæ virginis, Ioseph, Zachariæ, Elisabeth. Symeonis & Annæ? Non vtiq;. Qñō ergo intelligenda sunt hæc? Et respondendū, ꝙ modicum pro nihilo reputat, secundū philosophum. Quoniā ergo Iudęi in Christum pfecte credentes, paucissimi erant respectu aliorū. Nondū eñ fratres eius in eum credebant, vt apud Iohannē dicit, Ideo ait: Non inueni tantā fidē in Israel. Simili sensu Lucæ. 15 ait in psalmo: Et sustinui q simul contristaretur, & nō fuit, cū tamē scriptū sit, ꝙd multæ mulieres sequētes plāgebāt eū, & discipuli eius vehemētissime cōtristabātur. Per Israel ergo intelli- C git maiorē partē Iudæorū & principes eorū. Vel dicendū, ꝙ ideo asserit se nō inuenisse tātam fidē. i. tā manifestā & excellētē fidei cōfessionē i Israel, qm̄ nemo Iudæoꝝ tpe conuersationis Chri i mūdo tā publice ac pclare cōfessus est ei⁹ maiestatē sicut Centurio, nisi forte paucissimis quibusdam exceptis, vt Iohāne Bap. &c. Potest insuper dici mystice intelligendū eē hoc dictum, videlicet de ecclesia, respectu synagogæ, non de psona Centurionis & qcūq; Iudęo, vt sit sensus: Non inueni tātā fidem in Israel. i. in synagoga veteris test. sicut in Centurione. i. in ecclesia nouæ legis, per Centurionem designata, q secundum doctores figura fuit ecclesiæ ex gentibus cōgregatæ. Sed tūc rursus dubiū oritur, qñō fides ecclesiæ pferatur synagogæ, cū virgo benedicta, apl̄i (& tota pene ecclesia primitiua, cuius fides pfectissima erat) fuerint ex populo Iudæorū? Et respōdēdū, ꝙ nomine ecclesiæ itelligi possunt oēs renati fonte baptismatis, & sic fides ecclesiæ maior est fide synagogæ pfectione ac nūero. Si aūt p ecclesiā intelligat sola gētilitas cōuersa seu ecclesia ex gētibus adunata, sic fides ecclesiæ maior est fide synagogæ nūero. i. credētiū multitudine. Nā plures ex gētibus q̄ ex Iudæis crediderūt in Christū. Aliqui etiā dicūt, ꝙ fides Cēturionis præfertur fidei Israel & aplorum discipulorūq; Christi, nō quātum ad deuotionem, sed quātum ad facilitatē credendi. Quod aūt per Cēturionē figuret fides ecclesiæ ex gentilitate collectæ, hinc cōstat ꝙd Chrūs occasionē fidei Cēturionis, de gentium cōuersatione prædicit. ⌊Dico aūt vobis, quod multi ab oriente & occidēte⌋ ac cæteris partibus terræ, quæ per duas principales partes mundi significātur, puta gētiles ex omnib⁹ finibus mūdi, ⌊venient⌋ ad fidē & gratiā p prædicationē apostolorum, de quibus prædictum est: In Psal. 18 omnē terrā exiuit sonus eoru, quib⁹ & dixit: Eritis mihi testes vsq; ad vltimum terræ. Hoc est Matt. 28

Esai.42 quod Esaias inquit: Cantate dño cāticū nouū, laus ei⁹ ab extremis terræ. Ecce isti de longe ve
Gen.1718 niēt, & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi, ⌊& recūbent⌋, i. feliciter requiescent, & spūaliter edent & bibent ⌊cum Abraham & Isaac & Iacob⌋ cæterisq; electis Iudæis, D
⌊in regno cœlorū.⌋ Nominat aūt Chrūs specialiter hos tres, quia inter patriarchas præcipui, primi ac famosissimi fuisse videnť, saltem in multis, & qm̄ principaliter facta est eis promissio terræ repromissionis, p quam cœlestis figuratur hæreditas seu regnum cœlorū. ⌊Filij aūt regni⌋, i. Iudæi increduli, q dicūtur filij regni cœlestis, q ad illud specialiter inuitabātur, & quia in eis olim deus regnauit cū crederent in futurū, in quē non credebāt præsentialiter apparētē, & inter eos cōuersantem. Isti ergo sunt filij vocatione & noīe, suaq; p̄sumptuosa reputatiōe, nō prædestinatione & vera cōsequutiōe, de qb⁹ scriptū est: Prouocauerūt eū filij sui & filiæ.
Esai.1 Et Esaias: Filios (inquit) enutriui, ipsi aūt spreuerūt me. Hi ergo ejcientur à cōsortio electorū, ⌊in tenebras exteriores⌋, i. corporales atq; palpabiles tenebras carceris infernalis, statim cum moriuntur quo ad animā, in die aūt nouissimo quo ad corpus & animam. Tenebræ aliud non sunt nisi priuatio luminis. Lumen vero est duplex, videlicet spirituale, sicut est sapiētia, gr̄a, veritas: & huius priuatio sunt tn̄bræ interiores existentes in spū. Aliud est lumē sensibile seu corporale, cuius priuatio sunt tenebræ exteriores, q sequunť p priuationem sicut silētiū dr̄ audiri. Quāuis enī in inferno sit ignis, ille tn̄ obscurus est atq; fumosus, nō lucidus, nisi forsitan in tantū, vt dānati possint se mutuo videre ad cumulū suæ miseriæ, secundū Thomam. Potest quoq; p tenebras istas infernus tn̄brosus intelligi, q propter suæ obscuritatis horribilem dēsitatē, no-
Iob .10 mine tn̄brarū exprimiť, de q ait beat⁹ Iob: Dimitte me ātēq̄ vadā ad terrā tenebrosam & opertā mortis caligine. ⌊Ibi⌋ videlicet, in inferno seu tn̄bris eius, ⌊erit fletus & stridor dentium.⌋ Certū est q fletus & stridor dentiū nō sint corporaliter in substātijs spūalibus, s animab⁹ separatis atq; dæmonibus, sed ante diem iudicij est in eis fletus interior, id est summa tristitia, ex q corporalis flet⁹ solet causari, & dētiū stridor, id est, interiorū viscerū horrēda cōcussio. Post diē vero iudicij erit in hominibus condemnatis stridor dentiū corporalis ex frigore infernali, quoniam ibunt à calore nimio ad aquas niuium. In fletu autem corporali duo pensantur, videlicet, oculorum ac cerebri conturbatio, & resolutio lachrymarū. Quantum ad primū erit in eis E
fletus, non q̄tum ad secundum, quia cessante motu primi mobilis, om̄is gn̄atio atq; corruptio finem habebit. Talis etiam fluxus seu resolutio lachrymarū tandē finiretur, nisi deus miraculo se multiplicaret in illis materiam lachrymarū, puta humorē in corpore. ⌊Et dixit Iesus Centurioni⌋ per internuntios, ⌊vade⌋, i. ab hac tua solicitudine & timore recede, securusq; esto, ⌊& sicut credidisti⌋ puerū tuū posse sanari solo verbo meo me absente, ⌊fiat tibi⌋ vt ille curatur. ⌊Et sanatus est puer in illa hora⌋ imo eodem vt puto momento, q Christus verba hęc protulit, vel q Centurio ea audiuit. ¶Quæritur circa prædicta quomodo in Christo fuit admiratio?
Damascen Ad quod aliqui dicunt, quod in Christo nō fuit vera admiratio, quia vt asserit Damascenus, admiratio ex subita imaginatione alicuius noui procedit, videlicet ex noua & repētina apphensione alicuius insoliti prius incogniti, vel non cōsiderati. Chrūs aūt vt homo à primo suæ cōceptionis instanti vidit actualiterq; cognouit i verbo visione beatifica, omnia quæ cognoscit verbum notitia visionis, hoc est, omnia quæ vnq̄ fuerūt, sunt vel erunt, ideo nil de nouo apprehendit, vnde ad admirationem inductus sit, sed in eo fuit admiratio secundū exteriorem apparentiam, quæ non fuit deceptoria, sed ordinata ad nostrā instructionē, videlicet, vt fidem Centurionis, aliorūq; mirificam cōuersationem, & Iudæorū perfidiā admiremur. Sic nēpe & de⁹ per modum mirātis se habuit, cū de Sodomitis loqueretur in Genesi: Descēdā & videbo si iuxta cla- F
morem qui venit ad me faciant. Alij dicunt, q in Christo fuit vera admiratio, nō q̄tum ad scientiā beatificæ visionis, nec q̄tum ad scientiā habitualem infusam, qua cognouit res in proprio genere, sed q̄tū ad sciētiam acquisitā & experimētalē, quā isti ponūt in anima Christi. Sic ergo secundū istos fuit in Christo aliquid de nouo cognitū, prius ignotū, quo ad istum sciendi modum seu habitū, ex cuius inspectione admirabatur. Postremo moralitatē breuiter tangendo sicut per Centurionē figuratur ecclesia, ita per seruum ei⁹ paralyticū figuratur quilibet spūaliter languid⁹, & maxime accidiosus, more paralytici ad diuina piger, & q̄si immobilis, pro tali orat ecclesia Christū, vt puerū hmōi curet, & ad diuina seruidū, agilēq; efficiat, cuius precibus Christus frequenter ānuit, & sicut Centurio ex humilitate misit seniores Iudæorum intercessores, sic ecclesia per sacerdotes tāquam per mediatores implorat Christi clemētiā, q̄rū fide, prece, ac merito, peccatores freq̄ēter sanātur, quemadmodū fide Centurionis sanatus est puer eius. Per Centurionē q̄q; qui dixit humiliter: Domine, non sum dignus vt intres sub tectū meū, figurati sunt timorati ac humiles Christiani, qui Christi opem desiderēt, sed eū intra se communicando vel celebrando recipere vehemēter vereanť, vnde cū spirituali receptione sacramenti multoties contentantur. Et quāuis hoc interdum sit bonū, melius tamē est ex feruore & spe pi-
Rom 7 etatis diuinæ sacramētū recipere. Sēper enī expedit cū Cēturione, Christi dignitatē, ppriāq; vilitatē perpēdere, & intimo corde fateri: Dn̄e nō sum dignus, &c. Per puerū quoq; seu seruū paralyticū

paralyticũ cõuenienter intelligitur appetitus sensitiuus totus infectus, & ad mala procliuus, q
A iacet in domo nostra, videlicet corpore fragili, in quo secundũ apostolum non habitat bonum.
Hunc ergo petamus sanari à Christo, vt sine rebellione seruiat rationi ac deo.

¶ Prosecutio expositionis præsentis capituli. Et cũ ingressus eẽt
Iesus in domũ Petri, Articulus decimus septimus.

Recitatis duobus miraculis in sexu virili peractis, describitur tertiũ factum in sexu fœ
mineo. Vtrumq; etenim sexum venit Christus corporaliter, spiritualiterq; sanare con
gruo ordine. ⌊Et cum venisset Iesus in domum Petri⌋ Apostoli qui erat in ciuitate Ioha. 1.
Capharnaum, quamuis Petrus esset de ciuitate Bethsaida, vt legitur in Iohanne. Sole
bat em̃ Christus diuertere ad domus familiarium suorũ & amicorũ, ad quiescendum atq; ves
cendum, non ex necessitate, sed ex dignatione, ⌊vidit socrum eius⌋ hoc est, matrẽ vxoris Pe
tri, ⌊iacentem & febricitantem⌋ vt habetur in Luca, q̃ tenebatur magnis febribus. Erat em̃ ve
tula, quæ multum debilitabat ex febribus, propter defectum naturalis caloris, ⌊& tetigit Iesus Marci 1
manum eius⌋ vt habetur in Marco: Quod accedens eleuauit eã tenẽs manum eius, ⌊& dimi Luc 4
sit eam⌋ id est, recessit ab ea, ⌊febris⌋ repente, quia (vt Lucas ait) imperauit febri, & cõtinuo
surrexit, ĩ quo signo magis mirandus est modus agendi, quam actio. Quãuis enim naturaliter
possit quis sanari à febribus, non tamẽ in instanti, sed hoc supernaturale est. ⌊Et surrexit⌋ soci⁹
sanata, ⌊& ministrabat eis⌋ ad mensam vel ab alijs, vtpote Christo & ei⁹ discipulis, in quo ali
ud signum consideratur, quia (vt dicit Hieronymus) natura febricitantium est, vt post febrem
corpora magis lacescant, & incipiente sanitate, mala pristinæ ægritudinis sentiant. Quod ergo
hæc mulier subito vires perfecte recepit, certum est supernaturale fuisse. ⌊Vespere autem fa- Psal. 8
cto⌋ videlicet die isto ad occasum tendente, ⌊obtulerũt ei⌋ videlicet Christo, ⌊multos dęmo Esaię. 45
nia habẽtes⌋ id est, dæmoniacos, ⌊& ejiciebat spirit⁹⌋ malignos ab obsessis corporibus, ⌊ver 1. Cor 15
B bo⌋, i. solo vocis suæ imperio, non longa adiuratione, vt exorcistæ Iudæorũ. Ab instanti em̃ Hebrę 2
quo Christi humanitas vnita fuit verbo personali vnione, subiecta est ei omnis creatura, ideo
eius imperio omnia creata obediunt, propter quod ait saluator: Pater diligit filium, & om̃ia de
dit in manu eis, ⌊& omnes male habentes⌋, i. infirmos ⌊curauit.⌋ Vicini nãq; pceptis pscri- Iohan 5
ptis miraculis, adduxerunt ad Iesum oẽs languidos suos, curauitq; vniuersos, ⌊ita vt impleret
q̃d dictũ est per prophetam, dicentẽ: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes porta-
uit.⌋ Nostra translatio continet sic, Vere languores nr̃os ipse tulit, & dolores nr̃os ipse porta- Esai. 53
uit, & redit in idem, vt sit sensus, Ipse Christus infirmitates. i. pœnalitates nr̃as ex originali pec
cato consequutas, videlicet mortalitatẽ, famem, sitim, lassitudinem, cæterosq; indetrahibiles de
fectus accepit in seipso & habuit eas, sicut ait in psal. Infirmata est in paupertate virtus mea. Et
rursus: Ego sum pauper & dolẽs, Itẽq;: Repleta ẽ malis aĩa mea, & ęgrotationes portauit. i. no
stros languores pie in alijs supportauit, & cõdolẽdo curauit, sicut Apl̃us dicit: Alter alteri⁹ one Psal. 68.
ra portate. Non tñ fuit in Christo infirmitas corporalis ex indispositione cõplexionis pueni-
ens, secundum Damascenũ. Nõ ergo assumpsit oẽs defectus nr̃os, sed eos dũtaxat, q integrita
ti & perfectione naturæ nõ repugnant. ⌊Vidit aũt Iesus turbas multas circa se,⌋ quia (vt dicit
Marcus) tota ciuitas erat cõgregata ad ianuam, ⌊iussit ire⌋ secũ discipulos suos ⌊trans fretũ⌋. i.
vltra mare Galilææ, q̃d iuxta Capharnaũ decurrebat. Abijt ergo nauigio à Capharnaũ ĩ locũ Marci 1
desertũ, vt Lucas & Marcus cõmemorant, vt doceret nos humanã laudẽ & gloriã fugere, tũc
pertim qñ magnũ aliquid egimus, & magis ab vniuersis cũ admiratione inspicimur: Cũ em̃ Lucæ 8
pdicta miracula faceret, oẽs in eius pconiũ proruperunt. Dæmones q̃q; copiose clamabant, di Marci 1
centes: Tu es Christus & filius dei, sicut alij referunt Euãgelistæ. Alia ratio fuit, vt daret pdica Lucæ 4 9.
toribus ac plãtis exemplum sæpius recedendi à strepitu populi ad locũ secretũ, ad vacãdũ con Lucæ 8
templationi ac orationi, vt sic repleãtur gratia illustrationis diuinæ, & q̃ diuinitus perceperũt,
C alijs affectuose eructẽt. ⌊Et accedens ad Iesum vnus scriba⌋. i. eruditus in lege, ⌊ait illi: Ma-
gister, sequar te q̃cũq; ieris⌋. i. tibi inseparabiliter adhærebo. Qua intentione hoc dixerit, ex sub
sequẽti Chr̃i responsione elicit. ⌊Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habẽt⌋. i. latibula sua sub ter
ra ⌊& volucres cęli⌋ aerei in quo volant, habent ⌊nidos,⌋ in quibus quiescunt & pullos enutri-
unt, ⌊filius aũt hoĩs non habet vbi caput reclinet⌋. i. propriã domũ. Sed nõne Mariã, q̃ erat
vnica suis parẽtibus, ex parte patris habuit domũ parẽtũ suorũ? & Ioseph (q adhuc vixit secun
dũ quosdã) ppriã habuit domũ? Et respondendũ, pbabile eẽ q̃ virgo beata oĩa sua vendidit, Matt. 19
egenisq; contulit, similiter Ioseph, aliter non implessent q̃d Chr̃s edocuit alios, & apostoli pfe- Lucæ 18
cerunt, q relictis omnibus sequuti sunt Christũ, Chr̃s ergo in summa vixit inopia, pprio ca- Mar 10
rẽs hospitio. Propter q̃d Hieremias vehemẽter admirãs, ait ad eũ: Quare q̃si colonus ventu- Acto. 2
rus es in terra, & quasi viator declinans ad manẽdum? Quare venturus es quasi vir vagus?
¶ Quæritur, cur Christus pauperẽ vitam elegit? Dicendũ primo, vt scripturas prophetarum
impleret. Sic em̃ primus Christi aduẽtus in paupertate describitur: Exulta satis filia Sion, Ecce
rex tuus venit tibi iustus, & saluator ipse pauper. Et in psalmo: Pauper sum ego, & in laboribus

 à iuuentu- Psal. 85

& ad saluandū potentem, ꝙ vero dixerūt perimus, ex timore & pusillanimitate processit, ꝙ au
A tem suscitauerūt eū, ex ignorantia & fidei imperfectione descēdit. Putabant enī ꝙ Chr̄o dor-
mienti, minus innotesceret omīa, quam vigilanti, quasi somnus actū rōnis impediret in ipso,
vnde increpari & audire meruerūt. Quid timidi estis modicæ fidei. Nēpe si magnæ fidei ex-
titissent, imperassent & ipsi tempestati, moxq́ꝫ cessasset, prout alibi ait saluator: Si habueritis fi-
dem sicut granū synapis, diceretis huic mōti, tollere, & mitte te in mare, & obediet vobis. ⌊ Tūc
surgens Iesus ⌋ à somno & puppi seu loco dormitionis, ⌊ imperauit ⌋ .i. ꝑ modū imperantis po
tēter minuxit ⌊ mari ⌋ .i. cōmotioni, tēpestatiq́ꝫ maris, ⌊ & vētis ⌋ vt cessarēt ⌊ & facta est tran-
quillitas magna ⌋ .i. plena quies à procella ꝑfata in instanti, qm̄ virtus diuinitatis Christi cū sit
infinita, agit in instanti, in q̄ opere Christus suę diuinitatis omīpotētiā demōstrauit. Nā vero
& mari imperare, & imperialiter subiecta habere ad nutū, nō cōuenit nisi vero deo. Propter
quod Marcus, vt istud miraculū gloriosius cōmēdaret, sic ait: Surgēs cōminatus est vento, &
dixit mari. Tace & obmutesce: In isto fundatur positio Theologoꝝ, ponentium in omī natu-
ra creata potentiam obedientialē, qua suo creatori ad nutū obedit in omībus. ⌊ Porro homi-
nes ⌋ existentes in naui, ⌊ mirati sunt ⌋ à viso tāto prodigio, ⌊ dicētes: Qualis est hic? ⌋ quasi di-
cant. Aliquid supra hominem apparet in eo, videlicet ꝙ sit deus, vel deo charissimus, ac summe
familiaris. ⌊ Quia venti & mare obediunt ei ⌋ de quo scriptum est: Tu dominaris potestati ma
ris, motum aūt fluctuum eius tu mitigas. Inanimata autem proprie nō obediunt, nisi deo ꝑ au
thoritatem. Si cæteris obedire dicantur in his quæ sunt supra naturā, intelligendum est, ꝑ mi-
nisterium secundum Hieronymum & bedam. Quod dicitur: Porro hoīes mirati sunt, non de
discipulis Christi, sed de nautis, & alijs qui aderāt intelligendum est. Alijs vero satis probabili-
ter videtur, quod de discipulis quoq́ꝫ hoc ipsum dicat, quod ex verbis Marci & Lucæ sequi pu
tatur. Miratio enim consurgit ex inspectione effectus & ignorantia causæ, quemadmodum
homines videntes lunam eclypsari, & causam eclypsis ignorantes, mirari cœperunt. cum er
B go causa perfecte cognoscitur, cessat miratio, idcirco astrologus eclypsim non admiratur vt
rusticus. Discipuli autem nondum cognouerant Christi diuinitatem, cuius virtute facta sunt
hæc. Ipsi ergo mirati sunt, quamuis minus quā alij, quoniam magis soliti erant videre miracula
Christi. ¶ Prætereaper naticulam quidā mystice intelligunt crucē, in q̄ saluator moriēdo dor
miuit, quam secū ascenderunt discipuli postmodū tollentes crucē suā quotidie, quo pēdēte in
cruce, facta est magna in mundo tempestas, quia à sexta hora vsq́ꝫ ad nonā tenebre factę sunt,
terra mota est, Apostoli quoq́ꝫ turbati fuerunt, suscitaueruntq́ꝫ Christū, eius resurectionem op
tando. Quo resurgente, magna cordis tranquillitas data est Christi discipulis. Chrisostomus ꝑ
nauem intelligit ecclesiam .i. cōgregationē fidelium, ad quam Chrūs descendit per incarnatio
nem & cōuersationem cum ea. Ipsa quoq́ꝫ portauit Christū, prædicando eū per totū mundū,
qui est mare magnū, de quo ait saluator in psalmo: Veni in altitudinem maris, Christo aūt hāc
nauem ingresso, tentationū & aduersitatū commotio irruit super discipulos, sed clamando ad
Christum euaserunt. Nauis enī petri cōcuti potest, nō mergi. Sic & nos in omni graui tribulati
one clamemus ad Christū, dicentes: Domine salua nos, perimus. ⌊ Et cū venisset ⌋ Iesus cū dis-
cipulis, ⌊ trans fretū ⌋ .i. vltra stagnū seu mare ꝑdictū, ⌊ in regionē Gerasenoꝝ, ⌋ q̄ erat ex alio
littore huius maris. Et dicitur regio Gerasenoꝝ à principali ciuitate terræ illius, q̄ dicit Gerasa,
C vel Geneser, ⌊ occurrerūt ei duo ⌋ hoīes ⌊ habentes demonia, ⌋ quia quilibet coꝝ, vel saltē vnꝰ
à multis dęmonibus fuit obsessus, Lucas enī refert, ꝙ legio dæmonū fuit in eo, Marcus vero &
Lucas nō loquunt, nisi de vno habente demonia, sed nō est cōtradictio inter eos & Matthęū
qm̄ numerus minor nō excludit maiorē, neq́ꝫ ecōtra, ⌊ de monumētis exeuntes, ⌋ qa nō habi-
tabāt in domibus, sed in fossis factis pro sepultura, ⌊ sæui nimis ⌋ .i. valde feroces in se & in ali-
os qm̄ a dæmonibus obsesse erant, qbus data fuit à deo licentia exercendi crudelitatem magnā
ꝑ hoīes istos ab ipsis obsessos, & tā sæui erāt, ⌊ ita vt nemo posset ⌋ illæsus atq́ꝫ securus ⌊ trāsire
per viā illam. Et ecce clamauerunt. ⌋ Viso enī Iesu, dæmones loqͣbant per vascula à se impleta
dicentes. ⌊ Quid nobis & tibi Iesu fili dei? ⌋ .i. quæ conuentio vel similitudo inter nos insanos
atq́ꝫ obsessos, & te sapientē ac sanctū? Quasi dicāt. Nō debuisti venire ad nos. Hęc verba hoīes
isti loquebant, sed dæmonibus eos ad loquendum mouentibus adscribunt. Quod aūt noīant Ie
sum filiū dei, nō ex certa cognitione, sed coniectura & suspitione procedit, secundum Hieronī.
Hæc quoq́ꝫ confessio ex necessitate potius, q̄ ex volūtate processit, velut si serui fugitiui verbe-
ra metuentes, verba blāda suo dn̄o loquant, vt eis parcat ⌋ Venisti ante tēpus ⌊ .i. valde cito &
ante tēpus à nobis ꝑsumtū, vel an̄ diem iudicij, in q̄ erit plena & finalis reproboꝝ dānatio, ⌊ tor
quere nos, ⌋ qm̄ tua pręsentia nobis pœnalis est, & timemus eijci à te, q̄d nobis graue est valde.
Demones enī cū maxime odiāt hoīes, delectant eos torquendo, & dolēt dū expellunt. Ideo aūt
potissimū dixerunt (vt reor) venisti an̄ tēpus torquere nos, qm̄ verebant in infernū retrudi, in
quem nouerant se in die iudicij retrudendos. Veruntamen vbiq́ꝫ ferūt ignē suū secū. ⌊ Erat au
tem nō longe ab illis ⌋ dæmoniacis ⌊ grex porcoꝝ multoꝝ vsq́ꝫ ad duo milia, ⌋ secundū Mar-

Marci. 5 eum, ⌞ pascens ⌟ .i. nutrimentũ sumens, ⌞ in monte, ⌟ de herbis atq; graminibus. ⌞ Dæmones
Lucæ 8 aũt rogabant eum, ⌟ videlicet Iesum, dicentes. ⌞ Si eijcis nos ⌟ ab istis duob' obsessis, ⌞ mitte, ⌟ D
.i. sice permitte ⌞ nos in gregẽ porcorũ ⌟ .i. in porcos. Talis fuit petitio, velut si reus timens pati bulũ, quæreat gladiũ, quia inter duo mala minus malũ elegitur. ⌞ Et ait illis Iesus: Ite ⌟ in porcos. Hæc Christus cõcessit, nõ ad instantiã dæmonũ, sed ppter alias causas. Primo, vt ostenderetur hoĩbus, q̃tus sit rancor dæmonũ cõtra eos, propter hoc q̃ q̃rũt nocere iumẽtis, & pecoribus hoĩm. Secũdo, vt miraculũ istud eiectionis dæmonũ hac occasione amplius diuulgaret ad hoĩm informationẽ, q̃d & factũ est, vt statim subiũgitur. Tertio, q̃m hoĩes regionis Gerasenorũ suis pc̃tis hoc dãnum meruerũt. Erant quippe gẽtiles, vt fert. ⌞ At illi ⌞ dæmones ⌞ exeuntes ⌞ ab obsessis, ⌞ abierũt in porcos, ⌟ imo in vnũ porcũ plures dæmones intrauerũt, secundũ
Marci 5 q̃ numerus dæmonũ numerũ porcorũ excessit. In vno siquidẽ obsesso fuerat legio dæmonũ,
Lucæ. 8 ⌞ Et ecce impetu ⌟ .i. cum strepitu veloci ac vehementi, seu motu celerrimo & rabido cursu, ⌞ abijt totus grex porcorũ per p̃ceps ⌟ .i. p̃cipitãter seu p locũ p̃cipitẽ & tortuosum, ⌞ in mare ⌟ Genezareth, dæmonib' porcos impellẽtibus. Porci nãq; potius agebãt, q̃ agebãt, ⌞ & mortui sunt ⌟ porci ⌞ in aquis ⌟ .i. submersi & suffocati, ⌞ Pastores aũt ⌟ porcorũ ⌞ fugierũt, ⌟ territi tam insolito, horrẽdoq; facto. Et ne dãnũ ipsis imputaret, & ne ipsi q̃q; à dæmonibus inuaderent, ⌞ & venientes in ciuitatẽ ⌟ Geneser metropolim huius prouinciæ, q̃ fuit ex opposito Galilææ vt Lucas commemorat, ⌞ nũtiauerũt oĩa ⌟ ciuibus, s. de submersione porcorũ, & de his duobus qui dæmonia habuerant, q̃uo curati essent à Chr̃o, de cuius licentia dæmones ingressi sunt porcos. ⌞ Et ecce tota ciuitas ⌟ .i. pplus ciuitatis pro magna vel principaliori parte, ⌞ exijt obuiam Iesu, ⌟ vt eũ honorarẽt, vel signa facta viderent, vt asserit Marcus. ⌞ Et viso eo, rogabãt eũ, vt transiret à finibus eorũ ⌟ .i. ab ipsis, & terra eorũ recederet, vel quia se indignos reputabant eius
Marci 5 p̃sentia, sicut Centurio, vel ne talia damna amplius paterent, si Chr̃s plures dæmoniacos in terra ipsorũ curaret. Verũtamen si sapientes fuissent, potius Christũ rogassent secũ manere, q̃ omnino terrã eorũ exire. ¶ Mystice per hoc q̃ Chr̃s post maris transfretationẽ, dormitionem, & suscitationẽ ingressus est terrã Gerasenorũ gentilẽ, significatur, quod post cõuersationẽ suam E
in hoc seculo, turbulẽtissimo mari, post dormitionẽ in cruce ac monumẽto, & resurrectionẽ, intrauit terras gentiliũ, mittẽdo ad eos apostolos, & introeundo corda eorũ per fidem & gratiam. Per sanationẽ q̃q; sæuissimorũ dæmoniacorum, designat cõuersio habituatorum & obstinatorum
Eccl. 8 natorum in vitijs, q cum in p̃fundum peccatorum venerint, contẽnunt, qui sine vllo timore
Prouer 2 perpetrant mala, super quos clausit puteus os suum, de q̃bus ait psalmista: Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Et Salomon: Lætantur cum male fecerint. Tales sæpius sanantur & conuertuntur à Christo, ita vt omnes qui viderint, obstupescant.

¶ EXPLANATIO CAPITVLI NONI. ET ASCENdens in nauiculam, transfretauit, Articulus. XVIII.

ET ascendẽs ⌟ id est ingrediens, ⌞ Iesus in nauiculam ⌟ forte in eãdem, in qua
Mar 8 venit ad terram Gerasenorum, ⌞ transfretauit ⌟ hoc est, nauigando per mare prædictum reuersus est cum sua comitiua, ⌞ & venit in ciuitatem suam ⌟ Per hanc ciuitatem Hieronymus intelligit Nazareth, à qua Iesus dictus est Nazarenus. Augustinus vero intelligit per eam Capharnaum, & hoc communius tenetur, quoniam apud Marcum manifeste describitur sequẽs mi- F
Lucæ 1 raculum in vrbe Capharnaum perpetratum. Quemadmodum ergo Na-
Lucæ. 5 zareth dicitur ciuitas Christi, quia in ea moratus, frequenter cõuersatus, & multa miracula operatus. ⌞ Et ecce ⌟ habitantes vel exigentes in Capharnaum, ⌞ offerebant ⌟ hoc est, præsentabant, ⌞ ei ⌟ videlicet Christo, ⌞ paralyticum iacentem in lecto ⌟ qui secundum Marcum à quatuor portabatur, quia per se ingredi non valebat. Deniq; secundum Lucam, cum domum in q̃ Iesus fuerat introire viri isti non possent, ascenderunt tectum, & illo nudato per tegulas submiserunt ægrotum in lecto ante Iesum per funes vt puto. ⌞ Et videns Iesus ⌟ oculo interiori, ⌞ fidem illorum ⌟ offerentium paralyticum, atq; ipsius paralytici, qui etiam fidem habuit recipiendæ sanitatis, & potentiæ Christi, quamuis forte minorem quam illi, ⌞ dixit paralytico. Confide fili ⌟ hoc est spera te adepturum quod optas, imo maiora recipies. Nam ⌞ remittuntur tibi peccata tua ⌟ propter quæ hãc sustines infirmitatem, antequam Christ' paralytico peccata sua indulsit, infudit ei quandam displicentiam seu contritionem culparum. ⌞ Et ecce quidam de scribis ⌟ quorum multi tũc aderant, vt Lucas Euangelista refert: Qui magis venerunt ex curiositate, vel animo calumniandi, quam desiderio proficiendi. ⌞ dixerunt intra se: Hic blasphemat, ⌟ vsurpando sibi, quod soli deo possibile est, scilicet peccata remittere. Dixerãt enim in
Marci 2 cordibus suis: Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? Quoniam ergo putabant Iesum
Luc 5 esse hominem purum, imposuerunt sibi crimen blasphemiæ, eo quod præsumpsit alicui peccata dimit-

cata dimittere. Iesus vero probat se non blasphemasse, verumque deum esse, aperiendo
A secreta cordis illorum, & paralyticum solo imperio propria virtute & authoritate curando,
quorum vtrũq; deo est proprium. Quis enĩ nouit quid agatur in homine, nisi spiritus homi-
nis? ⌊Et cum vidisset⌋ oculo intellectuali ⌊Iesus cogitationes illorum⌋ scribarum, quas tunc 1. Cor 2
videre non cœpit, sed à principio creationis animæ suæ eas cognouit, sicut & cætera futura, sed
nunc ostendit se eas vidisse, vt sit sensus, cum vidisset, id est, vidisse se ostendere vellet. Iesus co
gitatus illorũ peruersos. Vnde Iohannes in suo Euangelio protestatur: Necessarium Christo Ioha. 2
non erat, vt quis ei testimonium perhiberet de homine. Ipse enĩ sciebat quid esset in homine,
⌊dixit eis. Vt quid cogitatis mala?⌋ id est, falsa ⌊in cordibus vestris⌋ hoc est cum cordis con-
sensu imputando mihi blasphemiam, qui non quæro gloriam meam, sed honorifico patrem Iohan 8
meum. Hoc idem ait Christus apud Hieremiam: Vsquequo morabuntur in te cogitationes Hiere. 4
noxiæ, deinde probat per experientiam se esse deum, & posse relaxare peccata. ⌊Quid est faci
lius dicere⌋ hoc est, dicendo efficere, ⌊remittuntur tibi peccata tua, an dicere⌋ id ẽ, dicendo ꝑ
agere, ⌊surge⌋ o paralytice ⌊& ambula⌋ omnino sanatus? ⌊Vt sciatis autẽ, quoniam filius ho-
minis⌋ Nouerant turbæ ꝙ per filium hominis intellexit seipsum ⌊habet potestatem in terra⌋
id est in hominibus qui demorantur in terra, ⌊dimittendi peccata⌋ secundum quod deus est
per authoritatem, ita quod operari possit in anima, maculam culpæ per nitorẽ infusæ gratię au
ferendo. Loquitur aũt Christus iam de potestate sua increata, diuina ac infinita non humana,
aliter ratio sua non videretur concludere ⌊tunc ait paralytico⌋ Hoc verbum interponit euan-
gelista Christus nempe adiecit, tibi dico paralytice, ⌊surge⌋ sanus à lecto ægritudinis, ⌊tolle
lectum tuum⌋ in quo iaces, ⌊& vade in domum tuam⌋ quæ forsan intra Capharnaum fuerat
sita. ¶ Sed quæritur, quomodo ista argumentatio valeat, cum maius sit animam à languo-
re peccati curare, quã corporalem infirmitatem sanare. Dicendũ, ꝙ Christ⁹ intendit probare
vtrũq; soli diuinæ posse conuenire potentiæ. Nam licet paralysim curare posit naturaliter fie
ri, tamen tam imperialiter, subito & authoritatiue eam curare, non competit nisi potentiæ in-
finitæ. Idcirco ostendendo se taliter posse sanare paralysim, demonstrauit quoq; se posse di-
mittere culpam. ⌊Et surrexit paralyticus (iam sanatus) & abijt in domum suam⌋ propriũ por
tans lectum, ad declarandum, quod nec vestigiũ pristinæ infirmitatis in eo permansit ⌊Viden
tes autem turbę⌋ tantum prodigium ⌊timuerunt⌋ Obiectũ timoris est malũ. Nam timoris ser
uilis obiectũ est malũ pœnæ, timoris vero filialis obiectũ est malũ culpæ, videlicet separatio à
deo vel dei offensa. Quid ergo vel cur timuerũt hæ turbæ, cũ potius exultare, & amare debue
rant? Et respondendum, quod ex tanto miraculo perpenderunt sanctitatem, dignitatẽq; Chri
sti, quem licet nondũ putarent deũ, certissime tamen tenebant eũ esse virum sanctissimũ, diui-
na potestate agentem, sicq; considerata sanctitate ipsius propriam prauitatẽ clarius attende-
runt, quia opposita iuxta se posita clarius innotescunt, sicq; vltionem diuinæ iustitię metuebãt,
seipsos abhorruerunt, & Christi præsentia reputabant indignos, eumq; offendere verebantur
⌊& glorificauerunt deum,⌋ id est, gloriosum, pium & omnipotentem esse professi sunt, ⌊qui
dedit potestatem talem hominibus⌋ scilicet potestatem faciendi miracula. Cur non dixerunt, Marci 2
qui dedit talem potestatem huic homini, singulariter, præsertim cum secundũ Marcũ dixisse
C legantur, quia nunquam sic vidimus? Dicendum, quod forte intendebant ponere plurale pro
singulari, vel nondum putabant ampliorem potestatem collatam Christo quam Moysi & ꝓ
phetis. Consequenter gloriosus Euangelista Matthæus, suipsius conuersionem describit. ⌊Et
cum transisset inde⌋ hoc est à Carpharnaum, seu domo vbi sanauit hunc paralyticum, ⌊vidit
hominem sedentem in theloneo⌋ id est, occupatum in colligendo vectigalia seu tributa, & for
te ad literam tunc sedebat quantum ad situm corporis in thelonio, id est, in domo publica, vbi
soluebantur prædicta, vel thelonium est mensa in qua computantur vectigalia. Hic Matthæ-
us alio nomine appellatus est Leui, sicq; vocant eum Lucas & Marcus, dum eius conuersio- Luc 5
nem describunt. Nam propter reuerentiam nolunt eum vsitato nomine designare, dũ inho Marci 2
nestum eius officiũ exprimunt ⌊Et ait illi Iesus: Sequere me⌋ Respexit Iesus Matthæũ oculo
corporali, sed multo profundius oculo pietatis internæ seu compassionis affectu, quẽadmodũ
respexit & Petrũ, post trinã negationem. Similiter vocat Matthæũ verbo vocali ad extra cor- Matt. 27
porales aures pulsando, sed multo virtuosius vocauit eum verbo inspirationis occultæ, exhorta
tionisq; intimæ, de quo ait propheta: Audiã quid loquatur in me dominus deus. Porro verba
Christi operatiua erãt, & penetratiua cordis, ⌊& surgẽs⌋ à pristina cõuersatione iniusta à loco Psal. 84
thelonei, & ab omni adfectu terreno, ⌊secut⁹ est eũ⌋ videlicet Christũ mentis religiosa deuo-
tione & corporis gressu promptissimo. ⌊Et factũ est, discumbente eo⌋ id ẽ, Christo manducã
cante ⌊in domo⌋ Matthæi qui fecit Chr̃o magnũ conuiuiũ secũdũ Lucam, nõ tamẽ immedi Lucæ. 5
ate post conuersionẽ suam, sed postea, imo quod hic dicitur de vocatiõe Matthæi, ꝑ recapitu- Lucæ. 6
latione dicitur, nõ sed'm historiæ ordinẽ, vt habet in Luca: Quod Iesus ascendẽs in montem
antequam illuc sermocinaretur, vocauit ad se discipulos suos, elegitq; ex eis duodecim apo-

ftolos,quorũ Matthæus extitit vnus,fermo aũt in monte diu factus fuit ante prædicti paralƒi
tici curationẽ,poſt quã hic deſcribitur vocatio Matthæi. Sed forte conuiuiũ factũ eſt ſtatim D
poſt curationem paralytici huius. Quamuis enĩ Matthæus primo mox ſequutus ſit Chr̃m,
poſtea tamen de licentia Chriſti vna cum Chriſto & eius diſcipulis rediſt ad domũ ſuam, for
ſitan diſpoſiturus de negotijs ſuis, q̃a thelonearius fuit, & dñis ſuis rationẽ reddere debebat.
Gloſſa tñ videtur aliter dicere. Ecce multi publicani .i. publici tranſgreſſores, & peccato-
res minus famoſi in vitijs, venientes ad domum Matthæi ab eo inuitati, q̃m ſocij eius fue-
runt,& exemplo Matthæi Chriſtũ ſequi ac pœnitere cœperunt, quẽadmodum in libris Re-
gum Heliſæus ab Helia vocatus fecit conuiuiũ ſocijs ſuis,mactans boues duos. diſcumbebãt
cum Ieſu & diſcipulis eius in domo Matthæi. Porro ſi Matthęus in ſua vocatione oĩa ſua pe
nitus reliquiſſet q̃ſi non reuerſurus nec diſpoſiturus de eis, nõ rediſſet ad propriã domũ, neq; de
ſuis facultatibus exhibuiſſet Chriſto & cæteris tam ſolenne cõuiuiũ. Et videntes phariſæi
Chriſtum & eius diſcipulos cum publicanis comedere, dicebant diſcipulis eius. Secundum
Lucam & Marcum etiã ſcribæ murmurabant,dicentes: Quare cum publicanis & peccatori
bus manducat magiſter veſter? Q.d. Hoc indecẽs eſt,cum dicat Hieremias: Quid tritico cũ
paleis. Et Dauid: Superbo oculo & inſaciabili corde,cum hoc non edebam. Et rurſus ſcriptu-
ra hortatur: Viri iuſti ſint tibi cõmenſales. Et Salomon in Prouerbijs: Ne comedas(inq̃t)cum
hoĩe inuido. At Ieſus audiens ad minus aure cordis verba phariſæorũ q̃ iſta dixerunt, vt q̃
ſi non audirentur à Chriſto ait eis efficaciter rñdẽdo, atq; illorũ pſumptionẽ ac elationem
redarguendo. Non eſt opus .i. neceſſarius non eſt valentibus .i. ſanis medicus loquẽ-
do de vtriſq; formaliter. Medicus eñ ordinat ad vulnerũ atq; morborũ ſanationẽ, q̃ in hoĩb⁹
ſanis non ſunt, vnde nec indigent medico q̃ diu ſunt tales, q̃d de ſpũali & corporali ſano ac
medico verũ ẽ, ſed male habentibus .i. infirmis opus eſt medicus. Nam ſpũaliter vulneratis
ſeu impijs neceſſarius eſt medicus ſpũalis, q̃ poſſit animã peccatricẽ ad ſtatũ grĩæ reuocare, &
illud Apoſtoli implere, Corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes
eſtote ad oẽs. Talis fuerat Chriſtus, q̃ in Eſaia teſtaſ, Dñs inquiens, dedit mihi linguã eruditam, E
vt ſciam ſuſtentare eũ q̃ lapſus eſt verbo. Itaq; mĩa miſeris neceſſaria eſt, q̃d Chr̃s conſequen-
ter probat authoritate Oſeæ prophetæ dicens: Euntes aũt .i. corporaliter à me recedẽtes
vel ſpũaliter à præſumptione, crudelitate & ignorantia abeuntes. Nam dupliciter peccatis. Pri
mo q̃ vosipſos iuſtificatis. Secundo q̃ alios ſpernitis, iudicatis, & condẽnare audetis, diſcite
q̃d eſt .i. quõ intelligi debeat & obſeruari, Miſericordiã volo, hoc eſt, cõpaſſionẽ & ſub-
uentionẽ ad pximũ indigentẽ, & non ſacrificiũ legale, quaſi illud ſit p ſe acceptũ ac meri-
toriũ ſicut miſericordia. Vel, non ſacrificiũ legale ppter euangelicæ legis, in qua mĩa maxime
prædicatur. Simili modo ſcriptũ eſt apud Eſaiã prophetã, dicentẽ: Holocauſta arietũ, & adi-
pem pinguiũ nolui. Quid aũt velit deus ſubiũgitur ilico. ſ. ſubuenite oppreſſo. Vnde Micheas
ppheta hocipſum clarius introducit dicens: Nunq̃d offeram dño holocauſtomata? Nunq̃d
placari poteſt deus in milibus arietũ? Q.d. nequaq̃. In q̃ ergo placaſ adiecit: Indicabo tibi ho-
mo q̃d ſit bonũ aut q̃d dñs requirat à te, Vtiq; facere iudiciũ, & diligere miſericordiã. Cõſequẽ
ter ſubditur cauſa vel potius ſignũ, q̃ deus vult mĩam potius q̃ ſacrificiũ. Non eñ veni voca
re iuſtos, ſed peccatores. Hoc eſt q̃ alibi ait ſaluator: Venit filius hoĩs q̃rere & ſaluũ facere q̃d
perierat. Et Apoſtolus: Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. q̃niam Chriſtus Ieſus venit
in hunc mundũ pctõres ſaluos facere. Sed nonne Chriſtus vocauit Iacobũ iuſtũ, Petrum, q̃ nũ F
q̃ã comedit omne immundũ, Andreã, Iohannẽ, & alios q̃ſdam iuſtiſſimos? Et nonne Apo
ſtol⁹ veraciter aſſerit, Quos prædeſtinauit, hos & vocauit. Q̃uo ergo non venit Chriſt⁹ vocare
iuſtos. Et rñdendũ dupliciter, Primo, q̃a ſecundũ Ambroſium p iuſtos intelligit ſcribas & pha
riſæos, de ſua iuſtitia pſumentes, qui tñ veraciter iuſti non erant, ſed vani atq; elati. Per pctõ-
res vero intelliguntur humiliter pœnitentes, qui veraciter iuſti ſunt. Illos ergo iuſtos Chr̃s nõ
venit vocare per ſalutarẽ effectum ſeu efficientiã, & cõſecutionẽ ſalutis, iuxta quẽ modũ Chri
ſtus non eſt crucifixus p reprobis, ſed electis, quia de taliter iuſtis dicit Apl̃us: Ignorantes dei
iuſtitiã, & ſuã volentes ſtatuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Iſtos vero pctõres venit vocare
efficienter atq; finaliter, de quib⁹ in ſca teſtaſ, loquens ad phariſæos: Cũ videritis publicanos &
pctõres pcedere vos in regnũ dei. Secundo dicẽdũ q̃ Chr̃s loquiſ hic de vocatiõe ad pœnitẽ
tiam, quæ pctõrib⁹ cõuenit, non iuſtis, ſcd̃m q̃d tales ſunt. Vñ apud Lucã ſic legiſ rñdiſſe: Nõ
veni vocare iuſtos, ſed pctõres in pñiam. Iuſtos vero vocauit & vocat ad grĩæ incrementũ &
vitæ ſpũalis pfectione. Deniq; authoritates inductæ ad hoc q̃ cũ pctõribus veſcendũ non ſit,
intelligi poſſunt de pctõrib⁹ penitus obſtinatis, de q̃rũ cõuerſione non eſt ſpes, & de iuſtis im-
perfectis, q̃bus obeſſe valet conuerſatio cũ iniuſtis, iuxta q̃d ſcriptũ eſt: Cũ peruerſo peruerteris.
Vñ Apoſt. Cũ hmõi(ait) nec cibũ ſumere. Chr̃o aũt nocere non potuit cõuerſatio cũ peruerſis.
Publicani quoq; & pctõres cũ eo veſcentes nõ erant inconuertibiles, ideo vt illuminarẽtur &
conuerterenſ, Chr̃s ſe humane ac affabiliter habuit. Interea p corporale conuiuium quod

Chriſto

Christo Matthæus exhibuit, mystice intelligit̃ spũale cõuiuiũ quod ei in aĩa sua parauit, præ-
A bendo Christo delitias cordis p̃ hoc ꝙ in aĩa toto recepit affectu, aperiens ei ostium mentis,
de q̃ cõuiuio ait saluator in Prouerbijs Salomonis: Delitiæ meæ esse cũ filijs hoĩm. Et in Apo
calypsi: Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illũ, & cœnabo cũ eo, & ipse Prouer. 8
mecũ. Præterea, p̃ corporale illud cõuiuiũ designat̃ spũale cõuiuiũ, q̃d Christo facit Matthæ-
us q̃tidie in tota ecclesia, vbicunq̃ eius euãgeliũ legit̃ & audit̃, ex cuius auditiõe corda hominũ
proficiũt, Christo se offerunt, eũ recipiũt, & cũ eo spũaliter epulant̃. Sed & dum exẽplo Mat-
thæi graues transgressores cõuertũtur & corrigunt̃, facit Matthæus Chr̃o solemne cõuiuium.
In vocatione q̃ppe publicani & thelonearij ad discipulatũ, apostolatũ, & Euãgelistæ officium,
proponitur omnibus quãtũcunq; peruersis, grãdis fiducia pœnitẽdi ac veniæ. ⌊ Tũc ⌋ .i. postq̃
saluator sua respõsione cõfudit & obturauit ora pharisæoꝝ vt dictũ est, ⌊ accesserunt ad eum
discipuli Iohannis Baptistæ dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter ⌋ videlicet
sæpius q̃ in lege præcipit̃ ex speciali deuotiõe ⌊ discipuli aũt tui non ieiunant ⌋ tam sæpe, q̃uis
ieiunia p̃cepta seruauerint. In hac interrogatione multipliciter peccant Iohãnis discipuli. Pri-
mo, ꝙ se de suo iactãt ieiunio, q̃d potius fuerat occultãdũ, maxime q̃ ad illud q̃d superogatio
nis extiterat. Scd'o, ꝙ se pharisæis cõiunxerant, q̃s à Iohanne nouerãt reprobatos. Tertio, ꝙ
Christi discipulos, imo & Christũ redarguere p̃sumpserũt, quẽ à Iohãne laudatum sciebãt ⌊ Et Psal. 18
ait illis Iesus: Nunq̃d possunt filij sponsi ⌋ .i. spũales filij & discipuli mei, q̃ sum spõsus ecclesię,
de q̃ legit̃: Tanq̃ sponsus p̃cedẽs de thalamo suo, de q̃ dicit ap̃lus: Despõdi vos vni viro virgi-
nẽ castã exhibere Chr̃o ⌊ lugere ⌋ .i. affligi & cõtristari ieiunando frequenter, & alia rigorosa
exercitia prosequẽdo; Tanq̃ dicat, hoc nõ decet. Amicus aũt & filius sponsi, q̃ stat & audit
eũ, gaudio gaudet propter vocẽ spõsi. ⌊ Veniet aũt tp̃s, cum auferet̃ ab eis sponsus ⌋ videlicet Esai. 53
dies passiõis & ascensiõis, q̃n Chr̃s ablat' est suis, q̃tũ ad corporalẽ p̃sentiã quẽadmodũ ait:
B Pauperes semp̃ habebitis vobiscum, me aũtẽ nõ semper habebitis. Et itẽ: Exiui à patre & ve
ni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Quantũ vero ad diuinæ maiesta
tis naturã & gratiosam ac spiritualẽ inhabitationẽ, semp̃ erat & est cũ suis fidelibus, iuxta illud
Ecce ego vobiscũ sum oĩbus diebus, vsq; ad cõsummatiõnẽ seculi. ⌊ & tũc ieiunabunt ⌋ corpo
raliter abstinendo, sicut & Iacob' q̃ vouit se nõ cõmesturũ, donec vidisset filiũ hoĩs resurrexisse
à mortuis. Et Petrus: Qui egressus fleuit amare, q̃usq; Christũ resurrexisse audiuit. Certũ est Lucæ. 22
aũt apostolos, & totã primitiuã ecclesiã, post Christi passionẽ in magna sobrietate vixisse. Io
sup̃ probat Christus p̃ quasdã similitudines, q̃d discipulis suis adhuc nõ cõgruebat frequẽs vel Marci. 2
magnũ ieiuniũ. ⌊ Nemo aũt ⌋ prudẽter agens ⌊ immittit ⌋ .i. suẽdo trãsfert & inserit, ⌊ cõmissu Lucæ. 5
ram ⌋ .i. iuncturã seu particulam ⌊ panni rudis ⌋ .i. noui pilosi ac spissi ⌊ in vestimentũ vetus ⌋
illud reformãdo cũ tali particula à nouo panno seu vestimento abrupta. ⌊ Tollit eñ plenitu-
dinẽ ei' à vestimẽto ⌋ .i. si q̃s p̃tẽ pãni noui, a noua veste acceptã, adiũgat & cõsuat veteri ve-
stimẽto ⌊ aufert plenitudinẽ ei' ⌋ .i. p̃fectionẽ noui pãni, à vestimẽto nouo, q̃d deformat̃ & par
tim corrũpit̃ si ei pars sua abstrahat̃ vt veteri vesti iũgat̃, ⌊ & peior scissura ⌋ .i. dãnosior corru
ptio ⌊ fit ⌋ in nouo panno seu vestimẽto, q̃ fuerat in antiquo. Per hoc innuit Chr̃s, ꝙ sicut tam
differentiũ pãnoꝝ cõiũctio, improportionata est & deformis, sic stat' ieiunãtiũ, nõ põt subito
trãsferri in eos, q̃ vsitati sunt mãducare frequẽter, q̃les fuerunt discipuli Christi. Idcirco opor-
tuit eos primo spũaliter innouari, p̃ spm̃ sctm̃, tũcq̃ abstinere, sicut & factũ ẽ. Nã statim post re
surrectionẽ, receperũt spm̃ sctm̃, insufflante in eos Christo, quẽ in die pẽthecostes pleni' rece
perũt, & ex tũc ieiunauerũt. Istud videm' q̃tidie verificari q̃d hoĩes q̃uis pœniteãt multũ, tñ ieiu
nare nõ valẽt, nisi p̃ gratiã cõfortẽtur ac renouent̃. Aliud exẽplũ subiũgit̃. ⌊ Neq; mittũt ⌋ .i.
hoĩes nõ fundũt ⌊ vinũ nouũ ⌋ videlicet mustũ ⌊ in vtres veteres ⌋ .i. in vasa antiq̃ ⌊ Alioq ⌋ .i.
si mustũ in veteres vtres trãsfundat̃, ⌊ rũpunt̃ vtres ⌋ tales cũ sint debiles, vini violẽtã ebulitio
C nẽ nõ potẽtes sufferre, ⌊ & vinũ effundit̃, & vtres ⌋ tales ⌊ pereũt ⌋ .i. destruuntur, ⌊ sed vinum
nouũ in vtres nouos mittũt ⌋ hoĩes ⌊ & ambo conseruat̃ ⌋ .i. vinũ & vasa manẽt inẽ. Per hoc
saluator insinuat, ꝙ sicut debilia vasa ferre nequeunt noua vina, sic rudes & fragiles discipuli
sui, nõdũ dispositi erãt ad sustinendũ magnũ rigorẽ ieiunij, sed innouãdi erant p̃ infusionẽ spũs
sancti, q̃ten' feruorem p̃fectionis, abstinẽtiæq; rigorẽ, vtiliter & fructuose possent sufferre, q̃a
Iohannis & pharisæoꝝ discipuli, q̃uis corpaliter ieiunabãt paꝝ tñ interi' p̃fecerũt, q̃m gratia
innouationis p̃dictę, nõ erant repleti. Tali ergo infructuoso ieiunio noluit Chr̃s suos vexari, p̃- 1. Tim. 4
sertim cũ corpalis exercitatio ad modica prosit. Per vinũ igit̃ nouũ, rigor abstinẽtiæ, & feruor
p̃fectiõis designant̃: p̃ vtres veteres, hoĩes fragiles, nondũ spũaliter renouati, roborati, accensi.
Idcirco ferre nõ possunt rigorẽ iustitię, & p̃fectionis laborẽ, sed rũpunt̃, q̃a sub onere cadũt, ni
si mirabiliter p̃ueniant̃ à spũ scto, propterea paulatim ad perfectionẽ ducẽdi sunt sicut nouitijs
in religiõe cõcedit̃ annus p̃batiõis, in quo vires experiant̃, & pedetentim ad perfectiora ex-
ercitia excẽdant̃. Nã & paulatim longius itur, Et Bernardus ait: Nolo subito summus fieri, suc
cessiue proficere volo ⌊ Hæc ⌋ verba iã p̃inducta ⌊ illo ⌋ videlicet Chr̃o ⌊ loquẽte ⌋ ad illos disci
pulos

A hæc meritoriæ .i. merito fidei tuæ curata es à me, tanq̃ à causa principali & efficienti. ⌊Et sa
lua facta est mulier⌋ à profluuio sanguinis, & à peccatis ⌊ex illa hora⌋ qua tetigit fimbriã eius Deut. 22
Christ⁹ eq̃dẽ (cuius pfecta sunt opa) saluauit in anima, quos saluauit in corpe, q̃uis quidã eorũ
recidiuũ inciderint, redeundo ad vitia. Moraliter p mulierẽ sanguine profluẽtẽ intelligitur quę
libet aĩa peccatrix, fluxu peccati atq; immũditiæ cõtabescẽs quæ à nullo viatore curari põt, sed
tangẽdo fimbriã vestimẽti Chri. i. sacra saluatoris recipiẽdo curatur. ⌊Et cũ venisset Iesus in do
mũ principis⌋ .s. Iairi archisynagogi. Omittit Matthęus q̃ alij Euãgelistę pronũtiãt, videlicet Mar. 5
q̃ Iesu existẽte in vis q̃dã venerũt dicẽtes ad Iairũ, filia tua defuncta ẽ, q̃d vltra vexas magistrũ?
Putabãt em̃ Iesum nõ posse suscitare defunctã, q̃uis potuerit agonizantem sanare. Propter
q̃d Iesus dixit ad Iairũ: Noli timere. Tantũmodo crede, & salua erit. ⌊Et cũ vidisset tibicines⌋
Hoc est, quosdã hoĩes lugubre carmẽ canentes ad prouocãdum fletũ in alijs. Tales adducebã
tur antiquitus in funere magnarũ psonarũ. Quẽadmodũ em̃ quædã symphoniæ melodiæ, seu
cantus prouocant ad audaciam, sicut in bellis: quędã ad lætitiã, quædã ad deuotionẽ: sic quædã
inducunt ad planctum, ⌊& turbam tumultuantẽ⌋ hoc est, confusum sonum, & magnum strẽ
pitum facientẽ, loquẽdo, lamẽtando, & funeri necessaria præparando ⌊dicebat⌋ ad eos: ⌊Re-
cedite⌋ Domũ exeundo, & ab ista afflictiõe & tumultu cessando. ⌊Non enim est puella mor
tua⌋ quo ad me, quãuis naturali ordine mortua sit, ⌊sed dormit⌋ mihi, qui eam valeo facilius
suscitare à morte, quam vos dormientem à somno. Itaq; nõ est mortua, id est, irreparabiliter
destituta à vita, sed dormit, dormitiõe mortis, simili dormitione somni, ⌊deridebant eum scien
tes quod mortua esset⌋ laborabant em̃ in equiuocis, & non intellexerunt pfunditatẽ verborũ
Christi: & forte puella ista nõ fuit mortua morte culpæ q̃uis fuerit mortua morte naturæ, vt iõ
quoq; dictum sit: Non est mortua, sed dormit. ⌊& cũ eiecta⌋ hoc ẽ, de domo expulsa esset, ⌊tur
ba⌋ tumultuans, quæ propter incredulitatẽ & derisionẽ Chri, digna nõ erat cõspicere tantum
miraculũ, ⌊intrauit⌋ cubiculũ, ⌊& tenuit manũ eius⌋ videlicet defunctæ puellæ ⌊dicens:⌋ imo
B secundum Lucam clamãs: ⌊Puella, surge.⌋ Cui hoc dixit, iã non erat puella, seu cadauer seu
corpus exanime. Anima quoq; non surrexit localiter, nisi p accidens. Ponitur ergo pars p to- Luce. 8
to. Corpori em̃ præcipitur, vt resurgat, ⌊& surrexit puella⌋ In quo pẽsandum q̃d nõ orando
sed imperando Christus puella resuscitat, in quo eius om̃ipotentia atq; diuinitas declarantur.
Recolamus qualiter Helias & Helisæus mortuos suscitarũt, moxq; sciemus quãta sit differẽtia 3.Reg 4
in modo agendi illorũ, & Christi: quãuis in facto cõuenientia quædam consistat. Illi ad deum 4.Reg 4
clamando, & sup corpora extincta, sæpius incũbendo, tandẽ impetrant quod deposcũt, iste so
lo imperio operatur q̃d placet. Quãta ergo differentia est inter dñm imperãtẽ, & seruũ orãtẽ
tantũ iste illos excedit. Porro secundũ Lucã nemo suscitationi puellæ interfuit, nisi Petrus, Ia Luce. 8
cobus & Iohannes Christo familiarissimi, parentes quoq; puellę. Quamuis aũt saluator sine cõ
tactu potuerit illam reduxisse ad vitã, tenuit tamẽ manũ eius ad ostẽdendũ, quod sua caro seu
humanitas extitit instrumentũ vnitæ & cooperantis deitatis. Secundum Marcum puella resusci- Marci, 5
tata protinus ambulauit, quo viso qui aderant obstupuerunt stupore maximo. Iesus vero ve-
hementer eis præcepit, vt nemo hæc sciret, iussitq; puellæ dari cibaria, & comedit, vt veraciter
suscitata pbaret. Quãuis aũt apostoli, & parentes puellæ tacuerũt, nõ vulgãdo miraculũ istud,
turba tamẽ eiecta, q̃ nouerat puellã vere defunctã, pcepto q̃d reuixisset, nõ tacuit, ideo subdi-
C tur. ⌊Et exijt fama hæc⌋ .i. rumor tanti prodigij ⌊in vniuersam terrã illã⌋ hoc est, ad om̃es ha
bitatores Galilææ, in qua facta sunt hæc. Deniq; tres mortuos legit suscitasse saluator, p quos
spiritualis suscitatio trium generũ hoĩm impiorũ mystice figuratur. Suscitauit nãq; filiã Iairi in Luce. 7
domo, per quod designat spiritualis suscitatio eorũ q̃ ppter peccatũ interioris consensus, spũa Matth.
liter mortui sunt. Aliũ suscitauit in via ad tumultũ, scilicet vnicũ filiũ viduæ. q̃ designat spiri- Luce 7
tualiter suscitatio impiorũ, ppter peccatũ operatiõis, vitę gratię destitutorũ. Tertiũ suscitauit de Ioha. 11
monumento, vtpote Lazarum, per quod figuratur spiritualis suscitatio habituorum in malo,
qui pessima consuetudine velut lapide grandi præmunit. Specialiter vero per Iairum, qui inter
pretatur illuminans, quilibet bonus ac doctus prælatus, om̃isq; diligens proprię animæ custos
exprimitur. Cum ergo prælatus talis seu homo timoratus, conspicit filiam suam .i. congregati
onẽ sibi cõmissam seu propriam animã grauiter infirmantẽ, pgat p desideria sancta ad Chri
stum, eiq; procidẽs oret pro spirituali sanatione huiusmodi filiæ, quatenus Christus per gra-
tiæ infusionem, eam visitare, viuificare & saluare dignetur. ⌊Et transeunte inde Iesu,⌋ .i. à do Marci. 9
mo archisynagogi eo redeunte, & patriam suam intrante secũdũ Marcũ, videlicet Nazareth se Hierony
cũdũ Hieronymũ, ⌊secuti sunt eũ duo cæci⌋ ducti ab alijs ⌊clamantes & dicẽtes⌋ th̃ clamor
& dictio idẽ fuit in re .s. dictio seu locutio clamorosa ex magno affectu procedẽs, ⌊miserere
nostri fili David⌋ nostrã cæcitatẽ tollendo, & nr̃æ miseriæ cõdolẽdo. Vocãt aũt eũ filiũ Da- Luce. 9
uid, q̃m crediderunt eũ esse Christũ, quẽ Iudęi cõiter nouerãt de semine David nasciturũ. ⌊Cũ
aũt Iesus venisset domũ⌋ .i. ad suũ hospitiũ, nõ em̃ habuit propriã domũ, quia nõ habuit vbi
caput reclinaret, ⌊Accesserũt ad eũ cęci, Et dicit eis Iesus: Creditis q̃a⌋ .i. q̃d ⌊hoc⌋ vtpote lu
men & vi-

Marci.9 mrn & visum oculoꝝ⌊ possum facere⌋ id est, tribuere, ⌊ vobis?⌋ Nō ex ignorātia sciscitat, sed vt illi fideli oris cōfessiōe amplius mereantur, & vt manifestet, oīa possibilia esse pfecte creden D
ti, ⌊ dicunt ei: Vtiq; dñe⌋ credimus hoc, aliter non te cēmus secuti.⌊ Tunc tetigit oculos eoꝝ dicens: Secūdū fidē vestrā⌋.i. prout credidistis, & iuxta exigentiam meriti fidei vſæ ⌊ fiat vobis⌋ hoc est, recipiatis quod creditis vobis posse cōferri à me, & aperti sunt oculi eoꝝ corporales proprio actu videndo.⌊ Et cōminatus⌋.i. cū mina locutus, ⌊ est eis dicens⌋ cū imperio, qm̄ mala eis minabat, nisi obedirent suo pcepto, quo ait: Videte quantum in vobis est, cauete, ⌊ ne quis⌋ absentiū ⌊ sciat⌋ istud miraculū.⌊ Illi aūt exeuntes⌋ de domo in qua visum receperunt ⌊ diffamauerunt⌋.i. diuersimode atq; celebriter famauerunt seu famosum fecerūt ⌊ eū⌋ à quo tm̄ bñficiū erāt sortiti ⌊ in tota terra illa⌋ Galilææ. ¶ Quærit ad hoc agendo bñfecerūt? Videtur q̄d imo, qm̄ ex magnitudine deuotiōis & gratitudiōis hoc fecerant, apparet tñ ꝙ nō, eo q̄d Christo non obedierūt. Et rñdendū, ꝙ oīs Christi actio nfa ē instructio. Interdū ergo Christus pcepit vel pmisit miracula sua manifestari ad gloriā dei, & hoim ędificationē seu fidei cōfirmationē, vt instrueret nos, ꝙ vicissim debeamus simili rōne propria bona alijs propalare,
Matt 5
a Co. 11. iuxta illud: Luceat lux vestra corā hoibus. Vñ & Paulus virtutes & signa diligēter describit, intm̄ vt dicat, Nihilminus feci ab his, qui supra modū apl'i. Aliqñ vero saluator iussit sua miracula occultari, vt doceat nos hoim laudes & admirationes oēmq; vanitatem abhorrere ac fugere. Illi vero q nihilominus eius miracula ad dei gloriā prædicauerūt, dicunt non fecisse cōtra Christi præceptū, qa pceptū eius intelligebāt secundū vnā cōsiderationē, videlicet ne talia signa panderent ex vanitate propter iactatiā, & etiā vt p tale pręceptū doceremur vanā gloriam abijcere. Voluit tñ ea manifestari propter alias rōnes iā introductas. Idē aūt secūdm diuersos respectus est volitū, & nō volitū, sic ergo cæci illustrati, mēte magis q̄ corpore, impleuerunt secundū q̄sdam Chri pceptū, q̄ ad veꝝ intellectū ipsius.⌊ Egressis aūt illis⌋ duobus cæcis iā illuminatis de domo in qua illuminati sunt, à lumine luminū, ⌊ ecce⌋ qui aderāt ⌊ obtulerunt ei⌋ videlicet Chr̄o, ⌊ hoiem mutū, dæmoniū habentē⌋.i. possessum à dęmone ipsm mutificāte. Non eñ hic hō mutus erat ex naturali defectu, sed dęmonis operatiōe, vsum linguæ in eo E
impedientis. Quemadmodū nanq; dęmones loqui possunt p hoies à se obsessos idiomata talibus hoibus penitus ignota, mouēdo linguas eoꝝ ad taliū prolationē verboꝝ, eo ꝙ natura corpalis obediat spūali substantiæ quantū ad motū localē, vt Thomas pulchre declarat, sic impedire possunt organa corporis humani ab actibus suis, videlicet linguā à loquela, sicq; efficiūt hoiem mutū.⌊ Et eiecto dęmonio⌋ q̄d Christus ab hoie expulit, potēti imperio, qm̄ oīa subiecta erant pedibus suis ⌊ locutus est mutus⌋.i. qui mutus extiterat. Cessante eñ causa cessat effectus. Et ideo sicut dęmon p suā psentiā fecit hoiem mutū, sic p suā expulsionem, restitutus ē
Psal. 8
hō pristinæ facultati loquendi ⌊ & admiratę sunt turbæ⌋ propter insolitum opus, Imo duo signa in eodē pacta sunt, videlicet dæmonis eiectio & linguę relaxatio, multoq; amplius admirabilis, virtuosus & gloriosus fuit modus agendi, q̄ opus.s. quod tā imperialiter atq; faciliter, & etiā tā frequenter & quasi innumerabiliter Christus signa ista peregit, ideo admiratæ sunt turbæ multæ ⌊ dicentes: Nunq̄ apparuit sic in Israel⌋.i. Nunq̄ aliquis Israelita, patriarcha siue p
pheta, tam gloriose operatus est, vt iste. Quāuis eñ multi eoꝝ fecerint signa maiora, q̄ sit dęmonē mutū expellere, sicut Iosue & Esaias, ad quoꝝ instantiā sol a naturali cursu cessauit: nullus tñ in veteri testamento, tot & tanta fecit miracula, tamq; potenter & imperialiter sicut Chrs.
Iohā. 15 Propter quod Iohannes dicit: Si opa (inqt) nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatū nō F
habeēt. ⌊ Pharisæi aūt⌋ qui erant ambitiosi, auari & inuidi, maxime cōtra Christū, quia eoꝝ vitia increpabat liberrime ⌊ dicebant⌋ ex inuidia rationis iudicium obtenebrante. Amor eñ priuatus & odiū, peruertunt iudicium, iuxta illud prophetæ: Nunquid vestrum est scire iudiciū qui odio habetis bonum? ⌊ In principe dęmoniorum⌋ id est, virtute & cooperatione pessimi dæmonis, huic seductori familiaris, cū quo pactū habet ⌊ eijcit dæmones⌋ ab obsessis, ita quod eiectio demonū est obediētia in suum superiorem, ad cuius inuocationē iste dæmonia eijcit. Dicebant itaq; ꝙ Iesus principi dæmonioꝝ, videlicet Beelzebub eēt cōcors & familiaris, & ꝙ demon ille superior præciperet dæmonibus inferioribus exire ab hominibus ad inuocationē seu imperiū Iesu, quatenus homines æstimantes talia fieri potestate diuina seducerentur, putando Iesum esse Christū siue prophetam. Sic quoq; dicebant miracula saluatoris fieri magicis artibus. Falsitatē vero huius dicti Christus infra euidēter ostēdit, sicut patebit. ⌊ Et circuibat Iesus⌋ cum discipulis suis ⌊ ciuitates oēs & castella⌋ Galilææ & aliaꝝ terrarum vici-
Marci. 6
Lucæ 9 narum, & simpliciter omnes ciuitates & castella, vel quasdam de omnibus, vt sit distributio p generibus singulorum. Vel forte est hyperbolica.i. per excessum prolata, ad insinuandum, ꝙ valde multa loca circuiuit, ⌊ docens in synagogis eorum⌋ videlicet Iudæorum, ad quas conuenire solebant vt audirent verbū dei. Porro per hoc quod Christus nō solum ciuitates, sed & castella circuiuit, docentur prælati, & prædicatores postponere curam paucorum, & eorum qui in paruis locis morantur, sed omnibus & singulis pro viribus prouidere, ⌊ & prædicans

euange

euangelii regni⌋.i. euangelicam legem atq; doctrinā, in q̄ regnū cœleste promittit,& per cu
A ius obseruantiā ad illud directè ac immediate pertingitur⌊& curans oēm languorē⌋grauiorem
⌊& omnē infirmitatē⌋minorē, vel languor refertur ad vitia animæ, infirmitas autē ad incom
moda corporis. Nam quos curauit in corpore, sanauit quoq; in anima. Primo itaq; prædica-
uit & docuit: deinde ægritudines repulit, quatenus operatio miraculorū supernaturalem do-
ctrinam commendaret, auditoribusq; vehemēter infigeret, & vt eos quos sermo non emen-
dauit, signa conuerterent. Frequēter Euangelistæ describunt Christi miracula in cōmuni, nā
tot, tanta, & talia extiterunt, q̄ sigillatim & plene recitari nō poterant, in quo euidenter ostēdi
tur virtus & veritas Christi, præsertim cum nil tale legatur, de aliquo sancto veteris testamen
ti, quamuis Helias & Helisæus plurima fecerint signa, Hinc Iohannes ait: Multa quidem alia
fecit Iesus, quæ si scribātur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse, eos qui scri-
bendi sunt libros: ⌊Vidēs autem Iesus⌋turbas ipsum sequentes, ⌊misertus est eis,⌋tanquam
misericordissimus & amator præcipuus, ⌊quia erant vexati⌋lassitudine, fame, siti, & etiā dolo
re cordis propter cōmissa mala, & bona omissa, de quibus cordialiter multi eorum pœnitebāt, ex
verbis Christi ad compunctionem inducti, ⌊& iacentes⌋ præ fatigatione & forte iacebant
in terra sub diuo carentes hospitio, quoniam plures eorum pauperes erant, nec poterant præ mul
titudine faciliter hospitari, & illum sequebantur qui personaliter non habebat reclinatorium ca
pitis. Erant ergo afflicti, ⌊sicut oues nō habentes pastorem⌋quoniā sicut oues tales nō habēt
alentē, & eas in stabulum colligentē ne deuorētur à lupis, sic isti carebant bonis doctoribus ac
prælatis, excepto Christo & eius discipulis. Sacerdotes quippe & scribæ pascebāt & quære-
bāt seipsos, nō gregem sibi cōmissum: de talibus enim dn̄s dicit p prophetā: Qui comedūt carnē
populi mei, & pellem desuper excoriauerunt. Et per Hieremiam: Sacerdotes (inquit) non di-
xerunt, vbi est dn̄s, & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Sed cū
B Christus sit pastor bonus, quomodo gregē se sequentem comparat ouibus sine pastore. Et re-
spondēdū, q̄ excepit semetipsum. Vel ideo dicit eū similē ouibus sine pastore, qm̄ licet ipse in
spiritualibus pasceret se sequētes, non tamen semper in temporalibus seu corporalib⁹, sederant
sæpe in magna penuria. ⌊Tunc⌋ Chrūs prouidus pastor ⌊dicit discipulis suis: Messis quidem
multa⌋.i. multi sunt parati audire & facere verba dei, qui messi cōparantur, quia dispositi sunt
congregari ac recipi in horreū Christi, tanq̄ boni fructus, & in virtute maturi. De talibus enim
ait Iohannes Bapt. loquens de Christo: Triticū colliget in horeum suū, videlicet in ecclesiā mi-
litantem & triumphantē, ⌊operarij autē⌋.i. boni & efficaces pastores, doctores ac prædicato-
res sunt⌊pauci,⌋imo paucissimi, & tanto pauciores, quanto maior perfectio requiritur ad bo-
num pastorē, q verbo & opere congreget populū in domū seu horreū dei. Nā & si sint q au-
diant, desunt q dicant. ⌊Rogate ergo dn̄m messis,⌋videlicet Christū omniū hominū domi-
natorē, seu deū trinitatē, dn̄m vniuersorū maxime electorū, in quibus actualiter dominat, dum
ei obediunt. ⌊ut mittat operarios⌋.i. fructuosos atq; idoneos doctores & p̄latos, ⌊in messem
suam⌋.i. ad plebē ecclesiæ instruendā ac gubernandā. Maximū etenim dei beneficiū est, habe-
re bonū pastorē: qm̄ vere ait scriptura: Qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Hoc
Moyses orauit, dicēs: Prouideat dominus deus spirituū vniuersæ carnis hominē qui sit super
multitudinē hanc, ne sit populus dn̄i sicut oues sine pastore. Tales operarios promittit se dn̄s
præstiturum per Hieremiam prophetā, dicens: Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascēt
vos scientia & doctrina. Ecclesia ergo quæ (secundū Apostolū) est dei agricultura, & secūdum
Esaiam dicitur vinea dn̄i. ipsa quoq; nunc dicitur messis domini.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI DECIMI, ET CONVOCATIS DUODECIM DISCIP. SUIS, DEDIT ILLIS POTESTATEM. Art. XIX.

POstquā Chrūs docuit se rogādū, vt mitteret operarios in messem suā, statim
nōdū rogatus, saltem cōdigne, ex abundantia suæ clementiæ mittit operari-
C os sanctos ap̄los, in messem suā, de q̄ alio asserit loco: Nō sum missus, nisi ad
oues, q̄ perierūt, domus Israel. Itaq; postquā instruxit ap̄los de euāgelicę legis
doctrina, multisq; miraculis eos cōfirmauit in fide, mittit eos vt alios doceāt.
Vt enim Dionisius protestat, nō est aptus alios ad deū reducere, purgādo, illu-
minando, perficiendoq; eos, nisi q in seipso excellēter purgatus, illuminatus, perfectusq; fuerit,
quatenus de plenitudine eius accipiant alij. ⌊Et conuocatis duodecim discipulis suis, ⌋ puta
apostolis ad se, ⌊dedit illis⌋ Iesus ⌊potestatem spirituum immundorum, ⌋.i. virtutem supra
& cōtra demones impuritate peccati repletos, ⌊vt ejicerent eos⌋ ab hominibus obsessis, in
nomine Christi. Dedit quoq; eis potestatem, ⌊vt & curarent omnem languorem⌋difficulter
sanabilem, inueteratum, latentem, ⌊& omnem infirmitatem⌋facilius curabilē, Hoc est, omne
genus cuiuscunq; morbi. Vel per languorē inualitudo animæ seu peccatū: per infirmitatē vero
morb⁹ corporis designatur. Nā & corporū curatio ordinabatur ad animæ sanationem, de qua
Hieremias: Sana me (inquit) & sanabor. Missi sunt ergo apostoli ad animas reparandas. Data

prȩterea est apostolis tanta miraculorum potestas, quatenus veritas euãgelicȩ prȩdicationis di-
uino testimonio fulciretur: & quia non aliter crederetur illiteratis ac idiotis. ⌊Duodecim autem
apostolorum nomina sunt hæc.⌋ Ponit Euangelista nomina apostolorum, ne alij pseudo aposto- D
li reciperentur quasi veri apostoli. Vt enim in epistolis Pauli frequenter ostenditur, tẽpore apo-
stolorum, multi falsi apostoli surrexerunt, dicentes se veros Christi apostolos. ⌊Primus⌋ digni-
tate, nõ vocatione, est ⌊Simon,⌋ qui alio nomine dicitur ⌊Petrus,⌋ & etiam Cæphas. Simon
autem fuit primũ nomen ipsius: alia duo nomina inposit illi Christus. Simon interpretatur,
obediens: Petrus, firmus, Cæphas, caput, vel principalis. Petrus tamen & Cæphas idem signi-
ficant: ita quod Petrus interpretatur firmus & principalis, similiter Cæphas. Vnde alio in loco
ait saluator: Tu vocaberis Petrus, quod interpretatur Cæphas, ⌊& Andreas frater eius,⌋ vide-
licet Petri. Quãuis aũt Petr⁹ & Andreas primo simul à Chr̃o vocati sint ad apostolatũ (vt di-
ctũ ẽ supra) Andreas tñ primo à Chr̃o vocatus ẽ ad sui cognitionẽ, & cognito Chr̃o, Andre-
as duxit fratrem suum Petrũ ipso seniorẽ, ad Chr̃m, ⌊Iacobus maior,⌋ i. vocatione prior, &
Chr̃o familiarior, q interfuit resuscitationi puellæ, trãsfigurationi, & trinæ orationi Chr̃i tẽpore
passionis, ⌈Zebedæi⌋ filius, ⌊& Iohãnes⌋ Euangelista ⌊frater eius,⌋ vtpote Iacobi. Hos duos
(vt Marcus refert) Chr̃us vocauit Boanerges. i. filios tonitrui, propter altisonã & inuictam
Euãgelij p̃dicationẽ, ⌊Philippus⌋ quẽ Chr̃s legit apud Iohãnẽ statim post suã baptizationẽ
vocasse. Eratq; Philippus à Bethsaida, & frater Nathanaelis, de quo testatus ẽ Chr̃s: Ecce vere
Israelita, in quo dolus nõ ẽ, ⌊& Bartolomæus, Thomas, & Matthæus publicanus.⌋ Lucas et
Marcus nominant Matthæũ añ Thomã, nec addunt publicanus. Matthȩus vero sicut vere hu-
milis, Thomã sibi præponit, seq; publicanum appellat, ⌊et Iacobus⌋ minor, filius ⌊Alphȩi,⌋ q
dictus ẽ frater domini, tanq̃ vultu et conuersatione ei conformis: et fuit primus Hierosolymo-
rum Christianorum antistes, ⌊et Thaddæus,⌋ qui alijs in locis vocatur Iudas Iacobi. i. frater Ia-
cobi minoris, qui etiam (teste Hieronymo) dicebatur Lebbæus, quod interpretatur corculus, idẽ
cordis sui diligens custos. Fuit ergo trinomius, ⌊Simon Cananȩus,⌋ qui dicitur Cananȩus, nõ E
quia de genere populi Chanaan, sed à vico Cana, vbi Christus conuertit aquam in vinum,
Hinc Lucas vocat Simonem Zelotem, quoniam Cana interpretatur zelus secũdum Hierony-
mũ, ⌊et Iudas Ischariotes⌋ .i. natus à vico Iudæȩ nomine Ischariot, ⌊qui et tradidit eum,⌋
videlicet Iesum, dicens: Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradã? Qui velut alter lucifer
cecidit de cœlo, et tanq̃ alter Satan adfuit inter filios dei. ⌊Hos duodecim misit Iesus⌋ ad prȩ-
dicandum binos et binos, seu combinatos secũdũ Marcũ. Vnde quod Matthȩus et Lucas ex-
primunt eos combinatos, putant nõ nulli ideo factum, quia illi pariter missi sunt, qui cõbinant.
Deniq; post hanc missionem apostolorum, designauit dñs Iesus & alios septuagintaduos discipu-
los, & misit illos binos & binos ante faciem suã, vt Lucas refert, ⌊præcipiens eis,⌋ puta aposto-
lis, ⌊& dicens: In viam gentium⌋ .i. ducentem ad gentiles, ⌊ne abieritis,⌋ illas visitando seu in-
struendo, ⌊& in ciuitates Samaritanorum,⌋ qui receperunt quinq; libros Moysi, sed nõ prophe-
tas, erantq; natione gentiles, & à rege Assyriorum adducti, filijs Israel captis, prout in libris Re-
gum plenius edocet, ⌊ne intraueritis,⌋ gratia p̃dicandi, nec in villas aut castella eorum, ⌊sed po-
tius ite ad oues quæ perierũt⌋ .i. perditas, seu propter peccatũ dãnationi obnoxias, ⌊domus⌋
.i. populi seu familiæ ⌊Israel,⌋ potest autem per Israel intelligi Iacob patriarcha, de quo Iudæi
exorti sunt, qui alio nomine nuncupatus est Israel, vel populus Israeliticus. Quemadmodum
ergo Christus ait: Non sum missus, nisi ad oues q̃ perierũt, domus Israel: sic & apostolos mit-
tit solũ ad illas, non quod ipse nullo modo missus sit ad gentes, prȩsertim cũ in Actis apostolorum
dicat Apostolus: Notum vobis sit, quia gentibus missus est hoc salutare dei. Et Simeon iustus:
Viderunt (inquit) oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciẽ omniũ populorum. Sed quo-
niã primo ac principaliter missus est ad conuertendos Iudæos, deinde gentiles: sic nunc iubens
apostoli solis p̃dicare Iudæis, qm̃ primo eis prædicari decebat tanq̃ populo peculiari, quorũ
patres, ex quibus Chr̃us, ad quos facta fuit de Christi aduẽtu promissio: & etiã vt Iudȩi inexcu- F
sabiles fierent de sua incredulitate. Si enim Christus suos discipulos ad infideles primo misisset
habuissent occasionem calumniandi atq; dicendi, quod ipse non esset Christus in lege p̃missus
populo Iudæorum. Itaq; qm̃ Christus & eius discipuli ante passionem ipsi⁹ modico tẽpore p̃di-
cauerunt, idcirco ante passionẽ non p̃dicauerunt, nisi Iudæis, Porro post resurrectionem dixit
eis saluator: Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Et tamen nec
hoc exequuti sunt apostoli, nisi post p̃dicationẽ Iudæis copiose & diu impensam, quibus pro
maiori parte indurans, ad gentes profecti sunt. Propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Iu-
dæis: Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed qm̃ repulistis illud: ecce conuertimur ad
gentes. ⌊Euntes aũt p̃dicate, dicentes, Quia appropinquauit regnũ de⌋ .i. gloria regni cœle-
stis, quia per Christi incarnationẽ ac meritum, ingressus regni patescit. Homines nempe elon-
gantur ac distant à regno cœlesti, & vera felicitate per culpã, Quoniã ergo Christus venit tol-
lere peccata mundi, idcirco a tempore sui aduentus appropinquauit hoc regnũ, & homines ad

eius ad-

tius adeptionem disponi cœperunt. Nemo tamē ante passionem illud ingredi potuit. Conse
A quenter saluator donat apostolis congrua, proporcionataq; argumenta probandi doctrinam
euangelicam. ⌊ Infirmos curate, ⌋ miraculose & instrumentaliter, diuinam potentiam, atq; cle-
mentiam inuocando, ⌊ mortuos suscitate. ⌋ Non leguntur apostoli ante passionem mortuos
suscitasse, sed postea ⌊ leprosos mundate, ⌋ orando pro curatione eorum. ⌊ Gratis ⌋ .i. sine pre-
tio vestro ac merito ⌊ accepistis ⌋ à me dona spiritus sancti, videlicet gratias gratis datas & gra
tiam gratum facientem, alioqui gratia non esset gratia, ⌊ gratis, ⌋ pure propter deum, ⌊ date, ⌋
alijs communicate spiritualia vobis concessa, sacramenta ecclesiæ, beneficia sanitatum, sapien- Rom 12
tiam & scientiam, & cæteros actus spirituales, pro quibus nihil sumendum est per modum pre
tij, ne spiritualia temporalibus comparant, q̃uis aliquid accipi possit, tanq̃ stipendium vitæ.
Hoc & Petrus in prima sua hortat canonica, dicens: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alteru
trum illam administrantes, sicut boni dispensatores, multiformis gratiæ dei. ⌊ Nolite posside-
re aur; neq; argētum, neq; pecuniā in zonis vestris ⌋ .i. in bursis ad zonas pēdentibus. ¶ Quid
mirum si hoc dicat ad discipulos, quibus & dixit: Qui non renunciauerit omnibus quæ possi-
det, non potest meus esse discipulus? Apostoli nanq; esse debuerant, cæteris oībus maxime p̄ Lucæ 4
dicatoribus exemplum perfectionis, videlicet paupertatis, & plenæ spei in deo, nō cogitando Marci 6
de crastino, itemq; de libertatis perfectione, sola futuri seculi bona quærendo. Deniq; non so
lum prohibuit Christus apostolis nil horum possidere, sed etiā nihil secū portare Vnde apud
Lucam: Nihil (inquit) tuleritis in via, &c. Temporalium nanq; possessio parit solicitudinem, Marc. 6
& impedit animi libertatem, sicq; efficit hominem minus expeditum ad infatigabile prædica- Lucæ 22
tionis officium, ⌊ non peram ⌋ .i. repositorium victualium in via prædicationis possideatis aut
circumferatis. Videtur contrarium quod ait saluator: Quando misi vos sine sacculo & pera,
nunquid aliquid defuit vobis? Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & perā. Sed & ipse Ioha. 18
saluator aliquid tulit in via, videlicet sacculum, peram, pecuniam, quorum Iudas custos fuit.
B Nam cum in cœna Christus ei dixisset: Quod facis, fac citius, putabant apostoli q̃ dixisset ei,
Eme nobis quæ ad diem festum necessaria sunt. Discipuli quoq; eius intrauerunt ciuitatē Sa-
maritanorum emere cibos? Et respondendum ad primū, quod Christus secundum cōgruentiā
loci ac temporis, conuenientia dedit p̄cepta. In legatione igit apostolorum, quæ facta est āte pas Iohan 4
sionē p̄cepit ne quid tollerēt in via, quia tūc mittebāt ad notos, nec p̄dicabant mirabilia aut su Luc 9
pernaturalia de Christo, sicut post passionē, vnde & tūc persecutionē perpessi non sunt vt po-
stea, sed satis prouisum est eis ab his, q̃bus prædicauerunt, ideo iussi sunt pro tunc nihil secum
portare. Post passionē, vero cœperūt mirabilia prædicare de Christo, & hominū vitia ac idola
publice reprobare, idcirco tūc permissi sunt secū ferre necessaria vitæ. Quod aūt apostoli post
passionem hoc egerint, innotescit ex eo, quod ad Corinthios dicit Apostolus: Nunquid non
habemus potestatem, mulierem, sororem circūducendi, sicut & cæteri apostoli, & fratres dñi,
& Cephas? Ad secundū dicendū, q̃ Christus tulit & habuit talia pro cōmunitate sui gregis,
& pro necessitate ægenorum, non quasi priuata & propria bona, ⌊ neq; duas tunicas ⌋ superio-
res seu tales quarū vna dūtaxat necessaria est .i. non habere vestes superfluas, iuxta quē sensum Lucæ. 3
ait Iohannes Bapt. Qui habet duas tunicas, det non habēti. Hoc ergo intelligendū est, secūdū
C qualitatem locorū ac tēporū: quia in vno loco & tempore pauciora vestimenta sufficiunt, q̃
in alio, ⌊ neq; calciamenta, neq; virgā. ⌋ Marcus refert Christum dixisse: Nihil tuleritis in via,
nisi virgā tantū, sed calciati sandalijs. Quō ergo nunc dicitur, neq; calciamēta, neq; virgā? Et
respondendū, q̃ loquitur de integris calciamentis. Sandalia vero sunt incōpleta calciamenta, Ephe 6
nec reputantur pro calcijs. Quod aūt ad Ephesios dicit Apostolus: Calciati pedes in præpara Cantic 7
tione Euangelij pacis, de spiritualibus calciamentis intelligi potest, de quibus in Canticis scri-
bitur: Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis. Deniq; non omnia quæ iam iubent apo-
stolis, æstimanda sunt omnibus p̄dicatoribus ad literā eē præcepta, sed his in quibus eadem ra-
tio inuenitur. De virga maior est difficultas. Vnde sciēdū, quod Christus concessit discipulis
portare virgam, sumendo virgam ad literā, quoniam Iudæorū consuetudo erat, vt doctores
& prædicatores eorū ferrent virgam in signū doctrinæ, & in signū quod hi quibus prædica-
bant, tenebātur eis de victualibus prouidere. Sed hoc loco virga accipitur spūaliter, pro innitē
tia animi super q̃cūq; rem temporalem, vel pro re temporali quantumcunq; parua & vili, vt
sit sensus, Neq; virgam, id est, nolite alicui rei temporali inniti, vel rem temporalem quantū-
cunq; minutam, quasi proprium possidere. Cur autem nil horum possidēdum siue portādū
sit prædicatori, subiungitur. ⌊ Dignus est enim operarius, ⌋ id est prædicator verbi dei & mi
nister altaris, seu quilibet spiritualis in templo ministrans, & spiritualia populo exhibens, ⌊ ci
bo suo, ⌋ id est necessarijs ad corporis sustentationem. Imo hoc dictat ratio, lexq; diuina, & ius 1. Tim. 5
humanum. Imo hoc ipsum Apostolus pro modico reputans, sic ait: Si nos vobis spiritualia se Galat. 6
minauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Ideo iterum loquitur: Communicet au 1. Cor 9
tem qui cathecizatur ei qui cathecizat in omnibus bonis. Itemq; Dominus ordinauit his qui

niã determinare nil audio. Certũ ẽ tamẽ q̃rũdã Iudæorũ, eorũ videlicet, qui Christũ occiderũt,
A & forte eorũ q̃ occiderũt ei⁹ discipulos, peccata eẽ grauiora sceleribus Sodomorum.

¶ Explanatio residuæ partis huius capituli, Ecce ego mitto vos. Arti. XX.

SVbinde saluator docet discipulos, omnesq́ prædicatores ad veram prudentiã, ad inuictam atq; fortissimam patientiam, ad plenam quoq; habendam in deo fiduciam. ⌊Ecce ego mitto vos⌋ ad prædicandum, ⌊sicut oues in medio luporum,⌋ id est, sicut mittuntur homines pij, innocentes, ac simplices, qui ouibus comparantur: inter Lucæ 10
rapaces, voraces, crudelesq́ homines, qui more luporum opprimunt innocentes, iuxta illud Esaiæ prophetæ: Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Tales fuerunt sacerdotes, scribæ, & pharisæi Iudæorum, qui Christum & eius discipulos dilaniare conati sunt. ⌊Estote ergo prudentes,⌋ id est circumspecti, cauti ac prouidi, ne à lupis fallamini, ⌊sicut serpentes:⌋ qui obturant aures suas, ne audiant incantantem, & toto corpore caput su- Psal. 57
um, in quo vita consistit, occultant, & protegunt. Sic nos aures obturemus, ne verba nociua, detractoria, aut deceptoria audiamus, quemadmodum Sapiens nos hortatur: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam, ⌊& simplices,⌋ id est sine felle amaritudinis, sine simulatione ac duplicitate estote, ⌊sicut columbæ.⌋ Non enim est sensus, Vbi abundat amaritudo, & væ duplici corde. Ecce ordinata temperies, vt prudentia nostra, sit simplex, non vulpina, aut Prou. 14
versipellis. Callidi nanq́ prouocant iram dei, & vir versutus odiosus est, vt in prouerbijs dicit. Simplicitas quoq; nostra non sit rudis, indocta, aut indiscreta. De hac sancta simplicitate Salomon ait: Simplicitas iustorum diriget eos, & iustitia simplicis diriget viam eius. Et alibi: Cum simplicis sermocinatio dei. Qui itaq; inter peruersos & persequutores mittitur, viuit, & conuersatur, maxima eget prudentia, ne aliquo modo peruertatur, aut mente lædatur ab ipsis. Idcirco Sapiens inquit: Dic sapientiæ soror mea es, & prudentiam voca amicam.
⌊Cauete autem,⌋ id est, vosipsos obseruate & custodite, ⌊ab hominibus,⌋ ne determentũ sa Marci 13
B lutis & gratiæ inferant vobis, terrendo aut blandiendo. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: A Luc. 12
filijs tuis caue, & à domesticis tuis attende. Et Hieremias: Vnusquisq; (ait) à proximo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam. Et certe multum perfectus atq; beatus est, qui se ita ab hominibus cauet, quod nullus sit sibi peccati occasio. ⌊Tradent enim,⌋ id est, adducent ⌊vos in consilijs,⌋ id est ad loca secreta consiliorum, seu inter seipsos contra vos consilia celebrantes, ⌊& in synagogis suis,⌋ id est, publicis locis seu congregationibus, ⌊flagellabunt vos.⌋ Hæc atq; sequẽtia nõ legũt illata apostolis seu discipulis Chri, ãte ipsius passionẽ, sed postea frequẽter & copiose, vt patet in Actis apostolorũ. Et ad p̃sides, ⌋ i. iudices substitutos, q̃les Actor. 25
fuerũt Fest⁹ & Felix, ante q̃s ductus est Paulus, ⌊& ad reges,⌋ q̃lis fuit Herodes, qui Iacobũ occidit, & Petrũ incarcerauit, volẽs post pascha p̃ducere eũ populo, ⌊ducemini p̃pter me,⌋ id ẽ ob cõstãtẽ p̃dicationẽ fidei mei, & nominis mei cultum atq; amorẽ, ⌊in testimoniũ illis, & gẽtibus,⌋ id est, in testimoniũ dãnationis tã regũ & iudicũ vos cõdenãtiũ, q̃ gẽtium eis cõsentiẽtiũ, vel vos eis p̃sentãtiũ, ita q̃d vestra innocẽs adductio, vera cõfessio, libera p̃dicatio, iniustaq; passio testimoniũ perhibebit & declarabit illos eẽ dãnabiles qui credere noluerũt, & vos persequuti sunt. Vel, in testimoniũ illis, id est vt testimoniũ perhibeatis de me corã ipsis: vel, vt ipsi testimoniũ ferãt aduersum vos. ⌊Cũ aũt tradẽt vos,⌋ ante cõspectũ regũ & iudicũ, ⌊nolite cogitare,⌋ id est anxie præmeditari, & cũ solicitudine quadã inq̃rere, ⌊quomodo aut quid loquamini,⌋ id est per quẽ modũ, vel q̃ rationẽ seu respõsionẽ detis ad obiecta vel interrogata. Nõ p̃hibet per hoc, quin homo possit facere q̃d in se ẽ, sagaciter cõsiderãdo, quid & quam constanter ac sapienter responderi oporteat, præsertim cum princeps apostolorum dicat: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos, de ea quæ in vobis est fide & spe. Sed ne homo in sua præmeditatione, inquisitione, vel eruditione confidat, aut turbetur: & metuat si tem- Iohan 15
C pus præmeditandi non habeat. Huius insuper efficax ratio assignatur.
⌊Dabitur enim vobis in illa hora⌋ traditionis vestræ, ⌊quid loquamini,⌋ id est diuinitus mẽtibus vestris infundetur ac reuelabitur apta responsio. Tunc enim potissimum adimpletur q̃d dominus loquitur: Aperi seu dilata os tuum, & implebo illud, cuius annectitur ratio. ⌊Non enim vos estis qui loquimini,⌋ quasi principales loquutores, vel ex proprio ingenio respondẽtes, ⌊sed spiritus patris vestri,⌋ spiritus sanctus à patre æterno procedens, est ⌊qui loquitur in vobis,⌋ id est, in anima vestra, per inspirationem internam, docendo vos, iuxta illud: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Propter quod dicit saluator: Paracletus spiritus sanct⁹ Psal. 84
docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Vel, Loquitur in vobis, id est, per os vestrum, tamquam principalis loquutor, prout in actis de Stephano scribitur, quod Iudæi non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. ⌊Tradet autẽ frater⌋ infidelis ⌊fratrem⌋ fidelem ⌊in mortem⌋ martyrij, ⌊& pater⌋ infidelis ⌊filium⌋ fidelem. ⌊Et insurgent filij⌋ infideles, ⌊in parentes⌋ fideles ⌊& morte eos afficient.⌋ Hæc omnia frequenter contigisse in sanctis martyribus, multæ testantur historiæ. ⌊Et eritis odio omnibus,⌋ id est

Lucæ 12 aliquibus de omni genere hominum, puta cunctis peruersis, de quibus dicit Apostolus: Si ho-
Gala 1 minibus placerem, Christi seruus non essem, ⌞propter nomen meum, ⌟id est propter me, & D
propter fidem, spē, & charitatem, conuersationem, & prædicationem, quā habetis in me. Ve-
ritas enim generat odium. Hinc Christus inquit: Si de mundo essetis, mundus quod suum erat
Mat. 15 diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mū-
dus. ⌞Qui autem perseuerauerit ⌟in fide, charitate & opere, ⌞vsque in finem ⌟ vitæ præsentis
inclusiue, ⌞saluus erit, ⌟beatitudinem patriæ consequendo. In quacunq; enim hora iustus re-
Ecclc. 11 cesserit à iustitia, omnes iustitiæ eius obliuioni tradētur, vt ait Ezechiel. Et in ea affectione ani-
ma æternaliter manet, in qua separatur à corpore, prout Salomon asserit: Si ceciderit (inquit)
lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Sola ergo perseue-
rantia coronatur, nec inchoasse, sed consummasse virtutis est. Hanc vocem (qui perseuerauerit)
non audiunt nisi oues. ⌞Cum autem persequentur vos in ciuitate ista, ⌟in qua principali-
Matth, 2 ter estis, ⌞fugite in aliam. ⌟Sic enim Christus fugit in Aegyptum, & sæpius abijt & abscondit
Acto 5. se. Petrus quoq; de carcere ab angelo liberatus, relicta Hierosolyma, fugit in alium locum. Sic
Acto. 9 & Paulus à Damasco fugit. Et Stephano lapidato, fideles qui erāt Hierosolymis, dispersi sunt
per regiones Iudææ præter apostolos quæ omnia in Actis recitantur. ¶ Sed videtur huic cō-
trarium, quod apud Iohannem scriptum est: Mercenarius videt lupum venientem, & fugit.
Et respondendum, quod ista admonitio de fuga nō est vniuersaliter intelligenda, nec per mo
dum præcepti communiter data. Quando enim ex fuga alicuius alij grauiter scandalizarent, E
fides irrideretur, iustitia opprimeretur, subditi periclitarentur, nequaquam est fugiendum, præ
sertim prælato, superiori vel doctori, nisi omnes simul fugere possint. Porro cum ex fuga ali-
cuius non immineat tale periculum, sed potius aliquod commodum, scilicet, quia non expedi-
ret ecclesiæ tali pastore seu membro priuari, propter futurum profectum: & quia qui fugit, po-
test alibi fructificare, & in loco à quo fugit, alium idoneum loco sui relinquere, tunc fugere licet.
Fugere autem ex timore ruinæ, propter propriam infirmitatem non semper est illicitum, quā
uis sit imperfectum. Sed & multi sanctorum ex feruore fidei, etiam non requisiti, obtulerunt
seipsos ad martyrium. Et quasi Apostoli quærerent, quandiu fugiemus, respondet. ⌞Amen
dico vobis, non consummabitis, ⌟id est perfecte non perambulabitis, nec prædicando circuie
tis, ⌞ciuitates Israel, ⌟id est populi Iudæorum, ⌜donec, ⌟id est antequam, ⌞filius hominis ve-
Ioha. 14 niat, ⌟id est, post resurrectionem ad vos reuertatur, quemadmodum apud Iohannem scriptū
Ioha. 16 est: Non vos relinquam orphanos, vado & venio ad vos. Et alibi: Iterum autem videbo vos.
Tempus quippe prædicationis Apostolorum in Iudæa ante passionem modicum fuit, nec in
eo poterant omnes ciuitates Israel consummare. Vel sic: Non consummabitis, id est, non con
uertetis ad fidem, ciuitates Israel, id est totum populum Iudæorum, vos & successores vestri, do
nec veniat filius hominis ad iudiciū vniuersale. Non enim generaliter cōuertēt, nisi in fine secu
Iohan 13 li, instāte secūdo Chri aduētu. ⌜Non est discipulus sup magistrū, nec seruus sup dominū suū⌟ F
Si per magistrum & dominū determinate intelligam⁹ Christū, certū est nullū Christianum
hoc magistro ac domino esse maiorē vel parē. Si vero per magistrū & dominū intelligatur in
determinate quicūq; magister & dominus, intelligēdū ē verbū hoc formaliter, vt sit sensus, Nō
est discipulus, inquātum discipulus, super magistrum, id est maior aut doctior eo, nec seruus, se
1, Cor 2 cūdū q̊d talis est, super dominum suū, id est maior ac dignior eo. ⌞Sufficit discipulo, vt sit sicut
magister eius. ⌟id est ei assimiletur, si tamen ille perfectus sit. Alioquin æmulari oportet cha-
rismata meliora, & magis proficere, præsertim cum dicat propheta: Super omnes docentes me
1 Pet 2 intellexi. Si vero per magistrum Christus specialiter designetur, tunc omnino sufficit discipu-
lo, id est cuilibet Christiano, vt sit similis Christo, qui omnis perfectionis ac sanctitatis exem-
plar est, cui nullus æquari valet seu parificari. Debet tamen eius sequi vestigia, iuxta illud: Qui se
dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Et debet seruus esse cōten
tus: vel, ⌞seruo ⌟sufficere debet, ⌞vt sit sicut dominus eius, ⌟id est domino suo cōformet vt de
Matt 12 cet. Hæc saluator ait, q̄tenus sui ipsius exēplo puocet discipulos suos, & omnes fideles ad patiē
Luc. 11 tiam inconcussam. Vnde prædicta applicans ad seipsum, adiecit, ⌞Si ⌟pro quia ⌞patrem fami
lias, ⌟id est me Christum, ecclesiasticæ familiæ patrem, ⌞Beelzebub, ⌟id est dæmonem seu dæ
moniacum ⌞vocauerunt ⌟Iudæi, dicendo: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia
⌞quanto magis ⌟id est, multo amplius, ⌞domesticos eius, ⌟id est, discipulos meos, filios domus
meæ, quæ est ecclesia, appellabunt Beelzebub, ascribendo verba, facta, & signa eorum princi-
pi dæmoniorum. Dicitur autem aliquis dæmon dupliciter, videlicet per naturam & per parti
cipationem seu imitationem diabolicæ prauitatis, & hoc secundo modo vocauerunt Iudæi
Iohan 6 Christum Beelzebub: sicq; Christus ait de Iuda: Nonne vos duodecim elegi, & vnus ex vo-
bis diabolus est? ⌞Ne ergo timueritis eos, ⌟propter iniurias & contumelias, q̄s vobis possunt
infligere, sed potius exultate in omi aduersitate, q̄ ab eis patimini: cōsiderātes q̄d passus sum ego,

& gloriãtes in hoc, quod domino vestro ac magistro conformari meruistis, cũ hoc sit bñfi-
A cĩũ ingens. Quid eñ tã gloriosum ẽ seruo, quam vt domino suo assimiletur? Sæpe contingit
vt aliquis iniuriam passus doleat, & vlcisci se cupiat. Si vero conspexerit alium multo sublimio
rem eadem vel grauiora perpessum, & tamen seruare patientiam, incipit consolari, & ab ira
cessare, dicens in se: Si ille tantus talia patitur, quantomagis ego? Ita & nos, si Christi passionẽ,
patientiamq́ pensamus, patientiam discimus: & cum Apostolo in tribulationibus iucunda-
mur. Cur vero hi impij metuendi non sint, subditur. ⌊Nihil enim opertum⌋id est, nullum
opus est iam ita absconditum & ignotum, ⌊quod non reuelabitur, ⌋i. manifestũ erit cunctis
& singulis in die iudicij, quatenus omnes sciant iustum esse iudicium dei⌊& occultum, ⌋id est,
nullum propositum, consilium, desiderium, vel cogitamen est nunc ita secretum, ⌊quod nõ
scietur⌋ab omnibus in die nouissimo, quando (secundum Apostolum) adueniet dominus, q
illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quasi dicat, Non cure-
tis quid nunc patiamini propter me, quoniam venit hora, in qua est vestra patientia & illorũ
peruersitas dignam ac iustam sortietur mercedẽ, secundum illud Iohannis in Apocalypsi. xxij
capitulo: Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuiq; secundum opera sua.
⌊Quod dico vobis in tenebris, ⌋Hoc est, in locis secretis, vel in tenebris, id est, in parabolis,
mysterijs, & figuris, de his quæ euangelicam veritatem concernunt, ⌊dicite⌋alijs ⌊in lumi-
ne. ⌋hoc est, publice coram omnibus. ⌊Et quod in aure, ⌋id ẽ, in secrete, & quasi silenter ⌊au-
B ditis⌋à me de finali omnium retributione, & cæteris fidei documentis, ⌊prædicate super te-
cta, ⌋hoc est, stando in locis eleuatis atque patentibus, prout Esaias inquit: Clama quasi tuba Esai 58
exalta vocem tuam. Et alibi: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon. Ad Esai 40
literam per tecta intelligi possunt, deambulatoria templi, super quæ ascendebant doctores
Hebræorum prædicaturi populo. Vel, tecta domorum in palæstina, quæ plana erant & apta
vt super ea staret prædicans populo. ⌊Et nolite timere⌋Timore carnali & inordinato, ⌊eos
qui corpus occidunt, ⌋hoc est tyrannos & persequutores, ⌊animam autem⌋rationalem ⌊nõ
possunt occidere⌋cum sit immortalis. Non ergo possunt ei auferre vitam naturæ, nec etiam
vitam gratiæ, cõpellendo eã ad culpam, cum libera sit. Ideo dicit scriptura: Qui timet hoĩem
cito corruet. Et Esaias: Nolite (inquit) timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum
Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum arescit. Non itaq;
cessemus ab opere bono propter tormenta, quæ reprobi infligere possunt, ne simus de eorum
collegio. De quibus fertur in Psalmo: Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, Psal. 13
vbi non erat timor. Vnde rursus ait Psalmista: Non timebo millia populi circundãtis me &c.
Et: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meũ. Et Iob: Si expaui (inquit) ad mul
titudinem nimiam. Si autem pensemus huius vitæ breuissimam vmbram, instabilẽ fluxum, Iob. 31
C & infinitam calamitatem atque futuræ beatitudinis quæ pro temporali passione momenta-
nea redditur merces in æternum mansura, non solum non timebimus, sed & affectabimus mo
ri pro Christo. Quoniam tamen hoc ipsum magna perfectio est, & donum dei, orare debe
mus cũ Psalmista: A timore inimici eripe animam meam, videlicet: Ne timeat persequen- Psal. 63
tem. Verumtamen naturalis timor mortis, qui etiam fuit in Christo, non reprobatur, sed per
rationẽ frenandus est, ne immoderatus consistat: quinimo crescet, ⌊sed potius eũ timete, qui
potest & animam & corpus perdere in gehennam⌋Hoc est, damnare atque proijcere in in-
fernum. Videlicet deũ qui tanto amplius metuendus est omi persecutore, & impio homine,
quanto pœna hoc ac diuturnior est pœna inferni, quam pœna huius mundi, temporalisque
mortis. Ideo Propheta: Magnus es tu (inquiens) & magnum nomen tuũ in fortitudine, quis
non te timebit, o rex Gentiũ? Et sanctus Iob ait: A facie eius turbatus sum, & considerans Iob. 23
eũ timore solicitor. Salomon quoq; in Prouerbijs: In timore (inquit) domini, esto tota die
& habebis spem in nouissimo. ¶ Denique ad habendum cor tam securum ac imperterritũ,
iuxta illud: Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit, hortatur nos Christus ex conside
ratione diuinæ prouidentiæ omĩa disponentis ac præmiantis, dicens: Nonne duo passeres asse
væneunt? ⌋Hoc est, pro nũmo sic dicto venduntur. Est eñi as assis genus nummi parui va-
loris. ⌊Et vnus ex illis⌋passeribus venditis ⌊non cadet super terrã, ⌋Mactatus, id est, non oc
cidetur ⌊sine patre vestro⌋hoc est, sine nutu & prouidentia patris cœlestis. Vnde in alio lo-
co, inquit: Nonne quinq; passeres væneunt dipondio? Et vnus illorũ nõ ẽ in obliuione coram Lucæ 12
deo. Est aũt dipõdiũ, duplicẽ valorẽ assis habẽs ⌊Vr̃i aũt & capilli capitis oẽs numerati sunt. ⌋
Qm̃ oĩa quãtuncunq; parua & vilia, distincte & pfectissime cognoscunt à deo, ex his infert Sal
uator cõclusionẽ intentã. ⌊Nolite ergo timere⌋Corporũ occisores q̃si de⁹ nõ attẽdat, nec cu
ret de psequutiõe & morte vobis inferẽda, nec pmiũ tribuat, q̃d vtiq; ita nõ ẽ ⌊Nã multis passe
rib⁹ meliores estis vos⌋Cũ sitis rõnales creaturę, ille vero irrõnales. Si ergo illorũ prouidẽtiã ha
bet de⁹, nec sine eius nutu vn⁹ illorũ occidit, quãto magis habet curã vr̃i, & pẽsat q̃d p iustitia
sustinetis, reddetq; pmium copiosum. ¶ Ostendit Chr̃s q̃ta sit merces timentiũ deũ non ho

mines perſequentes⌊ Omnis ergo qui confitebitur me⌋ Verbo & opere ſeu confeſſione fidei
formatæ, ac laudis diuinæ, ⌊ coram hominibus⌋ maxime infidelibus, impijs, & tyrannis, quod D
ſe feciſſe gloriatur Pſalmiſta, dicens: Et loquebar in teſtimonijs tuis, in cõſpectu regum & nõ
confundebar, ⌊ confitebor⌋ hoc eſt, approbabo, & ad me pertinere affirmabo, ⌊ eum coram
patre meo, qui in cęlis eſt⌋ quia cum fuerit meo tribunali præſentatus, iudicabo pro eo, & eius
iuſtitiam commemorabo, imo Chriſtus indeſinenter confitetur tales pertinere ad ſe⌊ Qui au
tem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum⌋ Niſi pœnitentiam agens, reſipue
rit. Quemadmodum Petrus, qui poſt trinam negationem fleuit amare, & veniam meruit,
Matt. 26 ⌊ coram patre meo, qui in cœlis eſt.⌋ quia cum fuerit mihi ad iudicandum oblatus, pronun-
Marc. 14 tiabo ſententiam contra eum, dicamq́; neſcio te.

¶ Tripliciter Chriſtus negatur, verbo tantum, vt in his qui timore pœnarum Chriſtum
negauerunt, verbo & opere, ſed non corde, vt cum malus Chriſtianus dicit & agit contra fi-
dem, cum tamen non dubitet fidem eſſe veram. Opere, ſed non verbo, iuxta illud Apoſtoli:
Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant, cum ſint abominati & reprobi. Poteſt etiam
addi quartus modus, videlicet cum quis corde non credit, & tamen ſe credere aſſerit, vel oſten
dit. Quælibet harum negationum eſt peccatũ mortale, ſaltem in caſu aliquo. Vnde dicit Apo
ſtolus: Si negauerimus eum, & ipſe negabit nos. Et alibi: Noli (inquit) erubeſcere teſtimoniũ
dñi noſtri Ieſu. ⌊ Nolite arbitrari quod venerim mittere pacem⌋ carnalẽ, mundanã, & in ma-
Luc. 12 lo fundatam, ⌊ in terram⌋ hoc eſt, inter homines. Eſt igitur pax nociua & inordinata, quæ eſt
concordia ſeu conſenſus, vel quietatio aliquorum in malo, quam Paulus ſciens eſſe inter Saddu-
cęos & Phariſæos, ex induſtria rupit eam, dicens: De ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudi
Luce. 19 cor hodie. De qua pace dicit Saluator: Hieruſalem, Hieruſalem. Et quidẽ in hac die quę ad pa
cem tibi. Et Pſalmiſta: Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. ¶ Denique alia ẽ
pax vera, ſpiritualis, interna, quæ eſt tranquillitas mẽtis, ex ordinatione interiorum (quam cha-
ritas facit) procedens. De qua fertur in Pſalmo: Pax multa diligentibus legẽ tuam. Et rurſus: E
Manſueti delectabuntur in multitudine pacis. Iſta non conuenit prauis, prout in Eſaia ſcriptũ
eſt: Nõ eſt pax impijs dicit dñs. Hanc Chriſtus venit mittere in terram, ſicut in Actis loqui-
tur Petrus: Verbum (inquiens) miſit deus in Iſrael, pacem annũtians per Ieſum. Vnde per pro
phetam de Chriſto prædictum eſt: Et iſte erit pax Aſſyrijs, cum venerit, & cum calcauerit in
domibus veſtris. Et Zacharias dixit: Loquebatur pacem Gentibus. ¶ Conſequenter ergo
Chriſtus, quaſi exponens ſeipſum, adiunxit: ⌊ Non veni pacem⌋ Iam dictã ac vitioſam ⌊ mit
tere, ſed gladium⌋ hoc eſt eradicationem ac ſeparationem huiuſcemodi pacis. Poteſt quoque per
gladium accipi rigor perfectionis, quam docuit Chriſtus, vel ſermo euangelicus. De quo Pau
lus: Et gladium (inquiens) ſpiritus, quod eſt verbum dei. Et in Pſalmo: Accingere gladio tuo,
Pſa 44 ſuper fœmur tuum potentiſſime. Hinc in Eſaia Chriſtus teſtatur: Poſuit dñs os meum, quaſi
gladium acutum. Ad literam autem loquitur Chriſtus potiſſimum, de gladio ſeu diſcordia,
quæ in toto orbe, ex Apoſtolorum prædicatione ſequuta eſt, dum pene in qualibet domo qui
dam conuerſi ſunt, & quidam in infidelitate manſerunt inter quos diſſenſio fuit. Propter quod
dictum eſt: Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium. Vt enim dicit Hieronymus: Nul
Hieroni. lus fidus affectus inter eos eſt, quorum diuerſa eſt fides. ⌊ Veni enim ſeparare hominem aduer
Luce. 12 ſus patrem ſuum⌋ Hoc eſt filium à patre diuidere, carnalem eorum pacem deſtruendo, & in-
ordinatam vnionem tollendo, ne vnanimes ſint in peccato, ſed altero eorum auerſo à me, ali-
us conuertatur ad me, ⌊ &⌋ ſimiliſmodo, veni⌊ ſeparare, filiam aduerſus matrem ſuam⌋ ma-
lam amicitiam auferendo, & bonam inimicitiam, ſeu veram dilectionem inducendo, vt euel-
latur carnalis affectus. ⌊ Et nurum⌋ Hoc eſt, coniugem filij⌊ aduerſus ſocrum ſuam⌋ i. matrem
mariti⌊ Et inimici hominis⌋ patriſfamilias erunt ⌊ domeſtici eius⌋ quia commorantes ſe-
cum ſibi aduerſabuntur atque diſſentient. Hoc ipſum apud Michæam prophetam legitur:
Vir fratrem ſuum venatur ad mortem. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris F
tui, quia filius contumeliam facit patri, filia conſurget aduerſus matrem, nurus aduerſus
ſocrũ & inimici hoīs domeſtici eius. ¶ Venit igitur Chriſtus hoīes quantũcunque propinquos
ſeparare ab inuicẽ, dupliciter: Primo auferendo ab eis vnionem carnalis affectionis, & cõſen-
ſum in malo, & hæc ẽ ſeparatio ſpiritualis, neceſſaria ad ſalutem, ſine qua nemo poteſt eſſe ſer
uus vel diſcipulus Chrĩ. Secundo, auferẽdo ab eis vnionem conuictus & habitationis trahen-
do q̃ſdã ad religionis ingreſſum, & hæc ẽ ſeparatio localis, pertinẽs ad ſupererogationẽ. Qui
autem amat patrẽ aut matrẽ⌋ carnalẽ⌊ plus quam me⌋ maius bonũ eis optando quam mihi,
vel magis afficiẽdo ad eos, quã ad me ſeu magis inherẽdo eis quam mihi, aut magis appreciã
do eos quã me, nõ ẽ me⌋ hoc ẽ mea fruitiõe, aut dilectiõe⌊ dignus⌋ cũ nõ habeat charitatem
ordinatã, & per cõſequẽs, nec charitatẽ, cum ordo charitatis ſit in præcepto⌊ Et qui amat filiũ aut
filiam ſuper me, hoc ẽ, plus quam me⌊ non eſt me dignus.⌋ quoniam bonum creatum, ca-
ducum, finitum, præfert bono diuino, incõmutabili, atque immenſo. Ordo nempe charitatis

efflagitat, vt deus summe & incõparabiliter, ac fine mensura diligatur, videlicet, toto cor
bant & manducabant, qa hoc licuit eis, iuxta illud quod in Deuteronomio scriptũ ẽ: Si intra-
neris segetẽ amici tui, frãges spicas & manu cõteres, falce aũt nõ metes, sed ꝙ fecerũt hoc sab-
bato. Cõsequenter excusat Chrũs suos discipulos alia ratione, videlicet quia de ei⁹ licẽtia ista fe
cerũt, ipse aũt vim dispensandi se habere testatur, [aut non legistis in lege,] videlicet in libris
Moysi, quia sabbatis, hoc est diebus sabbatorum, [sacerdotes] legales [in templo sabbatũ
violant]

violant ⌋.i.sabbati celebrationĕ nõ seruãt,quãtũ ad verba ꝓcepti, sed manualiter operantur
animalia deo immolãdo,& ea excoriando,hostiasq; lauãdo⌊ sine crimine sunt? ⌋hoc est,sine
A transgressione ꝓcepti,qa nõ agũt cõtra intẽtionem ꝓcepti , qm̃ opa illa directe ordinabantur
ad cultũ diuinũ,& deo iubente fiebant in sabbato,⌊ Dico aũt vobis,qa tẽplo maior est hic⌋lo
cus in quo ego sum. Sic exponit Hieronymus,qm̃ locus continẽs Christũ dignior fuit tẽplo. Hieronymus
Vel,hic,id est.ego Chr̃s,maior seu dignior sum tẽplo,cũ sim dñs tẽpli. Ideo mea authorita-
te,potest hic fieri à discipulis meis,q̃d fit in tẽplo à sacerdotibus . ⌊Si aũt sciretis ⌋ hoc est,ꝑ-
fecte intelligeretis,⌊quid est ⌋.i.quid significat illud Oseæ prophetæ:⌊ Misericordiam ⌋id ĕ, Osee 6
opera pietatis,& affectũ cõpassionis⌊ volo⌋ego dñs,⌊ & nõ sacrificium ⌋ hoc ĕ,plus q̃ legalẽ Matt. 9
hostiam⌊ nunq̃ condẽnassetis⌋.i.præcepti præuaricatores iudicassetis , ⌊innocentes ⌋disci Marci 2
pulos meos,sed opa misericordiæ,sacrificijs tẽpli prępponendo cõdoluissetis discipulis meis,ne Luce 6
cessitate famis spicas vellentib⁹ ,& excusassetis eosdẽ. Quod aũt Chr̃s potestatẽ habuerit dis-
pẽsandi de obseruãtia sabbati declaratur subdendo. ⌊ Dñs est em̃ filius hominis⌋scilicet Chri
stus qui propter humilitatem frequenter se nominat filiũ hominis,raro filiũ dei,⌊ etiam sabba-
ti⌋.i, septimi diei,& per consequens alioꝝ dieꝝ,totiusq; tẽporis. Ex quo ostenditur,q̃d Chr̃s
sit verus deus,cui propriũ est temporibus pręesse ac denominari . Vnde in noua lege Christi
authoritate celebritas sabbati cessauit ,& prima feria facta est celebris. Eadem authoritate dis
cipuli spicas sabbato vellere poterant,eũdo per sata,seu blada.⌊ Et cũ inde ⌋.i. à cãpo seu agro
vbi hæc cõtigerunt ⌊trãsisset⌋Iesus ⌊ venit in synagogã eoꝝ ⌋ videlicet pharisæoꝝ à quibus
fuerat redargutus vel alioꝝ Iudæoꝝ⌊ & ecce manum habens aridam ⌋.i. contractam erat ibi
in synagoga,⌊& interrogabant⌋pharisæi,⌊ eum dicẽtes: Si⌋.i.an ⌊licet sabbatis curare? ⌋.i.
infirmũ sanare, ⌊ vt accusarent eũ⌋quomodocunq; responderet aut faceret. Qm̃ em̃ Christ⁹
discipulos suos excusauit,& misericordiã sacrificio prætulit,pharisæi insidiari cœperunt magi
stro,inquirentes an liceret sabbato sanare, vt si Christus diceret: imo, arguerent eũ de sabbati
transgressione. Si diceret non,arguerent eũ de immisericordia seu crudelitate,vel etiam de im
B potentia,si non curaret,vt scriptũ est,in Luca & Marco,ꝙ Iesus interrogauit pharisæos,an li-
cet sabbato curare. Hic dicit ꝙ illi interrogauerunt eũ,& vtrunq; verũ est. Ipsi nanq; primo in
terrogauerunt Iesum,de hoc dolose & insidiose,deinde Christus iussit hominẽ in medio stare
q̃ stante Chr̃s quæstionẽ illoꝝ repetijt,vt eis cõuenientius responderet. ⌊ Ipse autẽ dixit illis⌋
propriæ quæstioni,respondendo.qm̃ ipsi respondere nõ poterant vel nolebant . Secundum
Marcum Iesus circũspexit eos cũ ira,contristatus sup cæcitate cordis eoꝝ . Probat itaq; Chr̃s
ꝙ liceat sabbato hoiem reparare & confortare,ꝑ locũ à minori vel maiori,eo ꝙ liceat in die
sabbati,bruto succurrere. ⌊ Quis erit ex vobis homo⌋rationabiliter iudicãs,rõnemq; sequens,
⌊ qui habeat ouem vnã,& si ceciderit hæc sabbatis in foueã,nonne tenebit & leuabit eã? ⌋ de
fouea sabbato,⌊ quantomagis melior est homo⌋summæ trinitatis imagine insignitus,⌊ oue⌋
& qualibet irrationali creatura? .i. quãto homo ꝑ naturã,& gratiã dignior est oue,tanto cõue
niẽtius est hoiem sabbato curare,q̃ ouẽ de lacu leuare. ⌊ Itaq; licet sabbatis bñfacere⌋.i. opa
pietatis,& actus virtutũ exercere. Iudæi vero male intelligebãt pręceptũ de sabbati celebrati-
one,putãtes quẽlibet actũ exteriorẽ illicitũ sabbato. Cũ tñ Moyses notanter præceperit. Om̃e Leuit. 23
opus seruile nõ facietis in eo,& põt opus seruile intelligi q̃libet opatio,nõ habens bonitatẽ ex
sua rõne in gñe moris, vt arare, ędificare,tales actus illiciti erant in sabbato. Actus vero ex se bo
ni,in gñe moris liciti erant, vt sanare infirmũ ex charitate & misericordia,& præsertim qñ hoc
fit miraculose . Hinc etiã licuit sabbato se defendere,& vim vi repellere. Quod ignorantes qdã
Iudæi,ꝑmiserunt se occidi à gentibus, vt legit in li. Machabæoꝝ⌊ Tũc⌋Iesus⌊ ait homini⌋
cõtractã manũ habenti ⌊ Extẽde manũ tuã ⌋arefactã⌊ & extẽdit⌋eã nõ naturali sed diuina vir
tute,qa vis motiua impedita erat ꝑ defectionẽ spirituũ,⌊ & restituta est sanitati ⌋manus con-
tracta,in illo momento q̃ dixerat Iesus ,extẽde manũ tuã . In q̃ patet efficacia potestatis diui-
C næ,in instanti,vel solo imperio. Natura em̃ & ars operant successiue,nõ subito . Non autem
potuit manus arida extẽdi,nisi prius sanaret. Restituta est ergo sanitati,⌊ sicut altera⌋.i. sini-
stra,qa secũdũ Lucã,dextera fuit cõtracta,nõ ꝙ sinistra restituta sit sanitati,sed dextera restitu
ta est sanitati.i.sana effecta est,sicut sinistra sana fuit. ⌊ Exeuntes aũt pharisæi. ⌋de synagoga
⌊ consilium faciebãt aduersus eũ⌋videlicet Iesum quõ eũ ꝑderẽt⌋.i. accusarent , atq; occide-
rent. Secũdũ Marcũ,consiliũ fecerunt cũ Herodianis,in q̃ patet intollerabilis pharisæoꝝ ꝑuersi
tas,q inde deteriorati sunt,vnde emendari debebãt. Firmauerũt em̃ sibi sermonẽ nequã,& ex
deliberatiõe,ex certa malitia,ex habitu malo inique egerũt,propter q̃d insanabiles, incorrigibi
lesq; fuerunt,præcipue propter odiũ contra Chr̃m,quod peruertit om̃e iudiciũ . Vnde de eis
dici põt illud Hieremiæ prophetæ: Indurauerunt facies sua supra petram , & noluerũt reuerti.
⌊ Iesus aũt sciẽs⌋machinationes eoꝝ recessit inde . i . ad synagoga ad mare, vt Marcus habet
nõ ex timore mortis,sed cedẽs furori & cõdolẽs cæcitati eoꝝ , & qm̃ nondũ venit hora eius,

& quia nō capiebat perire ꝓphetā extra Hierusalem, & itē vt daret exemplū fugiendi, p loco, causa & tempore, sicut superius dixit: Cū psecuti vos fuerint in vnā ciuitatem, fugite in aliā. Porro moraliter, p hominem habētem manū aridā, & hanc dexterā, intelligit quilibet piger, accidiosus siue pctōr, qui negligit opari quæ dei sunt. Vnde de negligente pastore scriptum est: Brachiū eius ariditate siccabit. Hinc præcepit Christus, vt surgat à culpa p pœnitentiam. Stet in medio per exemplarem cōuersationē. Manū quoq; extendat, p operū misericordiæ exhibitionem. ⌊Et secuti sunt eū⌋ cordis affectu, corpis gressu ⌊multi⌋ qui omiserūt Iesum sequi propter timorem pharisæorū, ⌊& curauit eos omnes⌋ qui cura indigebāt, & eā regrebāt. Alios curauit spūaliter, vel realiter vel q̄tū in se fuit. ⌊Et præcepit eis ne manifestū eū facerent⌋ miracula eius alijs insinuādo, in q̄ docuit nos humilitatem amplecti, & vanā gloriā abominari. Vel, ne manifestū eū facerent. i. ne aduersarijs suis ac pharisæis manifestarent, quo isset ac vbi esset. Propter easdē enim causas, voluit Chrūs latere, ꝓpter q̄s abijt. ⌊Vt adimpleret q̄d dictū est p Esaiā ꝓphetā dicentem⌋ in psona dei patris: ⌊Ecce puer meus⌋ .i. Chrūs, de q̄ in actis asseritur: Cōuenerūt aduersū sanctū puerū tuū Iesum, Pōtius Pilatus & Herodes. Et Esaias: Puer (inquit) natus est nobis. In veteri testamento, puer ꝓ seruo frequenter accipit. Vnde nostra trāslatio habet: Ecce seruus meus, q̄d cōuenit Chro, rōne naturæ assumptæ, secundū q̄ pater maior est filio, qui exinaniuit semetipm formā serui accipiens. Si aūt puer ꝓ filio accipiat, sic Chrūs secūdum diuinam naturā est puer naturalis, ⌊quem elegi⌋ nō secūdū diuinā naturā, sed secūdū humanitatem assumptā. Electio enim ex libertate procedit, & tendit ad bona gratiæ, donaq; gloriæ, Chrūs vero vt verbū ac filius dei procedit à patre, p modū naturalis emanatiōis, & æternaliter, essentialiter beatus est, Imo eādem nūero cū patre ac spū sancto beatitudinem habēs. Electus ergo dicit Christus vt homo, de q̄ sponsa dicit in Cāticis: Dilectus meus cādidus, & rubicundus, electus ex milibus. Et Aplus: Qui prædestinatus est (ait) filius dei in virtute, secundum spm sanctificationis, dilectus meus quē secundū diuinitatē ipsius diligo amore simpliciter infinito, tanq̄ æqualem mihi in bonitate. Secundum humanitatem vero eius verbo vnitā, diligo eum magis, q̄ totum vniuersum. Vere eñ pater diligit filium, amore supdulcissimo, omni creaturæ ignoto ac inexperto q̄tum ad plenitudinem suā. Sancti tñ in patria gustant eū pleno ore, ⌊in q̄ bñ cōplacuit animæ meæ⌋ hoc est, cordi meo. Tantā eñ cōplacentiā habet pater in filio, q̄ iā & dilectionem, nec aliquid inest filio, q̄d oculos patris offendat, ꝓpter quod ait: Ego quæ placita sunt ei facio semp. Et Chro baptizato ac transfigurato, audita est vox patris dicens: Hic est filius meus dilectus, in q̄ mihi cōplacuit animæ meæ, nō q̄d habeat animā, cū sit simplissima vnitas, purissimaq; natura, sed ad denotādum q intime diligat filium, secundum q̄d spōsa ait i Cāticis: Indica mihi quē diligit aīa mea. Et: Inueni quē diligit anima mea. E

In veteri tamen testamento frequēter dicitur deus animā habere, vel p aīam suā iurare, vt patet in Amos q̄ legit: Iurauit dñs in aīa sua, Detestor ego supbiā. Et Hieremias ait: i gente in qua vlciscet aīa mea. ⌊Ponā spm meū sup eū⌋ .i. spm sctm aīæ eius supcopiose īfundā, q a nō ad mēsurā dat deus spm homini Chro vt Iohānes habet, & in Luca scriptū ē: Iesus plenus spū sctō, egressus ē à Iordane. Denīq; cōceptus est de spūsancto. Et à primo illius cōceptiōis instāti tā plenus fuit spū sancto, q nūq̄ ingrā, charitate, vel cōtēplatiōe ꝓfecit. Propter q̄d Esaias: Requiescet (inquit) sup eū spūs dñi, spūs sapiētiæ, iudiciū discretiōis. i. distātiā īter bonū & malū, futurę quoq; iudiciū remuneratiōis. Vel iudiciū. i. diuinū pceptum, q̄d deus iudicat eē iustū, ⌊gētibus nuntiabit⌋ p pdicationem aplorū: qbus locutus est: Euntes docete omnes gentes. Vnde in Genesi dicit: Ipse erit expectatio gentium. Et in Aggæo: Veniet desideratus cunctis gentibus. Vnde p Esaiam logt pater de Chro: Ecce testem populis dedi eum, ducem & pceptorem gentibus. Christus autem in ꝓpria psona, nō pdicauit nisi Iudæis. In die quoq; nouissimo Christus proprio ore ꝓnuntiabit iudicium .i. iudicialem sententiam, dicens iniquis: Ite maledicti i ignem æternum. Et iustis: Venite bñdicti patris mei. ⌊Nō cōtendet⌋ cōtra aduersarios suos ex passione rixando, ⌊neq; clamabit⌋ alte loquendo, propter desiderium laudis humanæ, vel affectu vindictæ, seu inordinate & inpatienter loquendo, de q̄ clamore dicit aplus: Omis amaritudo, & ira, & clamor tollat à vobis. Vnde in passione obmutuit in tm, vt ab Herode illuderet, atq; Pilatus vehementer miraret. Nihilominus Chrs in sua pdicatione freq̄nter clamauit, ex charitatis feruore iuxta illud: Iesus hæc dicēs clamauit: Qui habet aures, &c. Et rursus: Clamabat Iesus, si qs sitit, veniat ad me. Apostolus quoq; ad Heb. dicit, q cum clamore valido, & lachrymis pces fudit ⌊neq; audiet aliquis in plateis vocē eius.⌋ Videt contrariū, q̄d alibi Chrūs ait: Ego palā locutus sum mūdo, & in occulto locutus sum nihil. Insuper certū ē, q Chrs eūdo p vias & plateas, sæpe pdicauit discipulis suis & etiā alijs, sicut in die Palmarū, cū venit à Bethania in Hierusalē. Et respōdēdū, quod Chrs dicit nō eē locutus in plateis, qm p̄ter vanā ostentationē & gloriam nihil locutus est: Alij plateas spiritualiter sumunt pro lata via quæ ducit ad mortem, in qua certum est Christum nunq̄ fuisse aut pdicasse. Arundinē quassatā, ⌊hoc est, calamū læsum, & pene destructum, ⌊non confringet⌋, id est, non penitus relinquet, aut perdet. F

Per

Per arundinē istā, signaꝉ populus Gentilis, diuersis erroribus, & peccatis attritus & laceratus,
A quē Christus misericorditer reparauit cōuertēdo eū ad fidē & gratiā, prout apud Iohannē ꝑ Iohan. 10
testaꝉ. Alias (inquiēs) oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere, [& li
gnum fumigās] .i. populū Iudęoꝝ, qui propter aliqualē legis & Christi notitiā, licet valde ob
scurā, ligno fumigēti cōparanꝉ, quib⁹ ait: Adhuc modicū lumē in vobis est [nō extinguet] .i. Iohan. 12
penitus excęcari nō desinet, sed quosdā illoꝝ misericorditer illuminabit, quibus & dixit: Cum Iohan. 8
exaltaueritis filiū hoīs, tūc cognoscetis quia ego sum. Reliquię equidē per electionē gratię saluę Rom. 11
factæ sunt. Possumus aūt ꝑ arūdinē quassatā, & linū fumigantē, eādē plebē, imo eādē ꝑsonā ac
cipere, quæ dicit arūdo quassata, propter vitioꝝ corruptionē, & linū fumigans, propter intel-
lectualis luminis paruitatē, cęcitati interne ꝓpinquū. Sic oīs bonus prælatus, prædicator, ac fra
ter, nō debet arundinē quassatā cōstringere, nec linū fumigās extinguere, sed subdito, seu con-
fratri vitijs irretito, tentato, & pœne excæcato infatigabili charitate succurrere, sicut hortatur
Apostolus: Fres (inquiēs) si prę occupatus fuerit homo in aliq̄ delicto, vos q spūales estis, hmōi
instruite in spū lenitatis. Et rursus: Corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infir-
mos, patiētes estote ad oēs. Vnde Hieronymus ait: Qui pc̄tōri nō porrigit manū, & nō portat
onus fratris sui, iste calamū quassatū cōstringit. Et qui modicā scintillā fidei cōtēnit in paruulis,
iste linū extinguit fumigās. Seq̄mur ergo vestigia Chri, q venit q̄rere & saluū facere q̄d perie-
B rat [donec eijciat ad victoriā iudiciū] hoc intelligi pt, tā de iuditio discretiōis, q̄ extremę remu
neratiōis. Primo sic, ꝑdicta Christ⁹ nō faciet, sed eoꝝ opposita, donec eijciat .i. prosequaꝉ, siue
effundat, ac ꝑducat iudiciū discretionis .i. separationē electoꝝ à reprobis in præsenti ꝑ fidē, &
gratiā, ad victoriā .i. deiectionē diaboli, illū ab electoꝝ cordibus excludēdo. De hoc iudicio di
cit Saluator: Nunc iudiciū est mundi, nūc princeps mūdi eijcieꝉ foras. Cœpit quippe istud iu-
dicium, maxime à prædicatione Christi & Apostoloꝝ, quia extūc in toto mūdo cœperūt q-
dam ad fidē & charitatē vocari, alijs derelictis, & ita tūc separabantur ab inuicē, fide, voto, ac
merito, quod ad discretiōis iudiciū, pertinet ꝑ quod Chrs diabolū vicit, eijciēdo eū foras, & tri
buēdo fidelib⁹ ptātē ꝓualēdi cōtra eū. Scd̄o sic, donec eijciat ad victoriā iudiciū .i. iudiciū vltię
discussionis, seu extremæ remuneratiōis exerceat & ꝑducat, ad victoriā .i. ad plenū suū ꝑfi⁹ tri
umphū, quia tūc ꝑfc̄te deijciet oēs aduersarios suos, scd̄m illud Esaiæ prophetæ: Ad eum ve- Esaiæ 45
niēt, & cōfundentur oēs q repugnant ei. Illo aūt iudicio cōsummato, Christus nō amplius re-
parabit quassatam arundinem, nec illuminabit fumigans linum.

¶ Prosecutio expositionis ꝑsentis capituli. Art. XXXIIII

TVnc oblatus est ei] videlicet Christo ad sanādū [dęmoniū habēs] .i. hō obsessus à
dæmone [cæcus & mut⁹ nō à natura vel ægritudine naturali, sed à dæmōis opatiōe
Vnde in Luca scriptū est: Erat eijciēs dæmoniū, & illud erat mutum. Nō vtiq̄ for-
maliter, sed efficiēter .i. mutificās hoīem, [& curauit eū] Iesus, dęmonē expellēdo,
[ita vt loqueret & videret, q paulo ante mutus fuit ac cæcus, sic q̄ scd̄m Hieronymū tria signa
in eodē peracta sunt. Nam obsessus curaꝉ, mutus loquelā, & cæcus visum recepit. Tn̄ duo ista
cōsecuta sunt naturali ordine, primū signū, videlicet dæmōis eiectionē, qm̄ eī dæmō hoīem
cæcū ac mutū effecit sua ꝑsentia, iō eo eiecto hō recepit facultatē linguæ oculoꝝ [Et stupebāt]
.i. vehemēter mirabanꝉ [oēs turbæ] q̄ aderāt [& dicebāt] q̄rendo ad inuicē. Nōne hic est fi-
lius Dauid: hoc ē, Christus in lege promissus, & ꝓnuntiatus nasci de semine Dauid, Tanq̄ di-
cant: Cur hic si Christus, vel sic est Christus prout verba & opa eius testanꝉ, non debem⁹ in
C trū mirari q̄ signa hæc opareꝉ, cū hoc sit prophetatū de eo. [Pharisæi aūt audiētes] turbā ta
reuerēter de Iesu loquētem [dixerunt] ex grauiq̄ inuidia, quæ oīa etiā bona interꝑtaꝉ sinistre &
occasionē calūniandi cōfingit [hic nō eijcit dæmōes, nisi in Beelzebub principe dæmonioꝝ]
hoc est virtute summi acpessimi dæmonis, cū Iesu pactū & familiaritatē habētis, cui dæmonū
principi, alij inferiores obediunt, egrediēdo ab obsessis ad verba Iesu, q̄tenus hoīes decipianꝉ,
putādo q̄ Iesus diuina virtute hæc agat & Christus existat [Iesus aūt sciēs certitudinaliter [co
gitationes] eoꝝ quod deo est proprium vt ꝓpria ptāte cogitatiōes cordiū intueatur, nec ho
mo potest eas cognoscere, nisi deo reuelante,] dixit eis:] Anteq̄ Christi responsionem eluci-
dem commemorare oportet, quid moraliter ꝑ dæmoniacum istum surdum ac mutum signe
tur. Significatur autem per eum quicunq̄ habituatus in vitijs, quem dæmon ducit q̄ vult, ha-
bens eum captiuum ad suā voluntatem, qui verba dei aure cordis non ꝑcipit, nec gratias agit Psal. 84
deo. Hunc curat Christus, dæmonem per gratiæ infusionē eijciēdo, ita vt hō talis audiat quid
loquatur spiritus, & domino confiteatur, sic q̄ spiritualia loquens, & audiens sic loquentes.
Audiens itaque Iesus prauitatem pharisæorum redarguens, non ad verba, sed ad cogitata eo Marci 3
rum respondet, vt vel sic fateantur eius maiestatem, quem experiuntur cordium secreta rima- Lucæ 11
ri. [Omne regnum diuisum contra se] hoc est, intestinam discordiā habens & pugnā, ita q̄d
vna pars contra aliā ꝓliatur [desolabitur] hoc est, cito destruetur, [& oīs ciuitas vel domus di
uisa contra se non stabit] hoc est, vrbs & habitatio quarum habitatores contra se dimicant
destru

destruentur. ⌊Et si satanas satanā eijcit.⌋ Hoc ē, si adiutorio superioris dæmonis alij ab hominibus expelluntur, ⌊aduersus se diuisus est.⌋ id est, contra se pugnat, & proprium regnum corrumpit, cum regnum eius sit hominib⁹ præualere. ⌊Quomodo ergo stabit regnū eius?⌋ Hoc D
ē, qualiter potestas & dominatio principis dęmonū perseuerabit, quā ad probationē electorū stare oportet vsq; ad diem iudicij? Sed ad hoc poterāt dicere pharisæi, q̄d satanas satanā eijciebat, ita quod electio dæmonum fuit obedientia in pricipē suū in Chrō, quatenus homines maioribus inuoluerētur erroribus, ęstimando Iesum esse filium dei. Ad quod facile est respondere. Nam Chrs in omnibus ore & ope docuit, ea quæ maxime contrariantur diabolo, scilicet charitatē, obediētiam, patientiā, pacē, hūilitatē, paupertatē, mundi contēptū, idololatrię destructionē, perfectā mētis adhæsionē seu vnionē cū deo, plenā abrenūciationē diaboli, per quæ potestas & regnum diaboli deijciuntur. Si ergo diabolus sibi cooperabatur, directe diuisus erat cōtra seipsum, nec erat vera eiectio dæmonum, quam fecerat Christus, sed fraudulenta à vexatione cessatio. ¶ Interea ponit Saluator aliam rōnē ad idē. ⌊Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri⌋ Hoc est, exorcistæ, qui proferēdo exorcismos seu adiurationes à Salomone æditos, expellebant dæmonia. Vel: Filij vestri, id est, Apostoli, & alij discipuli mei, de vestra stirpe exorti, ⌊in quo⌋ hoc est, cuius virtute, ⌊eijciunt⌋ dæmones? ⌈ Ideo ipsi iudices erunt vestri⌋ id ē: Cum de illis dici non possit, quod magica arte, seu dæmonis ope eijciant dęmones, sed virtute diuina, ideo ipsi in die iudicij iudicabunt vos, hoc est, damnatione dignos ostēdent vos, qui eundem effectū, scilicet dæmonū eiectionē, in me adscribitis principi dęmonum, quā in eis adscribitis deo. Itaq; iudices vestri erunt, quoniam vobis non credētibus, ipsi crediderunt. Si autē per filios Iudæorum intelliguntur exorcistæ, illi iudices erunt infideliū Iudæorum, comparatiōe vel sententiæ aprobatione, quēadmodum regina Saba, dicitur in die iudicij cōdemnatura Iudæos incredulos. Si aūt per filios intelligantur Apłi, aliję; discipuli viri pfecti, illi iudices Iudæorū erunt per assessionē cum Christo, iuxta illud: Vos qui secuti estis me, sedebitis sup sedes iudicātes duodecim tribus Israel. ⌊Si autem ego in spiritu dei⌋ Hoc est, virtute & operatione spiritus sancti, ⌊eijcio dęmones, igitur⌋ id est, ex hoc sequitur, quod ⌊peruenit in vos regnum dei⌋ hoc est, virtus & dominatio, regimē, seu gubernatio creatoris, qui p me operatur in vobis dæmonum expulsionē, ita quod ego sum Christ⁹, vobis promissus, & inter vos regnaturus, sicut Esaias prædixit: Super solium Dauid sedebit. Et multiplicabitur eius imperium. Et Hieremias: Regnabit (ait) rex & sapiēs erit. Quod angelus quoq; locutus est virgini benedictæ. Regnabit (inquiens) in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Vel, regnum dei, id est, vita æterna quam ego prędico, & præparo vobis, dicēdo, pœnitētiam agite, appropinquabit enī regnum cœlorū, & moriēdo pro salute vestra. Peruenit ergo in vos regnum dei, hoc est, per me patefit vobis ingressus regni cœlestis, qui à dęmonibus eripio vos & potestatē do vobis, filios dei fieri. Subditur tertia ratio ad idē. ⌊Aut quō pōt quisquam intrare in domū fortis⌋ id ē, potentis habitatoris ⌊& vasa eius diripere⌋ i. bona eius auferre ⌊nisi prius alligauerit fortē⌋ ne possit resistere. Hoc generaliter sic est, quod nemo pōt potētis domū manifeste intrare, ac deprædari, nisi præualuerit cōtra potentem qui in domo psens existit, & vinxerit eū siue tenuerit, ⌊& tūc domū illius diripiet⌋ i. spolia tollet & domū vacuabit inuito dño. Per hūc fortem Chrs intelligit dæmonē, in quo naturalia integra pmāserūt scdm Dionysium, propter quod potēs est valde, cū naturalr̄ sit nobilis immaterialisq; spirit⁹. De quo inquit Iob: Non est potestas sup terram, quæ conparetr ei, qui factus est vt nullū timeret. Domus istius fortis ē mūd⁹, qui totus in maligno posit⁹ ē, id ē, ecclesia malignantiū, seu corda malorū. Vnde ait Saluator: Venit ad me princeps hui⁹ mūdi. Vasa ei⁹ sunt oēs pecci vel obsessi, in qb⁹ regnat ac demoratur. Chrūs ergo nō potuisset domū diaboli introisse, peccatoribus prædicando, & vasa eius diripuisse, obsessos à dęmone liberando, vel impios ad pœnitentiā cōuertēdo, & suo dominio subijciēdo, quæ añ subdebantur diabolo, & seruiebāt peccato, nisi alligasset diabolum ei præualendo, tanquā aduersario. Nō ergo societatē habebat cū ipso, nec opabatur subsidio eius. Quoniā ergo aduersarius noster diabolus, Chri victoris ore fortis asseritur, non debemus esse securi, sed, timorati atq; soliciti, prout Petrus nos hortatur, dicēs: Vigilate, qa aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiēs circuit. Sequitur ratio quarta ad idē. ⌊Qui nō ē mecum, contra me est⌋ Hoc ē: Qui mihi cōcors nō est, aduersat volūtati meæ, ⌊& qui nō cōgregat mecum⌋ id ē, homines nō reducit à diuersis erroribus, vitij, & dissentionib⁹ ad fidei vnitatem, ad pacē, & veri dei vnanimē cultū, quātū in se est orādo, exemplariter cōuersando siue docēdo, ⌊spargit⌋ i. à deo separat, & diuersis erroribus implicat alios quantū in se ē. Cū ergo ego hoc prædicē vt reducā hoies ad vnitatem, pacē, & cultū diuinū, diabol⁹ vero laboret ad oppositū, cōstat, q̄ nō sit mecum, sed cōtra me, ideo in noie ei⁹ nō ago, nec dæmones eijcio. ⌊Ideo dico vobis, oñe pctm̄ & blasphemia remittet hominibus⌋ Scdm Augustinum locus iste, ita difficilis est, vt vix in tota scriptura canonica aliquid ita difficile inueniatur. Veruntamen nūc iā euidēter à sanctis catholicisq; doctoribus explanatus ē, vt nō oportrat diuti⁹ immorari. Est igit sensus

Omne

Omne peccatũ & blasphemia, præter illã blasphemiã, de qua statim subiungitur. Hoc est omne
A peccatũ in proximũ, & blasphemia cõtra deũ vel sanctos, procedẽs ex ignorantia, quæ dicitur
blasphemia cõtra filiũ cui appropriatur sapiẽtia, vel ex infirmitate seu fragilitate, quæ dicitur
blasphemia cõtra patrẽ cui appropriatur potẽtia, remittetur hominibus. i. remissibile peccatũ
est, quoniã licet in se grãde peccatũ sit, tamẽ ex aliqua parte & circũstãtia excusabile ẽ, sicq; fa
cilius dimittitur pœnitenti, ⌊ spũs aũt blasphemia ⌋ hoc ẽ, blasphemia procedens ex certa ma
litia, ex impugnatiõe agnitę veritatis ex inuidentia fraternæ grę, q̃ vocat blasphemia cõtra spi
ritum sanctũ, cui appropriatur bonitas, amor & liberalitas, ⌊ non remittetur ⌋ id est, ex se irre-
missibile crimẽ est, qñiã nullã habet excusationẽ, & obuiat principio, quo fit peccati remissio,
scilicet bonitati, charitati, seu pietati. Ideo dicitur irremissibile, non quasi nequaq̃ remissibile,
sed qm̃ difficulter & raro dimittit, nõ ex immisericordia dei, sed quoniã homines de tali pec-
cato raro & difficillime pœnitẽt. Itaq; cũ dicitur, spiritus aũt blasphemia, sensus est ipsius, spi
ritus sancti blasphemia, seu blasphemia cõtra eũ. Porro cũ dicitur, blasphemia cõtra patrẽ &
filiũ remissibilis, blasphemia vero cõtra spiritũ sanctũ irremissibilis, nõ est sic intelligendũ, qua-
si minus peccatũ sit blasphemare patrẽ vel filiũ, quam spiritũ sanctũ, sed quod blasphemia di-
citur cõtra patrẽ & filiũ & spiritũ sanctũ, ex parte originis, quia procedit ex infirmitate igno-
rãtia vel certa malitia, quæ peior est & inexcusabilior, quam infirmitas vel ignorantia, nisi sit
ignorãtia penitus volita, quæ ad malitiã ptinet. Hæc dicit saluator ad demonstrandũ graui-
tatẽ criminis pharisæorũ, qui opera sua diuinitus facta dæmoni adscripserũt. Peccabant enim
ex certa malitia, ideo subditur. ⌊ Et quicũq; dixerit verbũ cõtra filiũ hominis ⌋ hoc est, blas-
phemauerit Christũ, quantũ ad eius humanitatẽ, dicendo mala de ipso ex consideratiõe natu
ralis fragilitatis & defectuositatis suæ carnis, vt quod eẽt filius fabri, potator vini, homo vorax Matt. 13
⌊ remittetur ei ⌋ id est, tale peccatũ aliquo modo excusabile & remissibile est, propter cõditio- Marci 9
nem humanæ naturæ, & pœnitenti faciliter dimittitur, quamuis sit magnũ peccatũ. ⌊ Qui au Matt. 12
B tem dixerit cõtra spiritũ sanctũ ⌋ id est, Christũ blasphemauerit quantũ ad eius diuinitatem
ex pura malitia, dicendo, q̃d in Beelzebub eijciat dæmones & dæmoniacus sit, cæteraq; ope-
ra deitatis ascribẽdo diabolo, ⌊ nõ remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro ⌋ .i. nũquam
quia nec in præsenti nec postea. In inferno nãq; nõ est remissio, & talis in infernũ demergitur
non in purgatorio collocatur. Vnde in Marco scriptũ est, quod erit reus æterni delicti. Cuius Marci 3
causam Marcus subiungit, quia (inquit) dicebãt spiritũ immũdũ habet, hoc est ex cõsideratiõe
miraculorũ Christi, stimulante inuidia, moti sunt ad dicendũ, quod spiritum diabolicũ habe-
ret, per quẽ operaretur, quod fuit peccatũ in spiritũ sanctum, videlicet impugnatio aper-
tissimæ veritatis. Nã inde excæcati ad blasphemiãq; inducti sunt, vnde illuminari & Christi
diuinitatẽ agnoscere debuerũt. Consequenter saluator cogit aduersarios rationabili argumẽ-
to vt fateantur ipsum operari in deo, nõ in Beelzebub ⌊ Aut facite ⌋ .i. iudicando affirmate ⌊ ar
borẽ bonã ⌋ hoc est, me operantẽ seu meã voluntatẽ, quæ est operatiõis principium, & arbori
cõparatur, eẽ rectã & iustã, ⌊ & fructũ ⌋ id est opus ⌊ eius ⌋ dicite esse bonũ, ⌊ aut facite arbo-
rem malã ⌋ id ẽ, me operãtẽ dicite malũ, ⌊ & fructũ eius ⌋ .i. opus iudicate, ⌊ malũ. ⌋ Alterum Lucæ 6
em̃ istorũ oportet vos confiteri, ⌊ siquidẽ ex fructu arbor cognoscitur ⌋ .i. ex operatiõe homi
nis patet qualis existat. Operatio quippe arguit formã. Per hæc verba Christ⁹ innuit talẽ ar-
gumẽtationẽ. Cũ hominẽ dæmoniacũ, cæcũ ac mutũ, liberare à dæmone aut cæcitate, & im-
pedimẽto loquelæ sit opus charitatiuũ ac piũ, ego qui hæc feci nõ debeo iudicari in principe
dæmonũ operari, sed potius bonus atq; deifice agẽs iudicari. Per arborẽ ergo intelligit volũ-
tatẽ seu hoiem operãtẽ. Vnde superius dixit: Omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ, excide-
tur. Facere quoq; accipitur hoc loco communiter, pro actu quocũq;, sicq; accipitur, vt legit Matt. 3
in Iacobo: Tu credis quoniam vnus est deus, bñ facis, & dæmones credũt ⌊ Progenies vipera
rum ⌋ .i. generatio serpẽtina, dolosa ac inuidiosa, ⌊ quomodo potestis bona loqui ⌋ hoc est, veri Iacobi 2
C tatẽ de me profiteri, & verba virtuosa bona intẽtione proferre, ⌊ cũ sitis mali ⌋ .i. vitiosi, inui Matth. 2
di & in vitijs habituati? Quãdiu em̃ homo in malitia pmanet nõ potest bona loqui bene, seu Lucæ 3
recta intentione, quẽadmodũ dictũ est: Non potest arbor bona fructus malos facere, nec ar
bor mala fructus bonos facere. Impius tamen potest in animo pœnitere, & sic bona proferre.
Per hoc tamẽ quod dicit, quomodo potestis, potius designatur difficultas quam impossibili
tas, iuxta quẽ sensum scriptum ẽ: Si mutare potest Aethiops pellẽ suam, & pardus varietates
suas, & vos poteritis bñfacere cũ didiceritis malum ⌊ ex abũdãtia em̃ cordis ⌋ .i. cogitatiõe seu
adsectiõe quæ magis abundat in mẽte, ⌊ os loquitur ⌋ prout Iob inquit: Cõceptum sermonẽ tene
re quis poterit. Propter quod Helyu ait: Plenus sum sermonibus & coartat me spiritus vteri
mei. ⌊ Bonus homo de bono thesauro cordis sui ⌋ hoc ẽ ex sapientia, charitate, bona meditati
one seu adfectione, ⌊ profert bona ⌋ verba ac opera, ⌊ & malus homo de malo thesauro, ⌋
id ẽ interiori prauitate, ⌊ profert mala ⌋ vnde secundum Philosophum: Ea quæ sunt in vo
ce, sunt earum quæ sunt in anima passionũ notæ, & verba oris, signa sunt interioris cõceptus.

Quam

Quam periculosum aũt sit mala verba proferre maxime verba blasphemiæ, declaratur cum
subinfertur: ⌊Dico aũt vobis, qm̃ omne verbũ otiosum, ⌋ hoc est, quod iusta necessitate seu D
pia vtilitate caret, ⌊quod locuti fuerint homines, reddẽt⌋ id est, dare exigent, ⌊rationem de
eo in die iudicij ⌋ nisi interim pœniteant, q̃d tamen non poterũt facere, quoniam tale verbũ
non habet rationem, sed irrationabiliter dicit: Si eñ rationẽ haberet, otiosum non esset. Si-
mili modo dicit Apostolus: Vnusquisq; rationem pro se reddet, & tamẽ multi nõ poterũt ra
tionem reddere deo, vt patet de illo qui non habuit vestẽ nuptialẽ, & interrogatus obmutuit.
Rom. 14 Sed vnusquisq; rationẽ pro se reddet. i. reddere exigetur, quod si non poterit, damnabitur. Ex
Matt. 22 quibus patet horrenda nimis districtio futuri iudicij. Si nãq; de omni ac minimo verbo otio
so ratio requiret à Christo, quid erit de verbis nociuis, mẽdosis, contumeliosis, magnisq; pec-
Ephe. 4 catis. Ideo monet Apostolus: Omnis sermo (inquiẽs) malus ex ore vestro nõ procedat, sed qui
Eccle. 12 vtilis est ad ædificationẽ. Et Ecclesiastes ait: Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro
omni errato siue bonũ siue malũ. ⌊Ex verbis eñ⌋ hoc est, merito tui sermonis, ⌊iustificabe-
ris⌋ nũc formaliter, & in futuro iudicialiter. i. à Christo iustus diceris, si fuerint verba tua iu-
sta, quemadmodũ in Prouerbijs Salomonis legitur: De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bo
nis. Et in Ecclesiastico: Beat⁹ vir qui non est lapsus verbo. Propterea ait psalmista: Dixi custo
diam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, ⌊& ex verbis tuis condemnaberis⌋ si fuerint
praua. Propter quod per Ecclesiasticum asseritur: Multi ceciderũt in ore, sed non sic sicut qui
interierũt per linguam suam. Et rursus: Qui custodit os suum, custodit animam suam, qui au
tem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Deniq; Iacobo contestante: Vniuersitas
iniquitatis lingua constituitur in membris nostris. Secundum Hieronymũ: Qui scurrilia re-
plicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic nõ otiosi verbi, sed crimi-
nosi tenebitur reus. ⌊Tunc responderũt ei quidam de scribis & pharisæis, dicẽtes: Magister,
volumus à te signũ videre.⌋ Quod dicũt: Magister ad humilitatẽ pertinere videtur, quod ve
ro adijciunt, volumus, superbiam sonat, sed quod subdunt, signũ videre ex infidelitate & cu- E
riositate procedit. Vnde Lucas habet, quod dixerũt hoc tentantes eũ. Et iam multa signa vi-
derunt. ¶ Quid ergo quærunt adhuc signum, id est, miraculum, per quod certitudinaliter
innotescat, quod ipse sit Christus, vel in deo operans. Dicendum quod priora signa quæ vide
rant, paruipenderunt, tanquam quæ fieri possent magica arte seu opere diaboli. Ideo quærũt
magnum & penitus supernaturale prodigiũ. Scribitur eñ in Luca: quod quærebant signũ
de cœlo, videlicet, insolitam immutationẽ in corporibus cœlestibus, sicut factũ est tempore
Iosue, stantibus sole & luna in medio cœli, & tempore Ezechiæ redeunte sole retrorsum, vel
signũ in cœlo aereo, scilicet descensum ignis vt in diebus Heliæ, vel aliud simile, sed quoniam
non humiliter neq; fideliter petierunt, cumq; magistrũ appellauerunt magis timore turbæ,
quam ex synceritate, ideo exauditi non sunt, propter quod subdit: ⌊Qui respõdens, ait illis:
Gñatio mala⌋ i. vitiosa ⌊& adultera.⌋ Spirituali adulterio, scilicet recedendo à deo, de quo
ait Psalmista: Perdisti omnes q fornicant abs te. Et in Osea: Fornicati sunt à deo suo. Quem-
admodũ enim corporale adulteriũ est, cũ alter coniugiũ alienæ corporaliter cõmiscet, sic spi-
rituale adulterium est cũ homo seu anima deo relicto, creaturis finaliter adhęret, sicut in Deu-
teronomio dominus dixit ad Moysen: Populus iste fornicabitur post deos alienos. Hæc er-
go generatio seu populus iste. ⌊signũ q̃rit, & signũ non dabitur ei⌋ hoc est, ego pro præsenti
nõ dabo ei signũ, quo sciat me esse Christũ, ⌊nisi signũ Ionæ prophetæ⌋ i. quod significatũ
est per signũ seu miraculũ quod contigit in Iona. ⌊Sicut eñ fuit Ionas in ventre cęti trib⁹ die
bus & tribus noctibus⌋ Iuxta illud Ionæ: Miserũt Ionam in mare, & præparauit dñs piscem
grandẽ vt deglutiret Ionam, & erat in ventre piscis trib⁹ diebus & trib⁹ noctib⁹, & dixit do-
minus pisci, & euomuit Ionã in aridã, ⌊sic erit filius hominis in corde terræ⌋ hoc ẽ, sub ter-
ra, videlicet, in monumento tribus diebus & tribus noctibus. Quemadmodũ Christus dicitur
fuisse in monumento vel in lymbo p synecdochen, scilicet ratione suæ partis, Nã fuit in tumu F
lo p corpus, in lymbo p animam, sic fuit ibi tribus diebus & totidem noctibus p synecdochen
vtpote p vnũ integrũ diẽ & duorũ dierũ partes. Conclusio ergo Ionæ in pisce fuit signũ figu-
ratiuũ collocationis Chri in monumento, Vnde Chrũs dat Iudæis signum resurrectiõis. Et lo
quebatur tũc de signo rememoratiuo præteriti, nõ de signo prænostico futuri. De huiusmo-
di signo rememoratiuo loquitur Esaias Iudæis sui tẽporis: Ecce (inquens) virgo cõcipiet & pa
riet filiũ. Tale nãq; signũ nõ præcedit signatũ, sed sequitur. ⌊Viri Niniuitæ,⌋ Qui habitauerunt
in Niniue ciuitate magna tpe Ionæ, ⌊surgẽt in iudicio⌋ hoc ẽ, in die iudicij resuscitabuntur,
⌊cũ gñatione ista⌋ i. sicut & gñatio hæc scribarũ & pharisæorũ incredula, surrectura est. Vel,
surget, i. apparebũt in iudicio cũ gñatione ista in cõspectu meo. ⌊& condẽnabunt eam⌋ id ẽ,
suo facto præterito ostendent eam damnatione dignissimam, ⌊quia pœnitentiam egerũt in
prædicatiõe Ionæ⌋ dicentis: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Quo audito rex
Niniue surrexit de solio, indutoq; sacco, sedit in cinere, similiter principes eius & vulgus.

Timẽt

Timendũ est tamen, ꝙ nõ diu permãserunt in opere pœnitẽtiali. Et ecce plus q̃ Ionas hic, i.
A ego qui in p̃sentia vestra sum & à vobis cõtemnor, maior sum Iona, qui nec miracula fecit in 3. Re 10
Niniue, ideo Niniuitis estis peiores, duriores, & infideliores. Regina austri, i. regina Saba, 3. Par. 9
quæ nuncupatur regina austri, q̃m regio eius fuit in plaga australi, respectu Hierusalem, sur-
get in iudicio cũ generatione ista, & cõdẽnabit eã, secũdũ eundem intellectũ, quo dictũ est
hoc de Niniuitis, quia venit cũ grandi comitatu & aromatibus pretiosissimis, à finibus ter-
ræ, i. à remotis valde locis in Hierusalem, audire, Sapientiã Salomonis, Vt legit ĩ lib. Re
gũ, & ecce plus q̃ Salomon hic, i. Salomone maior & sapientior ego. Ille eñ potens & sa- 3 Re. 6
piens, ego virtus & sapientia patris, qui etiã quantũ ad sapientiã creatã mihi infusam incõpa-
rabiliter Salomonem excedo, & tamẽ à vobis derideor, diiudicor & cõtemnor. Ex his cõstat
ꝙ viri perfecti interdũ possunt proprias virtutes cõmemorare humiliter ad gloriã dei, ædifica
tionẽq; proximi. Vnus tamen alteri se præferre non debet. sed hoc soli Christo p̃cipue licuis
tanq̃ infallibili iudici. Cũ autẽ immundus spirit' exierit ab homine. Quod istud ad literã
dicatur de populo Iudæorũ, Hinc cõstat ꝙ Christ' finito hoc exẽplo, mox addidit: sic erit ge-
nerationi huic pessimæ. Est igitur sensus, Cum autẽ immundus spirit' exierit ab homine, id ẽ
quando diabolus eiectus est à populo Iudæorum tẽpore q̃ suscepit legẽ dñi per Moysen, &
deum colere cœpit secundum legis tenorẽ, ambulat per loca arida, i. tunc circuiuit cõgre
B gationes seu corda gẽtilium, nõ habentium rorem gratiæ, vel aquam sapientiæ. Quãdo eñ ab
vno populo eiicitur dæmon, fortius nititur decipere alium, quærens requiẽ, i. stabilem atq;
perpetuã habitationẽ in ipsis gentilibus, vt suo semper subdantur obsequio, & nõ inuenit,
in eis requiem talẽ. Nã licet ad tẽpus in idololatria fuerit, tamen ad p̃dicationẽ apostolorum
cõuersi sunt. Tunc dicit, i. dæmon videns gẽtium cõuersionẽ, seq; ab eis expelli, queãd-
modum Christus alibi dixit: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Reuertar in domũ Iohan. 12
meam, i. synagogã incredulã, quæ nec Christo neq; apostolis credidit, de qua in Apocalyp
si inducitur: Dicunt se Iudæos esse, & nõ sunt, sed sunt synagogæ Satanæ, vnde exiui, eo tem
pore quo deo seruiuit. In isto sermone seu exemplo nõ loquit Chrũs de eisdem numero genti
libus & Iudæis, sed specie, sicut & Esaias frequẽter loquitur de populo synagogæ. Et veni-
ens inuenit eã vacãtẽ, i. à fide atq; virtutibus vacuã, otiosam & suæ inhabitationi patẽtẽ, q Math. 23
nã deũ habitatorẽ non habuit, prout saluator p̃dixit: Relinquet vobis domus vestra deserta.
Et Hieremias: Reliqui (inquit) domũ meã, dimisi hæreditatẽ meã, scopis mundatam, id ẽ ex
terioribus obseruantiis legis seu traditionũ pharisæorũ purgatã, non intus purificatã, & orna
tam, quo ad sanctitatis apparentiã, & corporalẽ cõpositionẽ seu sc̃m̃ seculare. Propter q̃d
similes asseruntur sepulchris dealbatis atq; hypocritis. Tunc vadit, diabolus & assumit se-
ptem alios spũs, immundos, nequiores se, i. copiã sociorũ seu multitudinẽ tentatorũ. Septe
nario nanq; vniuersitas designatur. Vnde Raphael dixit se esse vnũ de septẽ spiritibus stãtib'
ante deũ. Et intrantes habitãt ibi, i. dæmones corda Iudæorũ tã vsq; ad finẽ seculi possidẽt
multo copiosius q̃ antea vnq̃. ¶ Dicunt aũt hi alii septẽ spũs nequiores, Primo q̃m homo reci-
diuans meret peioribus dæmonibus subiici ac impleri q̃ ante dum nondũ recidiuauit, Nã me
lius est viã veritatis nescire, q̃ post agnitionẽ reuerti ad vomitum. Ideo subditur: Et fiũt no-
uissima hoīs illius peiora prioribus, i. grauius nunc peccãt Iudæi non credendo, sed blaspha
C mando Christum (quẽ teste Hieronymo, quotidie in suis synagogis trib' vicib' blasphemãt,
& pro extirpatione discipulorũ Iesu Nazareni ac destructione Romani imperii iugiter orant)
q̃ peccauerunt ante legis receptionem in Aegypto. Sic erit generationi huic pessimæ, i. tñ
malum eueniet istis incredulis. Ex quo elicitur ꝙ p̃sens exemplum de vno hoīe traditũ, refera
tur ad infidelẽ populũ Iudæorũ, quod tñ moraliter exponi potest de quolibet homine, de cui'
corde dæmon expellitur in sacro pœnitentiæ vel baptismi. Et tunc vadit p loca arida, i. cor
da bonorũ vitantiũ fluxum luxuriæ, & corpora propria per abstinentiã macerantiũ, circuit q̃
rens quem deuoret, in quibus non inuenit requie, q̃m viriliter tentationibus reluctant. Tũc re
dit ad eum vnde exiuit, & si inuenerit eum vacantẽ, i. negligentem, scopis mundatũ & orna-
tum, i. solũ exterius cultum non interius reformatũ, tunc vadit & assumit septẽ alios spũs, secũ
dum sensum iam præinductum, & ingressi habitãt in hoīe tali. Quia à tot dæmonibus homo
habitatur, quot mortalibus vitiis implicatur. Vnde de Maria Magdalena eiecta dicuntur se-
ptem dæmonia. Patet quoq; ex his ꝙ septem sunt vitia principalia & mortalia, & vnũ simpli
citer capitale, puta sup̃bia, omniũ vitiorũ regina. Adhuc eo loquente ad turbas, videlicet p̃in
ducto sermone nondũ finito, ecce mater eius, virginea, gloriosa & sup̃dignissima, altissimo-
rum angelorũ puritatẽ transcendens, & fratres, i. cognati vel consobrini Christi, nõ filii Io
seph de alia cõiuge, sc̃d̃m Hiero. Est autẽ cõsuetudo scripturæ idiomatisq; Hebræi, vt conso
brini & cõsanguinei fratres vocẽt. Vñ Abrahã dixit ad Loth: Fratres sumus, stabant foris, Genes. 9
non valentes intrare præ turba, cuius tantus fuit concursus, ꝙ non poterãt mãducare, vt Mar Marci 3
cus habet, q̃rentes loqui ei. Secundum Chry. Diabolus videns ꝙ Iesus ostẽdebat se filium Chrys.

 dei

dei, introduxit parentes eius carnales, vt per illorum præsentiam diuinitatē Christi obscuraret
Sed non videtur bene sonare, vt virgo sanctissima dicatur intrasse aut aliquid peregisse sug- D
gestione diaboli. ⌊Dixit aūt ei quidam,⌋ Secūdum Hierony. Iste fuit insidiator, & dixit Chri
sto de præsentia matris suæ ac fratrum, volēs experiri an propter eos omitteret opus dei seu
prædicationem, quod si faceret, argueret eum de carnali affectu. Veruntñ Marcus manifestè
habet ꝙ mater & fratres eius miserūt quēdā ad eum. ⌊Ecce mater tua & fratres tui foris stāt,
quærentes te alloqui. At ipse rñdens dicenti sibi: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?⌋
Hoc dicit non aspernando vel negando matrē carnalē atq; cognatos, quasi phantasticū cor-
pus habens, vt Marcion & Manichæus mentiti sunt, sed ad ostendendū ꝙ non solū habeat
matrē & fratres carnales, sed etiā spūales. Itēq; vt doceat nos carnalē affectū abijcere, & ope-
ri dei nihil præferre. Ideo subditur: ⌊Et extendens manū in discipulos suos, dixit: Ecce mater
mea & fratres mei⌋ sunt hi. Quod tribus modis intelligi potest. Primo sic: Mater mea & fra-
tres mei sunt, i. tam dilecti vt mater & fratres diliguntur. Secundo sic, Tanto propinquiores
sunt mihi quanto amplius intenti sunt rebus diuinis. Tertio sic, Mater mea sunt, i. p contēpla-
tionem internā spūaliter me concipiunt, & p pdicationem ac vitam exemplarē generant me
in cordibus aliorum, sicut Apl'us loq̄t: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in
vobis. Sic ergo generant me, i. esse & habitare me faciunt in aliorum pcordijs, iuxta illud Apo-
stoli: Habitare Chr'm per fidem in cordibus vestris. & fratres mei sunt, non solū quia eiusdem E
naturæ mecū, sed quia opera patris mei faciunt, mihiq; affectu & ope similes sunt. ⌊Quicūq;
enim fecerit⌋ perseueranter ⌊voluntatē patris mei qui in cœlis est,⌋ diuinis præceptis seu con
silijs obediendo, ⌊ipse meus frater & soror & mater est⌋ secundum eundē sensum quo disci-
pulos meos dixi matrē meā & fratres. Imo felicior est conceptio spūalis q̄ carnalis, secundū ꝙ
libro de virginitate asserit August. Beatior fuit Maria profitendo fidē Christi, q̄ concipiēdo
carnē Chri, q nil ei materna pfuisset ppinquitas, nisi Christū felicius gestasset corde q̄ vētre.

¶Expositio capitis XIII. In die illo exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. Art. XXV.

IN illo die exiens Iesus de domo.⌋ Si prudenter pensemus verba Euange-
listarum Lucæ & Marci, compellimur hoc loco accipere diem nō pro de-
terminato die naturali aut artificiali, sed pro tempore, sicut & prophetæ cō-
muniter diem accipiunt, Apostolus quoq; cum ait: Nox præcessit, dies au-
tem appropinquabit. In illo itaq; die, id est, tempore quo dicta & facta sunt
in præcedenti capitulo recitata, exiēs Iesus de domo in qua prædicauit, nec
ab omnibus propter eorum multitudinem audiri valebat, ⌊sedebat secus
mare⌋ videlicet in littore maris, forsitan Galilææ. ⌊Et congregatæ sunt ad eū turbæ multæ,⌋
propter diuersas causas, vt dictum est, ⌊ita vt naniculam ascendens sederet⌋ in naui, quatenus
melius audiretur ab omnibus in littore stantibus. ⌊Et omnis turba stabat in littore, & loqu-
tus est eis multa in parabolis dicens.⌋ Multas ob causas loquitur Christus in parabolis. Pri-
mo vt veritas abscondatur indignis, iuxta illud, Nolite sanctum dare canibus. Secundo vt stu
diosis detur occasio bonæ exercitatiōis seu diligentis inquisitionis. Tertio, vt discamus ex cor
poralibus ac sensibilibus spiritualia atq; diuina intelligere.⌋ Exijt qui seminat seminare⌋ In ex F
positione huius parabolæ non præstatur nobis libertas qualitercunq; exponēdi, vel propriam
rationem sequendi, sed Christi summi magistri expositionem sequi debemus. Exijt qui semi
nat. i. Christus seminans in mundo verbum euangelicæ legis, exijt de cœlo in terram, iuxta il
lud Iohannis, Exiui a patre & veni in mundū. Et in psalmo, A summo cœlo egressio eius. Vel,
exijt de vtero virginis apparendo in mundo, secundum illud, Ipse tanq̄ sponsus procedit de
thalamo suo. Exitus autem conuenit Christo ratione humanitatis assumptæ, imo & ex par
te diuinæ naturæ, quia secundum Augustinū & Hilarium eo ipso dicitur filius à patre exire, q̄
generatur ab ipso. Propter quod Michæas inquit, Egressus eius ab initio à diebus æternita-
tis. Quantū ad operationem quoq; conuenit Christo ex parte diuinæ naturæ, vt secundum
ꝙ deus dicatur exire, i. in actum procedere, non locum mutare. Exiit ergo seminare, i. ad semi
nandum seu spargendum in cordibus hominum verbum salutis & gratiæ, prout apud Iohan
nem testatur, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū perhibeā veri
tati. ⌊Et dum seminat⌋ i. doctrinam euangelicam prædicauit Iudæis ⌊alia⌋ i. quædam se-
mina seu verba prędicationis. semen enim est verbum dei vt Lucas habet. ⌊ceciderunt secus
viam, i. in corda carnalium hominū, qui in terrenis versantur, & vias seculi latas perambulant
vanitatibusq; intendunt. De qualibus scriptum est, Domine, recedentes à te in terra scriben-
tur. ⌊Et venerunt volucres cœli⌋ i. aereæ potestates, de quibus Paulus, Non est nobis collu
ctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra spiritualia
nequ.

nequitiæ in cœlestibus. ¶ Dicuntur autem diaboli volucres cœli. Primo, propter subtilitatem naturæ. Secundo, propter habitationem eorum in aere caliginoso. Tertio, ratione inordinati
A ascensus eorum ad alta ex tumore superbiæ. Interdum tamen per volucrē intelligitur Christ⁹, ratione suæ altissimæ contemplationis, vt cum Esa. 46 ait, loquens de deo: Vocans ab oriente auem, quod Hieronymus ad literam exponit de Christo. Et Iob: Semitam ignorauit auis. Vbi Gregorius per auem intelligit Christum. In parabolica quippe loquutione interdū per eandē rem significantur diuersa, secundum diuersam proprietatem rei, quemadmodum per leonem ratione fortitudinis intelligitur Christus, vt in Apocalypsi patet: Ecce vicit leo de tribu Iuda. Per leonem quoq ratione crudelitatis, signatur diabolus, vt Petrus inquit: Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit. Hi itaq volucres ⌊comederunt ea,⌋ id est suarum tentationū suggestionibus abstulerunt verba dei de cordibus prædictorū. ⌊Alia autē semina⌋ i. verba à Christo prolata, ⌊ceciderunt in petrosa⌋ i. in corda lapidea, dura, rebellia, rore gratiæ destituta, ⌊vbi non habebant terrā multam⌋ i. mentes capaces, fructiferas, quæ instar profundæ terræ possint fructificare in bono, ⌊& continuo exorta sunt⌋ i. semina ista repente creuerunt in fructum compunctionis instabilem, non firmū aut fixum, ⌊quia nō habebant altitudinem terræ⌋ i. fundamentum profundū, ita q verba dei non introierunt intima cordis eorum nec radicē fœcundam habuerunt in corde. Videmus quippe, q corda dura & saxea sæpenumero audito verbo dei de horrore futuri iudicij, ac tormentis inferni, cōpunctionē quādā concipiunt, & aliquid boni ægre ordiuntur, sed non pseuerant in cōpunctione & opere bono. Ideo dicit scriptura: Cor durum male habebit in nouissimo, & cor neq̄ grauabitur doloribus. ⌊Sole aūt orto⌋ i. igne tribulationis ac tentationis exurgente, ⌊æstuauerunt⌋ i. semina ista infructuosa effecta sunt, & tribulationis calore cōsumpta. ⌊Et qa non habebant radicē⌋ i. firmū atq fœcundum fundamētum in corde: videlicet grām habitualem & stabilē deuotionē, ⌊aruerunt⌋ i. à cōpunctione & opere bono defecerunt. Vnde Lucas ait, q semē aruit, qa nō habebat humorē, videlicet gratiæ alimētum, quod mentē fœcundat, sicut arborem humor aquæ.
B ⌊Alia aūt ciderūt in spinis,⌋ i. in corda solicitudinib⁹ vitæ psentis amara, curis seculi pūcta & diuinarū angustijs lacerata. Istæ expositiones postea tanguntur à Christo. ⌊Et creuerūt spinæ⌋ i. curæ superfluæ in anima ortæ sunt, ⌊& suffocauerunt ea⌋ i. verba dei amouerunt ab anima, quia dum tales de spiritualib⁹ meditari incipiunt, statim cogitationes terrenæ & anxiæ se cōmiscent, & bonas meditationes impediunt. ⌊Alia vero⌋ semina cœlestis verbi ⌊ceciderunt in terram bonā⌋ i. in cor fidele, docile, atq tractabile, ⌊& dabat fructū⌋ i. in opus bonū creuerunt, sed diuersimode secundū diuersam dispositionē cordiū recipientiū ea, ideo subditur, ⌊aliud⌋ semen i. quoddam verbū dei dedit ⌊fructū centesimū⌋ i. habuit opus perfectū sicut in spiritualibus, diuinis atq heroicis viris. Talis est fruct⁹ castitatis in virginibus, ⌊aliud⌋ semen protulit fructū ⌊sexagesimū⌋ i. opus proficiens habuit, sicut in his qui conantur quotidie tendere de virtute in virtutē, & de statu proficientiū ad statū psectorū pertingere. ⌊Aliud⌋ semen attulit fructum ⌊tricesimum⌋ i. opus bonū habuit, sed imperfectū, inchoatiuum, ac animale, vt in incipientibus. ¶ Porro quod dicitur de fructu centesimo, specialiter solet referri ad statū virginalem. Et quod dicitur de fructu sexagesimo, ad statum vidualē. Quod vero de fructu tricesimo dicit, ad statū coniugalē. Non tamē simpliciter & vniuersaliter referri potest ad personas statuum pdictorū, cum sæpe in statu inferiori inueniantur perfectiores homines, q̄ in statu superiori. Tamen cōparando statum ad statum, sic se habet castitas virginalis ad vidualē, eā excedendo in merito, sicut cētum ad sexaginta, & ita se habet castitas vidualis ad cōiugalē, sicut sexaginta ad triginta. Nam finis ad quē ordinatur seminatio seminis huius i. pdicatio verbi diuini, est homines à carnalibus ad spiritualia ducere, quod multo perfect⁹ fit in cōtinētia virginali, quā viduali & i viduali, q̄ in cōiugali. Vnde dicit Apostol⁹ 1 Cor. 7. Virgo cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spū: quæ autē nupta est, cogitat q̄ sūt mundi, q̄ modo placeat viro, & diuisa est. Cōsequenter Chrūs admonet auditores ad diligentem
C ac mysticā intelligentiā pdictorū. ⌊Qui habet aures audiendi⌋ i. aures mentales, qb⁹ verbum dei salubriter pcipitur, atq audiendo seruat & implebit, sicut alio in loco ait: Qui ex deo ē, verba dei audit, ⌊audiat. Et accedentes discipuli⌋ i. duodecim apostoli, vt Marcus refert. Accesserūt aūt ad Iesum, non in nauiculam, vel actu pdicationis durāte, sed cū esset separat⁹ & vacās à populo. Vnde Marcus: Cū esset (inquit) singularis, accesserunt ad eū, & dixerūt ei: Quare in parabolis ⌊i. obscuris & metaphoricis sermonibus, ⌊loqueris eis,⌋ videlicet turbis? Denique parabola est dissimilium rerū sub quadam similitudine facta comparatio. ⌊Qui respōdens ait illis: Quia vobis⌋ apostolis ⌋ datum est ⌋ per gratiam specialem, ⌊nosse,⌋ i. vt noscatis & me docente intelligitis ⌋ mysteria, ⌋ id est, sacra secreta seu spirituales ac mysticos intellectus, ⌊regni dei, ⌋ id est ecclesiæ militantis vel diuinæ scripturæ, in qua cœlestis regnum nuntiatur, & spiritualium deliciarum epulæ continentur quasi in paradiso dei, secundum Damascenum. ⌊Illis autem, ⌋ id est turbis, ⌊non est datum, ⌋ propter incapacitatem & culpam eorum, vel

 quia

gratia ad gratiam tantam prædestinati non sunt. Apostolis nãq; tanq̃ post Christum primis ac
summis doctoribus,& quasi fundamentis ecclesiæ pandenda erant diuina secreta, vt de sua D
plenitudine influerent alijs. De eis siquidem in Apocalypsi legitur: Murus ciuitatis habens fun
damenta duodecim & in ipsis duodecim nomina apostolorum. ⌊Qui enĩ habet⌋ fidem syn-
ceram, bonam intentionẽ, vel humilitatẽ. Vel, qui habet. i. qui deo gratus est, recognoscendo
omne bonum suum esse à deo, ⌊dabitur ei⌋ gratia maior, sapientia plenior, vita perfectior,
⌊& abundabit⌋ spiritualib⁹ bonis, iuxta illud in psalmo: Gloria & diuitiæ in domo eius. Ideo
vobis discipulis meis fidelibus datur cognitio mysteriorũ cœlestium. ⌊Et aũt q nõ habet⌋ .i.
qui modicum habet quod comparatione magnorũ donorum pro nihilo reputatur. Vel, qui
nõ habet. i. deo datori ingratus est, non attendens vnde acceperit, sed sic glorians quasi nõ ac
ceperat. Vel, qui non habet fidem & humilitatem, ⌊& quod habet auferetur ab eo,⌋ id est, cę
tera dona sibi diuinitus præstita meretur amittere. Ideo increduli & peruersi Iudęi nõ meruę-
rũt incremẽtũ, sed detrimentũ spiritualis intelligentię, cælestiumq; bonorũ. ⌊Ideo in parabolis
loquor eis, quia videntes⌋ oculo corporali ⌊non vident⌋ syncere, oculo intellectuali, quoniam
excæcauit eos malitia eorũ. Vel, videntes facta & cõuersationẽ atq; miracula Christi, non vi-
dent, i. non considerant ea esse à deo, sed principi dæmonũ deputant ea. Vel, videntes. i. scrip-
turas veteris testamenti literaliter & superficialiter intelligẽtes, nõ vidẽt spiritualẽ & verũ intel
lectum earum, ꝑpter quod occidũtur à litera, ⌊& audientes⌋ ꝓdicationẽ meã, vel verba legis E
ac prophetarũ auribus corporis, ⌊non audiunt⌋ ea auribus cordis, debite auscultando, ⌊neq;
intelligunt⌋ ea salubriter, ⌊vt adimpleatur in eis prophetia Esaiæ, dicentis: Auditu⌋ corpora
li ⌊audietis,⌋ o infideles Iudæi eloquia Christi, parabolicosq; sermones, ⌊& non intelligetis⌋
ea veraciter, s. parabolarum mysteria. ⌊& vidẽtes videbitis⌋ opera, humanitatémq; Christi,
⌊& non videbitis⌋ oculo interiori operũ qualitatẽ, & eius diuinitatẽ. ⌊Incrassatũ ẽ,⌋ obtusũ
& carnale factũ est ⌊cor populi huius,⌋ terrenis ac sensibilibus inhærendo. ꝓut in Deu. scribi
tur: Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, ⌊& auribus grauiter audierunt⌋ . i. ad audiendũ
verbũ dei aure mentali tardi fuerunt, ⌊& oculos suos⌋ interiores, videlicet intellectũ, ⌊clau-
serunt⌋ . i. influentiæ seu irradiationi lucis diuinæ, instructionisq; Christi incapacẽ fecerunt, po
nendo obicẽ gratiæ dei, videlicet contemptũ & infidelitatẽ. Peccata enĩ separãt mentẽ à deo,
vt sunt velut murus seu ianua intermedia inter mentẽ ac deũ. Propter quod Hieremias fatetur:
Peccata vestra prohibuerũt bonum à vobis. De talibus scriptũ est: Dicunt deo, recede à nobis,
scientiã viarũ tuarũ nolumus, ⌊ne quãdo oculis⌋ cordis ⌊videant⌋ veritatẽ, ⌊& auribus⌋ inte-
rioribus ⌊audiant⌋ salutarem doctrinã, ⌊& corde intelligãt⌋ . i. intus legãt, atq; subtiliter pe-
netrant spiritualẽ sensum diuinorũ verborũ, ⌊& conuertantur⌋ ab errore ad veritatẽ, & à ca-
ducis rebus ad summũ ac incommutabile bonũ, ⌊& sanem eos⌋ liberãdo intellectũ à falsitate,
voluntatẽ à prauitate, animã ab omni læsione peccati, de qua sanitate Hieremias precatur: Sana
me domine, & sanabor. Et Psalmista: Sana animã meã, quia peccaui tibi. ⌊Vestri autem,⌋ o
discipuli mei, ⌊oculi⌋ interiores ⌊sunt⌋ iam ⌊beati⌋ in spe, beatificandi in re per claram diuinæ
essentiæ visionẽ, ⌊quia vident⌋ . i. recte intelligunt, & fidei lumine illustrantur, ⌊& aures ve-
stræ,⌋ de quibus iam dixi: Qui habet aures audiendi, audiat. Vnde & Esaias inquit: Dominus
deus meus aperuit mihi aurẽ, ego autẽ non contradico. Hæ itaq; aures vestræ beatæ sunt, ⌊q̃-
niam audiunt⌋ verba mea fideliter. Beati enim qui audiunt verbum dei & custodiunt illud.
⌊Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iusti,⌋ qui futurã dei incarnationẽ spiritu F
prophetali, seu fide agnouerunt, ⌊cupierunt videre⌋ . i. optauerunt si fuisset possibile videre,
⌊quæ vos videtis,⌋ videlicet Christũ in carne & cõuersationẽ ac signa ipsius, ⌊& nõ vide-
runt⌋ ea præsentialiter, corporali intuitu, sicut vos. Vnde & Symeon iustus pro suo desiderio,
quo Christũ videre optauit, responsum accepit à spũ sancto, non visurũ se mortẽ, donec vide-
re Christum domini. ¶ Sed quæritur, de quo visu dicat saluator, ꝓphetas & iustos voluisse vide
re quæ viderunt apostoli, & nõ viderũt? Non enĩ videtur de spũali visu posse intelligi, qa pro
phetæ visione intellectuali & imaginaria viderũt oĩa quæ de Christo prænuntiauerũt. Intelli
gẽtia enĩ opus est in visione, vt Daniel ait. Vnde cũ Esayas Babylonis vastitatem prædiceret:
Corrui (inquit) cum viderẽ, multo magis vidit Christũ in spe, quid dicebat de eius incarna-
tione: Puer natus est nobis. Et multa similia. Hieremias quoq; cũ dixit: Quare quasi colonus
venturus es in terra? Tunc enĩ imaginaria visione vidit Christum. Deniq; saluator ipse inquit:
Abraham pater vester exultauit vt videret diem meũ, vidit & gauisus est. Nec videtur posse
intelligi de visu corporali, qui de illo non intelligitur quod apostolis dictum est, Vestri beati
oculi quia vident. Sic enim Iudas & reprobi Iudæi viderũt. Puto ergo quod intelligendum sit
verbum prædictum de visu interiori coniuncto visui exteriori. Vtroq; enĩ visu optauerũt vi
dere, quæ apostoli vtroq; visu intuiti sunt. Si autem fiat vis in hoc, quod ait, Multi prophetæ &
iusti, & non omnes prophetæ & iusti, dici posset, quod quamuis maiores sancti ac vates vide
runt quæ viderunt apostoli, non tamen alij omnes minores. Vel respondendum, quod licet
prophe-

prophetæ ac iufti viderunt quædam eorum, quæ & apoftoli, non tamen tam multa, nec ita di-
A ftincte ac circumftantionaliter, & hoc maxime verum eft, fi hoc quod Chriftus ait apoftolis,
(Quæ vos videtis,) referatur ad totum tempus quo Chriftus cum eis in terra conuerfatus eft
vfq; ad horam afcenfionis, & hoc modo vt arbitror intelligendum eft. Voluerunt quoq; ⌋ &
audire ⌋ verba fapiētiæ ex ore meo, ⌊ que auditis, ⌋ qui me ad libitum interrogatis, & refpon-
fionem piam ac informationem recipitis, ⌋ & non audierunt, ⌊ eo modo vt vos, nec ita perfe-
cte. Multa tamen documentorum Chrifti reuelata fuerūt prophetis. ⌋ Vos ergo audite para
bolam ⌋ .i. interpretationem feu expofitionem parabolæ, ⌊ feminātis ⌋ .i. Chrifti qui per fe-
minantem defignauit feipfum. ⌊ Omnis ⌋ homo ⌊ qui audit ⌋ corporali auditu ⌊ verbum re-
gni ⌊ .i. fermonem de regno cœlefti, ⌊ & non intelligit ⌋ verbum hoc .i. virtutē & fenfum ver
borum cordi fuo non imprimit, nec fagaciter penfat, ⌊ venit malus ⌋ .i. diabolus in malitia ob-
ftinatus, non effentia, fed voluntate malignus. Venit autem per tentationis congreffum, ⌊ &
rapit ⌋ .i. aufert feu infructuofum facit, & obliuioni tradi procurat, ⌊ quod feminatū eft in cor-
de eius ⌊ .i. verbum prædicationis infufum menti hominis talis, ⌊ hic ⌋ homo tam negligens
⌊ eft qui fecus viam feminatus eft ⌋ .i. quem fupra figuraui per eum in quem cecidit femen ver-
bi cœleftis, fecus viam feculi huius, iuxta fenfum præhabitū. Et dicitur homo feminatus .i. femi
ne tali perfufus, quēadmodum terra dicitur corporaliter feminata. ⌊ Qui aūt fupra petrofa fe
minatus eft ⌋ .i. in corde duro ac faxeo femen verbi recepit, quem figuraui per eum in quē fe
men cecidit fupra petrofa .i. arida, duraq; corda, ⌊ hic eft qui verbum dei audit, & continuo cū
gaudio fufcipit illud, ⌊ in anima tanquam fibi proficuum, per cuius fufceptionem euadat peri- Math,13
culum, ⌊ Nō autem habet in fe radicem ⌋ .i. habitualem gratiæ fœcunditatem, ac ftabile fidei
fundamentum, feu firmum propofitum, ⌊ fed eft temporalis ⌋ .i. inconftans, ad modicum tem
pus perfeuerans in bono, ficut arundo vento agitata, & puluis à vēto proiectus. ⌊ Facta autē ⌋
B id eft fibi illata vel imminente ⌋ tribulatione, ⌋ ab inuifibilibus hoftibus, ⌊ & perfecutione ⌋
à vifibilibus inimicis, ⌊ propter verbum, id eft, ob id quod verbum dei recepit, & implere dif
ponet. Vel, propter verbum extinguendum .i. vt verbum dei tollant de corde eius, continuo
fcandalizatur .i. ex verbis feu factis illorum in peccata prolabitur, non refiftens viriliter, relin-
quens viam iuftitiæ, ne patiatur aduerfa, vel vt confequantur delectabilia, ⌊ Qui autem femina-
tus eft in fpinis ⌋ .i. qui verbum dei recepit in corde punctionibus temporalium curarum reple
to, ⌊ hic eft qui verbum dei audit, & folicitudo feculi iftius ⌋ .i. fuperflua cura acquirendi vel re-
tinendi res mundanas, videlicet honorem, famam, voluptatem, ⌊ & fallaciam diuitiarum ⌋ id
eft fallaces diuitiæ, quæ fufficientiam quandam promittunt, fed conferre non valent, fuofq;
amatores æternis cruciatibus ingerunt, imo quo plus crefcunt, tanto maius defiderium in cor
de auari accendunt, & eum quotidie infufficientiorē ac miferabiliorē efficiunt. Bene ergo vo
cantur fallaces. Vnde Sapiens inquit: Creaturæ factæ funt in tentationē, & in mufcipulā pe- Sapien.14
dibus infipientium. Vel fallacia diuitiarū, id eft, deceptoria affectio, q̄ diuitiæ tēporales caufant
in animo hominis. Blandiuntur enī, fed pungunt, quia cū labore acquiruntur, cū timore amit
tendi poffidentur, cū triftitia amittuntur, ⌊ fuffocat verbum dei ⌋ .i. memoriam auditi fermo-
nis aufert ab anima, quæ tanto amplius obliuifcitur diuinorum, quanto plus in terrenis occu-
patur, tranfitorijfq; inhæret, & fine fructu boni operis ac fpiritualis delectationis efficitur ver
bum dei in tali corde diffufum, ⌊ Qui vero in terram bonam feminatus eft ⌋ .i. qui fignificatur
per eum qui femen recepit in terra fœcunda, feu ille qui corde deuoto verbū dei audiuit, ⌊ hic
eft qui audit verbū dei ⌋ aure corporali atq; mentali ⌊ & intelligit ⌋ illud, ⌊ & fructū adfert ⌋ i.
opera bona producit verbū in tali anima feminatū ⌊ & facit, aliud quidem centefimū, ⌋ id eft,
verbum in cordibus quorundā facit fructū centefimū, ⌊ aliud autem ⌋ facit fructū ⌊ fexagefi-
mum, aliud vero trigefimum, ⌋ ficut expofitum eft, vtpote fecundum diuerfam difpofitionē
C ac diligentiam recipientiū. Pofuit Chriftus hoc loco quatuor genera hominū audientiū ver-
bum dei, & quatuor differentias feminis, quorū quartū genus duntaxat faluatur. Nam pauci
electi, & quarta pars feminis folū fructificat. Veruntamen quod hic dictum eft de generibus
audientiū, ad literā intelligitur de Iudæis, quibus Chriftus in propria fermocinabatur perfona,
& paucos conuertit ex eis. Myftice vero intelligi poteft de cæteris gētibus. Subinde Saluator
comparat regnū cœlorū, id eft, militantem ecclefiam alijs rebus. ⌊ Aliam parabolam propo-
fuit ⌋ Chriftus ⌊ illis ⌋ videlicet turbis in littore ftantibus, eo exiftente in naui. ⌊ Simile factum
eft regnum cœlorum ⌋ id eft, ftatus militantis ecclefiæ ⌊ homini qui feminauit bonū femē in
agro fuo, &c. ⌋ Cum ipfe vnigenitus filius dei, fapientia patris æterni, poft pauca proprio ore
parabolam iftam exponat, non debemus explanationem illius anticipando præcurrere. Dif-
ferenda eft ergo elucidatio præfentis parabolæ, vfq; ad locū vbi à Chrifto exponitur. ⌋ Et ac-
cedendum ad tertiæ parabolæ interpretationē. ⌊ Aliam parabolā ⌋ ordine tertiam ⌊ propofuit
eis ⌋ .f. turbis, ⌊ dicens: Simile eft regnū cœlorū ⌋ .i. ecclefia militans, maxime primitiua, q̄ fuit
parua quantitate feu numero, fed magna virtute, ideo fubditur ⌊ grano finapis ⌋ de q̄ finapiū

 expri

que nascuntur in agro. Quamuis Matthęus solum recitet discipulos quæ sisse expositionē hu-
A ius parabolæ, creditur tamē quod aliarum quoq; parabolarū expositionem quærebāt, scd̄m q̄
Marcus habet, quod seorsum discipulis suis differebat om̄ia. ¶Porro ad habēdum intellectū
expositionis parabolæ zizaniorū, necesse est textum parabolæ supra omissum, hoc loco repe-
tere. Sic enim ait Saluator: [Simile factum est regnū cœlorū, homini q̄ seminauit bonū semē
in agro suo. Cum autē dormirēt homines, venit inimicus eius, & supsemenauit zizania in me-
dio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tūc apparuerunt & zizania.
Accedētes autem serui patrisfamilias, dixerūt ei: Domine, nōne bonum semē seminasti in agro
tuo? Vnde ergo habet zizania? Tunc ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerūt ei:
Vis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticū.
Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, & in tempore messis, dicam messoribus: Colligite primū
zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburēdum, triticum autē congregate in horreum me-
um.] Hucusq; textus parabolæ, quam Christus exponēs, adiecit: [Qui seminat bonum semē,
est filius hominis.] Hoc est, p̄ hominē bonum semē serentē intelligitur Christus. [Ager autē
est mundus.] id est, terra huius peregrinationis, in qua homines degunt, & exules sunt, [bonū
vero semē.] quod Christus seminauit in mundo, [hi sunt filij regni.] hoc est, homines electi,
quos Christus mittit ac spargit per om̄ia climata mundi, quēadmodum semina mittuntur in
agris. De hoc semine Christi seu spiritualibus filijs eius, scriptum est: Si posuerit pro peccato
animam suam, videbit semē longęuum. [Zizania autē sunt filij nequam.] id est, reprobi, Pręse-
sertim hęretici, & psequutores ecclesiæ. [Inimicus autē qui seminauit ea.] videlicet ista zizania,
[est diabolus.] cuius suggestione & machinatione surrexerunt, & puersa dogmata inuenerūt
hæretici, cuius etiam inspiratione alij reprobi se contra ecclesiam erexerunt. Dicitur autem
diabolus homo non propter veritatē naturę, sed propter similitudinem culpæ. Vnde de se-
mine eius prædicto, Iohannes: Qui peccat (inquit) ex diabolo est. Et iterum: Iam Antichristi
B multi nati sunt. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Hinc de Iudæis Christus testatur:
Vos ex patre diabolo estis. Dicuntur autē homines mali seminati, vel esse ex dæmone, nō crea-
tione, sed prauitatis imitatione, iuxta illud Sapientis: Imitantur illum qui sunt ex parte illius,
[messis vero.] vsq; ad quā simul crescunt & viuunt in hoc mūdo electi ac reprobi, [consum-
matio seculi ē.] id ē, finis mundi, vel dies iudicij, in q̄ electi in palacio dei ponētur, velut in hor-
reo. [Messores aūt.] qui bonos ac malos ad iudicium deducēt, & eos ab inuicē separabunt [an-
geli sunt.] non mali, sed boni, [sicut ergo colliguntur.] à messoribus [zizania.] hoc est, inutiles
herbæ, seu folia, [& igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis
angelos suos.] qui sibi subiecti sunt, etiam scd̄m naturā assumptā, vt verbo vnitā, [& colligēt.]
hoc ē, auferēt, [de regno eius.] i. de eclesia electorum, seu bonis fidelibus, [om̄ia scandala.]
hoc est, psequutiones & tentationes p̄ quas boni frequēter scandalizantur, Vel, om̄ia scādala. i.
scandalizatores aliorum qui generant scandala, qui tunc ab electis loco & præmio separabun-
tur, [& eos qui faciunt iniquitatē.] id ē, cæteros oparios, malos hypocritas, simulatores, & cal-
lidos, iram dei prouocātes, [& mittēt eos in caminum ignis.] Christo dicente: Ite maledicti in
ignē æternum. Tunc enim angeli sancti executores iudicij, oēs reprobos homines atq; diabo-
los, in infernalis ignis fornacem proijciēt. Vnde in Apocalypsi legitur: Proiectus est draco ille
magnus serpens antiquus. Et alio loco ait Iohannes: Cruciabitur iniquus igne & sulphure & fu-
mus tormentorū eius ascēdet in secula seculorū. Ministerio itaq; sanctorū angelorū dispositiue
agentium fiet suscitatio mortuorū, quorū cineres angeli colligent, & suscitatos ad iudicij locū p̄-
ducēt, reprobos ab electis segregabunt, & damnatos in pœnas retrudent, [ibi erit fletus & stri-
dor dēntium.] hoc supra expositum est capitulo octauo. [Tunc.] videlicet statim peracto, vel
durante iudicio, & illis in caminum ignis seu infernum qui comparat ardenti & fumoso cami-
no, proiectis [fulgebunt iusti.] in corpe p̄ dotē claritatis, q̄ tanto copiosior erat in corporibus
C glorificatis, quanto eorū animæ deū clari⁹ viderūt, [sicut sol.] iste sensibilis, nō solū sicut nūc lu-
cet, sed sicut tunc lucebit, quando lux solis erit septēpliciter sicut lux septem dierum. Estq; pba-
bile, q̄ claritas corporis glorificati excedit claritatē solarē, quoniam opa gratiæ excedunt opa
naturæ. Vel, sicut sol spūalis, videlicet Christus, de quo in Malachia dn̄s phibet: Orietur vobis
(inquiens) timētibus nomē meū sol iustitiæ. Corpora nāq; electorū assimulabunt claritati cor-
poris Christi, prout dicit Apl̄us: Saluatorē expectamus dn̄m Iesum, qui reformabit corpus hu-
militatis nostræ cōfiguratū corpori claritatis suæ. ¶Denique sicut corpa electorū fulgida erūt
vt sol, sic corpa reproborū obscurissima erūt scd̄m q̄ aīæ eorū om̄i lumine interiori quātū ad re-
ctum visum, om̄ino priuantur. His dictis patet expositio huius parabolæ, paucis exceptis quę tā-
gēda sunt breuiter. Cum aūt dormirent homines, i. plati ecclesie & aliorū doctores de hac vita
migrarēt, vel à diligenti custodia gregis sui cessarēt, venit inimicus eius. i. diabolus aduersarius
Christi, & superseminauit zizania, hoc est, hæreticos & peruersos misit ac miscuit in medio triti-
ci, hoc est, inter electos atq; catholicos, & abijt alibi facere aliquid mali. Et cito reuersurus est.

Cum autē creuiſſet herba,hoc eſt,ſemē bonum ſeminatum à Chriſto, & fructum bonæ con-
uerſationis feciſſet .i.cū filij regni numero ac merito aucti fuiſſent in ſeculo iſto. Apparuerunt
inter eos & zizania,id eſt prædicti iniuſti. Accedētes autē ſpirituali acceſſu ſerui patriſfamilias D
hoc eſt, famuli Chriſti, vtpote angeli ſcd̄m Hieronimū. Vel deuoti prælati ac vicarij Chriſti,
dixerūt ei:Dñe:Nonne bonum ſemē ſeminaſti in agro tuo?id eſt,homines fide & ope Chri-
ſtianos in mundo, Vnde ergo habet zizania? Et ait,inimicus homo hoc fecit.i.diabolus. Serui
autē dixerunt:Vis,imus & colligimus ea?.i.vis ne vt ſeparemus & auferamus hæreticos & per-
ſos à ſocietate fidelium,p excōmunicationē,vel tradēdo eos poteſtati ſeculari ad occidēdū? Et
ait:Non.Ne forte colligētes zizania iſta,eradicetis.i. periculo vel occiſioni exponatis & triti-
cum.i. electos fideles.Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem.i. diem retributionis extremæ,ſeu
iudicij,& in tpe meſſis dicā meſſoribus.i. angelis. Colligite primū zizania,id ē,anteq̄ profera-
Prouer.5 tur iudicialis ſentētia ſeparate malos à bonis,& alligate ea in faſciculos,id ē,per modum faſcicu
Esaiæ 24 lorum adunate eos ad comburēdū,hoc ē, vt in igne gehēnæ ſuccēdantur,nō conſummantur.
Impius quippe funibus peccatorum ſuorum conſtringetur, vt Sapiens inquit:De hac impiorum
colligatione ſcriptum eſt in Eſaia:In die illa viſitabit dñs ſup̄ militiā cęli in excelſo,& ſup reges
terræ,& congregabuntur in congregatione vnius faſcis in lacum. Et claudētur ibi in carcere.
¶Circa hunc locum quęrit,an hæretici ſint ſuſtinendi? Et videtur q̄ imo,cū Chriſtus dicat:Si-
nite vtraq; ſimul creſcere vſq; ad meſſem, Hieronymus quoq; hic dicit:Monemur ne cito am
putemus fratrē,quoniam fieri poteſt,vt ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate,cras re-
1.Corin 5 ſipiſcat. Oppoſitum videtur ex eo quod ait Apoſtolus:Auferte malū de medio fratrū veſtrorū.
Et ſcd̄m Apoſtolica documenta, prohibemur hæreticos ſalutare,& cum quibuſdā peruerſis ci
bum accipere. Ad hāc quæſtionem reſpondit Thomas,q̄ circa hæreticum duo penſantur, vi-
delicet eius iniquitas & eccleſiæ pietas. Quantū ad primū meret nō ſolum excōicari,ſed occidi
um multo grauius ſit fidē corrumpere,q̄ falſare pecuniā. Et tamē falſatores pecuniæ ſcd̄m iura
occidunt.quantū ad ſecundū nō decet hæreticū ſtatim dānare,ſed ad veritatē pro poſſe reduce
re. Ideo eccleſia nō immediate & ſubito,ſed poſt primā & ſecūdam correptionē damnat hære E
ticum,ſicut ad Timotheum docet Apoſtolus:Si vero extunc in ſuo errore māſerit ptinax,ſepa
rat eum eccleſia à ſe p excōicationis ſniam,relinquit eum ſeculari iudicio morti tradēdum. Vn
de alio loco dicit Hieronymus:Secandæ ſunt putridæ carnes,& ſcabioſa ouis a caule repellēda
eſt,ne tota domus,maſſa,corpus,& pecora,ardeant,corrumpant putreſcant. Arrius, in Alexā
dria vna ſcintilla fuit, ſed quoniā nō ſtatim oppreſſus eſt,totum orbem eius flamma depopu-
lata eſt. Itaq; quod dominus ait zizania non eſſe tollenda,ſed ſinenda vt creſcant cum tritico,
ſi per zizania intelligantur hæretici tunc intelligendū eſt in cauſa, quando videlicet extirpari
non poſſunt ſine eradicatione,ſeu periculo tritici, quando videlicet non ſunt aperti,vel ſatis
noti,vel potentes habent defenſores. Vnde dicit Hieronymus. Monet dominus ne vbi quid
ambiguum,cito proferamus ſententiam. ¶Sequitur quinta parabola:Simile eſt regnum cœ
lorum,]hoc eſt,præmium beatorum in patria [theſauro abſcondito in agro.] Nam ſicut pro-
pter talem theſaurum poſſidendum, omnia vēduntur, ſic propter adipiſcēdum regnū cęlorū
omnia temporalia deſeruntur. Ideo ſubditur:[quē.]]theſaurum [qui inuenit homo abſcon-
dit.]tanquam pretioſum clenodium [& præ gaudio illius.] .i.ex dilectione & amore theſau-
ri inuenti,[vadit & vendit omnia quæ habet,& emit agrum illum.] vt habeat ius poſſidēdi the
ſaurū ex integro. Olim enim theſauri in agro inuēti, quamuis propter temporis longitudinem
ignorabatur cuius fuiſſent,tamen propter communem hominum pacem pro media parte fue
runt dominorum agri. Ager ergo eſt vita actiua,vel ſacra ſcriptura,in quibus theſaurus iſte, vi-
delicet beatitudo cœleſtis quodammodo latet & continetur vt merces in merito. Homo autē
theſaurum reperiens,eſt quicunq; deuotus, qui cum Apoſtolo omnia arbitratur vt ſtercora, vt
Chriſtum lucrifaciat: Vel: Theſaurus eſt Chriſti diuinitas,ager caro ipſius.[Iterum ſimile eſt
regnum cœlorum.]id eſt, eccleſia militās[homini negotiatori, quærēti bonas margaritas,]
hoc eſt,lapides pretioſos.[Inuēta autē vna pretioſa margarita] id ē,gēma quadam digniſſi- B
ma,qualis eſt Iaſpis,[abijt & vēdidit omnia quæ habuit & emit eam.]vt carius vēderet ipſam
vel,tanq̄ per nobile bonum poſſideret. Sic Eccleſia & quilibet veraciter Chriſtianus, quærens
pretioſas margaritas, hoc eſt ,virtutes præclaras & cardinales,& veteris teſtamenti ſcripturas,
vnam vero pretioſiſſimam inueniens,ſcilicet Chriſtianæ legis doctrinam, vel conſiliorum euā
gelicorum pfectionem,vel increatam dei ſapiētiam dominum Ieſum,vendit vel vilipēdit cū
cta terrena vt margaritam iſtam obtineat, ſicut teſtatur Apoſtolus:Omnia arbitror detrimen
tum propter eminētem ſciētiam domini noſtri Ieſu Chriſti. Pretioſior nempe eſt ſapiētia cū-
ctis opibus,& omnia quæ deſiderantur huic non valent comparari.
¶Poſtremo,ſeptima & vltima parabola ſubditur:[Simile eſt regnum cœlorum.]Hoc eſt,ec
cleſia militans in qua deus per fidem & gratiam regnat,quæ & ipſa regnat in nomine Chriſti,
ſeculare ac ſpirituale dominium atque iudicium habēs & faciēs. De quo Petrus apoſtolus:Vos

(inquit) genus electum regale sacerdotium, qui in Apocalypsi fatetur, loquens ad Christum:
A Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus sup terram. ⌊De hoc⌋ Regno
dixit archangelus de Christo ad virginem. Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius
non erit finis. Itaq; regnum istud simile est ⌊sagenæ⌋ seu rethi ⌊missæ⌋ à piscatoribus ⌊in ma
re⌋ vt capiat pisces, ⌊& ex omni genere piscium congreganti,⌋ hoc est, bonos & malos pisces
capienti, vel quosdam de omni specie piscium. ⌊Quam⌋ sagenam ⌊cum impleta esset⌋ pisci-
bus talibus ⌊educētes⌋ piscatores ⌊& secus littus⌋ hoc est, iuxta ripam aquæ, ⌊sedentes ele-
gerunt⌋ ex sagena, ⌊bonos⌋ pisces ⌊in vasa sua, malos autem foras miserunt⌋ id est, penitus
abiecerunt, & bestijs ac auibus ad deuorandum dederunt. Sic modo ecclesia cōtinet bonos &
malos, & quosdam de omni genere hominum. Mystice etiam per sagenam exprimitur præ-
dicatio Apostolorum & successorum ipsorum, qui ex verbis vtriusque testamenti sermonem
per modum rethis texentis, miserunt illum in mūdum istum, qui magno procellosoq; mari as
similatur, & congregauerunt intra ecclesiam quosdam de omni natione, pluresq; reprobos
quam electos. Vnde in vocatione priorum Apostolorum dictum est: Venite post me faciam
vos fieri piscatores hominum.

¶Preterea ipsemet Christus declarat: Cur ecclesia comparetur tali sagenæ: ⌊Sic erit in con-
summatione seculi⌋ Quantū ad hominum separationem ab inuicem, quando agni ponentur
B à dextris, & hœdi à sinistris, sicut nunc dictum est de piscium separatione. Nam tunc, ⌊exibūt
angeli⌋ à summo cœlo ⌊&⌋ missi à Christo ⌊separabunt malos de medio iustorum⌋ hoc est
de tota vniuersitate electorum, ⌊& mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor den
tium⌋ Hoc totum iam euidenter expositum est. Itaq; Ecclesia per modum sagenæ nunc natat
& fluctuat in hoc mari magno ac spacioso, & sæpe fluctibus tribulationum, & aquis tentatio-
num ita afficitur, atque torquetur, vt clamet cum sancto Dauit: Saluum me fac deus, quoniam
intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit
me. Nunc quoq; nescitur, qui pisces sint electi, & qui reprobi.

¶Porro in fine seculi, Christo ad iudicium descēdēte, sagena ista quasi ad littus trahit, cū oēs
ante Christum in valle Iosaphat ducuntur ac præsentantur, tuncq; boni manifeste secernen-
tur à malis. ⌊intellexistis hæc omia?⌋ scilicet parabolas istas & interp̄tatiōes earum. Hoc Apo
stolis dicitur, qui tamē apud Marcum referūtur à Christo rep̄hēsi, eo q̄ primam parabolā nō
intellexerūt. ⌊Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo⌋ Hoc est, ex quo ad vos tanq̄ ad aliorum magi-
stros spectat hæc omnia intelligere. Propterea ⌊omnis scriba doctus in regno cœlorum⌋ hoc
est, quilibet prædicator, & prælatus, præsertim episcopus in militāte ecclesia, ⌊similis est homi
ni patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.⌋ Vestimenta, vtensilia, alimenta,
talenta. Quemadmodum enim talis paterfamilias vnicuique de filijs ac familijs suis dat secun-
dum quod indiget, & capere pōt, vel dignus est, sic scriba doctus de quo nūc sermo est, vnum-
quenq; de grege suo pascit ac instruit, prout capere valet, secūdum quod Paulus lacte potasse
se dicit eos, qui solidū non poterant capere cibum. In diuinis enim scripturis inuenitur, quod
omni statui congruit. Huiusmodi itaq; scriba, profert de thesauro suo, hoc est, de plenitudine
gratiæ perfectionis & scientiæ sibi diuinitus distributæ. Thesaurus enim desiderabilis in ore
sapientis secundum Salomonem: Noua & vetera, hoc est, vtriusque testamenti eloquia, ser-
C monem suum confirmans authoritatibus nouæ & veteris legis. Vnde in Canticis ait Eccle-
sia: Omnia poma noua ac vetera dilecte mi seruaui tibi. Debent ergo maiores prælati in vtra-
que lege esse periti, imo secundum deiformem Theologorum ducem sacratissimum Dionisi-
um, ad Episcopos pertinet, vt sint adeo docti quod difficilima quæq;, & omnes subditorum
dubitationes soluere possint. ⌊Et factum est cum consummasset⌋ Hoc est, perfecte termi-
nasset ⌊Iesus parabolas istas⌋ septem, non solum ea, sed etiam earum mysteria seu interpre-
tationes, differenda discipulis, ⌊transijt inde,⌋ recedendo à domo, in qua loquutus est ista,
⌊& veniens in patriam suam⌋ videlicet Galilæā, in qua conceptus, nutritus, atque moratus ē
⌊docebat eos⌋ videlicet compatriotas & conciues suos in vrbe Nazareth secundum Hiero-
nymum, ⌊ita ut mirarentur⌋ Nazaræi ⌊& dicerent: Vnde huic sapientia hæc & virtutes?⌋
hoc est, miracula. Quasi dicerent: Quis dedit ei tanta dona? Nouerant enim quod non habuit
sapientiam istam per studium, iuxta illud Iohannis septimo capitulo: Vnde hic scit literas, cū
non didicerit. Virtutem quoq; miraculorum æstimabant sibi non esse collatam a deo, pro-
pter ignobilitatem parentelæ. Vnde subditur: ⌊Nonne hic est fabri filius?⌋ scilicet ipsius Io-
seph qui fertur fuisse faber lignarius. Marci sexto ita habet: Nonne hic est faber filius Mariæ?
Vocabant ergo Iesum fabrum, vel despectiue, sicut communiter fit cum filijs improperatur
officium patrum, vocantur nomine talis officij, vt si filius fullonis promoueatur in episcopū
inuidi dicunt: Ille fullo. Vel, quia Iesus patrem suum putatiuum frequenter adiuuit in suo offi-
cio, quod Nazaræos istos non latuit. Nam vsque ad tricesimum annum habitauit cum eis.
⌊Nonne mater eius dicit Maria, & fratres eius sunt Iacobus, & Ioseph, & Symon, & Iudas?⌋

De istis

Herodes eam abijceret,& primo redderet viro,Quod ergo nunc dicitur,quod Hierodes quæ
A rebat Iohannem occidere,intelligendum est, processisse ex Hierodiadis suggestione.Effœmi-
natus quippe Herodes intantũ victus est luxuriosæ mulieris concupiscẽtia & amore,quod con-
tra legẽ & propriæ rationis iudicium acquieuit mulieri.Et insidiabatur Iohãni,quẽ ante libẽ-
ter audiuit ac timuit.⌊Die autẽ natalis.i.⌋anniuersario die natiuitatis ⌊Herodis,saltauit⌋hoc
est,chorizando triputiauit, ⌊filia Herodiadis⌋ ex alio viro in medio aulæ seu alterius loci vel
in medio eorũ,qui aderant. ⌊ Et placuit Herodi⌋Saltãs filia meretricis,& saltatio eius,⌊vnde⌋
id ẽ,ex qua vana complacentia⌊cum iuramento pollicitus ẽ⌋hoc ẽ,promisit⌊ei dare q̃dcũq;
postulasset ab eo⌋ quamuis mediam regni partẽ.⌊At illa⌋puella⌊præmonita à matre sua⌋
Herodiade à qua petiuit cõsiliũ,dicẽs:Quid petam? Et illa:Caput Iohãnis.⌊Da mihi inquit⌋
puella Herodi⌊hic⌋hoc ẽ,in loco præsenti,⌊in disco,caput Iohãnis Baptistæ⌋quod fieri non
potuit,nisi decapitaretur. ⌊Et cõtristatus ẽ rex⌋Herodes,quod tam incõsulte iurasset ac pro-
misisset,& quod illa tam crudeliter postulasset. Quidam dicũt, quod Romani abstulerũt a Iu-
dæis nomẽ regium. Et tamen hoc loco Herodes dñs Iudeorum dicitur rex.⌊Propter iuramẽ
tum autẽ⌋quod fecit puellæ ne videretur periurus, ⌊& eos qui pariter recumbebãt⌋.i. simul
cum ipso manducabant.Fecit enĩ cœnam principibus & tribunis, & primis Galilææ.Itaq; pro-
pter istos ne in tantorũ virorũ p̃ñtia videretur piur⁹ & mẽdax,vel ne ipsi turbarẽtur,quia for
B tassis cõsenserũt Herodiadi in mortẽ Iohãnis⌊iussit dari⌋ caput Iohannis puellæ nequissimæ.
¶Secũdum Hieronymũ,& alios plures:Hierodes cũ Herodiade ordinauit,quomodo posset
Iohannẽ occidere,& inito cõcordi cõsilio,fecit conuiuium in quo filia Herodiadis tripudia-
ret,qua saltante finxit se rex vltra modum delectatum in saltatiõe illius,moxq; iurãdo promisit
dare ei quod peteret.Qua caput Iohannes petẽti,simulauit se rex cõtristari,vt populus haberet
eum excusatum de morte Iohãnis, cum tamen corde gauderet,& hoc alij probant.Primo,q̃a
vt scribitur hic,Herodes ante saltationẽ, accubitum,& postulationẽ puellæ voluit Iohannem
occidere.Secundo,q̃oniam nisi optasset mortem Iohannis,non occidisset eum propter iura-
mentum, quia sub promissione huiusmodi non intelligitur aliquod illicitum cadere. Tertio,
quia non est probabile quod propter saltationẽ promitteret puellæ tantum donum. Verũtñ
Augustinus sentire videtur,quod Herodes vere metuebat,& libenter audiebat Iohannẽ, & ex
animo tristis effectus est postulatione illa audita,quod literæ hui⁹ capituli & verbis Marci ma
gis consonari apparet.Quod igitur dicitur,Herodẽ voluisse occidere Iohannẽ,intelligi potest
de voluntario permixto inuoluntario, quomodo Pilatus voluit crucifigere Christum, quem
vtique voluntarie crucifixit, aliter non peccasset, sed erat voluntarium illud inuoluntario mi-
xtum. ¶Denique sicut(iuxta Salomonem)vult & nõ vult piger,si talis vult & non vult,hoc
quoq; quod vult,efficit cum mœrore, quemadmodũ negotiator cum tristitia proijcit merces
in mare.Habuit ergo displicẽtiam contra Iohannem propter increpationem ipsius,& inclina-
tionẽ ad occidẽdum eum,propter Herodiadis preces. Sed non tantum quod absolute decreuit
vel optauit eum ocidere secundum Augustinum,ideo cõtristatus est audita petitione petulan-
tis puellæ. Ad secundum dici potest,quod reges, principes & superbi volunt promissa ac iu-
ramẽta sua implere,quamuis illicita,ne ab hominibus iudicentur periuri aut aut mẽtiẽtes.Et q̃d
opponitur:Si puella petisset caput patris & matris, Herodes non cõsensisset,ergo quod iura-
C uit puellæ dare quicquid peteret,insidiando fecit, Hoc solueretur dicẽdo,quod intẽtio Hero-
dis non erat absolute promittere. Sed dumodo non esset penitus irrationabile, & absurdum.
Ideo enim dixit:Licet dimidium regni mei.Quasi diceret:Si aliquod maius petieris,nõ pręsta
rem. Ad tertium diceretur, quod reges cũ vino calefacti sint,faciliter inclinantur ad promit
tendum, vt patet de Assuero,quomodo promiserat Hester. Quamuis autem caput Iohannis
dare saltanti,fuit maxime irrationabile,tñ Herodes non reputauit hoc tam irrationabile,vt alia
multa.⌊Misitq;⌋spiculatorem⌊& decollauit⌋ per manũ illius⌊Iohannẽ in carcere.Et allatũ
est caput eius in disco,& datum est puellæ,& tulit matri suæ⌋Herodiadi,vt viso capite increpa
tori sui gloriaretur,de condigna vindicta.O qualia sunt Iudicia dei.Et quomodo p̃mittit de⁹
iustus & sanctus electos suos in pręsenti seculo tribulari,à reprobis opprimi,multis iniurijs affi
ci.Scit enim q̃ salubre & meritorium hoc eis existat. Ecce sanctissimũ virum consanguineũ
Christi,præconem,præcursorem,baptistam saluatoris,quo inter natos mulierum maior non
fuit, permisit ad suggestionem adulteræ incarcerari, ad instantiam petulantis ac vilis puellæ
occidi.Nemo ergo seruorum Christi murmuret, cõtristetur,aut pusillanimis fiat,dum aduer-
sitatibus atque iniurijs fatigatur. Multæ enim tribulationes iustorum.Et tanquam aurum in
fornace probabit deus electos. ⌊Et accedentes discipuli eius⌋puta Iohannis⌊tulerunt corpus
eius⌋ de carcere vel loco carceri propinquo, ⌊& sepelierunt illud⌋in vrbe Sebaste, vt dicitur
quæ olim vocabatur Samaria.Nec dubium quin fecerint planctum magnum super tam dile-
ctum & sanctum magistrum,⌊& venientes nunciauerunt Iesu⌋de occisione Iohannis.Noue-
rant enim Iesum esse cognatum & amicum Iohannis pręcipuum.⌊Quod cũ audisset Iesus⌋

Nõ quod

tā: sequeretur discipulos. Turbæ eñ noluerūt abire, nisi viso discipulorū recessu. ⌊Et dimissa
turba, ascēdit⌋ imo secūdū Iohannē fugit, ⌊in mōtem solus orare.⌋ Ratio cur fecit discipulos
A præcedere, & cur ipse fugit in mōtem prædicti deserti, exprimitur Iohā. vi. quo legitur: Sciēs
Iesus quia venturi erāt vt raperēt & facerēt eū regē, viso .s. tanto miraculo, ⌊fugit in mōtem⌋ Iohan. 6
in quo docuit honorem & gloriā mūdi humiliter declinare. ⌊Vespere autem facto, solus erat
ibi⌋ in vertice mōtis. Porro ꝙ Chrūs turba dimissa ascendit mōtem causa orandi, ostendit, ꝙ
aliorū præsentia frequenter impedit orationis instantiā ac feruorē, & ꝙ locus sublimis seu op
portunus occasionaliter proficit ad excitandū mentis feruorē in orando, laudādo, contemplā
doq; deum, & itē, ꝙ prælatus, prædicator ac doctor dñici gregis semp cū potest redire debet
ad locū quietū, in quo solus cū dño occupetur, atq; ab eo purgetur, illuminetur ac perficiatur,
ita vt rediens memoriam abūdantię suauitatis dei gustatæ suis eructuet, gratiāq; pceptā aliis Psal. 14
administret. ⌊Nauicula aūt⌋ in qua erant discipuli, ⌊in medio mari⌋ stagno prædicto. Non
eñ fuit magnū mare, ⌊iactabatur fluctibus⌋ orta tēpestate in aqua. ⌊Erat eñ cōtrarius ven-
tus⌋ nauigationi eorū, nec poterāt facile remigrare, ex q̄ figuratū est, ꝙ carentes pñtia Chri,
variis periculis subiacent, eiusq; interna cōsolatione absente, diuersæ afflictiones & tempestates
tētationū oriūtur in aīo, Ideo S. Iob: Pone me (inqt) iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra Iob 17
me. ⌊Quarta aūt vigilia noctis⌋ .i. tribus partibus noctis iā lapsis, & vltima parte eius instao-
te vel inchoata. Solebāt eñ milites tēpore prælii exercitū custodiētes, diuidere noctē in q̄tuor
partes, quatenus in qualibet parte vna pars militum vigilaret ad custodiendum exercitum ⌊ve
nit⌋ Iesus ⌊ad eos ambulans supra mare⌋ per agilitatis dotem, secundum Hugonem, quod tñ
alii negant, secundum Marcū, Iesus stans in terra, vidit discipulos laborantes in remigādo, & Marci 6
tamē nō statim, sed circa finem noctis venit ad eos, q tota nocte periclitabant, ad designandū,
ꝙ sæpe pmittit electos suos ad tēpus affligi, vt à venialibus purgēt, & Chri gratiā atq; præ-
sentiā inuocādo, ampliori gratia & gloria decorētur. ⌊Et videntes eū supra mare ambulantē
B turbati sunt⌋ propter rē prorsus insolitā, ⌊dicētes, q a phātasma est⌋ .i. apparētia rei non ex-
istentis, q̄d eē videt. Forsan timebant ne esset spūs malignus in specie Christi. ⌊Et præ timo-
re clamauerūt⌋ diuinā protectionē inuocādo, q a timebāt à dæmone illud, & nocumentū in-
currere, ⌊statimq; Iesus loquutus est eis, dicēs: Ego sum⌋ sicut apparet, & cuius vocē cogno-
scitis, & q verū esse habeo, q olim dixi ad Mosen: Ego sum qui sum, hęc dices filiis Israel: Qui
est misit me ad vos, ⌊habere fiduciā⌋ in deo, ⌊nolite timere⌋ inordinato pauore, à negotio p- Exod. 3
ambulante in tenebris. In omnibus inueniuntur discipuli Chri vsq; ad spūs sancti emissionem Psalm. 90
vel ascensionē satis impfecti ac rudes, pꝑter quod saluator apud Marcū ait, q a obcæcatū fuit Ma. ca. 6
cor eorū. ⌊Respondēs aūt Petrus⌋ q in omnibus inueniē cæteris in fide & charitate ardentior,
⌊dixit: Dñe si tu es⌋ Hoc dixit, nō amplius dubitādo, alioqui nō cōmisisset se tanto periculo,
vt propter verbum ipsi⁹ inciperet ambulare supra mare. Quod igitur ait: Dñe si tu es, ex cha
ritatis processit ardore & fidei magnitudine, qua credidit se per potentiam vel meritū Christi
posse supra aquas incidere. ⌊Iube me venire ad te super aquas⌋ qm̄ tibi obediendo perire non
valeo. ⌊At ipse⌋ Iesus ⌊ait: Veni. Et descendēs Petrus de nauicula, ambulauit supra mare.⌋
Nouerat Petrus ꝙ virtute Chri posset aqua sub pedibus suis cōsolidari, vel corpus suum leuifi
cari. Et ad magnitudinē huius miraculi cōfert, ꝙ tā Chrūs q̄ Petrus nō supra tranquillum, sed
turbulentū mare deambulauit. ⌊Vidēs vero⌋ imo experiens, ⌊ventū validum⌋ se impellen-
tem, ⌊timuit. Et cū cœpisset mergi⌋ propter timorē inordinatū ex fidei imperfectione descē
dentē, ⌊clamauit, dicēs: Dñe saluū me fac⌋ ab isto submersionis periculo. ⌊Et continuo Iesus
extendens manū apprehēdit eum.⌋ Sic cūctis electis periclitantibus spūaliter facit Chrūs. Nā
licet ad tēpus desinat eos aduersitatibus agitari, tamē eū prospicit, ꝙ mox perituri sint nisi Psal. 117
ipse succurrat, porrigit manū adiutricem. Propter q̄d ait Psalmista: Impulsus, euersus sum
vt caderē, & dñs suscepit me. Itēq;: Cū ceciderit, nō collidetur, quia dñs supponit manū su-
C am ⌊Et ait illi Iesus: Modicæ fidei⌋ .i. tu Petre modicā habens fidē, vel potius fidei actū, quā
tum ad præsens. Modicā eñ fidē habere videtur, in quo passionis partis sensitiuæ fidei actū
impediunt siue obnubilant, ⌊quare dubitasti⌋ ? id est, incertus fuisti de mea custodia, & tua cō
seruatione, quasi mergi posset, qui me iubente super aquas progreditur, cum ego per Esaiam
testatus sum: Cū transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operiēt te. Nondum fuerat
Petrus tantus in fide, vt cum psalmista dicere posset. Nam & si ambulauero in medio vmbræ
mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecum es. ⌊Et cum ascendisset Iesus⌋ cum Petro, ⌊in
nauiculam, cessauit vent⁹⌋ haud dubium quin Christo iubēte: sic Christo per internam visi-
tationem, redeunte ad cor, quod ad tempus dispēsatiue reliquit, redit tranquillitas animi, dele-
ctaturq; anima in multitudine pacis. ⌊Qui aūt in nauicula erāt⌋ videlicet alii discipuli, & vt
dicit Hieronymus vectores & nautæ, ⌊venerunt⌋ & genibus flexis, vel proni super asseres,
⌊adorauerunt eum⌋ Si crediderunt eum esse verum deum, adorauerunt eum adoratione la
triæ. Et certum ē quod nec apostoli habuerunt firmā & fixam fidem de hoc, vsq; post resur-

rectio

rectionem. Nondum enim sciebãt minora de Christo, ut quod esset passurus pro mundo, vel resurrecturus à morte, [vere filius dei es.] Si adorauerunt eum vt verum deũ, vocabãt eũ filiũ naturalẽ & vnicũ, si aũt adorauerũt eum adoratione duliæ, quasi hominẽ excellentẽ vt Ioab Dauid regẽ, vocabant eum filiũ dei per grãm singularẽ. Cõmuniter vero affirmãt doctores, quod adorauerunt eũ adoratiõe latriæ, quasi filium dei naturalẽ, verumque deũ.. Sed si in hac fide stabiliti fuissent, nõ tam facile postea dubitassent, sicut in sequenti dicetur cap. & præsertim tẽpore passionis, quãdo verba credentiũ mulierum videbãtur eis deliramenta. [Et cũ trãsfretassent] .i. vltra mare istud nauigassent Iesus & eius discipuli [venerũt in terram Genesar] de qua dictũ est supra, [Et cũ cognouissent eũ viri locis illius,] vel ex solo rumore, quia famosus erat, vel ex aspectu, vel quod potius tenendum est, quia Iesus iam semel fuit in regione illa, in qua liberauit duos à dæmonibus, qui ingressi in porcos præcipitauerunt eos in mare, quod factũ omnibus terræ illius innotuit, [miserunt in vniuersam regionẽ illã] colligendo & adducẽdo ad Iesum oẽs infirmos sicut subiungitur, [& obtulerũt ei oẽs male habẽtes.] Ex cõsideratiõe enim prædicti miraculi, & aliorum signorum quæ perceperunt facta à Christo, firmiter crediderũt, quod possit quoscunque infirmos curare [& rogabãt eũ] infirmi vel alij pro infirmis, [vt vel fimbriam vestimẽti eius tangerẽt vt sanarentur corporis sui sanctissimi tactu, se reputãtes indignos, nec oportere illud cõtingere, sed sufficere tactũ extremæ partis vestis ipsius, propter excellentiam suæ sanctitatis, quibus Christus libenter assensit. [Et quicũque tetigerũt] fimbriam [salui facti sunt] ab incõmodo seu languore mẽtis & corporis. Virtus nempe exiuit de eo, & redũdãs in corpus, sicque diffũdens per vestem, sanauit omnes, vt dictum est.

¶Declaratio Cap. XV. Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi. Artic. XXVIII



Tunc accesserunt ad eũ] cuius vestimentorum cõtactu sanabantur infirmi [ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui trãsgrediuntur traditiões] .i. ordinatiões morales [seniorũ ?] .i. factas seu institutas à senioribus quæ præerant populo Iudæorum & successerunt septuaginta senibus electis à Moyse, de quibus in libro Numerorum legitur. Hi seniores ordinauerunt ne Iudæi commederent manibus communibus, hoc est nõ lotis, quod discipuli Christi interdum non seruauerunt, nec tenebantur adhoc quia sub summi dispensatoris magisterio erant, qui poterat eos ab hac ordinatiõe absoluere, nam & ipsemet Christus sæpe nõ lotis manducauit, vt Lucas habet. [Non enim lauant manus suas cum panem manducant] .i. quãdo ad mẽsam accessuri sunt. Per panem autem designat scriptura quẽlibet cibum. [Ipse aũt] Iesus [respondens ait: Quare & vos transgredimini mandatum dei, propter traditionem vestram?] vt obseruetis vestras institutiones. Non ex impatientia, sed zelo iustitiæ taliter Christus respondet innocentes excusando, & inuidos ac præuaricatores accusando. Primo, ad ostendendum quod indigni sunt alios de præuis accusare, qui magnis subiacent vitijs. Secundo, vt adimpleretur quod per Esaiam de seipso prædictum est: Iudicabit in iustitia pauperes & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, & in Psalmo: Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Quomodo autem scribæ ac pharisæi transgressi sunt diuinũ mandatum, subiungitur. [Nam deus dixit] .i. per Moysen iussit, [Honora patrem tuum & matrem] carnales, non solum reuerentiam exhibendo tanquam principijs existentiæ tuæ, sed etiam necessaria ministrando cum indigent. Quamuis enim per se & secundum communem cursum non debeant filij parẽtibus thesaurizare, sed econtra vt dicit Apostolus, tamen per accidens, scilicet, in causa necessitatis & notabilis indigentiæ hoc oportet, imo in casu necessitatis magis succurrendum esset parentibus, quam vxori aut filijs propriis secundum Thomam [Et qui maledixerit patri aut matri] verbo vel facto, vel aperta rebellione, [morte moriatur,] secundum legem occidatur, hæc erat pœna maledicentium suis parentibus. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Quam malæ famæ est qui relinquit patrem, & est maledictus à deo qui exasperat matrem. [Vos autem dicitis] hoc est prædictum præceptum false exponendo, alios vestra traditione ita instruitis. [Quicunque] filius [dixerit] patri aut matri indigenti [munus quodcũque est ex me] .i. quicquid ego obtulero deo seu omne munus, quod ex mea deuotione deo offertur vel cõsecratur [tibi proderit] .i. tibi vtilius erit quam si illud tibi præstarem, quia proficiet tibi ad spiritualem salutẽ quæ melior est quam corporalis nutritio. Ad huius intellectũ sciẽdũ, quod sacerdotes, scribæ ac pharisæi auaritiæ dediti, vt maiores oblationes acquirerent, impietatẽ suã quadam religione palliabant, dicentes, quod melius esset deo offerre quæ parẽtibus danda erant, quam cõferre ea parentibus. Primo quoniam deus esset pater summus ac principalis, de quo Esaias ait: Tu domine pater noster. Secundo, quia hoc magis prodesset saluti parentum, dixerunt ergo, quod quando filij dicerent parẽtibus egenis: Munus quodcunque est ex me, vel à me deo promissum oblatum

latum vel consecratum vobis proderit magis, quam si illud in vsus vestros expenderitis, tunc
A filij non tenerentur parentibus victualia ministrare, quis indigerent, & hoc etiam idcirco dixe
runt scribæ ac pharisæi, vt parentes sic esse putantes, non auderent bona filiorum deo oblata
contingere, ne sacrilegij crimen incurrerent. Sed ista scribarum assertio falsa est, non enim vult
deus sibi offerri ea quæ alijs debentur. parentibus autem tenent filij ministrare necessaria vitæ
in casu prædicto. Porro quod subditur. ⌊Et non honorificabit patrem suum aut matrem
suam.⌋ Dupliciter intelligi potest. Primo, Et non honorificabit, i. filius ista dicendo parenti-
bus vel bona sua deo vouendo, non tenetur, nec debet honorificare seu necessaria ministrare
patri aut matri. Secundo sic, & non honorificabit, i. quicunque filius vestram tradirionem se-
quitur, non honorificabit veraciter suos parentes, dando eis victum atque vestitum dum in-
digent. Sicut lex præcepit, sicque transgreditur diuinum præceptum, sequendo vestrum erro-
rem, Ideo subditur. ⌊Et irritum,⌋ id est vacuum & false intellectum ac præuaricatum, ⌊feci-
stis mandatum dei,⌋ de honoratione parentum, ⌊propter traditionem vestram⌋ iam di-
ctam, quia per illam inducitis aliquos ad falsum intellectum atque crudelem transgressionem
diuini præcepti, euacuatisque illud, & ita agitis contra præceptum Moysi in Deuteronomio,
vbi ait: Non adijcietis ad verbum quod ego loquor nec auferetis ab eo. ⌊& fecistis homines po Deute. 4
tius obedire vobis quam deo, ⌊hypocritæ⌋ quia aliud estis & aliud simulatis ⌊bene prophetauit de
B vobis Esaias, dicens: Populus hic,⌋ id est foris religiosus, sed intus vitiosus, ⌊labijs me honorat,⌋
ore laudando deum ac prædicando diuina, ⌊cor autem eorum longe est à me⌋ non locali di- Esaie. 29
stantia, cum ego vbique sim, & omnia penetrem, sed dissimilitudine, quia peccata eorum diui- Esaie. 59
dunt inter me & eos. Vnde Sapiens inquit: Longe est dominus ab impijs. Et Oseas: Dereli- Proue. 15
querunt (ait) dominum in non custodiendo. ⌊Sine causa autem,⌋ id est, inaniter ⌊colũt me,⌋ Osee. 4
exteriori obsequio solum, quia non est meritorium opus huiusmodi, nec perducit ad vltimũ
finem, qui est vita æterna ⌊docẽtes doctrinas⌋ id est, exhortationes, ⌊& mandata hominũ,⌋
humano spiritu, non spiritu sancto loquentium, id est, traditiones seniorum suorum diuino
mandato contrarias, ⌊& conuocatis turbis ad se, dixit eis⌋ Iesus, ⌊Audite & intelligite,⌋ id
est diligenter aduertite quæ dico. ⌊Non quod intrat in os⌋ id est, cibus corporalis qui ore ac
cipitur, ⌊coinquinat hominem⌋ inquinatione peccati, quantum est ex natura cibi, quoniam
omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione sumitur, san-
ctificatur enim per verbum dei, nihilominus cibus potest esse materia vel occasio spiritualis
immunditiæ ratione prohibitionis vel immoderantiæ, sed tunc origo, & radix inquinationis
est ab anima, non à cibo: sicque multi cibi erant in lege prohibiti. Apostolus quoque vetat idolo-
thyta seu idolis immolata comedere, ne alij scandalizentur, ⌊sed quod procedit ex ore vide-
delicet verbum inordinatum seu superstitiosa traditio, ⌊hoc coinquinat hominem⌋ intus in
anima. Vnde Iacobus inquit: Vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris. Et
Paulus: Corrumpunt (inquit) mores bonos colloquia praua.

⌊Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei⌋ Discipuli autem tenebantur humano timore, id
circo ne Christus grauius offenderet scribas ac pharisæos, vel contra se eos prouocaret, accesse
runt ad Iesum, dicentes, ⌊Scis, quia pharisæi audito hoc verbo⌋ Non quod intrat in os coin-
quinat hominem, &c. ⌊scandalizati sunt,⌋ id est ad ruinam culpæ inducti videlicet indigna-
C ti & seditionem mouere optantes in turba contra Christum, quasi infringeret legem, qui ali
quos cibos vocat immundos. Christus autem non scandalizauit eos directe, quoniam scan
dalum actiuum est dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruinæ: sed il-
li ex sua peruersitate scandalizati sunt, non volentes acquiescere sanæ doctrinæ ⌊At ille respõ
dens⌋ discipulis suis, ⌊ait: Omnis plantatio,⌋ id est generatio plantata vel doctrina humanitus
adinuenta atque erronea, quam non plantauit⌋ id est, per gratiam prædestinationis non fun-
dauit, vel per lumen sapientiæ non inspirauit nec stabiliuit, ⌊pater meus cœlestis, eradicabi-
tur⌋ id est, reprobabitur atque damnabitur, sicut per Esaiam prædictum est: Turbabis eos, &
ventus tollet, & aura disperget eos. Et iterum: Et quidem neque status neque radicatus in terra
truncus eorum, repente flauit in eos & aruerunt. Vnde Ecclesiastes: Quasi vmbra (inquit) præ
tereunt, qui non timẽt faciem domini. Ecclẽs. 8

¶ Sed quæritur, si omnis plantatio non plantata à deo eradicatur, & plantata ab eo non eradi
catur, quomodo ad synagogam dominus dicat per Hieremiam: Ego plantaui vineam ele-
ctam & conuersa es in amaritudinẽ vitis alienæ. Et in Psalmo: Vineam de Aegypto trãstu Hiere. 2
listi, eiecisti gentes, & plantasti eam. Et post pauca: Vt quid destruxisti maceriam eius, & vin- Psal. 79
demiant eam, omnes qui pergrediũtur viam. Exterminauit eam aper de sylua. Denique Apo-
stolus Corinthijs scribens: Ego (inquit) plantaui, nunquid & illa plantatio eradicata est? Insu- 1. Cor. 3
per quicquid essentiæ vel existentiæ est in rebus, à deo patre profluxit. Ergo omnis plãtatio
ab eo plãtata est, præsertim cum Hieremias de impijs dicat: Plãtasti eos, & proficiunt. Et res
põdendum, quod synagoga à deo plantata fuit, quantum ad receptionem temporalium bonorum, Hiere. 12

& habitationẽ in terra promissionis, multiq; Iudæorũ, quantũ ad bona gratiæ plantati fuerũt
diuinitus. Vnde quod de plantatione & destructione synagogæ allegatũ est, nõ oportet ac- D
cipere de eisdẽ numero, sed specie. Apostolus quoq; plantauit instrumentaliter, deus principa
1. Cori. 3 liter, propter quod ait: Dei cooperatores sumus, interea omẽ existẽs potest dici plantatum à
deo, quantũ ad esse naturale, quod recepit à primo vniuersorũ fonte principio. Nunc autem
fit sermo de plãtatione seu interiori fundatione mẽtis à deo p gratiam, sine qua nemo fina-
Iohan. 6 liter stabilitur, ad quod pertinet quod ait saluator: Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei da
Esaiæ. 26 tum à patre meo. Et denuo: Nemo (inquit) venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. alij era-
Sapien. 4 dicantur, iuxta illud: tollatur impius ne videat gloriã dei. Separantur em̃ à consortio electorũ,
Apoc. 22 & regione viuẽtium. Hinc scriptũ est: Adulterinæ plantationes nõ dabunt radices altas. ⌊Si-
nite illos⌋ hoc est, dimittite scribas ac pharisæos incorrigibiles scandalizari, errare, turbari,
quatenus qui in sordibus est sordescat adhuc, & peccator adijciat ad peccandũ. Nõ em̃ pro-
Hierony pter scãdalum aliorũ vitandũ, omittẽda est veritas vitæ, iustitiæ vel doctrinæ, secundum Hie
Gregori⁹ ronymum, vnde ait Gregorius: Cum de veritate scandalum oritur, rectius nasci permittitur
quam veritas deseratur, veruntamẽ scandalum pusillorũ vitãdum est magis quam pharisæorũ
sicut infra dicetur: ⌊cæci sunt⌋ corde, id est, lumine veræ sapiẽtiæ, & rectæ intelligentiæ scri-
Sapien. 2 pturarũ priuati. Excæcauit em̃ eos rancor eorũ, q̃a in maliuolam animã nõ introibit sapien-
Esaiæ, 56 tia. ⌊duces cæcorum⌋ hoc est ductores, magistri & prælati carnalium, literalium atq; errantiũ
Iudæorũ, vnde conuenit eis illud Esaiæ: Speculatores eius cæci omnes vidẽtes vana, ipsi pasto- E
res ignorauerunt intelligentiam. ⌊Cæcus autẽ⌋ prælatus seu doctor nõ illuminatus à spiritu
sancto, ⌊si cæco⌋ gregi vel subdito ignoranti, ⌊ducatum præstet⌋ inducẽdo eum ad ambu-
landum per vias suas, seu ad sequendum opera & iudicia sua, ⌊ambo in foueam cadunt⌋ id est
in vitia præcipitantur, & tandẽ in locũ gehennæ labũtur, quẽadmodũ scriptũ est, secundũ iu-
dicem populi, sic & ministri eius. Hinc Hieremias inquit: Quia stulte egerunt pastores, ideo
Hiere. 10 omnis grex eorũ dissipatus est. Maximũ ergo beneficium dei est habere doctum ac virtuosum
prælatum, quia (vt contestatur Gregorius) Cum pastor per abrupta graditur, necesse est, vt
grex in præcipitium ducatur. Vtinam tales dicerent illud Esaiæ: Non sum medicus, & in do-
mo mea non est panis. Nolite me constituere principem populi. ⌊Respondẽs autẽ Petrus dixit
ei⌋ videlicet Christo. ⌊Edissere⌋ hoc est, expone ⌊nobis parabolam istam,⌋ qua dixisti: Non
quod intrat in os coinquinat hominẽ, &c. Quod tamen non fuit parabola, sed manifesta sen-
tentia. Sed Petrus quoniam rudis fuit sicut & socij eius, & quoniam Christ⁹ solitus fuit para-
bolice loqui, putauit istud per parabolã dictũ, quæritq; mysticũ intellectũ, in sermone pspi-
cuo. Ideo meruit audire, ⌊adhuc & vos⌋ apostoli ⌊sine intellectu⌋ id est actu intellect⁹, videli
cet, sine debita cõsideratione, ⌊estis.⌋ solus Petrus interrogauit, sed quia de consilio & in per-
sona cõdiscipulorũ sciscitatus est, idcirco omnibus increpatorie dicitur, adhuc & vos sine intelle-
ctu estis, pro quo in Marco scriptum est: Adhuc & vos imprudentes estis. ⌊Nõ intelligitis⌋
quod merito intelligeretis, quasi rem planam, ⌊quia omne⌋ alimentum, ⌋ quod in os intrat⌋ id
est, à comedente ori imponitur ad alendũ, ⌊in ventrẽ vadit⌋ qui est locus ciborũ, sicut mare
aquarũ, ⌊& in secessum emittitur⌋ nõ totum, sed q̃tũ ad partes impuras atq; superfluas, puri-
or tamẽ pars alimẽti, post cõpletã digestionẽ in corpus cõuertitur comedẽtis. ¶Hanc autho
ritatẽ allegãt p se magister & Petrus comestor cũ alijs. Qui dicũt nihil de alimẽto cõuerti in
veritatẽ substãtiæ aliti, ita q̃ in primis parẽtibus fuit secũdũ eos tota substãtia carnis postero- F
rum. Præterea põderãdum, q̃ hoc loco asserit sanctus Hieronymus: Omnia (inquit) euangelio-
rum loca, apud hæreticos & peruersos scandalis plena sunt. Ex hac nẽpe sentẽtia, quidã peruer
sissimi homines dixerũt Iesum fuisse idiotã & physicæ ignarũ, ex eo q̃ dicat, Omne q̃d intrat in
os, in ventrẽ vadit, &c. quasi acceptæ escæ nõ diffunderẽtur p medullas, venas, neruos ac ar-
tus. Sed istiũdum sapiẽtiã dei ignarã fuisse cõprobare nitũt, propriã manifestãt, præsumptio-
nem atq; insaniã. Nõne in tota scriptura canonica, imo & in cõmuni vsu locutionis, frequens
& celebris est modus loquẽdi p Synecdochen? Et illa Christus iã vtit. ⌊Quæ autẽ de ore pro-
cedunt⌋ videlicet verba illicita, ⌊de corde exeunt⌋ .i. ab intellectu & voluntate causãt, quia (vt
ait Plato) ad hoc dat⁹ est nobis sermo, vt mutuæ volũtatis fiant indicia, ⌊& ea coinquinãt ho
minẽ⌋ inferendo maculã culpæ, ⌊de corde em̃ procedunt cogitationes malæ⌋ quæ sunt ver
ba mẽtalia, & exprimunt p verba vocalia, sicq; cogitationes pcedunt de ore per verba voca-
lia, quæ sunt cogitationũ indicia, ⌊homicidia, adulteria, fornicationes⌋ .i. cæteri vitiosi cõcubi
tus, ⌊furta, falsa testimonia, blasphemiæ⌋ quæ, etiã dicuntur de ore procedere, in quantũ aliq
per verba inducit ad ista peccata, ⌊hæc⌋ vitia sunt quæ coinquinant. i. interius maculant, ⌊ho
minem⌋ ita vt anima eius dæmonibus similis sit. ¶Ex his infert Hieronymus: Ergo principale
animæ, non secundum Platonem in cerebro, sed secundum Christum in corde est, sed hoc fa-
cile solueretur. Nã Christus hic accipit cor pro mente, quẽadmodum & psalmista dicendo: Cõ
fitebor tibi domine in toto corde meo, sic enim & alibi astruit: Beati mundo corde. Plato
vero

vero accipit cor pro parte corporis,ficut& Aristoteles,dicēs,φ cor est primū viuēs & vltimū
moriens.¶Insuper dicit Hieroñ.arguēdi sunt hi q cogitatiões malas dicūt immitti à dæmone, Hierony
A & nō propria nasci volūtate.Diabolus em adiutor & incensor cogitationū malaꝝ esse potest,
nō actor.Si aūt in insidijs positus,leuē cogitationū nostrarū scintillā suis fomitibus inflāmaue
rit,nō debemus opinari eū cordia quoq; occulta rimari,sed ex corporis habitu& gestibus æsti
mare quid versemus intrinsecus: verbi grā , Si pulchrā mulierē viderit nos crebro respicere,in
telligit cor nostrū amoris iaculo vulnerarū . ⌊ Et egressus inde,⌋videlicet à terra Genesar,& a
cōuenticulis scribaꝝ ac pharisæoꝝ,⌊ Iesus secessit⌋ cū discipulis suis⌊ in partes Tyri & Sido-
nis,⌋q̃ erāt vrbes famosæ,antiquæ,magnę & opulētæ.⌊ Et ecce mulier Chananea⌋gñe .i. de
stirpe Chananeoꝝ progenita,nā pdictæ vrbes ad terrā Chanaan ptinebant,⌊ à finib⁹⌋.i.lo
cis seu terminis⌊ illis egressa⌋ corpore,&aīa:corpore,qm domū suā exiuit vt q̃reret Iesum:aīa
qm Chananæoꝝ incredulitatē ac impietatē deseruit,credēs in Christū,⌊ clamauit,⌋qa ex ve
hemēti affectu in verba erupit,& propter magnitudinē necessitatis suæ oblita est fœmineæ ve
recūdiæ clamās sine rubore,nā excessiuus amor rationē nō pēsat,⌊ dicēs ei, Miserere mei dñe
fili Dauid· ⌋Percepit mulier ista miracula Chri, audiuitq; eum apellari filiū Dauid,⌊ filia mea
male⌋.i.grauiter⌊ à dæmonio vexat . Qui nō rñdit ei verbū,⌋nō ex supbia vel cōtemtu,sed
rōne mysterij, vt designaret se primo ac principaliter aduenisse ad loquēdū ac subueniēdū po
pulo Israeli:& q̄d iā ante pcepit discipulis,In viā gentiū ne abieritis. Hæc aūt mulier gētilis erat
genere Syrophœnissa,hoc est,de Syria Phœnicis. Ideo etiā nō respondit vt illa instātius pete-
ret,&ardentius postulādo copiosius exaudiret.⌊ Et accedētes discipuli eius,dixerūt ei:Dimitte
eā⌋.i. exaudiēdo age q̄d rogat vt reuertat, ⌊ qa clamat post nos,⌋sequens vestigia nrã. Ex q̄
patet,φ ista cōtigerunt in via.¶Sed q̃stio tunc occurit, Nā Marcus inquit,φ mulier ista venit
& procidit corā Chro in domo: Rñdetur,φ primo venit in domū,& cū ibi exaudita nō eēt,se Marci 7
quuta est Christū in via. Porro discipuli orāt p ea,vel clamore eius attædiati, vel necessitati ei⁹
cōpassi,vel fide eius,deuotioneq; moti. Mulier ista nō clamauit,nisi ad Iesum,& tñ discipuli di
B cunt,clamat post nos. Iam em reputauerūt se vnū cū Chro in deo.⌊ Ipse aūt rñdens⌋discipulis,
⌊ ait: Nō sum missus, ⌋primo ac principalr,& ad pdicandū ac operandū prodigia in propria
psona,⌊ nisi ad oues q̄ perierūt,domus israel⌋.i.ad oues familiæ Israeliticæ,perditas p peccatū
originale & actuale,videlicet ad populū Iudæorū,quibus Chrs,primo p seipsum vsq; ad diem
passionis,deinde diu p apostolos pdicauit, donec illis penitus obstinatis & inexcusabilr indura
tis,iusta facta est ad gentes transmigratio. Vnde Christus in propria persona paꝝ præ dicasse
gentibus legitur,interdū tamē paꝝ prædicauit,& signa fecit in gentibus ex superabundanti &
ad figurādū,φ postea predicandum esset eis Euangeliū regni.⌊ At illa venit & adorauit eū.⌋
Non est probabile,φ putauerit eū veꝝ deum, cū nec discipuli hoc putauerint,sicut ostendi,&
Beda fatetur,sed prophetā & hominē sanctū,vel etiam Messiam. Adorauit itaq; eū eo modo,
quo mulier Thecuites Dauid regem.⌊ Domine adiuua me.⌋ Mulier ista filiam suam petit iu- 2Reg 14
uari atq; sanari,& tamē ait, Adiuua me. Primo,quoniam calamitatem propriæ filię reputauit
vt suam . Secundo, quoniam sciuit filiam suam non posse sanari principaliter,nisi à deo, ideo
erat vt per Iesum impetret,quod per se impetrare à deo non potuit. Sic nempe & Martha lo- Iohan.11
quuta est: Domine , scio quia quæcunq; popósceris à deo , dabit tibi deus. ⌊ Qui respondens
ait,⌋difficultatem quandam monstrando. ⌊ Non ē bonum sumere panem filiorum,& mitte
re canibus.⌋ Hoc ad literam ita est,&tamen iste non est sensus literalis seu principaliter intē-
tus,nec mulier ita intellexit. Spiritualiter ergo exponendum est. Non est bonum,id est iustum
ac ordinatum,sumere panem filiorum,id est spiritualia alimēta seu beneficia dei, videlicet gra
tiam doctrinæ,& opera miraculoꝝ Iudæis promissa ac impendenda,qui filij nominant pro-
pter cultum & fidem vnius dei,& mittere canibus,id est dona ista impartiri gentilibus,qui pro
pter idololatriæ insaniam & sanguinis atq; cadauerum immolatoꝝ esum canibus comparan
tur. Hinc de populo Israel dominus ait: Puer Israel & dilexit eum. In Heremia quoq; Ephra-
C im(inquit)primogenitus meus . Verū per filios hoc loco præsertim significantur electi Iu-
dæi,quales fuerunt discipuli. Non em reputantur in semine Abrahæ, nisi qui credunt, secūdum
Apostolum.⌊ At illa dixit: etiam domine . Ita est vt dicis, & etiam fieri decet,quod postulo.
⌊ Nam & catelli,⌋ id est parui catuli seu caniculi , ⌊ edunt de micis,⌋id est fragmētis,⌊ quæ ca
dunt de mensa dominorum suorum.⌋ Hoc literaliter ita est,sed sicut Christus metaphorice lo
quitur:sic & mulier metaphorice, subtiliterq;,& valde pertinenter respondit,vt sit sensus. Si-
cut paruuli canes sustentantur fragmentis cibi dominorum suorum sic decet me gentilem ca-
tello similem aliquid gratiæ Iudæorum sortiri, vt ad instantiam meam filia mea sanetur à te.
⌊ Tunc respondens Iesus ait illi: O mulier, magna est fides tua,⌋id est firma & integra , bonis
operibus,cæterisq; virtutibus adornata, quoniam toties repulsa,& quasi vilipensa à me,quia
canibus comparata, non cessa fideliter , humiliter, prudenter,ac patientissime postulare . Di-
gnum est ergo vt tibi aperiam ianuā pietatis.⌊ Fiat tibi sicut vis.⌋.i. sicut petisti sibi impleatur.

Hunc Christi sermonē mox effectus, secutus est. Nā sequitur: ⌊ Et sanata est filia eius ⌋ id est,
à dæmonio liberata, ⌊ ex illa hora ⌋ hoc est, statim cū Chrūs locutus ē, fiat tibi sicut vis. De- D
niq; quo Christus videbatur huic mulieri asperior foris in verbis & gestibus, eo fuit ei beni-
gnior intus p operationē occultā, per inspirationē ac illustrationē internā. Alioquin quomo-
do mulier ista, tantā fidē, humilitatē, patiētiā atq; prudētiā habuisset? Mysticæ, p mulierē hāc
figuratur ecclesia, quæ gētilitate relicta, incedit & clamat ad Christū pro sanatione filiæ suæ, hoc
est, animarū seu particulariū ecclesiarum, pro qua apostoli ac cæteri sancti intercedūt ad domi
num: Et considerāda est hic mutatio dexteræ excelsi, quomodo Iudæi qui filij dicebātur, nunc
canes vocantur, sicut de eis ait Christus in Psalmo: Quoniam circundederunt me canes mul-
Psal. 76 ti. Et Apostolus: Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Gentiles vero q
Psal 21 canes erant iam filij nuncupātur. ¶ Sed quæritur, si verum est quod dixit saluator: Nō est bonū
Philip. 3 sumere panē filiorū & mittere canibus, ergo ipse faciendo oppositum videtur fecisse non bene
Et respondēdum, q verbum Christi intelligendū erat in generali, tū in casu bonum fuit oppo
sitū sicut & Moyses iussit, ne Amonitæ & Moabitæ intrarēt in ecclesiā dei. Nihilomin⁹ Ruth
Iudicū 4 Moabites & achior Amonites, propter virtutes suas & deuotionē ad deū Israel, statim admis
si sunt ad ritum Iudæorum, & sic & mulier ista ex singulari deuotione obtinet, q communiter
alij condonādum non fuit. ⌊ Et quū transisset inde Iesus ⌋ hoc est, à partibus Tyri & Sidonis
ad Iudæā reuertendo, ⌊ venit secus mare Galilææ, & ascendēs in montē sedebat ibi ⌋ quaten⁹
ab omnibus videretur, audiretur, faciliusq; posset ad ipsum esse accessus, per quod figuratū est,
quod prædicator & custos dominici gregis, omnisq; vicarius Christi, ascendere debeat arcem
contemplationis, apicemq; spiritualis conuersationis. ⌊ Et accesserunt ad eum turbæ multæ ha-
bētes secū multos, claudos, cæcos debiles ⌋ Si per alios intelligerentur cōiter oēs alij à prædictis
ægrotis adiectū non esset ⌊ & alios multos ⌋ videlicet languidos. Sicut ergo per claudos intel-
liguntur qui vno claudicāt pede, sic per debiles q vnam manū habēt inualidā. Ecce ponit hoc
loco velut sub cōpēdio Euangelista multa miracula Christi, quæ si singulatim recitarentur fa-
cerēt magnū volumen, & simile ponit frequenter, ex quo patet maiestas & gloria saluatoris, q
tam innumerabilia operatus est signa, vt nemo in veteri testamento, queat ei æquari. Pense- E
mus Heliæ & Helisæi miracula, & sciemus quam minora ac rariora sint signa eorū prodigijs
Christi. Sed & modus agendi incōparabiliter differt in eis ⌊ & proiecerūt eos ad pedes eius, &
curauit eos ⌋ solū imperio, ita vt turbæ mirarentur, videntes ⌋ .i. audiētes ⌊ mutos ⌋ hoc est, qui
muti fuerunt ⌊ loqui ⌋ visus in scripturis, pro quocunq; sensu accipitur, videntes etiā ⌊ claudos
ambulantes, cæcos vidētes, & magnificabāt ⌋ .i. magnū ac omnipotentē esse professi sunt ⌊ deū
Israel ⌋ qui tāta ac talia operabat p Iesum. ⌊ Ipse aūt ⌋ Iesus ⌊ cōuocatis discipulis suis ⌋ quibus
tanq̄ familiaribus & amicis secreta sua pandebat ⌊ dixit: Misereor sup turbā ⌋ hoc est, indigen
tiæ populi huius condoleo, charitatis ac pietatis affectu ⌊ quia iam triduo pseuerāt mecū ⌋ id ē
per tres dies mecū manserunt in solitudine & sub diuo, in quo declaratur amor eorū ad Chri-
Ezec. 34 stum, & deuotio ad doctrinā atq; miracula eius ⌊ & nō habent quod manducent ⌋ ideo dignū
est, vt eis prouideā tanq̄ pastor bonus, de q̄ dñs pdixit p Ezechielē dicēs: Suscitabo sup gregē
Marci 8 meū pastorem vnū, q pascat eū David seruū meū, i. Christū vt oēs exponūt. ⌊ & dimittere eos
ieiunos nolo, ne deficiāt ⌋ .i. famæ periclitētur, ⌊ in via ⌋ redeundo ad propria. Quidam enī ex
eis de longe venerunt, vt Marcus habet: ⌊ Et dicunt ei discipuli: Vñ ergo nobis in deserto pa-
nes tanti ⌋ .i. ex q̄ vis populū istū reficere, qualiter acquiremus in hac heremo hāc escā ad hoc
sufficientē, vt saturemus turbā tantā ⌋ quasi dicant, hoc nobis impossibile est, Discipuli tanquā
magistro suo familiarissimi, pluraliter responderūt. Christus quippe singulariter dixit: Dimitte
re eos ieiunos nolo, discipuli vero in persona sua ac Christi respōderūt: Vnde nobis, id est, tibi
& discipulis tuis, in q̄ patet eorū imperfectio, q nō cōsiderauerūt potētiam Christi, q paulo an-
te de quinq; panibus, piscibusq; duob⁹ quinq; milia hominū saturauit. ⌊ Et ait illis Iesus: Quot
panes habetis? ⌋ Non q̄si ignorans interrogat, sed vt ex discipulorū responsione, futuri miracu
li magnificentia pateat, & ipse in faciendo miraculo ordinate procedat. ⌊ At illi dixerunt se-
ptem, & paucos ⌋ numero ⌊ pisciculos: Et præcepit turbæ, vt discumberet sup terrā. Et accipi-
ens Iesus septem panes & pisces ⌋ quantitate permodicos ⌊ & gratias agēs ⌋ secundū assumptā
humanitatē deo patri seu toti supergloriosissimæ trinitati omniū bonorū liberalissimo fonti,
⌊ fregit ⌋ & frangendo multiplicauit, secundum q deus potestate immensa (sicut superius di-
ctum est) de quinq; panū benedictione, fractione & multiplicatione, ⌊ dedit discipulis suis ⌋ q
acceperūt de manibus eius seu loco vbi reposuit panes. Nō tā septē panes dūtaxat, sed tot qui
suffecerūt pplo tāto ⌊ Et discipuli dederūt populo, & comederūt omes & saturati sunt ⌋ id est,
sufficienter, non gulose refecti ⌊ & quod superfuit de fragmentis ⌋ videlicet reliquias panū ac
ac pisciculorū, ⌊ tulerūt ⌋ .i. collegerunt discipuli, septē sportas plenas ⌋ hoc est materiam se-
Nume. 2 ptē sportas implentē. ⌊ Erant aūt qui manducauerāt quatuor milia hoim extra paruulos ⌋ hoc
Matt. 14 est, præter eos qui erant sub anno vicesimo, ⌊ & mulieres ⌋ in quo vtriq; signo ostensa est

omni-

omnipotentia Christi. Porro huius miraculi sicut & superioris, de quinq; panib' aliqualis fuit fi 4 Regu.
gura, quod in libro Regū de Helisæo recolitur, qui de panib' primitiarū centum viros cibauit,
A & supabundauit. Mysticæ p hāc corporalem refectionē quatuor miliū de septem panib' &
paucis pisciculis, designat spiritualis refectio populi Christiani, doctrinā quatuor Euāgeliorū
tenentis, & quatuor virtutes cardinales habentis, qui septē panibus. i. septiformi grā, seu septē
donis spūs sancti reficit. Et paucis pisciculis. i. cæteris donis gratis datis, q̄ cōparatione dictorū
bonorū minima sunt cū possint haberi à malis, & tñ cōferunt à spiritu sancto, sicut testat apo
stolus: Alij per spm sanctum dat sermo sapiētiæ, alij sermo sciētiæ, alij grā sanitatum, alij opa- 1.Cor.12
tio virtutū. Hæc autē sunt pauca numero, hos autē cibos obtulit Christus hoibus per sanctos Acto.5
apl'os, p q̄rū manuum ipositionē dabat spirit' sanctus, & q̄rum p̄dicatiōe illuminatæ ac spiri-
tu sancto repletę sunt gētes. Deniq; quod Christ' dixit se misereri turbæ, ipm triduo imitanti,
hoc significat, q Chrūs oib' vere pęnitentib' & cōtritis, omib' mūdi huius delitias fugiētib',
crucem suam portantibus, secretum locum petentibus, causa cōtēplationis, lachrymatiōis ac
austerioris cōuersationis, q dicere pñt cum psalmista: Similis factus sum pellicano solitudinis. Psalm.10
Itēq; Ecce elōgaui fugiēs & māsi in solitudine. His iuq̄ Christ' miseret, pctā indulgēdo, grā
rum opulentiā influendo, int' loquēdo & cōsolādo, quēadmodum ait p Oseā: Ecce (ingens)
ego lactabo eam & ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. Propter quod ait apl'us:
Sicut p Christo abundant tribulationes nostræ, ita p Chrm abundat cōsolatio nrā. Oportet
ergo Christum in solitudinem sequi, fugiendo, tacēdo & quiescendo, cum eo stabiliter die &
nocte pseuerare, carnales atq; humanas cōsolationes vitando, & tunc Christ' cōspiciens, q a
à nobisipsis nō habem' quod manducemus, hoc est, quo spiritualiter cōfortemur, nō dimittet
nos ieiunos, sed alet nos vsq; ad facietatem, ita vt totum capere nequeamus, vel vltra deficia-
m' in via, peregrinationis hui' exilij, sed cœlesti cōfortati viatico pducamur ad patriam.

¶EXPOSITIO CAPITVLI DECIMISEXTI. ET DI-
missa turba, ascendit in nauiculam. Articulus. XXIX.

B 
T dimissa turba ⌋ q̄ in fine p̄cedentis capituli legit refecisse, q̄ refecta reme
auit ad propria, ⌊ ascendit ⌋ Iesus ⌊ in nauiculam ⌋ cum discipulis suis, raro
legit Christus dñs maiestatis ascendisse in nauim, sed in nauiculam, vt fi-
cut in alijs, ita in hoc quoq; humilitatis exemplum p̄beret ⌊ venit i fines ⌋
, i. loca ⌊ Magedam ⌋ vbi vt in libris Regum habet: Iosyas rex Iuda occur
rit Nechao Pharaoni regi Aegypti, à cuius sagittarijs lætaliter læsus est.
¶Sed huic videtur contrarium, quod in Marco asseritur: Statim ascendens
in nauim, venit in partes Dalmanutha. Et rñdendum, q eadē terra est habens nomina duo,
vt aliqui dicunt, alij dicunt q sint loca contigua, & ergo Christus existens in confinio horum
locorum, in vtroq; fuisse describitur. ⌊ Et accesserunt ad eum pharisæi & Sadducæi tentantes
Christum ⌋ .i. experimentum sumere cupientes, an ipse esset Christus, vel q̄rentes reprehen-
dere eum in aliquo verbo vel facto, ⌊ & rogauerunt eum ⌋ insidiose ac perfida mente, ⌊ vt signū
de cœlo ⌋ .i. aliquam supernaturalem mutationem in corporibus, superioribus vel apparatio-
nem angelicam, ⌊ ostenderet eis ⌋ per quod scire possent, q Messias venisset, & quod ipse esset
Messias. ⌊ At ille respondens ait eis, facto vespere ⌋ .i. de sero ⌊ dicitis ⌋ interdum, ⌊ serenum
erit ⌋ .i. cras erit aura pulchra, ⌊ rubicundum est enim cœlum ⌋ .i. rubeus quidam color appa-
ret in cœlo, ex incidentia lucis solaris per modice super vapores eleuatos in aere, in quibus est
rubor predictus, non in cœlestib' corporibus. Talis autem dispositio signum est futuræ sere
nitatis, quia vapores, subtiles ac modici sunt qui non resoluuntur in pluuias. Interdum tamen
contingit oppositum ex causa superuenienite. ⌊ Et mane ⌋ dicitis sæpe, ⌊ hodie tēpestas erit ⌋
.i. aura turbulenta seu pluuiosa, ⌊ rutilat enim ⌋ .i. chorruscationibus fulget, vel rubore quodam
coloratur, ⌊ triste cœlum ⌋ .i. nubibus obductum, & dicitur cælum rutilum, triste ac rubeum,
quia in nubibus est qualitas ista fulgoris siue ruboris, & dicitur cœlum triste, quia talibus quali
C tatibus in aere existentibus, ex aspectu cœli generatur tristitia quædam in anima. Sicut opposi
to modo dicitur lætum, cum adest serenitas aeris. Hæ itaq; dispositiones apparentes in cœ
lo, sunt signa tempestatis instantis, ⌊ faciem ergo cœli ⌋ .i. prædictas dispositiones apparentes
in cœlo, quæ facies cœli vocantur, qm̄ per modum vultus in superficie apparent, & primo in
gerunt se oculis intuentis, ⌊ dijudicare ⌋ .i. ab inuicem distinguere, & ex eis futura quedam con
ijcere, ⌊ nostis, signa autem temporum ⌋ .i. argumenta atq; indicia, quibus pateat tps primi ad
uent' Christi iam esse impletum, meq; esse Christum, ⌊ non potestis ⌋ dijudicare & scire, hoc
ait saluator increpando & exprobando, quasi dicat: Merito attēderetis signa ꝓphetiæ prenū
tiata de Christi aduentu iam esse cōpleta in me: In Danielis etenim ꝓphetia, Tempus aduent'
Christi, & passionis eius prætaxatum fuit Gabriele dicente: Post hebdomades sexagintaduos
occidetur Christus. Similiter in Genesi per ablationem sceptri à Iuda, quod Herodis tem
pore erat completum. Sic nempe prædixit patriarcha Iacob: Non auferetur sceptrum de Iu-

da,& dux de fęmore eius donec veniat q mittēdus est. Itē q̄d Esaias pdixit: Tūc aperiēt ocu
li cæcorū,& aures surdorū patebūt, tūc saliet claudus sicut ceruus &c. Testimoniū quoq; Iohānis
de quo Esaias & Malachias vaticinati fuerūt, fuit manifestū signū aduētus Chri, sicut triū Ma- D
gorū oblatio, innocētū occisio, atq; miracula Chri, de qb⁹ ait saluator: Opera quę ego facio in
noie patris mei, testimoniū phibēt de me. Et rursus: Si nō facio opa dei nolite credere mihi. Si
aūt facio, & si mihi nō vultis credere opib⁹ credite. Increpat ergo Iudęos, q ex oib⁹ his nō cō
siderauerūt eū eē Messiā. ⌊Generatio mala & adultera signū quęrit, & signū nō dabit ei, nisi si
gnum Ionæ prophetæ⌋ Hoc supra habitū atq; expositū est. ⌊Et relictis illis⌋ Incredulis diui
no signo indignis, ⌊abijt⌋ Iesus ingrediēs nauim cū discipulis suis, & transfretās vt Marcus ha
bet. ⌊Et cū venissent discipuli eius⌋ & etiā ipse ⌊trāsfretū, obliti sunt panes accipere⌋ hoc est,
tūc aduerterūt se ex obliuione nō sumpsisse panes anteq̄ trāsfretare inciperēt, forte tam occu
pati fuerūt circa cibū animæ, q corporalē cibū secū ferre obliti sunt. Habuerūt tñ vnū panem
scd̄m Marcū. ¶ Et quęri potest, vbi dimiserit septē illos cophinos, fragmētis ciborū īpletos, de
qb⁹ in fine præcedētis capituli dictū ē? Dici pt, q cibos illos dederūt egenis ad ppria redeunti
bus, vt haberēt escas in via, qa nōnulli eorum de lōge (teste Marco) venerunt. ⌊Qui⌋ Christ⁹
⌊dixit eis. Intuemini⌋ Hoc ē, prudēter discernite, ⌊& cauete à fermēto Pharisæorū & Saddu
cæorū⌋ Qūo autē intelligēdum sit hoc, Christus post pauca exponit. Nec decet ei⁹ expositio
nē anticipare, Marc⁹ addit, dicēs: Et à fermēto Herodis. ⌊At illi cogitabāt⌋ & ex pura cogita
tiōe loquebant ⌊inter se dicentes: quia panes nō accepim⁹⌋ hoc ē, qm̄ panē materialem non
sumpsim⁹ nobiscum, ideo admonet nos, ne emam⁹ vel accipiam⁹ panem fermētatum à Pha
risæis & Sadducæis. Rudes nāq; discipuli æstimadant magistrum loqui de pane materiali, & de
puisione solicita corporei cibi. Ideo increpant sicut subiūgit. ⌊Sciens aūt Iesus⌋ cogitatiōes &
verba eorū, quæ inter se susurrando dixerunt voce submissa, ne audirent ab eo, sed eum nil latu
it, & cogitatiōes eorū pdendo diuinitatem suam ostendit, & dixit eis: ⌊Quid cogitatis iter vos
modicæ fidei?⌋ i. qui modicam fidem habetis, qm̄ æstimatis, quod monuerim vos de corpo
ralis alimēti puisione, q̄si nō possem vobis supnaturaliter puidere. Quid ergo cogitatis me lo
qui de corporali fermento vitando? ⌊quia panes nō habetis,⌋ ideoq; putatis me vos exhor E
tari de pane materiali. ⌊Nō intelligitis⌋ signa quæ vidistis, p quæ oīpotentiā meam merito
cognosceretis, ⌊neq; recordamini quinq; panum⌋ multiplicatorū & expositorū p manus ve
stras, ⌊in quinq; milia hoim⌋ præter pueros & mulieres, & nō recordamini, ⌊quot cophinos
sumpsistis⌋ i. quot sportas de fragmentis īplestis. ⌊Neq;⌋ recordamini ⌊septem panum in q̄
tuor milia hoim. & quot sportas sumpsistis?⌋ tanq̄ dicat: si ista sagaciter pensaretis, sciretis vti
q;, qa nō de materiali fermento locut⁹ sum, ideo subdit ⌊Quare nō intelligitis?⌋ q̄d merito
intelligeretis, in q̄ apparet imꝑfectio vł negligentia vr̄a ⌊qa nō de pane⌋ corporeo ⌊dixi vo
bis⌋ istud ⌊cauete à fermento Pharisæorū & Sadducæorū. Tunc itellexerūt discipli, qa nō dixe
rit⌋ Chrs, eē ⌊cauēdū à fermēto panū⌋ i. pane fermētato, seu fermēto corporeo, ⌊sed à do
ctrina Pharisæorū & Sadducæorū⌋ ecce hic ponit expositio metaphoricæ locutiōis Chri. Itaq;
p fermētū ppter suā corruptionē designat īfecta & falsa doctrina istorū, à q̄ Chrs admonet eē
cauēdū. Quoq; etiā p fermētū notat simulatio sctitatis, vt cū ait saluator: Cauete à fermēto pha
risæorū q̄d ē hypocrisis. ⌊Venit āt Iesus in partes⌋ i. ad loca vicina ⌊Cæsareæ Philippi⌋ i. ci
uitatis. q̄ Philipp⁹ frater Herodis Antipæ q decollauit Iohānē, vocauit Cæsariā, ad honorē
Tyberij Cęsaris, à q̄ recepit q̄rtā partē regni prīs sui Herodis Ascolonitę videlicet vnā tetrar
chiā. Hęc vrbs oli (vt fert) vocabat Lachis, q̄ sicut in lib. Iudicū recitat: Filij Dan destruxrūt,
reparatāq; vocauerut noie patris sui Dan, q̄ Philipp⁹ iste āplificās & emēdās, vocauit Cęsare
ā, & postea dicta ē Panes. Fuit quoq; scd̄m historias alia Cęsarea palestinę, i q̄ Corneli⁹ Cēturio
māsisse narrat, ⌊& iterrogabat discipulos⌋ nō velut ignorās, sed vt discipulorū fidē corrobo
raret & ex corū respōsione cōuenientia documēta iferret. ⌊Quē dicūt hoies eē filiū hois?⌋ i. me
Scd̄m q̄sdā Chrus nō dicit: Quē dicūt me eē, sed quē dicūt filiū hois, ne de se iactāter iterroga
re videret. Sed cū aliqd tale à q̄cūq; doctore catholico dr, cui⁹ oppositū i scriptura canonica ī
nenit, igēti cautela vti oportet magis q; seq oportet scripturā q̄ verba doctoris. Sic i pñti. Nā ī F
Marco legit Chrm q̄sisse. Quē me dicūt homines esse? Et in Luca: Quem me dicunt turbæ?
⌊At illi dixerunt: Alij⌋ dicunt filium hominis, seu te esse ⌊Iohannē Baptistam⌋ sicut Herodes
q dixit: Quem ego decollaui Iohannem, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operant i eo.
Ista fuit rudis opinio. Nam tempore decollationis Iohannis Christus habuit triginta circiter
annos, de hoc dictum est supra. ⌊Alij autem⌋ dicunt te esse Heliam⌋ quemadmodum eni sa
cerdotes suspicati sunt Iohannem Baptistam esse Heliam, dicentes: Helias es tu? ppter solitarię
vitæ austeritatem, & vestiū paritatem, sic aliqui putauerūt Iesum esse Heliā, primo, qa Helias
credit rediturꝰ ad ppl̄m Iudæorū. iuxta illud Malachiæ pphetæ: Ecce ego mittā vobis Heliā.
Scd̄o, ppter miraculorū eminentiā. Tertio. propter veritatis atq; iustitiæ insuperabilē zelum
⌊Alij vero Hieremiā⌋ vel propter vitæ sanctitatē, qm̄ Hieremias sanctificatus fuit in vtero,
vel propter eximiā charitatem ad populū, sicut de Hieremia scriptū est: Hic ē fratrū amator.

vel propter patientiam incõcussam,⌊aut vnũ ex prophetis⌋videlicet Esaiã, vel aliquem talẽ
A propter eloquentiã. Putabãt enĩ aliquem prophetarũ surrexisse à mortuis, iuxta illud Lucæ Lucæ 9
Quia propheta vnus de prioribus surrexit.⌊Dicit illis Iesus: Vos aũt,⌋quorũ nõ est circa cõ- Psal. 88
munia languere, q nõ tã homines q̃ dij estis,& documenta mea ac opa meli⁹ alijs nostis⌊quẽ
me esse dicitis?⌋quid sentitis & affirmatis de me?⌊Respõdens Symon Petrus, dixit ei⌋Pe-
trus tanq̃ principalis pro omnibus dat responsum⌊Tu es Chrs filius dei viui.⌋Chrs est nomen
psonæ in duabus naturis subsistentis in diuina videlicet & humana. Itaq; tu es Christus, id est,
rex Messias, mundi saluator, oleo exultationis plenitudine gratiæ, charismate spirituali excel-
lentissime vnctus, filius dei vnicus, vnigenitus, naturalis, nõ adoptiuus. Dei viui, id est, vere viuẽ
tis vita beata, quod additur ad differentiam hominum mortuorum, qui à gentibus coleban-
tur, vt dij, vt Iupiter, Apollo, Mynerua, Diana, quę quantum ad corpus omnino defuncti sunt,
quantum vero ad animam mortui sunt morte culpæ ac pœnæ, quæ est mors secũda.⌊Respõ
dẽs autẽ Iesus, dixit ei: Beatus es⌋beatitudine viæ, beatitudine inchoata, beatitudine spei & gra
tiæ.⌊Symon⌋quod interpretatur obediens,⌊Bar Iona⌋.i. filius Iohannis. Sic enĩ dictus est Iohan. 21
pater eius, vnde in Iohanne saluator ait: Symon Iohannis diligis me? vel Bar Iona.i. filius co
lumbæ, videlicet spiritus sancti, qui per columbam significatur⌊quia caro & sanguis⌋id est,
Iudæi, de quorũ sanguine natus es, vel caro & sanguis, &c⌊nõ reuelauit tibi⌋id est, à teipso
B non inuenisti, quod professus es dicẽs, q sim Christus filius dei viui. Simili modo Paulus testa
tur: Non acquieui carni & sanguini,⌊Sed pater meus qui in cœlis est⌋A quo est omne datũ Gala. 1
optimum, & omne datum perfectum. Nemo enim nouit filiũ nisi pater, & cui reuelauerit pater.
⌊Et ego dico tibi⌋hoc est tui confessioni qua mihi dixisti, tu es Christus, vicissitudinem & p̃
mium reddo, & dico, dicẽdoq; facio, quoniam meũ dixisse fecisse est,⌊quia tu es Petrus⌋.i. prĩ
cipalis, & in fide firmus. Vel Petrus .i. vere Petre qui es Christi dignus confessor. Sic ergo
imponitur ei nouũ nomẽ propter fidei suæ cõfessionem. Et dicitur Petrus, qui Symon voca-
batur,⌊& super hanc petram⌋hoc est, fidei huius firmitatem & fundamentũ. Vel, super hanc
petrã quam confessus es, hoc est, super meipsum lapidem angularem, montẽ altissimũ, de q̃ ait
apostolus: Fundamẽtũ aliud nemo potest ponere, pter id quod positum est, quod est Christ⁹ Acto. 4
Iesus⌊ædificabo⌋hoc est spiritualiter collocabo ac confirmabo,⌊ecclesiã meã⌋id est, congre 1. Cori. 3
gationem fidelium, corda eorum per fidem, charitatem & gratiam mihi inseparabiliter con-
nectendo, ita vt omnes sint vnum corpus mysticum, vnaq; domus, iuxta illud Pauli apostoli:
Scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei viui, columna & fun
damentum veritatis, in hac igitur fide, quod Iesus est Christus, filius dei viui, fundatur atq; sal
natur ecclesia, præsertim cum in nomine Christi, tota superbeatissima trinitas intelligatur, vide
licet pater vngẽs, filius, vnctus, spiritus sanctus vnctio. Hinc Iohannes in canonica: Omnis (in
quit) qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est. Et rursus: Quis est qui vincit
mũdũ, nisi qui credit, quoniã Iesus est Christus⌊& portæ inferi⌋hoc est ea quæ ducũt ad pę
nas inferni, videlicet tentationes diaboli, doctrinæ fallaces, & vitia, vel ea quæ propter suam
pœnalitatem comparantur portis vel pęnis inferni, videlicet tribulationes aduersariorum, per
secutiones tyrannorũ, & reliqua præsentis vitæ incommoda,⌊nõ præualebũt aduersus eam⌋
id est, contra totam ecclesiam supra prædictã petrã spiritualiter ædificatam. Non enĩ poterũt
eam à fide auertere, à deo abstrahere, dæmonũ seruituti subijcere, quo se ad totam, hoc est, quã
C tum ad electos, in quibus præsertim consistit ecclesia, de quibus Iohannes: Omnis (inquit) qui
natus est ex deo, nõ peccat, sed generatio dei conseruat illũ. In eadẽ q̃q; epistola ait Iohãnes: Qui
natus est ex deo non peccat, finaliter scilicet, quoniam semen eius manet in eo. Talibus q ppe
Christus promisit: Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus, vsq; ad consummationẽ seculi, hãc Philip. 4
potestatẽ habet ecclesia, non à se per naturam sed gratiam Christi, de quo dicit Apostolus:
Omnia possum in eo, qui me confortat⌊Et tibi dabo claues regni cœlorum.⌋Huic loco pau
lisper immorari oportet. Primo ergo pẽsandum, q sicut in corporalibus, clauis vocatur instru
mentum quo ianua regulariter aperitur, ita in spiritualibus seu sacramento pœnitentiæ, cla-
uis appellatur potestas, qua obstaculũ ingrediendi regnũ cœleste aufertur. Hoc aũt obstacu-
lum duplex est, scilicet macula & reatus seu obligatio ad pœnã. Clauis ergo, vt nũc sumitur,
est potestas ligandi & soluẽdi, qua Ecclesiasticus iudex indignos excludit à regno, & dignos
ad illud admittit. Quæ potestas est in deo trinitate p authoritatem, in Christo homine p excel
lentiam, in ministris ecclesiæ per instrumentalem administrationẽ. Quidam vero dixerunt, q
sint duæ claues realiter condistinctæ, videlicet scientia infusa seu acquisita, per quam sacerdos
iudicat quis dignus, & quis indignus consistat, & potestas admittẽdi ad regnũ vel excludendi
à regno, sic tamen, vt scientia dicatur clauis minus principalis, & in ordine ad aliam clauẽ sine
qua nec clauis esset, & hæc videtur fuisse opinio magistri in libro quarto. Alij probabilius
dicunt, quod & cõmunius iam tenetur, quod non ipsa scientia, sed authoritas vtendi sciẽtia ad
discernendum inter bonũ & malũ, sit clauis, quæ potest esse sine scientia & econtra, quem

admo

admodū in secularibus iudicijs quidam habēt authoritatē iudicādi, nō habentes iuris scientiam, & quidam vice versa habēt sciētiam iuris, nō aūt authoritatē exercēdi iudiciū. Et clarum ē, quod sci- D
entia necessario exigitur ad debitū vsum clauis istius. Porro, Hieronymus ait hoc loco, quod sicut
Hierony. in veteri testamēto iubebātur leprosi ostēdere se sacerdotibus, vt si leprā haberent, à sacerdo-
Leui. 13 te immūdi fierent, nō quod sacerdotes legales leprosos faciāt, & immūdos, sed quod habeant notitiam leprosi & nō leprosi, possintque discernere, quis mundus vel immūdus sit. Quō ergo ibi sacerdos leprosum facit immūdum, sic in nouo testamēto ligat vel soluit. Epūs vel sacerdos nō eos qui insontes seu innocētes sunt, vel qui noxij, sed pro officio suo, cū pctōrum audierit varietates scit qui ligandus sit, vel qui soluēdus. ¶ Verum iuxta hāc assertionē, nō videretur sacerdos nouę legis (vt quidam obijciunt) maiorē habere efficaciā atque virtutē quam sacerdos legalis, nec sacramēta nouæ legis facerēt (vt videtur) quod significāt. Cōsiderādū ergo quod secūdū magistrū quarto libro Sententiarum, sacerdotibus nouæ legis cōmissa est authoritas remittēdi pctā, vel retinendi, nō vt propria authoritate hoc faciāt, sed dei operationē vitia remittētis ostēdant, quasi ipsius ministri, hæc autem ostensio tribus modis efficitur. Primo, ostēdendo eam nō vt præsentē, sed promittēdo tanquam futurā, sine hoc quod aliquid operetur ad eā, sicque sacramenta veteris legis ostendebant dei operationē & significabant eā. Vnde sacerdos legalis ostēdebat dūtaxat, nil operabatur ad culpæ remissionē. Secundo fit ostensio vt sacerdotes significent operationē dei tanquam præsentē, & nil operentur ad eam. Et ita aliqui asserūt, sacramēta nouæ legis solū ostēdere infusionē grāæ quam deus cōfert in sacramētorum dispēsatione, sicque potestas clauiū tm̄ ostenderet collationē gratiæ E
seu remissionē culpæ factā in sacramēto pœnitentiæ. Tertio, fit vt sacerdotes significēt præsentē operationē dei in remissionē culpæ, aliquid operādo ad eā instrumētaliter & dispositiue, quātū in ipsis est, licet interdum culpa sit ante remissa, & istud cōmunius nūc tenetur, quod s. virtute clauium minister ecclesiæ cooperetur, hoc modo ad remissionē peccati, quod etiā verbis Chri magis cō-
Iohan. 20 sonare videtur, quibus ait apud Iohānē: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retēta sunt. Vnde nūc quoque subiungitur: Et quodcūque ligaueris sup terrā, i. quēcūque à regno exclu- seris, excōicaueris, vel inabsolutū dimiseris, seruato recto processu seu debito clauiū vsu. Ait nempe theologus vltimo ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo, quod sacerdotes vti debēt virtutibus hierarchiæ sibi collatis, secundū quod diuinitas mouerit eos, quoniam agens instrumentale nō sortitur effica-
2. Cor. 10 ciam, nisi prout à principali agēte mouetur, propter quod dicit apostolus: Secundū potestatē quam data est mihi in ædificationē, nō in destructionē, erit ligatū & in celis, i. ratū & approbatum erit corā deo, & quodcūque solueris sup terrā, i. quēcūque in ecclesia militante absolueris, ad regnū admiseris, erit solutum & in cęlis, i. à deo dimissum erit & ratū, seruato (vt tactum ē) ordinato processu, vt vere pœnitens & cōtritus absoluatur, nō is qui in voluntate manet peccati, hāc autem potestatē Chrūs dedit aplis oībus (vt aliqui dicunt) quando post resurrectionē insufflauit in
Iohan. 20 eos & dixit: Accipite spm̄ sanctū, quorum remiseritis pctā, &c. Denique secundū Thomā, & alios mul-
Thomas tos, duæ præfatæ claues nō differunt secundū essentiā, sed per cōparationē ad actū, ita vt duæ dicātur propter actus diuersos. Imo secundum Thomā potestas ista, seu clauis realiter idem est quod character, seu ordo sacerdotalis vel virtus cōficiendi, & secundum hoc Chrūs dedit hāc potestatem apo-
Matt. 26 stolis in cęna quando ordinauit, i. fecit eos sacerdotes, dicendo. Hoc facite in meā cōmemorationē.
Matt. 8 Tūc Iesus præcepit discipulis suis vt nemini dicerent, quia ipse eēt Chrūs. ¶ Mirum videtur, cur Chrūs istud præcepit: Si enī noluit prædicari se esse Christum, cur misit & præmisit Iohannem Baptistā prædicare eius aduentū? Et cur ipsemet interdum respōdit se esse Christum, di- F
cendo: Ego veni in nomine patris mei & nō recepistis me? Et: Qui credit in me, nō morietur in æternum. Et: Ego & pater vnū sumus. Supra quoque capitulo decimo legitur, quod misit aposto-
Hierony. los prædicare suum aduentum. Ad quod Hieronymus, Ambrosius, alijque expositores diuersimode respōderunt, & satis obscure. Videtur aūt hoc modo posse respōderi, quod Christus noluit suum aduentum penitus publicari, ne sua passio impediretur. Quia si cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent. Noluit etiā suum aduentum penitus taceri & occultari, ne Iudæi excusationem haberent. Ideo per Annam prophetissam, per Symeonē iustum, per Magos, per præcursorem, per discipulos, per propria verba atque miracula, interdum insinuat se esse Chrm̄ secundum cōgruentiam causæ, loci & tpis. Vñ interdum præcepit miracula sua taceri, aliquā manifestari. Nunc ergo iussit taceri se esse Christum ne Iudæi audientes, quod esset filius dei & postea videntes eum occidi scandalizarētur, Idcirco iam subditur: Exinde, i. statim post hæc verba, in quibus ostendit se verum Christum, dei filium, verumque deum, habentem potentiam dādi claues regni cœlorum, cœpit Iesus ostendere, per scripturas prophetarum, vel alijs modis, discipulis suis, quia oportet eum ire, tempore præordinato atque præfixo à patre, Hierosolymā. hoc autem oportuit non necessitate coactionis, sed vt impleretur præordinatio dei qui per Chri-
Matt. 8 sti passionem proposuit mūdum redimere. Oportuit ergo necessitate conditionata, necessitate cōsequētiæ, & necessitate finis, multa pati, i. verba blasphema ac dira supplicia, à senioribus Iudæorū, & scribis & pharisæis qui erāt clerici Iudæorū, & principibus sacerdotū

Anna

Anna & Caipha⌊& occidi⌋vt implerentur scripturę,& vestra delicta soluerent,nõ ꝓpter ꝓ
priã culpã,sicut in Psalmo testat:Quæ nõ rapui tũc exoluebã,⌊& tertia die resurgere⌋hoc ad
A cõsolationẽ discipulorũ adiecit,ne ꝓpter passiõis eius auditũ incõsolabilr tristarent. Et assumẽs
eũ Petrus seorsum,ne magistrũ in pñtia discipłorũ arguere videret,qa nõ debet subditus supe
riorẽ suũ publice increpare. Vel, ideo sumpsit eũ seorsum,vt ei familiarius atq; audacius seu fi
ducialius loqueret, sicut moris est amicorũ in secreto securius colloqui,⌊cepit increpare⌋non
quasi de culpa,sed increpare.i.verbis reprimere ꝑ modũ dissuadẽtis⌊illũ⌋suũ ꝑ dilectũ magi-
strũ,à quo tã dulcia verba immediate audiuit:Beatus es Symõ Bar Iona.⌊Absit à te dñe⌋vt
tãta patiaris q culpã nõ habeas,cũ & pœna culpę debeat,⌊nõ erit hoc⌋malũ pœnæ⌊tibi⌋in
noceñ.Ex quo patet,q Petr⁹ nondũ agnouit ex scripturis,q Chřũs pro mũdi salute fuerit oc
cidẽdus.⌊Qui cõuersus⌋.i.vultũ suũ ad Petrũ cõuertẽs,vt eũ districtius increparet,& aspectu
suo terrifico pterreret.Nam ꝑ tristitiã vultus corrigitur animus delinquẽtis,⌊dixit Petro:Va
de post me⌋.i. sensum tuum relinque,& sequere me,volũtatẽq; tuã cõforma ꝑordinationi di
uinæ,⌊Satana⌋.i.aduersator meus,imo oĩm inimice,quantum ad hoc q passionẽ meã ex qua
mũdi salus dependet niteris impedire,& meo sermoni conaris resistere.⌊Scandalũ es mihi⌋.i.
quantũ in te ẽ,suggeris mihi malũ culpæ,& occasionẽ ruinæ,vt nõ obediã deo patri,q decre
uit mea passiõe mũdum saluare,⌊quia nõ sapis ea quæ dei sunt⌋Diuina nondũ intelligis,nec se
cundũ deũ afficeris,habendo cognitionẽ formatã ac sapidã,affectiõesq; spũales sc̃dm influẽtiã
spũs sancti.Sic quoq; ait Apłus: Aĩalis homo nõ pcipit ea q̃ sunt spũs dei.⌊sed ea q̃ hoim⌋
hoc ẽ,humanũ sensum & naturalẽ affectũ sectaris,optando ne patiar.¶ Ex naturali ergo amo
re,& quadã pia cõpassione Petrus hæc dixit:Nec peccauit mortalr.¶ Prętere a cõstat ex his q
sicut Iesus bläd⁹ erat in cõmẽdãdo q̃ bona sunt, sic terribilis erat in increpãdo illicita,q̃d sc̃dm
cõgruẽtiam loci.causę,ac tpis imitari debet ꝑlatus,& oĩs Christi vicarius. Veritas eñ nemi-
nem palpat. Vnde ad Titũ dicit Apłus:Dure increpa illos.Non tamẽ semper hoc expedit,ꝓ
B pter q̃d dicit Apłus:Seruũ dñi nõ oportet litigare,sed docibilẽ esse ad oẽs,patientẽ,cum mode
stia corripiẽtem.⌊Tũc Iesus dixit discipulis suis⌋& etiã alijs. Vnde Lucas ait:Dixit aũt ad oẽs
Et Marcus:Cõuocata(inqt)turba cũ discipulis suis dixit ad eos:⌊Si qs vult post me venire⌋
hoc ẽ,mea vestigia sequi,meis virtutibus cõformari,ad pfectionẽ pertingere,ad patriã cœle-
stẽ post me intrare⌊abneget semetipm⌋.i. propriam volũtatẽ relinquat,deo obediat,concu-
piscẽtias vincat,hoc ẽ,sc̃dm Apostolũ,deponere veterẽ hominẽ cũ actib⁹ suis,& induere no-
uum,qui sc̃dm deũ creatus est in sanctitate & iustitia,⌊& tollat crucẽ suã⌋hoc est,tribulatio-
nes,aduersitates,tẽtatiões,æquanimiter atq; viriliter pferat,seipm q̃tidie ꝑ opa pœnitẽtiæ mor
tificet,& oĩe genus martyrij pro fide & æquitate pati paratus sit, quẽadmodũ scriptum est:
Quoniam propter te mortificamur tota die,propter quod Paulus: Semp(inquit)mortificatio
nem Iesu in corpore nostro circũferẽtes,vt & vita Iesu manifestetur in carne nřa mortali,hoc
agit qui sapiẽter pẽsat illud Apostoli:Non sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad futuram
gloriã. Et:Omnes q volũt pie viuere in Christo,psecutionẽ patiẽt,⌊& sequatur me⌋pseuerã
do ĩ bonis vsq; ad finẽ.Istud ad omnes ptinet.Qm̃ teste Iohãnes:Qui se dicit ĩ Christo mane
re,debet sicut ille ãbulauit,& ipse ãbulare.Si vero quod dictũ ẽ:Abneget semetipsum,itelligat
sic,vt propriam voluntatem prorsus abijciat, obediẽtiã promittẽdo, homini superiori pro-
pter deum,tunc erit cõsiliũ.⌊Qui eñ voluerit⌋voluntate pfecta & efficaci,quæ ꝓcedit in op⁹
dum potest⌊animam suam saluam facere⌋hoc ẽ,à damnatione æterna eripere, atq; ad verã
felicitatem perducere,⌊perdet eam⌋.i.in ꝑsenti vita eam vitaliter, salubriterq; occidet,priua-
tum amorem extirpãdo,delectabilis huius vitæ spernẽdo,& animã propriã propter Christũ
in oĩb⁹ affligendo, vel morti corporali eam exponẽdo propter iustitiã,ita vt cũ Apostolo
dicere possit. Viuo aũt iã nõ ego, viuit vero in me Chřus.i.nil ago sc̃dm priuatũ amorẽ,sed
oĩa secũdũ charitatẽ diuinã,ꝓpter vitã æternã. ¶Porro iste fuit verus ac proprius intellectus
C huius scripturæ innotescit ex eo quod subditur:⌊Qui aũt pdiderit animã suã,⌋hoc modo eã
despiciẽdo & affligendo,quasi nõ esset sua,⌊propter me⌋.i.amore mei, & ad hoc vt præmiũ
cõsequat à me,⌊inueniet eã⌋.i.ĩ futuro seculo ipsam saluã habebit,ac feliciter possidebit iuxta
illud:De cœlo ista possideo,sed ꝓpter deũ nunc ista despicio,quia in futuro ea recipere spero,
ad hoc ptinet quod alibi ait Saluator:Qui amat animam suam in hoc mũdo,in vitam æternã
custodit eam.Sic ergo debet homo animã suam salubriter pdere propter suipsius salutẽ,cui⁹
ratio assignatur.⌊Quid eñ prodest homini,si vniuersum mũdũ lucretur⌋omnia temporalia
acquirẽdo,delicijs affluendo,alios sibi subijciẽdo,vel etiã alijs prædicando ac ꝓficiendo,⌊aię
vero suæ detrimentum⌋.i.damnationẽ, casum seu nocumentum in spiritualibus⌊patiatur⌋p
negligẽtiam propriam,nõ faciẽdo quæ docui.Imo nõ solũ nõ proficit,sed plurimum deficit
pdendo bonum spirituale ꝓpter corporale, felicitatem æternam,propter rem temporalem
¶Ordo ergo charitatis requirit,vt vnusquisq; post deũ primo ac maxime amet seipsum ĩ deo
& proprie satagat prouidere saluti,sciẽs quoniam vnusquisq; onus suũ portabit, & pro seipso
reddi-

redditurus est ratione, veruntamen multi sunt qui docēt & nō faciunt, q aliorum magis ꝙ pro-
Galat.6 prios obseruant, pōderant, increpantq; defectus, qui totū mūdū volunt saluare, & tamen pal-
Math.23 pant seipsos, talibus clamat apostolus: Qui alium doces, teipsum non doces? Qui gloriaris in D
Roma.2 lege per præuaricationē legis deū inhonorans. [Aut quam dabit] hoc est, dare poterit, [ho
mo commutationē] .i. redēptionē seu pretium, pro anima sua, [si contigerit eam damnari?
Nullā vtiq;. Ideo nil proficit si totū mundū lucretur, & eam neglexerit, Propter qd ait Psalmi
sta: Non dabit deo placationem suā, & pretiū redēptionis animæ suæ. Iob quoq; ait: Non cre
dat impius frustra, q aliquo pretio redimendus sit. Exteriorum vero rerum dāna potest homo ali
qua cōmutatiōe recōpensare ac recuperare. Quod autē homo nō possit aliquam cōmutatio-
nem dare pro anima sua, ostenditur ex districtiōe diuini iudicij. [Filius enim hominis venturus
est] in die nouissimo ad iudicium, [in gloria patris sui] .i. in maiestate & potestate, quam ha-
bet à patre, [cū angelis suis] q tūc visibiliter apparebūt secūdum Gregori, & [tūc reddet vni-
cuiq; secundū opa eius] .i. secundū exigētiā meritorum suorum p opa, omnē actum interiorē &
exteriorē intelligēdo, videlicet cogitationes, affectiones, locutiōis & opationes, imo & operum
debitorum omissiones, qa & arbor quæ non facit opa bona, excidetur & in ignē mittetur, multi tamen
saluabuntur sine opibus proprijs. s. pueri baptizati ante discretiōis annos defuncti. Loquitur
ergo saluator de adultis & rōne vtentibus. Hinc scriptū est in Iob: Absit à deo impietas. Opus
enī hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet. Sed qm̄ dura erāt quę de Chri passio
ne, eiusq; imitatiōe prædicta sunt, & discipuli eis auditis tremefacti ac desolati fuerunt, idcirco
subditur consolatio pia qua ipsis promittitur visio ei⁹ in p̄senti seculo, quod in futuro visuri sunt.
[Amen dico vobis, sunt quidā de hic stātibus] .i. qdā discipulorum meorum, [q nō gustabūt mor
tē] hoc est, morituri nō sunt, [donec videāt filiū hominis venietē in regno suo] .i. ascenden-
Acto.1 tē ad regnū cœleste, qd omēs apostoli in die ascensiōis viderūt. Vel, venientē in regno suo .i.
in ecclesia militante in qua Christ⁹ spiritualiter venit p gratiosam inhabitationem & piā subuē
tionē, qm̄ post resurrectionē numerus credentium quotidie mirabiliter augebat. Adhuc nanq;
Matt.17 viuentibus apostolis prædicata atq; recepta fuit fides p om̄es principales partes mundi. Vel,
venientem in regno suo, hoc est, apparentem in tali claritate qualem habebit in regno cœlesti. E
Talē qppe viderūt eum Petrus, Iacobus & Iohannes in transfiguratiōe. Vel, in regno suo. i. in
corpore glorificato, in quo semp regnabit. In illo enī viderunt eū discipuli post resurrectionē
qūis non apparuerit eis in forma gloriosa.

¶ Explanatio Capituli Decimiseptimi. Et post dies sex assumpsit Iesus Petrū
& Iacobū & Iohannē fratrē eius. Art. XXX



VI id quod in fine p̄cedentis capituli Christus promisit de visione sui in
regno suo exponūt de visione Christi in forma gloriosa, dicūt q in huius
capituli exordio ostenditur Chr̄s illā promissionē implesse, [Et post di-
es sex] à promissione & sermocinatione in p̄cedenti capitulo factis, [as-
sumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannē fratrem eius] Tanquam
familiariores & chariores, qui & resuscitationi puellæ interfuerunt, & no
cte passionis à Christo assumpti atq; seorsum ducti fuerunt. ¶ Quidam
sentire videntur, quod Iacobus qui transfigurationi interfuit, fuerit Iacobus primus Hieroso-
lymitarum episcopus. s. Iacobus filius Alphæi. Sed quia hoc loco aperte asseritur, q fuerat Ia
cobus frater Iohannis, simpliciter dicendū, quod fuit Iacobus maior filius Zebedæi ab Hero-
de occisus. Quandocunq; aūt doctores catholici aliud asserunt cuius cōtrarium manifeste ha-
betur in scriptura canonica, certum est, q dicant hoc non recolentes nec attendentes, quemad
modum scriptura sacra contineat. Et si eam attendissent, nequaq̄ sic affirmassent. Vnde in tali
bus non oportet deliberare, quid respondeatur. ¶ Quæritur, qūo dicat Matthæus, post dies
sex, assumpsit Iesus, &c. cum Lucas dicat: Post dies fere octo. Respondendū, q Lucas connu-
merat diem prædictæ promissionis & diem impletionis. Matthæus vero & Marcus dies in-
termedios coputāt, [& duxit illum in montem excelsum] videlicet in montē Thabor [seor-
sum] ab alijs discipulis [& transfiguratus] hoc est in splendidiorem formam seu gloriosio-
rem figuram ac qualitatem mutatus est, [ante eos] videlicet in conspectu eorum quibus F
ostendere voluit gloriam, quam ipse post resurrectionem fuerat habiturus, quam dabit in re
surrectione futura suis electis. Ideo tres assumpsit vt in ore trium testium staret huius trans-
Deute.17 figurationis testimonium, & propter sanctæ trinitatis mysterium designandum, & pro-
pter ternarij numeri perfectionem. Omnia nanq; super tria ponimus secundum philosophū.
In hac transfiguratione Christi, nec substantia suæ humanitatis, nec quantitas sui corpo
ris est mutata. Sed qualitas dignior seu claritas admiranda superinducta est corpori.
[Et resplenduit facies eius sicut sol.] Si illa claritas tanta fuit, quanta post resurrectionem
Mat.13 erit, dubium nullum est, quin facies eius incomparabiliter clarior fuerit sole, præsertim cum
de cæteris scriptū sit: Quia fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. ¶ Deniq; secūdū cōmune

dictū

dictum doctoꝝ in resurrectione futura dotes corpoꝝ glorificatoꝝ, erunt ex redundantia be-
A atitudinis animaꝝ in corpora, quod intelligendũ videtur per modũ causæ meritoriæ, nõ effe-
ctiuæ ex parte animaꝝ. Anima autẽ Christi in primo instãte suæ creatiõis ac vnionis cũ verbo
erat vere ac fruitiue beata. Idcirco nisi ex diuinę dispẽsationis moderamine retracta atq; dila-
ta fuisset redundãtia beatitudinis aĩæ eius in sacratissimũ corpus ipsius, oẽs quatuor dotes cor-
poris gloriosi fuissent in corpore Christi à primo suæ formationis instãti, sed fuit dispẽsatiue di
lata, ⌊ aliquãdo tñ fuit permissa. s. in transfiguratione. ¶ Porro secũdum Hugonẽ, Christ⁹ ante
passionẽ successiue seu diuersis tẽporibus assumpsit quatuor corporis dotes, videlicet, Subtilita
tem in natiuitate egrediendo de clauso dulcissimæ virginis vtero, Agilitatẽ ambulando super
aquaꝝ fluenta, Claritatẽ in transfiguratione, Impassibilitatẽ in cõsecratione seu porrectione Iohan. 6
corporis sui in cœna. Alij tñ communiter tenẽt oppositũ, maxime quantũ ad dotẽ impassibi- Matt. 19
litatis tẽpore cœnæ. Tale eñ corpus dedit apostolis, quale tũc habuit. Et cũ de ratione dotis sit
vt habeatur & insit ꝑ modũ qualitatis fixę ac ꝑmanẽtis, nõ transeuntis, propterea claritas ista li
cet secũdũ essentiã fuerit eiusdẽ rõnis cũ claritate q̃ ponit dos, tñ nõ habuit ibi modũ, rationẽ'q;
dotis, q̃a nõ inerat ꝑmanẽter. ⌊ vestimẽta aũt eius facta sunt alba sicut nix. ⌋ De modo huius
albefactionis dubitatio est. Augustinus eñ videtur asserere, ꝙ claritas seu albedo apparens in Augusti
vestibus, nõ erat subiectiuę in eis, sed ex illustratione aeris, candidæ apparebãt ac albæ, quem-
B admodũ ea pars cœli cui sol est vicinior. Veruntamen satis probabile est, ꝙ ad declarandam
futurã glorificationẽ corpoꝝ electoꝝ in se & in mansionibus suis, etiã vestimẽta Chri fuerũt
veraciter immutata & clarificata, q̃d & scripturis magis cõsonare censet. Scribit nãq; in Mar-
co sic: Vestimẽta eius facta sunt splendẽtia & candida nimis velut nix, qualia fullo super terrã Marci 9
nõ potest candida facere. Et Lucas: Vestitus (inquit) eius factus est albus refulgens. Hoc quoq;
sentit Hieronymus, si verba eius bene pensentur, Ait eñ, ꝙ in trãsfiguratione nõ est substãtia Lucæ 9
mutata, sed splendor vultui additus, quod probat eo ꝙ substãtia vestium nõ sit mutata, quæ ta Hierony
men splendidæ factæ fuerũt. Claꝝ est autem, ꝙ argumentatio ista nulla esset, nisi & vestes ve-
re clarificatæ fuissent, hoc quoq; sciendũ, ꝙ licet Lucas dicat, quod spẽs vultus Christi facta sit Lucę 9
altera, nõ tamẽ sic intelligendum est, quasi sola facies sit clarificata, sed tota caro, quemadmo
dũ in resurrectione futuꝝ est. ⌊ Et ecce, ⌋ res valde notabilis, nam ⌊ apparuerunt eis, ⌋ videli-
cet Petro, Iacobo & Iohanni, ⌊ Moyses & Helias. ⌋ Hi prę cęteris cũ Christo affuerũt, Primo,
vt ꝑ Moysen vere defunctũ & Heliã nondũ mortuũ ostẽderetur Chrũs iudex ac dñs viuorũ &
mortuoꝝ. Secũdo, ꝓpter specialẽ cõformitatẽ eoꝝ cũ Christo: nam sicut Moyses veteris sic Actor. 10
Chrũs nouæ legis est collator, & Helias, secundũ eius ꝑcurret aduentũ. Tertio, ad designãdum Num. 12
Chri ꝑfectionẽ, ꝑ Moysen nẽpe qui mãsuetus erat præ oĩbus hoĩbus habitãtibus super terrã. 3. Re. 19
Et Heliam rigorosissimũ, qui surrexit velut ignis & maximus diuini honoris ac legis fuit ęmu-
lator, significatur, ꝙ Chrs simul mitissimus atq; iustissimus fuit, & in tm̃ zelat⁹ ẽ pro patris ho-
nore, vt transgressores cõstãtissime increparet, & propter patrem glorificandũ pro hoĩm salu
te vitã suã exponeret morti. Quarto, propter immintẽiam dignitatis ac miraculoꝝ & sanctita
tis Moysi & Heliæ. Quinto, vt ostendat Chrũs nõ esse legis solutor, sed impletor, & propheta
rũ verificator, cuius oppositũ imposuerũt ei Iudæi. Insup Moyses & Helias vere & ꝑsonaliter
aderant nõ secundũ similitudinẽ quandã, vel angeli in forma eoꝝ, vt aliqui dicũt. De Moyse Matth. 5
eñ aliqui dicunt, ꝙ surrexit ad horã apparẽs in proprio corpore, q̃d videt esse de mẽte Hiero- Hierony
C nymi, qui ait, ꝙ Moyses resurrexit ab inferis. Alij probabilr dicunt, ꝙ apparuit in corpore as-
sumpto & sibi adaptato, eo modo quo angeli. De Helia vero certũ est, ꝙ diuina virtute, forsan
angelico ministerio adductus sit de paradiso terrestri, sicut subsistit in anima & corpore, tamẽ
vterq; eorum apparuit tunc in magna claritate, & ampliori q̃ Helias ante vel postea habuit,
Vnde Lucas ait, ꝙ apparuerũt cũ Chro ĩ maiestate, ⌊ cũ eo loquetẽs, ⌋ sermocinationis illius Lucæ 9
materiã exprimit Lucas. Et dicebãt excessum quẽ cõpleturus erat in Hierusalem. i. de Christi
passione loquebantur, cũ Chro grãs referendo, & pro mũdi salute orando, de Iudæorũ quoque
peruersitate dolendo ac admirãdo. ¶ Dicit aũt passio Chri excessus propter eius excessiuũ do
lorem, & quia ex amore excessiuo ad nos, pati dignatus est, vel propter excessiuã impietatẽ Iu
dæoꝝ in eũ. ⌊ Respõdens aũt Petrus, ⌋ qui verba Moysi & Heliæ audiuit de Chri passione, vt
aliqui dicunt, tamen Lucas habet, ꝙ Petrus & qui cũ eo erãt somno erãt grauati, & anteq̃ Lu
cas describit euigilationẽ eoꝝ, recitat de colloquutione Chri, Moysi atq; Heliæ. Vnde certũ Ibidẽ
non habeo, an colloquentium verba audierit, quę tamen postea eum cognouisse ex reuelatiõe
certissimum est, ⌊ dixit ad Iesum: Dñe, bonũ, ⌋ id est delectabile & honestum ⌊ est, nos ⌋ sex, vi
delicet te Moysen, Heliam, & nos tuos discipulos, ⌊ hic esse, ⌋ videlicet in monte, vt videamus
te in tãta maiestate & gloria, Moysen q̃q; & Heliam excellẽtissimos viros in tãto decore. ⌊ Si
vis. ⌋ Reuerẽter & sobrie loquitur Petrus, quãtũ ad hoc q̃d defert dño suo, nõ absolute, sed cõ
dicionaliter loquẽs, quia inferior suam semꝑ debet voluntatẽ subijcere beneplacito dñi sui in lici- Matt. 26
tis & honestis. Vnde & Chrũs in passione orauit: Pater si vis (inquiẽs) transfer calicem istum à

L me,

me,⌊ faciamus hic tria tabernacula⌋.i.habitacula in quibus stabiliter perseueremus, forte talia
Leui.23 tabernacula voluit facere,qualia habebant in veteri testamēto,videlicet de frondibus atq; ten D
torijs q̄ facile fiunt,⌊tibi vnū,& Moysi vnū,& Heliæ vnū.⌋Quarta nō dixit,faciam⁹ hic sex
tabernacula? Forte ideo,q̄a putauit in illis tribus tabernaculis se & duos cōdiscipulos suos teci
Lucæ,9 pi posse ac cōmorari,sic tñ,vt ipse esset in tabernaculo sui magistri charissimi.Secundū Lucā
Marci.9 & Marcum,Petrus hæc dixit,nesciens quid diceret,q̄a præ excessiua dilectiōe,dulcedine & de
uotione in Christum loq̄bat̃ q̄si in extasi,& sine cōsideratiōe cōsiderandoꝝ.Nihilominus se
cundum Marcum,causa huius nesciētiæ fuit nimius timor ex insolito visu.Timor autē̃ imode
Iob. 9 rat⁹ impedit valde vsum rationis & linguæ,iuxta illud Iob:Auferat dñs à me virgā suā,& pa
uor eius nō me terreat.Neq; enī possum metuēs respōdere.Nihilominus ordinata tristitia,vel
Esaiæ 26 nō multum excessiua,cōfert ad veritatis cōtēplationē,iniq̄tum dissolutionē,vanitatē,& incōsi
deratā libertatē aufert,ꝓpter q̄d Esaias inquit:Dñe in angustia requisierunt te,in tribulatione
murmuris doctrina tua eis.¶Scd̄m Hieronymum,Petr⁹ hæc dicēs errauit.Primo enī errasse
videt̃,q̄ in cōtēplatione humanitatis Christi voluit cōtentari siue quiescere,cum tamē beatitu
do in diuinitatis suæ cōtēplatione essentialr̃ sita sit,q̄ tunc Petrus nō vidit.Secundo,q̄ in ter-
Hebr. 13 ra & nō potius in cœlo locum mãsionis quæsiuit,cum tñ dicat Apl̃us:Nō habem⁹ hic manētē
ciuitatē,sed futurā inq̄rimus.Tertio,q̄ alioꝝ discipuloꝝ obliuisci videbat̃,& de p̄sentium con
tentari salute.Sed vtcu; si Petrus voluit ibi ad tēpus cum Chr̃o sic transfigurato cōmorari,
nō penit⁹ errasse dicēdus est.⌊Adhuc eo.⌋videlicet Petro⌊loquēte⌋verba p̄dicta,⌊ecce nu E
bes lucida⌋.i.pulchra & clara,nō ex grossis vaporibus causata, sed talis q̄lis recepit Iesum in
Actorū.1 hora ascensionis ab oculis discipuloꝝ,vt in Actis legit̃,⌊obumbrauit⌋.i.tēperanter operuit
⌊eos.⌋Difficile forte apparet ad q̄s referendum sit hoc,Immediate q̄m de Chr̃o, Moyse &
Helia est mētio,sicq; videt̃ obumbratio ista referēda ad eos.Veruntñ si ea q̄ Lucas scribit dili-
Luc. 9 gēter pēsemus,inuenim⁹ Moysen & Heliā ante nubis apparitionē recessisse,nā ibi habet̃,q̄
cum Moyses & Helias discederēt,Petrus dixit:Bonum est nos hic esse.Nubes ergo obumbra-
uit eos.i.Petrum,Iacobum & Iohānē,ne oculi eoꝝ claritate corporis Chr̃i oīno repcutent̃ &
Matth. 3 obtunderent̃,⌊Et ecce vox⌋patris⌊de nube⌋sonuit,⌊dicens:Hic est fili⁹ meus dilectus,in q̄
mihi bñ cōplacui.⌋Hoc ip̄m supra scriptum ac diligenter expositum est,⌊ip̄m audite⌋auri-
b⁹ cordis & corporis,q̄m ipse est veritas īfallibilis,sapiā īcreata,magister p̄fectus,doctor salui
Iohan. 5 fic⁹,q aīt:Qui audit verba mea,& credit ei q misit me,habet vitā æternā. Hunc magistrū esse
Deute.18 audiēdū,prænūtiauit Moyses in Deut.Prophetā(inquiens)suscitabit vobis dñs,tāq̄ me ipsum
audietis,& erit oīs qui nō audierit verba ꝓphetæ illi⁹,exterminabit̃ de populo suo.Denīq; simi
lis apparitio & testificatio factæ sunt ī Chr̃i baptismo ac trāsfiguratiōe,vtrobiq; nāq; ostensa
est trinitas sup̄bñdicta,videlicet pater in voce,q̄ angelico ministerio credit̃ formata, Filius in
humanitate,Spūs sanctus ibi in specie colūbæ,hic aūt in nube,Quemadmodū enī spūs sanct⁹
p columbā designat̃ ꝓpter simplicitatē & innocētiā,cæterasq; bonas ꝓprietates columbæ:sic
figurat̃ per nubē,quia vt nubes refrigerat & defendit à solis calore,sic spūs sanctus ab igne cō-
cupiscētiæ & ōnium tētationū feruore,ꝓpter q̄d in Esaia p nubē exprimit̃ gr̃a spūs sancti,cū
dicit:Creabit dñs sup omnē locū mōtis Siō,& ibi inuocatus est,nubē p diē.Cum ergo Chr̃s sit
nobis causa gr̃æ in p̄senti,& gloriæ in futuro,idcirco in eius baptismo & transfiguratione ap
paruit trinitas,& pr̃ de filio testimonium ꝓtulit,quia baptismus Chr̃i fuit figura & causa no-
stræ regeneratiōis,q̄ in p̄senti renascimur grām acquirēdo,eius trāsfiguratio figura fuit no- F
stræ glorificatiōis in futuro.Vnde per nubē lucidā hic apparentem,intelligi potest claritas vi
sionis diuinæ,q̄ electi ob oī aduersitate tutant̃, iuxta illud Apocalypsis & Esaiæ, Nō esurient
neq; sitient amplius,& nō p̄cutiet eos æstus & sol.⌊Et audientes discipuli⌋vocē q̄ deus maie-
statis de nube intonuit,⌊ceciderunt in faciem suā⌋more ꝓphetaꝝ qui frequenter corruisse
legunt̃ auditis sermonibus reuelationis diuinæ,⌊& timuerūt valde,⌋quia hoc naturale est vt
homo ꝓpter suæ naturæ fragilitatem terreat̃ auditis diuinæ maiestatis sermonibus.Hinc ī Ex
odo filij Israel dicūt ad Moysen:Loq̄re tu nobis,& audiemus,nō loq̄t̃ nobis dñs,ne forte mo
riamur,Et in Deu.habet̃:Quid est oīs caro vt audiat vocem dñi dei viuentis?⌈Et accessit Ie-
sus & tetigit eos,⌋Moyse & Helia iā ad loca sua vnde adducti erāt reuersis,⌈dixitq; eis:Surgi
te⌋nō solū à terra,sed & à pristina imp̄fectiōe,⌈& nolite timere,⌋inordinato pauore ꝓpter
vocem cęlestem,sed potius de vestræ fidei certificatiōe,& mea dignitate vobis iā reuelata,gau
dete sicut Daniel & Ezechiel tactu angelico se leuatos & cōfortatos fuisse testāt̃.⌊Leuantes
aūt oculos suos⌋apostoli,⌊neminem viderūt,nisi Iesum solū,⌋Abierūt etenī Moyses & Heli
as ante p̄dicta,ne vel ab eis vel ad aliquem eoꝝ crederet̃ vox facta de nube.⌊Et descenden-
tib⁹ illis de mōte,p̄cepit eis Iesus,dicens:Nemini dixeritis visionem⌋.i.q̄d iā in mōte vi-
distis,⌊donec filius hoīs à mortuis resurgat.⌋Hoc Christ⁹ p̄cepit.Primo vt doceat nos oc
cultare ꝓpriam excellētiam,q̄usq; ī p̄senti viuim⁹ seculo.Secūdo,ne res illa ꝓpter suam ma
gnitudinem putaret̃ icredibilis.Tertio,ne tp̄e passiōis grauiter scādalizēt̃,qui ātę dificari pote

rant

rant ex transfiguratiõis reuelatione. ⌊Et interrogauerũt eũ discipuli, dicẽtes. Quid ergo dicunt
A scribæ, ꝙ Heliã oportet primũ venire? ⌋Si transfiguratio ista glorificatio tua est, quõ dicũt do-
ctores Iudæorũ, ꝙ Helias venturus est primũ, i. antequã appareas in gloria? Nouerãt scribæ ex te-
stimonio Malachiæ, ꝙ Helias pcedet secũdũ Chri aduetũ, seu diẽ iudicij, in q̃ Chrũs gloriosus
oibus monstrabit. Qm ergo pdicti tres apostoli transfigurationẽ Chri quã viderãt, putabant
esse gloriã in qua ad iudicandũ ventur⁹ est, ita ꝙ transfiguratio illa esset indiciũ cõsummationis
mũdi atq; extremi iudicij de proximo imminẽtis, ideo sciscitabant Christum, q̃liter intelligen-
da esset scribarũ assertio de aduẽtu Heliæ ante diẽ iudicij. Viderãt quippe Heliã, sed mirabant,
ꝙ tã subito abijt, quẽ scribæ testant manifeste venturũ & pdicaturũ Iudæis. Interrogatio igit
apłorũ ex q̃dam errore procedit, qa putabãt instare diẽ iudicij, finẽq; seculi. Chrũs tñ clemẽter
instruit eos, sicut subiungit. ⌊At ille respõdens, ait illis, ⌋videlicet Petro, Iacobo & Iohãni, ⌊Heli-
as quidẽ venturus est, ⌋quẽadmodũ scribæ affirmãt, qa secũdũ meũ pcurret aduentũ, sicut Io-
hãnes primũ, ⌊& restituet oia ⌋, i. totũ genus Iudæorũ reducet ad deũ, cõuertẽdo eos ad Chri-
stũ. Aperiet nãq; Antichristi mẽdacia, q̃ facto Iudæi fidẽ recipiẽt. Vnde i Malachia legit. Cõ-
uertet cor patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres. Sic ergo ait saluator, Helias restituet oia, q̃o
alibi de se pmittit, Si exaltat⁹ fuero, oia trahã ad meipsum. Helias aũt minister erit restitutiõis illi⁹
nõ actor principalis, sed instrumentalis. ⌊Dico aũt vobis, qa Helias iam venit, ⌋nõ psonaliter,
sed æquiualẽter, videlicet alius in virtute & spũ eius. ⌊Et nõ cognouerũt eũ ⌋Iudæi increduli. s.
scribæ, sacerdotes ac pharisæi, dicẽtes de Iohãne, qa dæmoniũ habet. Et q̃uis Herodes & alij
quidã maligni aliq̃liter Iohannẽ nouerũt, (Sciebat enĩ Herodes ꝙ esset vir iustus & sanctus) di-
cunt tñ eum nõ cognouisse. Primo, qm nescierũt ꝙ esset Christi pcursor. Secundo, qm docu-
menta & opera eius finaliter reprobauerunt, ⌊sed fecerunt in eum quæcũq; voluerũt ⌋, i. multi-
pliciter psequuti sunt ipm, Nã & Herodes de cõsensu & forsan cõsilio scribarũ, pharisæorũ ac
sacerdotũ, Iohãnẽ incarcerauit & decollauit, ⌊Sic & filius hoïs passur⁹ est ab eis, ⌋ supplicium
B crucis, quia in passiõe idẽ Herodes spreuit Christũ, albaq; veste illusum reddidit volũtati Pilati,
qui tandẽ procurãtibus Iudæis crucifixit Christũ. Deniq; Chrs loquitur de diuersis iniustis ge-
neraliter, quasi de eisdẽ, secundũ ꝙ vna ponit generatio omniũ reproborũ, cui ait saluator. Ve-
nient hæc oĩa. s. oĩs sanguis innocẽter effusus, sup generationẽ istã. ⌊Tunc intellexerũt discipu-
li ⌋tres pdicti, ⌊qa de Iohanne Baptista dixisset eis ⌋illa, q̃ de pterito Heliæ aduẽtu narrauit, p
Heliã intelligẽdo ac designando Iohãnẽ, ppter proprietatũ similitudinem, nõ propter perso-
næ vnitatẽ. Nam & Ioãnes à Iudæis interrogatus, Helias es tu, respondit. Non.

¶ Explanatio residuæ partis hui⁹ capituli, ab eo loco quo dicitur: Et cum
venisset Iesus ad turbam. Arti. XXXI.

ET cum venisset Iesus ad turbã ⌋videlicet die sequẽti à trãsfiguratione pdicta, ⌊acces-
sit ad eũ hõ genib⁹ puolutus ⌋, i. genua flectens ⌊ante eũ, dicẽs: Dñe miserere filio
meo ⌋liberãdo eũ à sua miseria, ⌊qa lunatic⁹ ẽ ⌋, i. secũdũ lunatiões seu tpe noui lunio-
rũ furit tãq̃ arrepticius, ⌊& male patit ⌋, i. dire vexat à dæmone. Cur ãt aliqs nuncupe-
tur lunaticus, plenius dictũ ẽ supra. ⌊Nã sæpe cadit in ignẽ & crebro in aquam ⌋, i. à diabolo
ipm apprehendẽte in ignẽ & aquã pijcit vt occidat. Vnde Marc⁹ clarius dicit. Vbicũq; apph-
hẽderit eũ spũs, allidit eũ & spumat & stridet dẽtib⁹ & arescit. ⌊Et obtuli eum discipulis tuis ⌋
nõ tñ Petro, Iacobo & Iohanni, sed eis q transfigurationi nõ interfuerunt, ⌊& nõ potuerunt
curare eum ⌋à pdictis incõmodis & à dæmonio, hui⁹ impotẽtiæ causa fuit, tã incredulitas pa-
tris q̃ discipulorũ, sicut dicet. ⌊Respõdens aũt Iesus, ait: O generatio incredula & puersa ⌋, i. infi-
deles & iniqui, hoc dicit ad patrẽ lunatici & ad similes ei, ⌊quousq; ero vobiscũ ⌋, s. inter vos
corporaliter cõuersando, ⌊vsqueq̃ patiar vos? ⌋, i. incredulitatẽ, peruersitatẽq; vestram, qua-
si dicat, nõ diu. Vel hoc dicit, significans se desiderare reuerti ad patrẽ, & vt malos digne redar-
guat, ac suæ iustitiæ zelum ostẽdat, seq; de hoïm prauitate mõstret dolere. Nõ autẽ dicit hæc
C q̃si impatiẽs & tædio victus, vel q̃si ante temp⁹ diuinitus pordinatum mori desiderans, sed po-
tius loqt affectu ac more prudentissimi medici, qui cõtrariantibus suæ artis remedijs duri⁹ loq-
tur. ⌊Afferte huc illum ⌋lunaticum ⌊ad me, ⌋vt curatio & modus suæ curationis omnib⁹ in-
notescat, ideo fecit eum Christ⁹ adduci ad se, quẽ vtiq; poterat curare absentẽ. ⌊Et increpauit
illum Iesus, ⌋vel puerum eo q̃d aliquid forte cõmisit, propter q̃d diabolus in eum potestatem
accepit, vel (q̃d verius est) dæmonem. Vnde Marcus ait: Cõminatus est spiritui immundo. &
Lucas: Increpauit (inquit) spm immundum, & exijt ab eo dæmonium, q̃d scdm Marcum erat
surdum & mutum, qm fecit puerũ surdum & ad loquendum impotẽtẽ, ⌊& curat⁹ est puer ⌋
à dæmonio, à surditate & mutitate, ⌊ex illa hora, ⌋qua Iesus dæmoni iussit exire à puero.
⌊Tunc accesserũt discipuli ad Iesum secreto & dixerũt: Quare nos nõ potuim⁹ ejcere illũ? ⌋
dæmonẽ à puero isto? ¶ Superi⁹ dictum ẽ, q̃d Iesus dedit discipulis potestatẽ super omnia
dæmonia, imo super omnẽ virtutẽ inimici, secundũ Lucã, Quomodo ergo nunc dicit, ꝙ non
potuerunt dæmonẽ istũ expellere? Et respondẽdum, ꝙ illa potestatis collatio intelligẽda erat,

 nisi

nisi discipuli ponerēt obicē.⌊Dicit illis Iesus: Propter incredulitatem vestrā,⌋nō φ simplici-
ter infideles fuerint, sed quia in fidei perfectione defecerūt. Quēadmodū enī ex cōsequentibus
innotescit, cæteri discipuli videntes φ Iesus Petrū, Iacobum & Iohannē specialiter duxit seor- D
sum in montē, humanū aliquid passi sunt, videlicet motiū inuidiæ atq; superbiæ, dolentes illos si
bi pferri, ob hoc q̄q; meruerūt incurrere quandā hæsitationem in fide. Porro, φ propter incre
dulitatē suā nō potuerint eijcere dæmonē, declarat saluator.⌊Amē quippe dico vobis, Si habu
eritis fidē sicut granū sinapis⌋.i. q̄ tali grano cōpararet, cui superius cōparatū est regnū cęloꝝ,
quatenus sicut hmōi granū paruū est quātitate, maximūq; virtute: sic fides vestra in se vigoro
sa, fœcūda ac fortis cōsistat,⌊dicetis monti huic, trāsi hinc⌋.i. de loco isto transferaris virtute
diuina,⌊& trāsibit,⌋quo iusseritis. Per hoc exēplū innuit Chrs, φ fidei nihil impossibile sit. Et
quāuis tale q̄d raro factū legat, tn̄ veꝝ est q̄d ait saluator. Nā si rō id exigeret, deus mōtē trans-
ferret ad instātiam viri in fide pfecti. Maiora q̄q; fecerunt discipuli q̄ esset montis translatio,
mortuos suscitādo, à natiuitate claudos & cæcos sanādo, arcana cordiū reserādo. ¶ Quidā per
mōtem rōne elationis intelligūt dæmonem, quē viri pfecti solo verbo trāsire & fugere cogūt.
Vnde de impio legitur apud Heremiā: Ecce ego ad te mons pestifer ait dñs, q corrūpis vniuer
sam terrā.⌊Hoc aūt genus⌋dęmonū⌊nō eijcit⌋ab obsessis,⌊nisi p oratione & ieiuniū⌋.i. vir
tute & merito orationis & abstinētiæ, q̄ sunt effectus fidei tam pfectæ, vt grano sinapis merito
cōparet. Diuersoꝝ etenī dæmonum varia est potestas, & diuersi de diuersis vitijs tētant hoīes.
Vnde quidā dicunt spūs fornicatiōis, alij spūs inuidiæ, alij spūs supbiæ. Genus itaq; dęmonum
ad q̄d ptinebat dæmon iste, fortiter imprimit se hoībus q̄s obsidet. Et aliqui dicūt, φ tentet de
vitio carnis, propter q̄d nō eijcit, nisi oratiōe atq; ieiunio, qbus carnales cōcupiscētię refrenant.
Insup per orationē, q̄ est eleuatio mētis in deū, & per ieiuniū, φ ē castigatio corporis, datur in
telligi, φ hoc demonū genus nō eijciat, nisi ab hoībus notabilr virtuosis mēte & corpore depu
ratis. Hinc beatissimi Anachoritæ testati sunt, vnūquēq; facile illi posse dñari dæmonio, q vice
rit passionē & culpam, de qua dæmon hmōi tentat.⌊Cōuersantibus aūt eis,⌋videlicet Iesu &
eius discipulis in Galilæa,⌊dixit illis Iesus: Filius hoīs tradēdus est in manus hoīm, & occident
eū, & tertia die resurget.⌋Aduersis ac tristibus læta pmiscet, vt mœrorē lætitia tēperet. Ideo de E
sua passione pdicēs, de gloria resurrectionis mox addidit. Frequēter q̄q; pnuntiat se passurum,
ne inopinate captus putet, & iacula pūisa minus feriāt, ipsiq; discipuli cū viderint verificata q̄
pdixit, constabiliant in fide.⌊Et cōtristati sunt vehementer,⌋& tanto vehemētius, q̄to in ei⁹
amore magis feruebāt, & q̄to inuitius separabant à tā dulci magistro, à tā pio patrono atq; fide
lissimo defensore ac ꝓuisore, & qa agnouerāt sanctitatē ac innocētiam ei⁹. Et qm̄ nondū spū-
alea erant pfecte, nec resurrectiōis gloriā diligēter pensabāt, idcirco tanto magis de Chri oc-
cisione dolebant, q̄to illā in seipsa sub rōne pęne ac mali & nocumēti, nō sub rōne remedij & sa
lutis pensabant. Nec tn̄ audebāt suadere oppositū, scientes quid Petrus oppositū cōsulens, pau
lo ante audisset, videlicet, vade retro me Satana quia nō sapis q̄ dei sunt.⌊Et cū venissent Ca
pharnaū⌋Iesus, eiusq; discipuli,⌊accesserunt qui didragma accipiebant ad Petrū⌋.i. exactio-
res tributi, q̄d vocabat didragma, hoc est duplex dragma. Dragma vero (vt dicitur) est octaua
pars vnciæ valens sex obulos. Exactores ergo seu collectores tributoꝝ ex parte Imperatoris
cōmorantis in vrbe pcipua Galilęæ, puta Capharnaū, nō accedunt ad Iesum propter reuerēti
am eius, quē nouerāt tanta operari miracula, & tantū honorari à populo, sed Petrū tanq̄ prin-
cipalē inter discipulos⌊& dixerunt ei: Magister vester,⌋hic Iesus,⌊nō soluit didragmata?⌋
.i. solet ne dare tributū, sicut ordinauerūt Romani?⌊Ait Petrus: Etiā. Et cū intrasset Petr⁹ in
domū,⌋vt diceret Chro verba exactoꝝ,⌊preuenit eū Iesus,⌋vt ostēderet se oīa scire,⌊dicēs
Quid tibi videt Simō?⌋Quærit nō ignorās quid respōsur⁹ sit Petrus, sed vt ex eius rñsiō-
ne cōuenientius instruat eū, & optima proferat documēta.⌊Reges terræ à quibus accipiūt tri
butum vel cēsum? A filijs suis an ab alienis?⌋.i. cæteris sibi subiectis.⌊Et ille dixit: Ab alienis.
Dixit illi Iesus: Ergo liberi⌋à psolutione tributi accēsus⌊sunt filij⌋regū. Per hoc Christ⁹ inten
debat cōcludere se liberum eē à dando tributa, tanq̄ filium regis regum, nulli legi humanæ de
necessitate subiectū, de q̄ fert in psalmo: Deus iudiciū tuū regi da, & iustitiā tuā filio regis. ¶ De F
niq; aduertendū, φ libertas est duplex, Vna spūalis, sicq; oēs Christiani facti sunt liberi, quia p
Christi passionē sunt à ptāte diaboli & iugo peccati erepti, propter q̄d ait saluator: Si fili⁹ vos
liberauerit, vere liberi eritis. Alia corporalis, & ita fideles tenentur ad tributa, quemadmodum
dicit Apl̄us: Cui tributū, tributū: cui vectigal, vectigal. Vnde Chrs alibi: Reddite (inquit) q̄ sunt
Cæsaris Cæsari, & q̄ sunt dei deo.⌊Vt aūt nō scandalizemus⌋.i. ad ruinā pcti occasionalr in
ducamus⌊eos, q⌋didragma requirunt, qui putassent Chrm Imperatori repugnantē, & secu-
lare ius violantē, nisi soluissent didragma. ¶ Præterea Christus magis vitauit scandalum isto-
rum q̄ scribaꝝ ac pharisæoꝝ, quia istoꝝ scandalum ortum fuisset ex ignorantia qua ignora-
bant Iesum esse naturalē ac verū filiū dei, ad quā notitiā nō tenebāt explicite, pręsertim cū es-
sent Romani gētiles. Scandalum vero scribarū ac pharisæorū processit ex mera malitia, Chrūs

quoq;

q̃ q̃ sicut peccare nõ potuit, ita nec aliquẽ potuit scãdalizare directe, sed occasional'r tãtũ ⌊Va
A de ad mare⌋supra q̃d sita fuit vrbs ista Capharnaũ⌊& mitte hamũ,⌋videlicet istrumẽtũ q̃
pisces capiunt⌊in aquã,&eũ piscẽ q primus ascenderit⌋.i. hamo captus inhæserit, leuatusq̃ fue
rit,⌊tolle,& apto ore eius, inuenies statarẽ⌋valẽtẽ duplex didragima,&p cõsequẽs pro duob⁹
sufficiẽs, ideo subditur,⌊illũ⌋staterẽ⌊sumẽs, da eis p me & te,⌋Chrs tanq̃ veraciter liberalis
atq̃ largissimus plus dedit q̃ illi exigebant. In hoc aũt q̃ eo operãte innẽtus,& secũdũ Herony.
creatus ẽ in ore piscis stater, ostẽdit oĩpotẽtia. In eo vero q̃ de inuẽtiõe piscis ac stateris tã cer-
te pdixit, mõstrat oĩs scia eius, atq̃ in vtroq̃ ei⁹ diuinitas declarat, In eo q̃q̃ q̃ hũanis se legib⁹
subdidit, cũ eẽt liberrimus filius regis æterni, eius humilitas summa, & vera hũanitas agnoscũt

¶EXPLANATIO CAP. XVIII. IN ILLA HORA accesserunt discipuli ad Iesum. Arti. XXXII.

IN superioribus dictũ est quemadmodum Chrs specialiter dixerit Petro,
Tibi dabo claues regni cœloꝝ, qũ etiã primus fuit iter tres quos Iesus
assumpsit, vt transfiguratiõi suæ interessent. Et q̃liter pro se atque pro Pe
tro soluit tributũ. Ex his atq̃ similibus discipuli moti sunt ad suspicandum,
q̃ Petrus oibus eis esset pferendus, de quo minus bene contentabantur,
nondum eñ humilitatis apicem attigerũt, idcirco,⌊In illa hora⌋qua facta
B sunt q̃ in fine pcedẽtis cap. scripta sunt in Capharnaum de persolutione
tributi,⌊accesserũt discipuli,⌋præsertim apostoli⌊ad Iesum, dicẽtes: Quis putas maior est in
regno cœloꝝ:⌋.i. Quis amplioris grẽ & meriti est in ecclesia militãte: Et qs plẽioris gloriæ &
pmij ẽ in ecclesia triumphãte: hoc q̃sierunt, q̃tenus talis eis pficeret q dignioris esset grẽ in præ
senti & gloriæ in futuro. Sed his obuiare videt q̃d apud Marcũ inducet, quẽadmodũ cũ venis-
sent domũ, Iesus interrogauit discipulos, Quid in via tractabatis: At illi obticuerunt, videlicet p
verecundia. Siquidem in via disputauerãt, quis eorum esset maior. Quomodo ergo nunc di-
cuntur accessisse & Iesum interrogasse: Rñderi pt Primo, q̃ videntes se à Christo deprehensos
ad tempus pre rubore silebant. Post modicũ tpis resumpta fiducia, sciscitati sunt dñm. Secũdo,
q̃ aliqui tacuerunt & alij interrogauerunt. Tertio, q̃ tacuerũt de sua ambitiosa disputatione, sed
loquuti sunt de vtili q̃stione⌊Et aduocãs Iesus paruulũ, statuit⌋.i. collocauit⌊eũ in medio
eoꝝ,⌋videlicet discipulorum⌊& dicit⌋humilis mgr, non solũ verbis, sed & factis humilitatem
cõmendãs, ambitionẽ funditus eradicauit.⌊Amen dico vobis, nisi cõuersi fueritis⌋.i. corde
salubriter immutati, videlicet à cõtentione, elatione & omni ambitiõe, ad pacẽ, humilitatem,
obedientiã,⌊& efficiamini sicut paruuli⌋.i. paruulis assimilati fueritis, quantum ad bonas pro
prietates eoꝝ amplectãdo innocentiã, puritatem & hũilitatem eorum q̃s cõstat de plãtiõe nõ
occupari, nec inuicem inuidere,⌊nõ intrabitis in regnũ cœlorum,⌋q̃d humilibus atq̃ pacificis
est paratum. Hoc in persona apostolorum oĩbus dr Christianis, sed qm̃ nemo excludit à regno
cœloꝝ, nisi pro pctõ mortali, Vident apostoli peccasse mortaliter, q̃bus nunc dr, Nisi cõuersi
fueritis & efficiamini sicut paruuli, &c. Si aũt dicant nõ peccasse mortaliter in pdictis, tũc illud
q̃d dr (Nisi cõuersi fueritis) intelligẽdũ erit cõdicianalr, vt sit sensus, Nisi cõuersi fueritis. i. si ma
gni fueritis ĩ oculis pprijs elati & ambitiosi, nõ poteritis saluari, nisi cõuersi fueritis modo pfato
Vñ p Hieremiã dr: Nolite eleuari, sed date gloriã dño deo. Et apostol⁹ Petr⁹: Deponẽtes (in
C quit) omnẽ malitiã & dolũ & simulationẽ & detractionẽ, q̃si modo geniti infantes lac cõcu-
piscite. Deniq̃ in paruulo cõsiderari possunt minoratio sensus, & ĩdisciplinatio moꝝ, & sic nõ
debemus fieri sicut paruuli, iuxta illud Aplĩ: Nolite pueri effici sensib⁹, sed malitia paruuli esto
te. Verũtñ nomen paruuli in scripturis interdũ in malo accipit, vt cũ Salomõ ait: Auersio par
uuloꝝ interficiet eos. Et Iob: Paruulũ (ait) occidit inuidia. ¶Quidã p paruulũ istũ quẽ Iesus sta
tuit inter discipulos, intelligunt ipsummet Christũ. Sed hoc ad literã stare nõ pt, cũ de paruulo
isto scriptũ sit apud Marcũ: Quẽ cũ amplexus esset Iesus. Certũ autẽ est, q̃ nõ amplexabat se-
ipm.⌊Quicunq̃ ergo humiliauerit se⌋corã deo & hoĩbus⌊sicut paruul⁹ iste⌋.i. omnẽ motũ
supbiæ prorsus abiecerit, & tã alienus fuerit ab elatiõe vt puer, cõsideratiõe diuinæ maiestatis,
atq̃ intuitu propriæ defectuositatis,⌊hic maior est in regno cœloꝝ,⌋q̃ alij minus humi es. Hu
militas nãq̃ directe disponit ad pfectũ grẽ in psenti, & exaltationẽ, incremẽtũq̃ gloriæ in fu-
turo, prout scriptũ est: De⁹ supbis resistit, humilib⁹ aũt dat grãm. Et itẽ: Humilia valde spũ
tuũ & inuenies grãm corã deo & hoĩbus. Hic in Prouer. legitur: Humilitas pcedet gloriã, & hu
milẽ spũ suscipit gloria. Quãto itaq̃ qs se magis humiliauerit pure ppter deũ ex charitate, tãto
sublimior erit in pñia. Nõ q̃ pmiũ essentiale correspõdeat humilitati directe, sed dispositiue ac
fundamẽtaliter, & qa maiori hũalitati maior adest charitas,⌊& q suscepit⌋in viscerib⁹ chari
tatis seu domo ad hospitãdũ ac reficiẽdũ⌊vnũ⌋paruulũ⌊talẽ,⌋videlicet innocẽtẽ ac humilẽ,
de q̃ in prouer. æterna sapia inq̃t: Si qs est paruul⁹, venit ad me,⌊in noĩe meo⌋.i. ideo qa fi-
delis est, vel ppter me atq̃ ad gloriã noĩs mei,⌊me suscipit⌋i mẽbro meo mystico, q̃uis nõ in
me metipso⌋itaq̃ suscipit me, i. mihi fieri iudico q̃d fit illi, & tã gratũ est mihi, ac si mihi ĩ ppria

 persona

persona exhiberet. Ecclesia nẽpe est mysticũ corpus Chri, & ipse est caput ipsius, q̄d ergo fit
mẽbris, fit capiti. In tm̃ q̄q; diligit Chr̃us paruulos & ægenos, vt sibi fieri arbitret q̄d impẽdit D
illis. Vnde Paulo ait: Quid me psequeris. Et p Zach. Qui tetigerit (inq̄t) vos, tãget pupillã ocu
li mei. Qui aũt scãdalizauerit, i. verbo vel facto suo inordinato ad peccãdũ induxerit, vnũ,
i. aliquẽ, de pusillis istis q in me credunt, i. de fidelib⁹ adhuc imp̄fectis, incipiẽtibus, vel etiã
p̄ficiẽtibus nõdũ p̄fectis, expedit ei, vt suspẽdat mola asinaria in collo ei⁹. Per molẽ asina
riã quã equi vel asini trahũt cũ rota in molẽdinis, intelligit q̄dcũq; grãde saxũ seu lapis grauissi
mus, & demergat in p̄fundũ maris. Vtilius eñ sibi est iuste occidi, q̃ impie viuere. Vtilius
est eñ corporale p̄peti mortẽ, q̃ aliũ ad ai̛ę mortẽ inducere. Vtilius eı est in vita hac puniri, q̃
æternalr̃ cõdẽnari. Istud potissimũ verũ est, de scandalizatiõe actiua & passiua, prout sunt pctã
mortalia. Tunc eñ scandalũ actiuũ mortale est, qñ verbũ vel factum scandalizantis est in se
mortale, videlicet charitati vel iustitiæ cõtrariũ. Vel quando est in se veniale, & tñ hõ p illud in
tendit aut nitit aliũ ad pctm̃ mortale inducere, paruipẽdẽs eius salutẽ per hoc q non vult sibi
placẽtia omittere, p̄pter fratris salutẽ, quod q̃ sit iniquũ, patet ex verbis Pauli dicẽtis: Sic aũt in
frẽs peccantes & p̄cutiẽtes cõscientiã eorũ infirmã, in Christũ peccatis. Et rursus: Hoc (inq̄t)
iudicate, ne ponatis fratribus offendiculũ vel scandalũ. Deniq; melius esset occidi q̃ scãdaliza
re aliũ, q̃uis scandalizãtis & scandalizati pctm̃ esset veniale. Peccatũ nanq; est infinitæ fugibi-
litatis, magisq; debet hõ eligere mortẽ pati, q̃ venialiter peccare. Et bene ait saluator: Qui scã
dalizauerit vnũ ex pusillis, qa (vt ait Heroñ.) qui scãdalizat paruulus est. Maiores enim scan-
dala nõ recipiunt. Vnde perfectorũ nõ est scãdalizare aut scãdalizari, qa tã fortiter cũ deo vni
ti sunt, vt tã magnum malũ nõ operent, vnde merito aliquis debeat scãdalizari, q̃uis sæpe ve- E
nialiter peccẽt. Hoc eñ humanæ indulgendũ est fragilitati. Simil̃r ex verbis & factis aliorũ in-
ordinatis nõ scandalizant, sed cõpatiunt & cautiores reddunt, imo & feliciores, iuxta illud: Fe
lix quẽ faciunt aliena pericula cautũ. Hinc ait Psal. Pax multa diligentibus legẽ tuã, & nõ ẽ illis
scãdalũ. Et Apostol⁹: Quis nos separabit à charitate dei? Væ mũdo, i. mũdanis & inmo-
ratis hoibus, à scandalis, i. propter scandala q̃ inuicẽ inferũt & patiuntur, in q̄bus æternam
pœnã merẽtur. Et merito væ mundo à scandalis, cũ nõ possit euadere. Necesse est eñ vt ve
niãt, i. oriant, scãdala, actiua & passiua, videlicet offẽdicula culpę, ex q̄b⁹ p̄cedũt nocumẽ
ta ai̛ę, hoc necesse ẽ nõ absolute, sed ex suppositiõe, qa videlicet hoies nolũt pctã sua relinq̃re.
Ideo necessario cõcomitat scãdalũ aliorũ, maxime pusillorũ & impiorũ. Sic ergo necesse est vt
veniant scandala, quõ ait Aplus: Necesse est vt veniãt hæreses, vt q probati sunt, manifesti fi-
ant. Vnde q̄d dictũ est, Necesse est vt veniãt scandala, quidã exponunt sic, Expediens est ad
exercitationẽ & probationẽ aliorũ, verumtñ væ, i. æterna dãnatio imminet ac debet, homini
illi p quẽ, i. à quo, scandalũ venit, i. q aliũ scãdalizat mortalr̃. Ex hoc cõcludit q scãdala
euenire, nõ sit absolute necessariũ, qa tunc quilibet excusaret à vitio scandali. Radix nãq; pcti
in libertate fundat. Si aũt manus tua vel pes tuus scãdalizat, i. ad culpã inducit, te, p tactũ
seu operationẽ quãcunq;, vel p gressum ac cursum illicitũ, abscide eũ, videlicet pedẽ ac ma
nũ, nõ mẽbra abscidito, sed inordinatũ vsum mẽbrorũ vitando, iuxta quẽ sensum dicit Aplus:
Mortificate mẽbra vestra q̃ sunt sup terrã, & proijce abs te, i. sp̃ualiter separa te à vitiosis F
actibus mẽbrorũ istorũ, Sic eñ ait Aplus: Vos aũt in carne nõ estis, sed in spũ, Et q ĩ carne sunt
deo placere nõ possunt. Bonũ est tibi ad vitã ingredi, i. meli⁹ est tibi saluari debilẽ vel clau
dũ, i. ordinatis, delectabilib⁹ & solitis actibus manuũ & pedũ carẽtẽ, q̃ duas manus aut du-
os pedes habẽtẽ, i. vitiosis ac placitis actibus mẽbrorũ istorũ vtẽtẽ, mitti in ignẽ æternũ.
Quẽadmodũ ergo castratus propter regnũ cœlorũ vocat, q amore felicitatis futuræ ab omni
cõcubitu abstinet, nõ q mẽbra generationis abscondit: sic Chr̃s docet manũ ac pedẽ abscinde
re, & sic claudus ac debilis nũcupat, q mẽbra ista ab actibus malis restringit. Et si ocul⁹ tuus
scandalizat te, p immoderatũ, incautũ, impudicũ aut vanũ aspectũ, erue eũ, q̃tũ ad vsum
hmõi, & proijce abs te, sicut de manibus dictũ est. Vnde in Eccõ legitur: Auerte oculos tu-
os à muliere cõpta. Et propheta: Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ. Maxime necessaria ẽ
ista proiectio siue erutio oculorũ. Oculo eñ q̄d nequi⁹ creatũ est? Et in lib. Num. dñs iussit filijs
Israel, ne sequerẽtur oculos suos p res varias fornicãtes. Custodiẽdus ergo & diligentissime re
frenãdus est oculus, maxime tp̃e oratiõis, contẽplatiõis, diuiniq; cultus, & in ecclesia, ac coram
alijs. A visu eñ suo cognoscit vir, & ab occursu faciei sensatus prudens. Bonũ, i. melius, ẽ
tibi cum vno oculo, i. cũ moderato vsu oculorũ & refrenatiõe eorũ, ad vitã ingredi, q̃ duos
oculos habẽtẽ, i. oculis ad libitũ tuũ vtẽtẽ & vndiq; circũspicientẽ, mitti in gehẽnã ignis.
Porro p̄habita alio mõ exponi possunt, eritq; sensus, Si manus tua aut pes tuus, i. aliqs tibi tam
charus, propinquus, aut auxiliatiuus, vt p̄pria man⁹ vel pes scãdalizat te, p̄trahẽdo te in pctã
vel qa carnales affectiones habes existẽdo cũ ipso, abscinde eũ, i. segrega te ab ipso mente &
corpe, sed nõ charitate si fieri pt. Bonũ ẽ tibi ad vitã ĩgredi debilẽ vel claudũ, i. taliũ amicitia at
q; subsidio destitutũ q̃ duas man⁹ vel duos pedes habẽtẽ, i. taliũ auxilio & amore vallatũ dãnari

Simili

Sicq̃ mõ itelligẽdũ de oculo ẽ. ¶ Quidã obtusi ista supficialiter intelligẽtes, putabãt licitũ eẽ mu
A tilatione mẽbroꝝ ꝓpter vitãda pctã, cũ simili rõne liceret seipm occidere. Talis q̃ꝙ mutilatio
cõcupiscẽtiã nõ auferret, & multo virtuosa opa ipediret⌊ videre ne cõtẽnatis vnũ⌋ .i. aliquẽ
quãtũcũꝙ vilẽ ac modicũ⌊ ex his pusillis⌋ .i. impfectis fidelibus ministrãtib' mihi, p hoc salua
tor excludit cãm ac fomitẽ scãdalizatiõis. Multi nãꝙ idcirco nõ curãt nec metuũt alios scãdali
zare, qm paruipẽdũt eoꝝ psonã, nec attẽdũt dignitatẽ naturę ad dei imaginẽ factę, ac ptiũ san
guinis Chri p illis effusi. Cõsiderem' ergo nobilitatẽ aię rõnalis, & btitudinẽ ad q̃ cõdita ẽ &
q̃nta p eius salute tota trinitas fecit, q̃nta Chrs sustinuit, q̃nta bñficia cõtulit, inter q̃ ẽ supdignis
simũ corpis & sanguinis sui sacrm, & sic fiet vt neminẽ aspnemur, sed cũ Apostolo dicemus:
Quis scãdalizat, & ego nõ vror? Itẽꝙ: Si esca scãdalizat frẽm meũ, nõ mãducabo carnes inęter
nũ. ¶ Preterea q̃ vitiosum sit cõtẽnere quẽpiã, patet ex eo ꝙ in Esaia scriptũ ẽ: Vę q spernis, nõ
ne & ipse sperneris? Cũ ipse fatigatus desieris cõtẽnere, cõtẽneris. Et Mala. inqt: Nũqd nõ pr̃
vn' oim nrm? Nũqd nõ de' vn' creauit nos? Quare ergo vnusqsꝙ nrm despicit frẽm suum?
Cur ãt nõ sint pusilli spernẽdi subiũgit:⌊ Dico em vobis, q angeli eoꝝ⌋ .i. custodes aiaꝝ ipo
rũ existẽtes, vt in plurib'⌊ in cęlis⌋ .i. in cœlo empyreo, qd ẽ locus & mãsio btõꝝ⌊ sp⌋ .i. in
desinẽter atꝙ in quo oẽ tps cõphẽdẽte⌊ vidẽt⌋ clare & imediate p spẽm oculo itellectuali⌊ fa
ciẽ přis⌋ phiialiter & luculẽter eis obiectã⌊ q in cęlis ẽ⌋ Cũ ergo sit tãta dignitas hoim, vt custo-
diant à spiritib' angelicis deũ clare vidẽtib' nõ sunt spernẽdi. ¶ Preterea scdm Dionysiũ ec-
clesiast. hierarchia ab angelica gubernat, ideo angeli infimi ordinis, imediate custodiunt hoies
bona suggerẽdo, à malis plurimis retrahẽdo, à diuersis piculis defendẽdo, p ipsis orãdo, grãm
B ipetrãdo, dæmonũ ptãtẽ & ipetũ coercẽdo, & scdm doctores qlibet hõ sortitus ẽ angelũ spe
cialẽ, imo scdm Thomã & alios q̃sdã, etiã pueri nõdũ nati in vtero matrũ hñt custodiẽtes se
angelos, ꝓpter pericula q̃ pñt ante partũ & in partu occurrere. At vero alia rõ subdit, cur ne-
mo q̃uis pusillus spernẽdus sit⌊ Venit em⌋ p icarnationẽ⌊ fili' hois saluare⌋ .i. sua passiõe re-
dimere⌊ qd pierat⌋ .i. pditũ gen' hoim. Cũ ergo tãtę ęstimatiõis corã deo pusilli sint, vt Chrs
dignũ duceret mori p ipsis, nõ sunt paruipẽdendi, nec salus eoꝝ negligẽda est. Quod ãt Chrs
venit ad saluãdũ qd perijt, pbat p sile.⌊ Quid vobis videt? Si fuerint alicui cẽtũ oues⌋ .i. centũ
oues habuerit⌊ & si errauerit⌋ .i. si pdita fuerit⌊ vna ex illis, nõne relinqt nonagintanouẽ oues
in mõtibus⌋ in qbus pascunt⌊ & vadit q̃rere eã q̃ errauit? Et si cõtigerit vt inueniat eã, amẽ di
co vobis, q gaudet sup eã⌋ .i. de ea & ei' inuẽtiõe⌊ magis q̃ sup nonaginta nouẽ⌋ oues⌊ q̃ nõ
errauerũt⌋ nõ ꝙ simplr pl' amet illã vnã q̃ cęteras oẽs, sed q specialı atꝙ recẽti q̃dã lętitia p
pter eã afficit, qd accidit ꝓpter duo, primo, qm eã magis considerat q̃ alias oues: scd'o, qm p-
pter pcedẽtẽ de pditiõe ouis tristitiã magis sentit oppositũ gaudiũ, hoc totum ad lrãm sic est.
¶ Mystice vero, hõ iste ẽ Chrs, q habuit cẽtũ oues .i. pfectũ nũerũ electoꝝ. Cũ q̃ vna errasset .i.
humanũ genus peccãdo piisset, reliqt nonagita nouẽ .i. nouẽ ordines angeloꝝ i mõtib' .i. in cę
lis, de qbus legit: Leuaui oculos meos in mõtes, & venit in mũdũ q̃rẽs, & saluãs genus hũanũ.
Magis ãt lætat Chrs, & etiã angeli de vna oue pdita reperta, q̃ sup nonagintanouẽ, vel vt Lu-
cas refert: Gaudiũ est angelis dei sup vno pctõre pęniam agẽte, q̃ sup nonagintanouẽ iustis q
nõ indigẽt pęnia. Nõ ꝙ absolute loq̃ndo, pctõr pęnitẽs melior aut magis dilect' sit q̃ multi iu
sti pseuerãtes in bono, imo cõparãdo statũ statui meliores sunt inocẽtes q̃ pęnitẽtes. Sed hæc
C ideo dicta sunt, q de pctõre pęnitẽte habet Chrs q̃ddã speciale gaudiũ: Lætat em dñs in opi
bus suis. Et in Neemia habet: Gaudiũ dñi est fortitudo vra, & q in his frequẽter abũdant fer
uor & grã in qbus abundauit malitia, sicꝙ amabiliores redduntur.⌊ Sic nõ ẽ volũtas añ patrẽ
vrm q in cœlis est⌋ .i. in pře cęlesti⌊ vt pereat⌋ .i. dãnet⌊ vnus de pusillis istis⌋ q̃uis em diui-
na volũtas sit causa salutis pdestinatoꝝ, nõ tñ est causa dãnatiõis reproboꝝ, nec ipse vult eos
dãnari volũtate añcedẽte vel volũtate signi, sed volũtate consequẽte, cõsiderata culpa eorum.
¶ Sed posset aliqs dicere: Si nõ est voluntas dei, vt pereat vnus ex pusillis, ergo volũtas dei ẽ vt
oẽs pusilli saluent. Quod etiã sacra scriptura testat: Dicit em Apostol', loq̃ns de deo: Qui (inq-
ens) vult oẽs hoies saluos fieri, & ad veritatis agnitionẽ venire. Et Petrus: Patiẽter (inqens) agit
dñs, nolẽs aliquẽ pire, sed oẽs ad pęniam reuerti. Vñ p Ezechielem dñs loquit: Nũqd volũta-
tis meæ est mors impij dicit dñs, vt nõ cõuertat & viuat? Et denuo: Nolo (inqt) mortem mori
entis, sed si ita est, videt sequi, ꝙ oẽs saluabuntur. Nam teste Apostolo: Volũtati eius quis re
sistet? In Esaia quoꝙ phibet dñs: Consilium (inqens) meũ stabit & ois volũtas mea fiet. ¶ De
niꝙ omnia quæcunꝙ voluit dñs fecit in cęlo & in terra. Hæc itaꝙ similia cõcordãdo respõdet
Damascenus, ꝙ dñs vult oẽs saluari voluntate antecedẽte non cõsequente, quæ duplex volun
tas in deo sola rõne distinguit. Dicit nãꝙ voluntas antecedens, qua quis aliquid vult secũdũ cõ
munẽ & absolutã cõsiderationem ipsius, hac volũtate vult princeps oẽs subditos suos pma
nere in vita inquãtũ sunt subditi sui: voluntas vero consequens dicit qua quis aliquid vult, pen-
satis particularibus circunstantijs eius. hac voluntate vult princeps multos subditoꝝ suoꝝ occi
di, inquãtum sunt latrones, aut fures, vel reipublicæ aduersantes. Itaꝙ voluntas dr antecedẽs,

 q a secũ-

quia scđm ordinē rōnis pcedit distinctā cōsiderationē rei,seu cōditionē ipsi⁹.Cōsequēs vero
qa cōsequit eā.Sic ergo & deus vult oēs saluari volūtate ācedēte, cōsiderādo eos inqtū sunt D
creaturæ ad dei imaginē factæ btitudinis susceptiuæ.Nō āt voluntate cōseqnte,videlicet inqn
tū sunt impij.Et qa volūtas fert in eē sicut in se ē,ideo volūtas āncedēs, nō ē volūtas simplr,
sed scđm qd. Volūtas vero cōseqns ē volūtas simplr.Ideo qcqd hac volūtate vult deus iplet.
Et de ea loquūt authoritates qb⁹ ōndit adipleri qcqd voluerit de⁹.Pōt etiā dici,φ nō ē volū-
tas ān deū,vt pereat aliqs,qm̄ de⁹ vult oēs saluari q̄tū i se ē,ita φ ex parte ipsi⁹ nō ē defect⁹,nul
lūq; ad se veniētē repellit,qm̄ singulis grām suā īfundere ē parat⁹,si fecerint q̄d in ipsis est. De
hac materia plen⁹ dixi sup epłas Pauli. ¶ Supi⁹ docuit Chrūs vt neminē scādalizemus,nunc
pcipit vt proximos ex charitate ędificemus,vitia eorꝝ ordinate,pie & charitatiue increpando.
⌊Si āt peccauerit in te frater tuus,vade & corripe eū intee te & ipm solū.⌋Per frēm intelligit quili
bet pximus.Quod aūt dr̄ in te,intelligi pōt tripłr:Primo scđm Augustinū, In te.i.te sciēte, qa
qui alio sciente peccat q̄tū in se illū scādalizat,sicq; scia culpæ læsiua est:sicut cognitio boni
ē ad melius puocatiua.Scđo,iuxta Hironi:In te.i.cōtra te directe,nō cōtra deū directe, si eīn
fieret blasphemia vł ipugnatio fidei,nō oporteret seruare ordinē subseqntē. Tertio,In te.i.te
solū læserit,si eīn alios lęderet,vel corā alijs peccaret,nō seruaret mod⁹ subscript⁹,Vade mētis
prōpto affectu,vel si op⁹ ē etiā corpis gressu,& corripe eū intee te & ipm solū videlicet in secre
to,ne cōfundat,exaspet,aut diffamet,& diffamat⁹ de cætero nō retrahat à vitijs timore dif-
famiæ,sed fiat ei frōs meretricis,& peccet sine rubore.⌊Si te audierit⌋aure mētali.i.tuæ incre E
pationi humiliter acquieuit,⌊lucrat⁹ es frēm tuū⌋.i.pditū recupeeasti, & de iugo pcti ac dānati
one diaboli eripuisti.⌊Si āt te nō audierit⌋hoc ē,verba tua cōtēpserit,vel se excusauerit vel id
q̄d fecit,bonū eē affirmauerit,nō pctm̄,⌊adhibe tecū vnū testē vel duos.⌋.i.ī pñtia vni⁹ vel duo
orꝝ testiū corripe eū,ne cito corā oib⁹ diffamet,sed paulatim pctm̄ ei⁹ deducat in publicum,
⌊vt in ore⌋.i.sermōe⌊duorꝝ testiū vel triū⌋videlicet duorꝝ q̄s adduxisti,& tui qui primo cul
pā nouisti,⌊stet⌋.i.pbet atq; credat⌊omne verbū⌋q̄d delinquēti obijcit.s.accusatio.⌊Quod
si eos nō audierit⌋q simul tecū corripiūt eū,⌊dic Ecclesiæ⌋.i.plato seu iudici vel cōgregatiōi
cōitee qd ille fecerit vel omiserit ipse,& qūo correptionē secretā ac testiū adhibitionē abiecit
manēs in sua duritia.⌊Si aūt Ecclesiam nō audierit,sit tibi sicut Ethnicus⌋.i.gentilis⌊& publi
canus⌋q manifeste & q̄si incorrigibiliter peccat,vt vsurarij.i.tūc oīno recedas,& retrahas te
ab eo q̄si ab eo q p excōicationē ecclesiasticāq; censurā separari meret à cōione fideliū. ¶ Por
ro,φ Apostolorꝝ & successorꝝ eorꝝ,videlicet platorꝝ excōicatio & sñia vim habeant,& diuino
iudicio appbent,atq; à deo efficiētiam sortiāt, ōndit Saluator subdēdo:⌊Amē dico vobis⌋
apostolis & in psona vrā successorib⁹ vrīs,⌊q̄cūq;⌋facta vel gñia hominū⌊alligaueritis⌋ p ex
cōicationē,re pbationē,vel cōdēnationē,⌊sup terrā,erunt ligata & in celo⌋.i.à deo ligata re-
putabunt,si tñ ordinate pcedatur.⌊Et q̄cūq; solueritis⌋.i.dimiseritis seu relaxaueritis⌊sup terrā,
erunt soluta & in cœlo⌋Hoc superi⁹ dictū est Petro,illicq; diligenti⁹ expositum est. ¶ Deniq;
cū præsens materia sit practica, vtilis & q̄tidiana. Oportet paulisp plenius loq,de correptiōe fra
terna,de testiū inductiōe,& publica denūtiatione. Primo ergo sciendum, quod vitium delin-
quentis consideratur dupliciter:Primo inquantum nocet peccanti,& sic peccantem arguere,
actus est charitatis,ad quem oēs tenemur,quemadmodū & ad charitatē,cū ista correptio nō
sit,oīs remediū cōtra pctm̄. Vnde in Ecclesiastico scriptū est, Vnicuiq; mādauit deus de pxi
mo suo.Scđo,cōsiderat pctm̄ put est aliorꝝ scādelizatiuū,vel boni cōis læsiuū ac turbatiuum, F
aut diuinæ maiestatis inhonoratiuū,sicq; peccātē arguere est actus iustitiæ,ptinēs ad platos
ac iudices potius q̄ ad alios,qm̄ talis correptio ordinat pcipue ad debitā punitionem peccātis
pptee cōseruationē iustitiæ,& nō semp ad correctionē peccātis,qa iterdū occidit,vt vel sic a-
lij terreātur,reprimant à similibus malis. Insup cum pceptū de correptiōe fraterna sit affirmati
uū,obligat semp,sed nō ad semp. Propterea correptio ista exercēda est cum debitis circūstan
tijs actus virtuosi,videlicet p loco,causa,& tpe,scđm q̄d vtile est ad emendationem alterius.
¶ Vnde fraterna correptio tribus modis omittitur:Primo,meritorie & ex charitate,qñ videli-
cet cōgruū tps expectatur,vel de ampliori induratiōe peccātis pbabiliter formidat,teste enim
scriptura:Qui derisorē instruit,ipse sibi iniuriā facit. Et:Nō amat pestilēs eū,q se corripit,Se-
cūdo omittit vitiose,& cū mortali pctō,vt dū ex cupiditate vel timore corpalis pęne,seu dāni
tpalis,vel simili cā, q̄ nō est charitati pferēda,omittit, Tertio,cū veniali pctō,vt dū causę pdi
ctæ correptionē fraternā retardāt nō tñ oīno impediūt. Deniq; subditi platos suos corripere de
bēt in vitijs manifestis vel correptiōe dignis,seruatis tñ debitis circūstātijs.s.cōgruo loco,nō
in cōuētu debito tpe & debita forma,nō pterue & duee,sed reuerēter & māsuete,vñ Apostol⁹
Colossēñ.hortat,vt epm suū.s.Archippū filiū Philemonis,cui Paulus breuē ac specialē scrip
sit epistolā,admoneāt,dicēs:Archippo dicite:Vide ministeriū tuū q̄d accepisti ī dño,vt illud i
pleas,vñ & Moyses q q̄tidie angelico pfruebat colloqo,documēto ac magisterio dedignatus
nō est viri gētilis Iethro increpationem & informationem recipere,imo quo prælatus pluribus
occupa-

occupat atq; distrahit, eo amplius indiget admonitiõe frequẽti ac diligenti, nisi eẽt vehemẽter
A ꝑfectus, ꝙ nõ debet de seipso sentire. Sed debet filiorũ suorũ humilẽ correptionẽ ac charitatiuã exhortationẽ dignãter & affectuose recipere. Ait enĩ Salomõ in Proue. Argue (inquiẽs) sapientẽ & diliget te, da sapiẽti occasionẽ, & addet ei sapientia. Doce iustũ & festinabit accipere. ¶ Præterea, fraterna correptio vt est act⁹ iustitiæ ptinẽs ad ꝑlatos, nõ ẽ omittẽda ob id ne correptus fiat deterior, qm̃ talis correptio habet ptãtem cogẽdi. Et ergo p pœnã cõpellẽdus est peccãs, vt cesset à malo, si aliter nolit desistere. Ex tali quoq; correptiõe vtilitas oriẽ cõitati, dũ ordo iustitiæ obseruat, & alij exẽplo puniti terrent, ne agãt silia. Propter, qd scriptũ est, Pestilẽte flagellato stultus sapiẽtior erit. Oportet insuper scire, ꝙ qdã pctã sunt publica & in talibus ꝓcedere oportet, nõ solũ peccãti, sed etiã alijs ne scandalizent. Talia itaq; mox publice redarguẽda sunt, prout Timot. iubet Apostol⁹: Peccantẽ (ingens) corã oibus argue, vt cęteri timorẽ habeãt. Quędã vero peccata cõtrariant fidei, vel bono cõi, & in talibus ꝗuis occulta sint, itatim ꝓcedẽdũ ẽ ad publicationẽ, vt si qs machinet ciuitatẽ incẽdere, vel fidẽ aliorũ corrũpere. Si th̃ verisile ęstimet qs, ꝙ taliter peccãtẽ possit p secretã increpationẽ corrigere, pt primo occulte corripere. Quędã aũt sunt pctã occulta soli peccãti nociua, & ei ĩ quẽ peccat, q ex ipsa peccati notitia lædit, qñ est ex parte peccãtis, & in istis seruãdus ẽ ordo correptiõis, quẽ hoc loco docet Saluator, vñ de necessitate ꝑcepti est, vt publicã denũtiationẽ ꝑcedat secreta correptio, & inter extrema hæc mediare debet testiũ inductio, sicut oñsum est, Pctm̃ nãq; occultãdũ nõ est ne putrescat in corde. Hinc Aug. Si neglexeris (inqt) corrigere, peior eo q peccauit efficieris. Et iterũ: Nescientes qs ad numerũ ꝑdestinatorũ, & qs ad sortẽ reproborũ ptineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt oẽs velimus saluari, & iõ omibus fraternæ correptiõis debemus affectũ impẽdere sub spe diuini auxilij. Testiũ õq; inductio intelligi pt tripl̃r, primo, vt p eos oñdat peccãti id eẽ pctm̃ qd fecit, si forte hoc ignoret aut neget. scdo ad cõuincendũ peccantẽ si denuo peccet, tertio, ad probandũ ꝙ correptor fecit id qd ad se ptinebat. ¶ Sed his obuiare videt, ꝙ in
lus quoq; à Gamaliele inſtructus,⌊& ex illis occidetis & crucifigetis,& ex illis flagellabitis⌋ꝗſ
dam⌊in ſynagogis veſtris⌋Hoc partim in actis apoſtolorũ legitur adimpletum, ⌊& perſe
quemini de ciuitatem ciuitatem.⌋Vnde in actibus habetur, quod die qua lapidatus eſt Ste-
phanus,facta eſt perſequutio magna in eccleſia quæ erit Hieroſolymis,& oẽs diſperſi ſunt,ꝑ-
ter apl'os,⌊vt⌋Iſta vox(vt)tenetur hic concomitãter,non cauſaliter,vt⌊veniat ſuper vos⌋id
eſt,vobis ſeu veſtræ gñationi peruerſę imputetur,⌊omnis ſanguis iuſtus,⌋hoc eſt, peccatum ef-
fuſionis totius ſanguinis innocẽtis,& vltionẽ ſuſtineatis pro effuſione ſanguinis huius,⌊qui ef-
fuſus eſt ſuper terram,à ſanguine Abel iuſti⌋incluſiue,ad quem & ad cuius munera reſpexit de
us,quẽ Cain peremit,⌊vſq; ad ſanguinem Zacharię filij Barachiæ.⌋Secundũ Origenem iſte
Zacharias fuit pater Iohannis Baptiſtæ,quem aſſerit à Iudæis occiſum,eo quod diceret Mari
am matrem Chriſti eſſe virginem,& Chriſti genetricẽ.Sed hoc reprobat Hieronymus,dicẽs,
ꝙ iſte ſit Zacharias filius Ioiadę pontificis,quem Ioas rex Iuda iuſſit occidi in templo,vt legi
tur in libris Regum:Dicitur aũt filius Barachię magis quam Ioadæ,ad commendandam pa-
tris ſui ſanctitatem,nam Barachias interpretatur benedictus domini.Dictum autem Origenis
apparentiã habet,Primo,ex hoc quod iſti quos Chriſtus alloquitur,non occiderunt hunc Za
chariam,quem conſtat ante captiuitatem Babylonicã fuiſſe lapidatum.Secundo,quoniam ſi-
B cut Chriſtus nominauit iuſtum primo omnium interfectum ſic videtur quod nominauit
quendam quaſi vltimo interfectum, inter hæc extrema medios comprehendens.

Ad horum primum reſpondet Hieronymus, quod ſcriptura ponit duas generationes,
vnam bonorum, aliamque malorum. De prima ait pſalmiſta:Hæc eſt gñeratio quæren-
tium dominum.De ſecunda,gñeratio praua & exaſperans,Sic ergo ſaluator nomine iſtorũ,
quos affatur & exprimit,deſignat gñerationem malorum,in qua continẽt qui Zachariam occi
derunt,ſicq; ſubiungitur,⌊quem occidiſtis⌋id eſt,quem veſtra gñeratio cum qua vnũ corpꝰ
perditionis efficitis,interfecit,⌊inter tẽplum & altare⌋holocauſtorũ,quod fuit extra templum
in atrio eius.⌊Amen dico vobis,veniẽt hęc oĩa⌋peccata & mala pœnalia pro peccatis infli-
genda,⌊ſuper generationem iſtam⌋Iudæorũ. Nam omnes reprobi ſunt ſocij in tormentis &
pœnam ſibi inuicem augent.⌊Hieruſalem Hieruſalem⌋id eſt, plebs vrbẽ inhabitãs.Bis ait,
Hieruſalem,ad inſinuendum ſuæ compaſſionis & dilectionis affectum,& ad prouocandã
audientium aduertentiam,⌊qui occidis prophetas⌋nõ eñ capit perire prophetam extra Hi-
eruſalẽ,⌊& lapidas⌋.i.lapidibus obruis & extinguis,⌊eos qui ad te⌋inſtruendã & conuerten
dam,⌊miſſi ſunt.Quoties⌋hoc eſt,frequẽter,primo per prophetas,deinde per meipſum,po
ſtremo per apoſtolos,⌊volui⌋quantũ in me fuit & voluntate antecedente, ⌊cõgregare⌋hoc
eſt,ſpiritualiter adunare per fidem ,charitatem,& cultum diuinũ,⌊filios tuos⌋id eſt,habitato-
res & totam plebem Iudaicam tibi quaſi metropoli ſubditam,propter quod filij tui vocantur,
⌊quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas⌋id eſt,multum affectuoſe atq; ſolici
te,nam inter pennata animalia videtur gallina præcipuam habere curam & affectionem ad
pullorum ſuorum nutritionem ac defenſionem.Ideo quoq; ponit ſimilitudinem gallinæ,quia
C gallina eſt auis fructuoſa,quieta,domeſtica:ſic Chriſtus nobis fructuoſiſſimus, quietus,ſocia-
liſq; fuit,quando in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt, ⌊& noluiſti⌋congre
gari,ſed repugnaſti mihi & famulis meis.⌊Ecce relinquetur vobis⌋id ẽ ,ad veſtrã punitionẽ
& confuſionem pro tantis peccatis,⌊domus veſtra⌋videlicet templum,⌊deſerta⌋ab homi-
nibus & ſacrificijs,id eſt,penitus deſtruetur,quod fuit impletum à Tito & Romanorum exer-
citu,quemadmodum Daniel cecinit: Ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce
venturo,& vſq; in finem perſeuerabit deſolatio.Poteſt quoq; per domũ intelligi habitatio ſeu
multitudo domorum,& ciuitas ipſa Hieruſalem. Vnde habetur in pſalmo Fiat habitatio eo-
rum deſerta,& in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.Hinc per Hieremiam Chriſtus te-
ſtatur:Reliqui inquiens)domum meam,dimiſi hæreditatem meam, facta eſt mihi hæreditas
mea quaſi leo in ſylua.¶Spiritualiter,quando non acquieſcimus admonitionibus dei, domus
noſtra deſeritur,quoniam anima in qua ſedes eſt ſapientiæ,ſpiritu ſancti inhabitatiõe priuatꝫ
& corpora quæ templũ ſunt ſpiritus ſancti, igne libidinis cõcremantur,& vitijs deſtruuntur.
⌊Dico eñ vobis,nõ me videbitis amodo⌋.i.ab hora hac,accepto tempore paſſionis.Sic eñ
in fine præcedẽtis capituli dictum eſt:Nemo auſus fuit ex illa die eum amplius interrogare,
cum certum ſit,quod in paſſione eum interrogauerunt:Vel,amodo,id eſt,ab hora mortis & ſe
pulturæ quæ proxima erat quando Chriſ hæc dixit,⌊donec dicatis⌋vel inuiti propter euidẽ
tiam rei:⌊Benedictus qui venit in nomine domini⌋quod erit in die iudicij, quando videbũt
in quem compunxerũt,vt confiteantur ꝙ Ieſus ſit Chriſtꝰ & iudex mũdi.Hoc & Chrs in paſ

ſione teſtatus eſt: Amodo(inquiens) videbitis filium hominis veniētem in nubibus cœli. Si au
Acto. 10 tem exponatur de ſpirituali viſu per fidem, tunc aliqui Iudæorum poſt reſurrectionem Chri- D
Lucæ 21 ſti conuerſi, contemplati ſunt Ieſum, dicentes: Benedictus qui venit in nomine domini. In fi-
Marci 13 neq́ꝫ ſeculi omnes conuertentur & dicent hoc ipſum.
Pſal 117
Matt. 2
Marci 11

¶Explanatio Capituli XXIIII. Et egreſſus Ieſus de tēplo. Art. XXXVIII.



Oſt præinducta de Euangelicæ legis inſtitutione, promulgatione & confirma-
Matt 23 tione, agitur de finali iudicio, conſummationeq́ꝫ ſeculi. Et quia in fine præceden
tis capituli dixit ſaluator Iudæis, relinquendum eſſe domum ſeu templū eorum,
ideo q̄d verbo aſſeruit, facto demonſtrat egrediendo ab illis. Per q̄d figurauit,
ꝙ ipſa diuina defenſione, & gratioſa dei p̄ſentia eſſent mox deſtituendi, omniq́ꝫ
honore legis quem deus eis exhibuit, eo ꝙ Chriſtus naſciturus erat de eis priuandi, quemad-
Oſeæ 9 modum per Oſeam dn̄s conteſtatur: Exoſos(inquiens) habui eos propter malitiam adinuen-
tionum eorum, de domo mea eijciam eos, non addam vt diligam eos. Hoc eſt ergo quod di-
citur. ⌊Et egreſſus Ieſus de templo⌋ feria tertia poſt ramis palmarum cum diſcipulis & comi
tiua credentium ⌊ibat⌋ exeundo Hieruſalē verſus montem Oliueti ad Bethaniam domumq́ꝫ
Marthæ. ⌊Et acceſſerunt diſcipuli eius⌋ ad eum, ⌊vt oſtenderent ei ædificationem templi⌋
Lucæ 21 .i. pretioſam materiam & ornatam formam ſeu pulchritudinem templi Hieruſalem. Vnde a-
Marci 13 pud Lucam dixerunt, quod de bonis lapidibus & donis ornatum eſſet, & in Marco magiſter
(aiunt) aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ, veruntamen in Marco ſcribitur, vnus diſci- E
pulus Chriſto hæc oſtendiſſe atq́ꝫ dixiſſe hic vero habetur, ꝙ plures diſcipuli hoc fecerūt. Sed
non eſt contradictio, quia & numerus minor non excludit maiorem, & maior includit mino-
rem. Et communiter dicitur aliqua cōmunitas facere vel pati q̄d pars eius agit vel patitur.

¶Quæritur, cur diſcipuli oſtenderunt Chriſto ædificiū templi, quod nouerant frequēter con-
ſideratum & agnitū Chriſto? Dicendum, ꝙ ideo, vt flecterent eū ad miſericordiam, ne ſcilicet
templū relinqueret, prout paulo ante aſſeruit. Et quia diſcipuli rudes erant, carnalē & rudem
cauſam miſerendi tetigerunt, oſtendendo p̄tioſitatem tēpli, quaſi propter corporalia illa tem-
pli ornamenta, præſeruandum eſſet ipſum templū à deſtructione, & quaſi deus talia pondera-
ret, vel ideo oſtenderunt ei templum, vt occulte inſinuarent, quam difficile vel impoſſibile eſ-
ſet ipſum templum deſtrui, præſertim propter ciuitatis firmitatem, ideo reſpondit Saluator.
⌊Videtis hæc omnia⌋ ædificia, formoſitatemq́ꝫ templi? Tanquam dicat: Prætioſitas & venu
ſtas templi non proderunt ei, ⌊Amen dico vobis, non relinquetur hic⌋ id eſt, in templo ⌊la-
pis ſuper lapidem q non deſtruatur, ⌋ hoc eſt à ſua iunctura diſſipetur & diſpergatur. Roma-
Lucæ 19 ni enim templum totaliter combuſſerunt: Forte tamen lapides fundamenti manſerunt coniū-
cti. Hoc idem prædixit Chriſtus in die palmarum, quando accedens & videns ciuitatem, fle-
uit ſuper eam, dicens: Quia circundabunt te inimici tui vndiq́ꝫ, & non relinquent in te lapidem
ſuper lapidem. ⌊Sedente autem eo ſuper montem Oliueti⌋ vnde templum & ciuitas manife-
ſtiſſime aſpiciuntur ⌊acceſſerunt ad eum diſcipuli⌋ ſcilicet Petrus, Iacobus, Iohannes & An-
Marci 13 dreas, vt Marcus refert ⌊ſecreto⌋ tanquam familiares, & quia rem magnam ſciſcitaturi erant,
Lucæ 8 & quia nouerunt magiſtrum ſuum talia ſecreta non omnibus reuelare, dicentes: Dic nobis⌋
quibus datum eſt noſſe myſterium regni dei, ⌊quando hæc erunt, ⌋ id eſt, quo tempore ver F
ba tua de relictione & deſtructione templi implebuntur? ⌊& quod ſignum aduentus tui⌋
ad finale iudicium, quod etiam ſignum, ⌊& conſummationis ſeculi? ⌋ hoc eſt finis mūdi, ſeu
præſentis ſtatus mundi ſenſibilis, qui tunc conſummandus eſt, finiendusq́ꝫ dicitur, quando ge
nerationes & corruptiones, motusq́ꝫ cœleſtes ceſſabunt, & mixta omnia præter hominē cor-
rumpentur. Tria ergo ſciſcitabantur diſcipuli. Primum, quando templum periret. Secundo
de ſigno ſecundi aduentus. Tertio, de ſigno conſummationis ſeculi. Sed duo hæc rediguntur
ad vnum, nam dies iudicij, finisq́ꝫ ſeculi ſimul erunt, & per eadem ſigna prænoſcuntur. ⌊Et re
ſpondēs Ieſus dixit eis: Videte, ne quis vos ſeducat. ⌋ Nō reſpondet aperte vel determinate ad
interrogata, ſed vtiliter præmonet ſuos, vt ſint parati, cauti ac timorati. Porro quæ ſubſequū-
tur difficultatibus plena ſunt. Non enim certum eſt, an pertineant ad diem iudicij, conſum-
mationemq́ꝫ ſeculi, vel ad deſtructionem templi atq́ꝫ Hieruſalem. Vnde quidam expoſitores
referunt ſigna ſequentia ad vaſtationem templi, alij ad finem ſeculi, alij referunt quædam ad
illam & quædam ad iſtū. Veruntamen euangelica authoritate cōpellimur magnā partē ſequē
Lucæ, 21 tium referre ad templi deſtructionē, quoniam in Luca, vbi diſcipuli interrogaſſe leguntur, niſi
de ſigno & tēpore deſtructiōis tēpli dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod ſignū cū
hæc fieri incipient? Chriſtus reſpondit eadem verba quæ in præſenti loco, reſpondiſſe narra
Iohann. 5 tur, Quæ tamen vtiq́ꝫ ad futurum iudicium poſſunt referri. Subditur ergo ⌊Multi enim veni-
ent in nomine meo⌋ id eſt nomē meū ſibi aſcribendo, non tamē veniēt in nomine meo, ſicut

ego veni in nomine patris mei,& quo modo veri Christiani operantur & veniunt in nomine
meo,⌊ dicentes ⌋ singuli.⌊ Ego sum ⌋ Christus. Tales quidam venerunt in Iudæa ante destru
A ctionem Hierusalem, quorum vnus fuit Simon Magus, de quo dixerunt Samaritani; Hic est
virtus dei, quæ dicitur magna, vt in actis habetur. Qui Simon (vt refert Hieronymus) reliquit
in suis codicibus scriptũ: Ego sum sermo dei, ego sum speciosus, ego sum paracletus, ego sum
omnipotens, ego omnia dei. Fuit quoq; alius (vt recitat Iosephus) nomine Simon Essæus, di
cens se Christum, spondens se liberaturum Iudæos à tributo Romanorum. Tales etiam ante
finem mundi venturi creduntur,⌊ & seducent multos.⌋ Nam & Simoni Mago attenderunt
omnes Samaritani à minori ad maiorem, vt Lucas testatur. Alloquitur autem Christus
vniuersos fideles sub apostolorum persona secundum quod alibi ait: Quod vni dico, omni-
bus dico. Consequenter ponit saluator signa quædam in particulari, quæ Gregorius exponit,
quantum ad secundum Christi aduentum. Alij referunt ea ad templi & Hierusalem detectio-
nem. ⌊ Audituri enim estis prælia ⌋ præsentia,⌊ & opiniones præliorum ⌋ immioentium seu
futurorum, id est, percipietis de bellis præsentibus & rumorem de bellis futuris,⌊ videte ne tur
bemini,⌋ id est, inordinato pauore concutiamini. Non enim contristabit iustum quicquid ei
acciderit. Et Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Ideo dicit Psalmista; Si consistant
aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, &c. Viri q p-
pe perfecti insurgentibus maximis aduersitatibus & tribulationibus, non turbantur, certi de
misericordia & auxilio dei, quia per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cœlo-
rum. ⌊ Oportet eñ hæc fieri,⌋ necessitate conditionata & consequentiæ, tanquam à deo præ-
uisa & prænuntiata, quæ tamen in se contingentia sunt,⌊ sed nondum est finis ⌋ id est his au-
ditis seu factis, necdum adest destructio templi; vel consummatio seculi vel finis tribulatio-
num, imo grauiores sequentur, ideo subditur,⌊ Surget gens contra gentem,⌋ id est, vna con-
tra aliam præliabitur. Per gentes autem designantur minores prouinciæ,⌊ & regnum in re-
gnum ⌋ id est, reges cum suis contra se dimicabunt. Per regnum ergo intelliguntur maiores
B prouinciæ ⌊ & erunt pestilentiæ & fames & terræmotus per loca.⌋ De fame legitur in Acti-
bus apostolorum, quomodo Agabus propheta prædixit de fame, quæ facta est Claudio impe
rante. De terræ motu non legitur in scriptura canonica, quantum ad præsentem materiam, ni
si quod Christo pendente in ligno, terra mota est, in tantum quod petræ scissæ sunt.
⌊ Hæc omnia ⌋ mala pœnalia,⌊ initia sunt dolorum,⌋ id est, inchoationes quædam tribulati-
onum, quæ erunt in die destructionis templi, quando grauissima fuit Iudæorum afflictio, vel
quæ erunt tempore Antichristi, & circa diem, vel in die iudicij. ¶ Deniq; quomodo omnia
præinducta applicari possint populo Iudæorum ante destructionem Hierusalem, partim in-
notescit ex historijs Iosephi, Recitat nanq; quemadmodum post crucifixionem Iesu Nazare-
ni Iudæi pugnauerunt contra seipsos, & contra Samaritanos, & tandem se opposuerunt Ro-
manis. Item quod imminente destructione Hierusalem, currus equitesq; armati & acies appa
ruerunt in aere præliantes, & vitula inter manus immolantium peperit agnum, stella quoq; ha
bens formam gladij pependit per annum super Hierusalem, per quod aliq asserebãt figurari di
uinam vltionem populo imminentem, alij diuinã protectionem.
¶ Sed cum omnia præmemorata, videlicet prælia, seditiones, pestilentiæ, fames, terremotus,
naturaliter fiant & sæpius accidant, quomodo possunt esse signa futurorũ? imo quomõ possunt
esse signa, cum secundum Gregorium) ea quæ ordinate veniunt signa non sint? Respondet
Gregorius, quod loquitur de his quæ ordinem temporum non obseruant. Alij dicunt, quod
hæc omnia multo abundantius fuerunt imminente destructione Hierusalem. Et adhuc abun
dantius erunt imminente fine mundi, & ita sunt signa. Ex his infert Augustinus & etiam Tho
mas, vanam esse calculationem eorum, qui ex euentu prædictarum tribulationum & persequu
tionis fidelium, (de qua Immediate subiungitur) argumentantur: & prophetant de proping-
tate aduentus Antichristi, consummationisq; seculi. Primo, quia hæc signa referri possunt ad
C vastitatem Hierusalem. Secundo, quia si referantur ad secundum Christi aduentum, tamẽ fre-
quenter contigerunt & facta sunt. Et licet tunc abundantius fient quam ante, tamen quanti-
tas huius abundationis non est determinata, nec certa. Per hoc quoq; quod Christus domin[9]
noster in Actibus ait sctis Apostolis: Non est vestrum scire tempora vel momẽta, quę pater
posuit in sua potestate, satis repressit audaciam talium. ⌊ Tunc tradẽt vos in tribulationem,⌋
id est, persequutionibus vos exponent & occident vos,⌊ & eritis odio omnibus gẽtibus.⌋ In
diuo Luca Euangelista habetur: Eritis odio omnibus hominibus. Et in Marco quoq; Euan-
gelista narratur: Eritis odio omnibus: Non ergo de solis gentilibus loquitur. Vnde sensus est,
Et eritis odio oĩbus gentibus, tam Iudæis, quam cæteris Et dicit oibus, propter multitudi-
nem odientium eos: quamuis non omnes simpliciter oderit eos. Iuxta quem sensum diuus A-
postolus: Omnes (inqt) quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Vel est distributio pro
generibus singulorum, & nõ pro singulis generum, qa de oĩ genere hoĩm aliq eos oderunt.

¶Sed videtur cõtrarium quod ait apoſtolus: Ego per om̃ia om̃ibus placeo? Dicẽdum, quod
idem apoſtolus alibi profitetur: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus nõ eſſem. Ibi ergo de D
bonis, hic aũt de malis hominibus loquitur. Eritis ergo odio om̃ibus hominibus, nõ propter
veſtrã malitiam, ſed ⌊propter nomen meũ⌋, i. propter me, & quia diſcipuli mei eſtis, meãq;
fidem & doctrinã tenetis, ac prædicatis, hoc & in nocte paſſionis Chriſtus dixit apoſtolis:
Si de (inquiẽs) mundo eſſetis, mũdus quod ſuum erit diligeret, quia vero de mũdo nõ eſtis, ſed
ego elegi vos de mũdo, ideo odit vos mũdus. Deniq; licet odio haberi non ſit deſiderabile, ta
men propter Chriſtum odiri optabile eſt, non vt alij peccẽt, ſed vt Chrũs honoretur, & quia
hoc meritorium eſt, dummodo æquanimiter toleretur, dicẽte ſaluatore: Beati eritis cum ode-
rint vos homines, & cũ perſecuti vos fuerint, & dixerint om̃e malũ aduerſum vos mentientes
propter me, palam eſt autẽ quod om̃es qui per iuſtitiã oditur, propter Chriſtũ odio habea-
tur: Talis ergo gaudeat & exultet, nec fatigetur aduerſis. ¶Præterea aduertẽdũ eſt, quod ſi hęc
referantur ad perſonam apoſtolorum, diſcipulorumq; Chriſti, oportet tam præcedentia quam
ſubſequẽtia exponi pro tẽpore deſtructionẽ Hieruſalẽ præcedente. Si vero ſub nomine apo-
ſtolorum dicta intelligantur ad quoſcũq; fideles, referri poſſunt ad ſecũdum aduentum. ⌊Et
tunc ſcandalizabuntur multi.⌋ In primitiua eccleſia propter acerbitatem perſecutionis mul-
ti ceciderũt à fide, quod multo copioſius fiet tempore Antichriſti & circiter, iuxta illud apo-
ſtoli: Spiritus manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedẽt quidam à fide, ⌊& inuicẽ
tradent⌋ hoc eſt, proximus proximũ, propinquus propinquũ, tradet in mortem, vnde in Lu-
ca clarius ſcribitur: Trademini à parẽtibus & fratribus & cognatis & amicis & morte afficiẽt
ex vobis. Itẽq; Marcus ait: Tradet frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ, & cõſurgẽt filij in parẽ E
tes, & morte eos afficient. Hinc dixit ſaluator: Venit hora, vt om̃is q interficit vos arbitretur
obſequium ſe præſtare deo, ⌊& odio habebũt inuicẽ⌋ Nam inter fideles & infideles conti-
nuum odiũ eſt, ⌊& multi pſeudoprophetæ ſurgẽt⌋ videlicet hæreſiarchæ, de quibus in pri-
ma ſua canonica ait Iohãnes: Nunc Antichriſti multi nati ſunt. Ex nobis prodierunt, ſed non
erãt ex nobis. Et Paulus: Ego ſcio (inquit) quia poſt diſceſſum meũ intrabunt in vos lupi gra-
ues nõ parcẽtes grigi. Legitur etiam, ꝙ ex illis octo milibus Iudæorum in Hieruſalẽ primo cõ-
uerſis per Petri prædicationem multi hæretici ſurrexerũt, quorum vnus fuit (vt dicitur) Nicola'
Antiochenus vnus de ſeptẽ diaconibus, dicẽs mulieres debere eſſe communes ſicut & cætera
bona, vt refert Thomas in ſumma contra gentiles, ⌊& ſeducent multos⌋ de quibus ſcriptum
eſt: Dominationem contemnunt, audaces, ſibi placẽtes, pellicẽtes animas inſtabiles, ⌊& quo-
niam abundabit iniquitas⌋ perſecutorum & ſeducentium ac ſeductorum, ⌊refrigeſcet⌋ à ſpiri-
tuali feruore, ⌊charitas multorum⌋ Abundãtia enĩ peccati mors eſt charitatis, quoniam vnum
contrariorum deſtruit aliud. Hæc om̃ia circa finem ſeculi copioſius accident, prout beatus Pe
trus habet: Venient (inquiens) in nouiſſimis diebus illuſores, iuxta proprias concupiſcentias
ambulantes & dicentes: Vbi eſt promiſſio aut aduentus eius? ⌊Qui autem perſeuerauerit,⌋
in fide & charitate, ⌊vſq; in finem⌋ vitæ ſuæ incluſiue, ⌊hic ſaluus erit⌋ Sola enim perſeue-
rantia coronatur, & non coronatur, niſi legitime certans. Motus quoq; ſpecificatur ac deno-
minatur à termino ad quem: Hæc eſt vox quam non audiunt niſi oues. ⌊Et predicabitur
hoc euangelium regni⌋ hoc eſt, euangelica doctrina annuntians regnum cœleſte, & intro-
ducens ſuos obſeruatores ad illud, ⌊in vniuerſo orbe⌋ id eſt in toto mundo, quantum ad prin F
cipales mundi partes, ⌊in teſtimonium omnibus gentibus⌋ hoc eſt, ad hoc vt prædicatores
Euangelij proteſtentur & dicant gentilibus fidem eſſe adhibendam euangelio. Vel, in teſti-
monium omnibus gentibus, hoc eſt, in teſtimonium damnationis incredulorum, vt nemo
ſit excuſabilis, atque in teſtimonium ſaluationis credentium, ⌊& tunc⌋ id eſt, hoc peracto,
vel quando hoc agitur, ⌊veniet conſummatio⌋ id eſt impletio eorum quæ prædixi, videli-
cet deſtructio templi, vel terminus ſeculi.

¶Prædicatio autem euangelij per totum mundũ intelligi poteſt dupliciter. Primo, quan-
tum ad conuerſionem quorundam de omni genere hominum, ſeu quantum ad principalia
climata. Et hoc modo facta eſt per totum mundum tempore apoſtolorum, & ante deſtru-
ctionem Hieruſalem à Romanis. Sic enim de apoſtolis allegat Paulus illud pſalmiſtæ: In om
nem terram exiuit ſonus eorum. Et Chriſtus dixit apoſtolis: Eritis mihi teſtes in omni Iudęa
& Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Et rurſus: Prædicate (inquit) euangelium om̃i crea-
turæ. Et: Euntes docete om̃es gentes. Vnde & Paulus ad Colloceſes ait: Vt ſermo dei cla-
rificetur in vobis, ſicut & in om̃i creatura que ſub cœlo eſt. Secundo intelligi poteſt prædi-
catio Euangelij in toto mundo ſimpliciter, quantum ad vniuerſorum conuerſionem & ido-
lolatriæ atq; ſectarum errantium pleniſſimam eradicationem, exceptis pauciſſimis Antichri-
ſti miniſtris. Et hoc modo prædicatio euãgelij fiet circa finem ſeculi Antichriſto deſtructo.
Si ergo quod ait ſaluator, prædicabitur euãgelium regni in in vniuerſo orbe, intelligatur pri-
mo modo, tunc illud quod ſubditur, & tunc veniet cõſummatio, intelligẽdũ erit de deſtructiõe
Hieru-

Hierusalē. Si vero secūdo modo, sic intelligēdū erit de cōsummatiōe seculi. Denique sanctus
A Hieronymus ait hoc loco, nō puto aliquam gentem remansisse, quæ nomē Christi ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorem, tamē ex vicinis nationibus opinionem fidei non potest ignorare. ⌊Cum ergo videritis abominationē desolationis⌋ id est, idolum seu statuam tristitiæ & desolationis effectiuam ac significatiuam. Iudæi enim nomine abominationis intelligunt idolum, ⌊quæ dicta⌋ id est, prænuntiata, ⌊est à Daniele propheta, stantem in loco sancto⌋ id est, in templo. Quod quidam exponunt de imagine Cæsaris quam collocauit Pilatus in tēplo, alij de statua Adriani imperatoris, quam ipse in templo reædificato erexit. Quidā vero exponūt de Antichristo, qui secundū apostolū in tēplo dei sedebit, ostendens se tanquam sit deus, ⌊qui legit⌋ prophetiam illam, ⌊intelligat⌋ eam sapienter, sciatque eam esse inpletam.
¶ Insuper quæ sequūtur vsque ibi, orate, vt non fiat fuga vestra hyeme, quidā exponūt pro tempore destructionis Hierusalem à Romanis, vel persecutionis illatæ Iudæis ab Adriano Hierusalem reædificante, & omēs Iudæos ab ea penitus repellēte. Et quamuis litera valeat applicari ad hæc, tamē quantū cōsiderare & capere possum, si ordinē textus Marci, vbi hæc eadē cōtinentur, diligenter pensemus, cogimur ea exponere pro tempore consummationis seculi. Singulæ tamen expositiones breuiter sunt tangendæ. ⌊Tunc⌋ hoc est, statua Adriani visa in loco sancto, ⌊qui in Iudæa sunt⌋ hoc est, Iudei in terra illa habitantes, ⌊fugiant ad montes⌋ vt ibi abscondantur, ⌊& qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro est, nō reuertatur in domū suam tollere tunicā suā⌋ vel aliud quodcunque. Hoc totum dicitur, ad insinuandum quod Adrianus expelleret Iudæos à Iudæa, & maxime à ciuitate Hierusalem, ita quod nullus eorum poterat regredi ad eam sine periculo mortis. Sicque melius erat eis perdere rem possessam quam vitā. Et indiguerunt celeriter fugere, propter districtissimum Adriani præceptū, ideo subditur: ⌊Væ aūt prægnātibus & nutrientibus in diebus illis.⌋ Mulieres enim prægnātes & nutrientes infantulos propter pondus & sarcinā, curāque infantium, expedite fugere nequeunt, ideo persecutionis tēpore imminet eis periculū, etiā quoniam abortiuū vel desperationē sæpe incurrunt solo timore imminentiū aduersitatū. Secundo sic, tūc, id est circa impletionē prophetiæ prædictæ, videlicet parum ante destructionē Hierusalē factam à Tito qui in Iudæa sunt, fugiāt ad mōtes, & qui in tecto, &c. Hoc totū vno modo exponitur de Iudæis incredulis, ad designandū quod tam dira eis imminebat persecutio à Romanis, & nil eis adeo necessarium fuit sicut velociter fugere, & pro nulla re asportanda reuerti siue morari, alio modo exponitur de Iudæis cōuersis, qui instāte Romanorum aduētu ab angelo mouebantur exire Iudæā, & introire regnū Agrippæ trās Iordanē. Tertio sic, tūc, id est Antichristo sedēte in templo quod ædificabit (vt dicitur) in ciuitate Hierusalē, qui in Iudæa sunt, fugiāt ad montes, & qui in tecto, &c. Nam quamuis Antichristus & eius satellites vbique persecuturi sint Christianos, maxime tamē eos, quos in terra sancta inuenerint, ideo dicitur eis, vt sine mora & respectione ad latibula fugiant montium aut locorum absconditorum, nec de temporalibus curent.
¶ Mystycæ. Cum videmus abominationē desolatiōis, hoc est, dogma peruersum, indignum prælatum, de quo dictum est: O pastor & idolum vel exemplum pestiferum, in loco sancto, id est in ecclesia seu quocūque deuotorum vel fidelium grege, tunc qui in Iudæa sunt, id est, in vera fidei cōfessione, fugiāt ad mōtes, hoc est ad iustitiā dei, ei omnia discrete committēdo, qui propter
C peccata populi facit regnare hypocritam, vnde & scriptum est: Iustitia tua sicut mōtes dei, vel ad auxilium angelorum hominumque sanctorum, iuxta illud: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. Per hos nanque subuenit deus, dicēte scriptura: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Vel, ad mōtes, id est, ad intelligentias spirituales, quas si tetigerit bestia lapidibus obruetur. Quia animalis homo non capit quæ dei sunt. Stultitia enim est illi, & qui in tecto sunt, id est in sublimitate virtutum & arcæ cōtemplationis, nō descēdant ad inferiora, vt aliquid tollant de operibus carnis & pristinæ cōuersatiōis dicētes cū spōsa: Laui pedes meos, id est, affectiones purgaui. Quomodo inquinabo eos? & qui in agro est, hoc est congregatiōe iustorum, quibus dicit apostolus: Dei agricultura estis, ⌊non redeat tollere tunicam suam⌋ id est veterem hominē cum actibus suis, vnde in Canticis dicitur: Exui tunicā meā, quomodo induar illam? Et Iudas apostolus: Odientes eā quæ carnalis ē maculatā tunicā. Væ aūt pregnātibus, &c. his qui carnalibus rebus intenti sunt, qui lactis participes sunt, & solidū nequeūt capere cibū. Præterea quæ sequūtur omēs cōmuniter exponūt pro tempore, consummationis mūdi, & extremi iudicij. Christus ergo sub persona apostolorum alloquēs fideles tūc reperiēdos, eosque adhortans, præmonēs, cautos efficiēs, ait: ⌊Orate aūt⌋ deū, ⌊vt nō fiat fuga vestra⌋ hoc est, ne fugere attentetis vel indigeatis, ⌊hyeme vel sabbato⌋ .i. quocūque tempore incōuenienti. Per hyemem nanque qua malū est ambulare propter duritiam frigoris & intēperiē aeris, & per sabbatū quo secundum legē non licuit ambulare, nisi per mille passus, designatur omē temp⁹ inептū ad fugā. Spiritualiter quoque per hyemem exprimitur tēpus siue extinctio charitatis. Per sabbatum vero vacantia operis boni. Et qui in istis est inaniter fugit, cum manū dei non possit effugere.

ſibi finaliter adhærebũt, nec poterũt errore ſeduci. ⌊Vbicũq; fuerit corpus, illic congregabun
A tur & aquilæ.⌋ Hoc ad literam ita ẽ. Aquilæ eñ & aliæ aues vbicũq; odoratu, viſu, aut alio ſen
ſu perceperint eſſe cadauer, illuc mox volãt & colligũtur, ſic ſpiritualiter vbicũq; fuerit Chri
ſtus qui dicitur corpus tanq̃ verbũ caro factũ, & pro nobis occiſum, illic cõgregãtur homines Iohan. 1
virtuoſi, quorũ iuuentus renouatur vt aquilæ, iuxta illud apoſtoli: Renouamini ſpiritu mentis Apoc. 4.
veſtræ, & induite nouũ hominẽ qui ſecundũ deum creatus eſt. Hinc eñ ait ſaluator: Pater quos Pſal. 102
dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Et alibi: Ephe. 4
Veniam & aſſumam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis.

¶Proſecutio expoſitionis huius capituli. Arti. XXXIX.

STatim aũt poſt tribulationẽ dierũ illorũ ſol obſcurabitur.⌋ Poſt deſcriptionem ſignorũ
propinquorũ diei iudicij ſeu aduent' Chriſti, ponũt iam ſigna proxima illi aduentui
Statim autem poſt tribulationem dierũ illorũ, id eſt, cito poſt pſecutionem Antichriſti,
ſol obſcurabitur, quæ obſcuratio erit in ipſa hora immediate præcedente Chriſti deſcẽ
ſum ad iudicãdũ, & ita inter finẽ perſecutionis Antichriſti & obſcurationẽ luminariũ cœle-
ſtiũ erit tempus permodicũ, ſcilicet quadragintaquinq; dies vel circiter qui dabũt ſeductis ab
Antichriſto ad pœnitendũ, put doctores catholici aſſerunt, & ex Daniele trahitur. Obſcurabi
tur aũt ſol, ⌊& luna nõ dabit lumen ſuũ⌋ vel quia ad terrorem hoĩm diuina virtute ſuo lumi-
ne priuabũt, vel, qd probabilius ſonat, quia aliqua corpora opaca interponent inter ea & terrã,
ſicq; obſcurabunt nõ in ſe, ſed q̃tum ad homines ad quos eorũ ſplendor nõ veniet, & forte lu-
na ſupponetur ſoli, ſicut in paſſione factum fuit ſecundũ Dionyſium in epiſtola ad Policarpũ.
B Quod ſi dicatur, conſequens eſt, vt luna non det nec effluat lumen, ſed obſcuretur pars eius q̃
reſpicit in terrã. Semper eñ luna pro media parte obſcura eſt, ea videlicet quæ à ſole auerſa eſt
à quo dependet lumen lunæ in eſſe & conſeruari. Aliqui tñ dicunt quod luminaria iſta nõ ob-
ſcurabũt niſi comparatione veræ lucis, quoniam tanta erit claritas iudicis venientis, vt eius re
ſpectu oĩa obſcurari dicantur, & hoc dicit Hieronymus. Quod ſecundum Thomam ſuper
quartũ ſententiarũ verũ ẽ, ſi intelligat ꝑ ipſo momẽto aduẽt' Chrĩ, in q̃ momẽto dicit totũ mũ-
dũ innouãdũ. Alij tamẽ dicũt, qd innouatio ĩmediate ſeqt iudicium reprobis in infernũ retru-
ſis. Si vero intelligatur pro tempore præcedente iudiciũ, veritatem non habet, imo Thomas
allegat & ſequitur Rabanum aſſerentem, quod nihil prohibet, vt ſol, luna & ſydera dicantur
tunc veraciter lumine ſuo priuanda, ⌊& ſtellæ cadent de cœlo⌋ non ſecundũ exiſtentiæ veri-
tatem, ſed ſecundum apparentiã quandam, quoniam tantæ exaltationes ignitæ, ſcintillationes
ſeu azub generabuntur atq; deſcendent in aere, quod aſtra cadere videbũt, ⌊& virtutes cœlo-
rum conmouebuntur.⌋ Hoc quidam exponunt ſpecialiter de angelis medij ordinis ſecundæ
hierarchiæ, quorum eſt miracula facere, vt tũc dicant conmoueri, quia plus ſolito procedent
& tendent ad faciendas transmutationes miraculoſas in creaturis. Sed melius intelligitur de
omnibus angelicis ſpiritibus, q tunc conmouebuntur motu reuerentiæ & admirationis cuiuſ-
dam, non metu pœnalis affectionis, poteſtq; verbum iſtud intelligi per modum hyperbolicę
locutionis, qua aliquid dicitur per exceſſum, ad inſinuandum magnitudinem rei quæ affirma-
tur. ¶Myſticæ, inſtante die iudicij, Chriſtus ſol iuſtitiæ obſcuratur in cordibus plurimorũ,
& quoniam effuſionem gratiæ ſuæ & ſubuentionis ſuſpendet plus ſolito, luna quoq;, id eſt, ec
C cleſia obſcurabitur vehementer, præualentibus impijs & fide pene extincta, quia & ſtellæ ca-
dẽt de cœlo, hoc eſt, multi literati auertẽtur à fide, propter qd virtutes cœlorũ, hoc eſt, pfecti
& contemplatiui cõmouebũt timore, cõpaſſione & admiratione, ⌊& tũc apparebit ſignum fi
lij hominis⌋ hoc eſt, crux Chriſti, & cætera arma ſuæ paſſionis, vel corporis ſui cicatrices, ⌊in
cœlo⌋ aereo, vbi Chriſtus ad iudicandũ ſeſſurus eſt. Apparebũt aũt crux, claui & lancea Chri
ſti, vel qa vere tũc aderũt, & ad confuſionem ingratorũ oſtenderet ab angelis, vel, qa aliqua lu
cide apparebũt in ſimilitudine crucis & cæterorũ dominicæ paſſionis armorũ, ⌊& tunc plan
gent omnes tribus terræ⌋ .i. omnes nationes terrenæ, de quibus Hieremias ait: Recedentes
ãte in terra ſcribentur, vel aliqui de omnibus generationibus hominum contriſtabunt om-
nes, videlicet impij, qbus aduentus Chriſti erit omni terribili terribilior, de quibus ſapientia: Vi
dentes (inquit) turbabuntur timore horribili præ anguſtia ſpũs gemẽtes. Ad hoc pertinere
poteſt illud Zachariæ: Aſpiciẽt ad me quẽ cõfixerũt & plangẽt eũ planctu quaſi ſup vnige
nitũ, vnde in Apocalypſi habet: Ecce venit cũ nubibus, & tũc plangẽt ſe ſup eũ oẽs tribus
terræ, ⌊& videbũt⌋ oẽs hoĩes boni & mali, ⌊filiũ hominis venientẽ⌋ de cœlo empyreo, ⌊in
nubibus cęli⌋ aerei. In nubibus nãq; aſcẽdit, idcirco in nubibus rediet, vt verificet eloquiũ an
gelorũ in actis: Quemadmodũ (inquiẽtes) vidiſtis eũ aſcẽdẽtẽ, ſic veniet. Hinc ait Pſalmiſta.
Nubes & caligo in circuitu eius. ⌊cũ virtute magna⌋ .i. angelorum exercitu, omnibusq;
beatis, ſecũdum illud Iudæ apoſtoli: Ecce venit dñs in ſanctis millib' ſuis facere iudiciũ, & ar
guere oẽs impios ⌊& maieſtate⌋ .i. magna ſuijpſius ptãte & gloria. Apparebit eñ in cor-
pore glorificato tanq̃ rex regum, iudex ac dñs vniuerſorũ. Ignis quoq; in conſpectu eius ex-

ardescet,& in circuitu eius tẽpestas valida, L& mittet angelos suos⌋quorum ministerio cine-
res resuscitãdorum colligẽtur, Lcũ tuba⌋.i. cũ ingenti fragore & sonitu quẽ angeli sancti faciẽt D
in elemẽtis, L& voce magna⌋ Michaelis archãgeli, q est princeps & custos ecclesiæ, dicetq;
in die iudicij ex cõmissione diuina: Surgite mortui, venite ad iudicium, vel, cum voce magna
Christi cuius imperio mortui surgẽt, de qua saluator: Veniet hora quãdo oẽs q in monumẽ-
tis sunt, audiẽt vocẽ eius. De hoc testatur apl'us: Quoniã ipse dñs in iussu & in voce archãgeli
& in tuba dei descẽdet de cœlo, L& cõgregabũt⌋.i. simul ad iudiciũ deferẽt seu adducẽt, Le-
lectos eius⌋ Nã ꝗuis boni & mali ab angelis ad iudiciũ deferẽtur: electi tamen cum ampliori
honore & reuerentia speciali, Là quatuor vẽtis⌋.i. à quatuor principalibus partibus mundi,
vnde quatuor vẽti principales oriũtur, hoc ẽ, à cũctis locis & monumẽtis, in ꝗbus suscitabun-
tur. Quod ꝗ subito fiet, elucescit ex verbo apl'i: In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.
Canet eñ tuba, & mortui resurgẽt incorrupti. Nec eñ tuba hæc, corporaliter intelligẽda est
secũdũ Remigiũ, Là summo cœlorum vsq; ad terminos eorum.⌋ Marcus inqt: A summo terræ
vsq; ad summũ cœli: summũ ergo cœlorum noiat locũ terræ, in quo aliqs stat, qa vbicũq; qs ste-
terit, videtur ei ꝙ summitas cœli sit sup caput suũ. Porro terminos terræ appellat loca circa ꝗ
visus noster finitur, nã ibi videt cœlũ terræ cõiungi ac terminari quasi eẽt corpus semicircu-
lare, & camerale, cũ tñ sit spericũ vbiq; æque remote distãs à terra. Est igit sensus: Angeli con
gregabũt electos à summo cœlorum .i. à quocũq; loco vnde cœli altitudo maior apparet vsq;
ad terminos eorum.i. etiã ab illis terræ locis vbi cœli vidẽtur finiri, quos de' expãdit velut taber
naculũ ad inhabitãdũ, vt Esaias habet: Cõsequẽter docet Chrũs ꝗd dixit de fine seculi p exẽ-
plũ vel similitudinẽ arboris. LAb arbore autẽ sici⌋.i. a ficulnea, Ldiscite parabolã⌋.i. sumite E
similitudinẽ quã vobis proponã ad pdictorum intelligẽtiã conuenientẽ. LCũ iã ramus eius te-
ner fuerit⌋.i. recẽs & gracilis, L& folia nata⌋.i. cũ folia cœperint pullulare in ea, Lscitis quia
prope est æstas⌋ Illa eñ nõ fiunt nisi sole appropinquãte & ascendẽte, cuius allatio in circu-
lo obliq est causa ḡnationis, renouationis, & caloris in inferioribus secũdũ philosophos, imo
secũdũ Dionysiũ. LIta & vos cũ videritis hæc oĩa⌋.i. pdicta signa aduẽtus mei, Limpleri sci-
tote, qa prope est in ianuis⌋.i. in proximo instat iudiciũ. Sub psona aplorum affatur eos q tunc
victuri sunt in seculo isto. LAmẽ dico vobis, qa nõ præteribit ḡnatio hæc⌋.i. genus humanũ
vel populus Iudæorum seu cõgregatio Christianorum, ꝗ durãte hoc seculo, nunꝗ in toto destruet,
ꝗuis Antichri tpibus multũ opprimẽda, minuẽdaq; sit, Ldonec oĩa fiãt⌋.i. ope cõpleantur, ꝗ
añ horã iudicij dixi futura. Cœlũ & terra trãsibũt⌋.i. eẽ cessabũt quãtũ ad sua accidentalia.s.
motũ, causalitatẽ, sitũ, & trãsmutationẽ nõ quo ad eẽ substãtiale, imo post diẽ iudicij meliora
būtur, qñ terra clara erit vt aurum, cęlũ vt sydera, vnde in Apocalypsi ait Iohãnes. Vidi cœlũ
nouũ & terrã nouã, primũ eñ cœlũ & prima terra abijt, Lverba vero mea nõ pteribũt⌋non
frustrabunt, sed ꝗd significãt, impossibilius eẽt nõ impleri ꝗ vniuersam mũdi fabricã destrui
Loqtur ergo de verbis suis, nõ ꝗtũ ad sonũ sermonis, & ne qs ex signis pdictis existimet diem
iudicij determinate posse psciri, adiecit: LDe die añt illa⌋iudicij L& hora⌋aduentus Christi,
Lnemo scit⌋qñ vẽturi sint Lneq; angeli cœlorum⌋.i. habitãtes in cœlis, & motores cœlorum,
Lnisi pr solus⌋ In marco, addit, neq; filius, ꝗd ex his verbis infertur & sequit. Ea eñ ꝗ soli di
uinæ potẽtiæ subiacẽt, & ex simplici diuinæ volũtatis libertate depẽdẽt, qualia sunt initium &
cõsummatio mũdi, soli creatori sunt agnita, nec sciũtur à creatura nisi p reuelationẽ. horã aũt
cõsummatiõis mũdi nulli viatori vel angelo deus manifestauit. ¶Sed qũo solus pr dr scire diẽ F
illũ & horã, cũ de' spũs sanctus, & Chrs vt eadẽ nõ ignorẽt? Rursus Chrs vt hõ cõstitutus, est
oĩm iudex. Qũo ergo lateret eũ tps finalis iudicij? Ad primũ dicẽdum, ꝙ triũ psonarum est vna
notitia sicut vna eẽntia, vna voluntas, vna ptãs, ideo qcquid de vna asserit, de alia ꝗq; intelligi
datur, vbi nõ obuiat relatiõis distinctio. Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ Chrũs dicit illã horã & diẽ ig-
norare, nõ quo ad seipm, sed ꝗntũ ad nos, videlicet qa nõ notificat eã nobis. Sic eñ frequẽter
loquit deus in scripturis p modũ ignorãtis vel dubitãtis, qa ita se habet ad hoies tanꝗ ignora
ret siue ambigeret, quẽadmodũ in Exodo ait pplo Israel, cũ adorasset vitulũ aureũ. Iam nunc
depone ornatum vt sciam, qd faciam, tibi. Et in Genesi: Descendã (inqt) & videbo si iuxta cla
morẽ q venit ad me faciant, an nõ vt sciã. LSicut aũt fuit in dieb' Noe⌋ videlicet añ ingres-
sum in arcã, Lita erit aduẽt' filij hois⌋ad iudiciũ. Quod cõsequẽter exponit. LSicut eñ erãt⌋
hoies carnales atq; increduli Lin diebus ante diluuiũ comedẽtes & bibentes nubẽtes & nuptui
tradẽtes⌋.i. crapulose, secure & incõtinẽter viuẽtes, diuq; viuere arbitrãtes cõtrahẽdo adin-
uicẽ. Lvsq; ad eum diẽ ꝗ introiuit in arcã,⌋de lignis leuigatis atq; bitumine colligatis, factam,
ipse LNoe⌋cũ sua vxore tribusq; filijs & eorum coniugibus, vñ secũdũ Petrũ in arca paucæ aiæ
.i. octo p aquã saluę factæ sunt L& nõ cognouerunt⌋ hoies tũc tpis periculũ iminẽs, & forte
ꝗuis Noe eis pdixit, nõ tñ credebãt. Quãuis ãt pdixisset eis futurum diluuiũ, nõ tñ pnũtiauit cer
tũ diẽ, sicut & Chrs ꝗuis nobis pnũtiauit futurum iudiciũ, nõ tñ diẽ determinatũ Ldonec venit
diluuiũ⌋Tũc eñ p experientiã cognouerũt ꝗd añ non nouerãt, L& tulit⌋.i. à vita subtraxit,

Lomnes

omnes homines⌋præter Noe,& existentes cum eo à quibus propagatum & natum est omne
hoim genus,⌊ita⌋occultus & improuisus ac subitus⌊erit aduentus filij hois⌋ad iudiciū. Nā
A Antichristo occiso quidā satellitū eius in sua duritia pdurabunt scelerate viuētes,& secure pec
cātes,qbus sic cōuersantibus subito veniet dies iudicij. Propter quod dicit Apostolus: Cū di-
xerint pax & securitas,tūc repētinus eius superuenirt interitus. ⌊Tūc duo erunt in agro⌋.i.ei
dē opationi in agro intēti⌊vnus assumet⌋ad gloriā⌊& vnus relinquet⌋ad pœnā. Erunt tunc
⌊duę molētes in mola, vna assumet & vna relinquet,duo in lecto,vnus assumetur,& vn⁹ re-
linquet⌋hoc totū sic erit ad lrām,quia vbiq; pdestinati mixti sunt reprobis. ¶Spiritualr vero
p existentes in agro intelligunt plati,quorū est opari in agro dñico, seu in ecclesia, p molentes
aūt significantur actiui,p existentes quoq; in lecto quietis contēplatiui. Horū triū statuū,aliq ca
dēt à fide & grā,maxime tpe Antichristi. Propter qd relinquent,alij pseuerabūt vsq; in finē,&
assument,quia scdm Augustinū,in omi cōditiōe & gradu optimis iuncti sunt pessimi. Opor-
tet equidē bonitatē Abel probari,exerceri,& coronari p malitiā Cain. ⌊Vigilate ergo⌋.i.so-
liciti sitis,& bonis actibus diligenter intēdite,⌊qa nescitis q̄ hora dñs vester vēturus sit⌋ad iu-
diciū. Hoc in persona Aplorū posteriorib⁹ dicit. Et quamuis ad literā dicit dr scdo Chri aduē
tu,nihilominus accipi pōt de spūali eius aduētu,& particulari iudicio q̄ visitat vnūquēq; in ho
ra mortis. Qm ergo nescimus diē neq; horā propriæ mortis aut extremi iudicij,debemus sem
per esse prouidi ac præparati,ne in vitijs dephendamur,& ęternaliter peream⁹. ¶Porro, q
ita agēdum sit,probat exemplo,& p locū à maiori. ⌊Illud autē scitote,qm si sciret paterfami
lias,qua hora fur vēturus esset,vigilaret,& nō fineret pfodi domū suā⌋ Si ergo ille tam solerter
ac vigilanter opponeret se damno temporaliū rerū,quāto magis nos oporteret reluctari omi
ignauiæ ac negligētię ne pdamus bona æterna spiritualia ac diuina? Ideo concludit⌊ideo &
vos estote parati⌋ad occurrēdū Christo,⌊quia qua hora nescitis⌋.i.tēpore vobis ignoto⌊fi
lius hominis venturus est⌋Exhortatio ista plenius cōtinet in Marco & Luca. Ait tm̄ Salua-
tor in Marco: Vigilate,nescitis em̄ qn dominus veniat,sero an media nocte,an in gallicantu,an
B mane,ne cū venerit repēte,inueniat vos dormiētes,videte,vigilate,orate. Itē in Luca: Vigilate
(inqt)itaq; oi tpe,orātes,vt digni habeamini fugere oīa ista q̄ futura sunt,& stare añ filiū hois.
¶Mystice: Paterfamilias est spūs rōnalis,videlicet aīa nra,cuius familia sunt cogitatiōes, affe-
ctiōes & opera,domus vero eius est corpus hoc corruptibile. Fur vero est tētator,debet ergo
spūs noster incessabilr vigilare,ne diabol⁹ p fenestras corporis.i. p sensus exteriores introeat
habitaculū animæ,neq; pfodiat illud,inducendo laqueos tētationum per corpus. Hoc em̄ est
quod hortat Aplus: Nolite(inquiēs)locū dare diabolo. Et rursus: Non regnet pctm̄ in vestro
mortali corpore,vt obediatis cōcupiscētijs ei⁹. ¶Cōsequēter Saluator hortatur nos ad vigi
lantiam præinductam exemplo serui fidelis,& loqtur interrogatiue,ad isinuādum difficultatē
& raritatē negotij⌊Quis putas est fidelis seruus & prudēs⌋Fidelis in executiōe administrationis,
seu dispēsatiōis sibi à dño suo commissæ,& prudēs i seipso, conuenienter disponēdo de medijs
& modo regiminis⌊quē cōstituit dñs suus⌋paterfamilias⌊super familiam suam⌋hoc est,cæte
ris ministrātibus ptulit eū,quemadmodū Putifer cōstituit dñm Ioseph domus suæ⌊vt det il
lis⌋puta vnicuiq; de familia⌊cibum in tēpore⌋hoc est, cōgrua a'imēta in tempore opportu
no,nō nimis tempestiue aut tarde,nec oībus eadem nec delicata cibaria. Qui em̄ delicate nu
trit seruum suum,postea sentit contumacem,sed singulis dandum est secundum suæ conditi-
onis exigentiam, propriamq; capacitatem & indigētiam,ad hāc quæstionem dominus nō re-
spondet, & tamē ex verbis quæstionis patet responsio, vt dicamus illum esse seruum fidelem
atq; prudērem,& cæteris seruis digne prælatum,q dat illis escam in tempore secūdum modū
præfatum. Idcirco subiungitur:⌊Beatus est⌋iam in spe⌊ille seruus⌋hoc est,Christianus ali
os in spiritualibus vel in tēporalibus regens ex ordinatiōe diuina, vel seipsum recte guber-
nās,bene vtēdo gratia sibi collata,creditisq; talētis,⌊quem cum venerit dominus eius⌋ Chri
stus videlicet,veniēs ad eum in hora suæ mortis,vt rationē ponat cum eo,vel quotidie, consi-
C derando quomodo præsit & bona domini sui dispensat⌊inuenerit sic facientem⌋hoc est,fa
miliam sibi commissam bñ regētem,dādo singulis escam spūalem seu corporalem,& seipsum
fructuose occupantem in operibus sanctæ dilectionis. ⌊Amen dico vobis super oīa bona sua
constituet eum⌋nō vt oībus creaturis dominetur,vel cūcta creata solus possideat, sed æter-
nam beatitudinem consequatur,quæ est status oīm bonorum aggregatione perfectus,& sus-
cipiat quæ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec cor appræhēdere valet,imo deum summum
possideat,vel qa similitudinem serui hois patrisfamilias introducit,possumus per omnia bo-
na dei itelligere sola exteriora & corporalia sicut diuitiæ appellantur hominum bona sic vnus
quisq; beatus constituitur super omnia bona creatoris ⌊Si autem dixerit⌋malus⌊seruus ille⌋
seruus infidelis q opposito modo se habet ad seruum prudentem prædictum ⌊moram fa-
cit dñs meus venire⌋.i.nō cito iudicabor à deo⌊& cęperit pcutere cōseruos suos.i.opprimere
gregē sibi cōmissū⌊māducet āt & bibat cum ebriosis⌋.i.crapulose & carnaliter viuat. Hoc di

cunt saltem interpretatiue prælati & iudices, qui nō timent iudiciū dei, nec cogitant horā mor
tis, eo ꝙ Chrūs longanimiter agat cum eis, nec statim se vlciscaẗ. Hoc nāq; præstat multis pec
candi audaciam iuxta illud: Etenī quia non cito profert contra malos iudiciū, absq; vllo timore D
filiꝫ hominū perpetrant mala, ⌊ veniet dñs serui illius ⌋. i. Christus ⌊ in die qua nō sperat ⌋ id ē
quando seruus ille nō putat se visitandū & puniendum à Christo, ⌊ & hora qua ignorat ⌋ qꝛ
hora mortis, ac iudiciꝫ prorsus incerta est. Tales enī cū se magis diu victuros arbitranẗ, citius
tolluntẗ de medio, quēadmodū diuiti longā quietē ac delitiosam vitā sibipsi promittenti, de-
us ait apud Lucā: Stulte hac nocte animā tuā repetēt à te, quæ aūt parasti cuius erūt? ⌊ & di-
uidet eū ⌋. i. à consortio & præmio electoꝝ separabit, ⌊ partē'q; eius ⌋. i. retributionē, ⌊ ponet
cum hypocritis ⌋. i. cū his qui nomine & non re Christiani sunt, q uidenẗ deum cognoscere,
factis autē negant, hoc est, in inferno erit merces eius & damnatis sociabitur in tormētis, ⌊ il-
lic erit fletus & stridor dentiū. ⌋ Hoc iam bis elucidatum recordor.

¶EXPOSITIO CAPITVLI VICESIMIQVINTI.

¶Tunc simile erit regnū cœlorū decem virginibus. Arti. XL.



IN expositione huius parabolæ de decem virginibus, sancti catholicique
doctores non paꝝ diuersificantur. Quidam enī exponunt eam de solis
virginibus. Aliꝫ de contemplatiuis per virgines significatis. Aliꝫ de po-
pularibus omnibus non idololatris. Aliꝫ de popularibus Christianis dū-
taxat. Sed propter prolixitatem vitandam, Prosequar vnum quem æsti-
mo conuenientiorem intellectum, videlicet, vt intelligatur de omnibus
Christianis. ⌊ Tunc ⌋ id est, in ipsa die & hora iudiciꝫ, ⌊ simile erit re
gnum cœlorum ⌋. i. ecclesia militans & negotium eius ⌊ decem virginibus quæ accipientes
lampades suas, exierunt obuiā sponso & sponsæ. ⌋ Nam sicut virgines illæ acceptis lāmpadi-
bus occurrunt sponso & sponsæ, sic omnes Christiani in die iudiciꝫ occurrent Christo. Itaq; per
decem virgines vniuersitas fidelium denotatur. Denarius enī est numerus pfectus & primus
terminus numerorum, ita ꝙ vltra non proceditur numerando, nisi redeundo ad caput seu
vnitatē & denariū. Totū ergo quod subditur in ista parabola de hac re p decem virgines de- E
signata, est exponendum. Per hoc aūt quod virgines dicuntur accepisse lampades suas, insinu
atur, quod vniuersi fideles cum ad iudicium venerint secum ferent fidem & opera sua, quæ no-
mine lampadū exprimuntur. Opera quippe illorum sequuntur illos. Et quamuis multorum
mala sint opera, vix tamen vel non inuenitur aliquis Christianus ita peruersus quin habeat ali
qua opera ex suo genere bona, quamuis nō sint meritoria, præsertim quū ipse interior fidei
actus de genere bonus sit. In die autem iudiciꝫ obuiabunt Christo sponso & ecclesiæ trium-
phanti cū ipso de cœlo venienti quæ est sponsa Christi, vel sponsæ Christi singulari, quæ est
virgo beatissima mater deifera, vel secundum Augustinū, ita dicuntur obuiare sponsæ, velut si
omnibus in ecclesiā cōcurrētibus filiꝫ ad matrem concurrere dicantur cum ipsis filiꝫs cōgrega
tis, constet ea quæ dicitur mater, sic'q; obuiatio ista esset eiusdem ad seipsum secundum statū
vel modū diuersum. Secundum primū modum est obuiatio partis ad partem, quia in die iu-
diciꝫ ex hominibus seu ecclesia militante & angelis atq; ecclesia triumphante fiet vna ecclesia
& vna sponsa Christi, qui tunc sibi perfecte ac indissolubiliter copulabit totam ecclesiam seu e-
lectorum vniuersitatē, vt oēs sint vnū in ipso, & deus sit oīa in oībus. ⌊ Quinq; aūt ex eis
erāt fatuæ, & quinq; prudentes. ⌋ vna pars Christianoꝝ insipiēs est, & in die iudiciꝫ stulta pro
babitur, eo ꝙ diuinis ac spiritualibus præposuit terrena & corporalia, fidē'q; catholicā nō a-
dornauit operibus, nec opa de gñe bona retulit ad debitū seu vltimū finē. Prudētia nāq; diri-
git actus humanos in debitū finē. Qui ergo non ob dei honorē, vitam'q; æternam bona agit,
sed propter laudes humanas seu tēporale emolumētum, merito imprudens & stultus cēsetur.
Alia vero pars Christianoꝝ per oppositū prudens est & in die iudiciꝫ sapiens inuenietur. Per
hæc itaq; bonoꝝ & maloꝝ discretio explicatur. ⌊ Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus, nō
sumpserunt oleum secum. ⌋ Hoc est, stulti & vani Christiani fidei suæ & operibus non con-
iunxerunt spiritualem delectationem, lætitiam'q; internam & conscientiæ synceritatem, fa- F
ciēdo quod monet apostolus: Qui gloriatur, in domino glorietur. Et rursus: Gaudete in do
mino semper. Et illud psalmistæ. Seruite domino in lætitia. Vnde nec dicere possunt cū apo-
stolo: Gaudium nostrum est testimoniū cōscientię nostræ. Itaq; per oleū, spiritualis & pura
delectatio, synceritas'q; conscientiæ designantur: iuxta illud: Vnxit te deus deus tuus oleo læ
titiæ. mali autem dum aliquid boni agere videntur, in se non in domino gloriantẗ, & homi-
nibus cupiunt complacere magis quam deo, & ita non satagunt conscientiam bonam habe-
re, nec redeunt ad interiora, sed manifeste diffunduntur, quemadmodum scriptum est: In cir-
cuitu impiꝫ ambulāt. ⌊ Prudētes vero acceperūt oleum in vasis suis. ⌋ hoc est, spiritualem de-
lectationē & bonæ consciētiæ testimoniū in cordibus suis posuerūt, ⌊ cum lāpadibus ⌋. i. fi-

de &

de & operibus virtuosis. Hæc em̄ electi deferunt secū ad iudiciū. ⌊ Moram aūt faciēte sp̄ōso⌋
A i. Chr̄o futuræ iudicium differente, videlicet ab ascensione vsq; ad terminū mundi ⌊ dormi-
tauerūt oēs ⌋ tā boni q̄ mali defuncti sunt, ⌊ & dormierūt ⌋ somno mortis atq; in tumulis ve-
lut in lecto quieuerūt denuo suscitādi à Chr̄o, de qua dormitione ait saluator apud Iohā. ⌊ La Iohan. 11
zarus amicus nr̄ dormit, sed vado vt à somno suscitē eum. Mortui itaq; dormiūt Chr̄o, q multo
to facilius excitat defunctū à morte, q̄ homo dormientē à somno ⌊ Media autē nocte clamor
fact⁹ est, ecce sp̄ōsus venit ⌋ Ex hoc aliqui asserūt, q̄ finale iudiciū erit in medio noctis. Vnde
refert Hieron. traditionē esse Iudæorū, q̄ sicut deus per angelū vastauit Aegyptios media no
cte, ita per Christū iudicabit mūdū in medio noctis. Alij dicūt q̄ erit in die, secundum q̄d dicit 2. Reg 24
Ap̄lus: In die qu iudicabit dn̄s abscōdita tenebrarū, & dicūt q̄ ideo tēpus iudicij vocat nox, 1. Cori. 3
q̄a incertū, p̄pter quod dicit Augustinus, Media nocte. i. nullo sciente aut sperante. Clamor āt
qui tūc fiet, erit sonus tubæ & vox magna, de q̄bus p̄cedenti cap. plenius dictum est, ⌊ exite ob
uiam ei ⌋ i. de sepulchris resurgite, seu corpore resumpto occurrite Chr̄o ad iudiciu venienti, Matt. 24
⌊ Tunc surrexerunt oēs virgines illæ ⌋ i. boni & mali à mortuis surgent simul in die nouissimo,
⌊ & ornauerunt lampades suas ⌋ i. opera sua decorauerunt quantū potuerrunt testimonio
Ex quo aliqui elicitunt, quod alij quoq; discipuli aderāt. ¶ Præterea, præter hoc signum indeter
minatum dedit Christus signum certum & determinatum de proditore. Vnde enim apud Io
hannē legitur: Ipse Iohannes erat recumbens seu reclinatus in sinu Iesu, & sup pectus Iesu ap-
podiauit tanquam familiaris, prædilectusq; filius, cui Petrus innuit, & dixit: Quis est de quo di
B cit? Dixitq; Iohannes ad Iesum secrete: Dn̄e quis est? Et Iesus: Ille (inquit) est, cui intinctū panē
porrexero. Et cum intinxisset, porrexit Iudæ buccellam. Veruntamen Christo sic disponen-
te Iohānes nō indicauit Petro hoc signū, qm̄ ex feruore dilectiōis in Iesum, mox inuasisset pdi
torē, nec decuit talē turbationē fieri in cœna magistri pacifici. ⌊ Fili⁹ q̄dē hoīs vadit ⌋ ad mor
tē ⌊ sicut scriptū est de eo ⌋ in libris ꝓphetarum, videlicet in Psal. vbi prænūtiatur à discipulo suo
tradendus: Etenī hō pacis meę in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me
supplantationē. Et iterum: Aestimatus sum cū descēdētibus in lacū, factus sum sicut homo sine
adiutorio inter mortuos liber. Esaias quoq;: Sicut ouis (inquit) ad occisionē ducetur. Et: Obla-
tus est quia voluit. Itemq; Hieremias: Ego (ait) quasi agnus mā suetus, qui portatur ad victimā.
⌊ Væ autē ⌋ i. æterna dānatio debetur & imminet ⌊ homini illi, p quē ⌋ i. à quo ⌊ filius homis
tradet. Bonū erat illi ⌋ i. appetendū & minus malū esset proditori, ⌊ si nat⁹ nō fuisset homo ille ⌋
i. si nūquā processisset à nō esse ad esse. Melius qppe fuisset nūq̄ fuisse q̄ tāta flagitia ꝑpetrare,
grā quoq; & gloria in æternū priuari, sed & appetibilius est homini absolute nō esse q̄ esse dā-
natū, propter æternā, pœnalissimamq; miseriā. Et licet esse damnatum nō sit peius q̄ nō esse,
rōne pœnæ quæ nō aufert totum esse creatum, est tamen peius rōne culpæ atq; æternæ auer-
sionis annexæ, & est omnibus modis inappetibilius esse dānatum, q̄ nō esse ex parte dānati, li
cet nō ex parte rei. Nec dubiū quin miseri in inferno, vellēt se nō esse ⌊ Respōdens aūt Iudas q
tradidit eū dicēs: Nūq̄d ego sum Rabbi? ⌋ Ideo sciscitatur, ne si ipse taceret alijs interrogātibus
faceret se suspectum quasi præ cæteris pauens, & male conscius sibi. Et vt cæteris innocētiorē
& securiorem se monstret, nō dn̄m sed magistrum nominat Iesum, tanquam blādiētis affectū
ac charitatiuam & docilē subiectionē osdēs. Solent quippe simulatores & callidi sic loqui, &
singularib⁹ noībus vti, ne q̄d mali æstimet de eis. ⌊ Ait illi: Tu dixisti ⌋ hoc ē veritatē expressi-
sti, quāuis non expresseris eā sub forma propositionis & affirmatiōis, Dicēdo enī: Nūq̄d ego
sum? dixit: Ego sum, quod verum erat. Vnde signo interrogationis omisso veritatē expressit.
C Nō solum hac respōsione, sed etiam illa qua dixit superius: Qui intingit mecū in paropside me
tradet, dedit Christus Iudæ intelligere, ꝙ esset proditor, & ꝙ ipse Chr̄s hoc sciret, vt enī ait
Hieronymus: Cum Christus dixisset: Vnus vestrū me tradet, cæteri discipuli ꝓ tristitia cessaue
runt comedere, Iudas vero temeritate & impudentia, qua proditurus fuit magistrū, adhuc cū
eo manū posuit in catino, sicq; quod dixit: Qui intingit mecū &c. pro tūc de solo Iuda ītelli-
gi potuit, q̄uis discipuli hoc nō notauerīt. Omnipotēs enī Chr̄s sic p verba sua notauit, monuit
q; Iudā, quod latuit alios. ¶ Et in istis pēsandū est, q̄ modeste, ordinate, & pie, q̄ demū terribilit
Christus admonuit Iudam. Primo enī dicebat: Vnus vr̄m me tradet. Scd̄o q intingit mecū.
& pœnā adiecit: Væ homini illi &c. ⌊ Cœnantibus aūt illis, accepit Iesus panē ⌋ azymū & tri
ticeū ⌊ & benedixit ⌋ i. p verba cōsecratiōis in corpus mutauit & trāssubstantiauit ⌊ ac fregit ⌋
nō panē quia iam fuit conuersus in corpus, nec corpus suum quod fuit sub specie panis, modo
nō q̄ntitatiuo, sed fregit dimēsiones panis cōuersi, sub quibus continebatur corpus saluatoris.
Consecrauit enī integrū panem, vel magnā eius partē, ⌊ deditq; ⌋ cuilibet Apostolorum par-
ticulā, imo totū Eucharistię sacramentū, quēadmodū subditur: Deditq; ⌊ discipulis suis ⌋ etiam
Iudæ, qm̄ noluit occultū prodere peccatorē. Hilarius tñ dicit oppositū, sed credendū est princi
pi theologorum sacratissimo Dionysio, q ait ꝙ Chr̄s dedit proditori corporis sui sacr̄m. Verunta
mē nō dedit ei corp⁹ suum sub buccella, de qua apud Iohannē legit, sed sub specie panis nō in
tincti. ⌊ Et ait: Accipite ⌋ quod porrigo ⌊ & comedite ⌋ deuote nō sicut alios cibos ⌊ hoc ⌋ quod
sub specie panis post cōsecrationē cōtinet ⌊ est corpus meū ⌋ verum nō figuratiuum dūtaxat.

¶ Porro

uid seruum meũ.i.Christũ,vt omnes exponũt.Huic cõsonat q̃d Chr̃s in psalmo loquitur de
seipso ad patrẽ:Quoniã quẽ tu percussisti,persequuti sunt. Et in Esaia:Propter scelus(inquit)
A populi mei percussi eũ,⌊&dispergẽtur⌋.i.per diuersa loca fugient⌊oues gregis⌋,i.oues quæ
sunt grex Christi,puta discipuli.Christus allegando scripturam hanc, variat verba, non sen-
sum.Sic enim habet translatio nostra:Percute pastorem,& dispergentur oues gregis, q̃ sunt
verba prophetæ loquentis ad deum.Hic ergo ponuntur quasi verba dei loquẽtis.Idem aũt
ẽ sermo dei & seruorum eius.Ad intelligendũ quoq; ꝙ verba hæc ad literã dicta sunt de Chri
sto & eius passione,confert q̃d immediate præmittitur:Framea suscitare super pastorem meũ,
& super virũ cohærentẽ mihi,dicit dominus exercituũ. ¶Quæritur, quomodo Matthæus &
Marcus scribant Christũ hæc dixisse post exitũ à cœnaculo,cũ in Iohanne legatur ea dixisse
anteq̃ egrederetur:sic enim ait saluator apud Iohannem. Venit hora & nũc est,vt disperga-
mini vnusquisq; in propria,& me solum relinquatis.Dicendũ, ꝙ Christ⁹ eundem sensum sub
alijs verbis expressit ante egressum à domo,& postea.⌊Postquam autem resurrexero,præce
dam vos in Galilæam,⌋id est in Galilæa vobis apparebo. Non tamen duxit eos illuc visibili
ter præcedendo.De hoc infra scriptũ est.Vndecim discipuli abierunt in Galilæam,in montem
vbi cõstituerat illis Iesus,& videntes eum adorauerunt. Hoc Christus adiecit, vt pollicitatio-
ne propinquæ resurrectionis & apparitionis consolationem reciperent tristes discipuli.⌊Re-
spondens aũt Petrus,ait illi:Et si omnes⌋discipuli⌊scandalizati fuerint in te,⌋fugiendo à te ex
inordinatæ mortis timore,⌊ego nunquam scandalizabor,⌋id est nũquam recedam à te,ne-
q; peccabo in te.Hoc Petrus loquutus est ex magnitudine fidei ac feruoris, tamẽ incaute,non
pensans propriam fragilitatem,& cæteris fortiorem se æstimans.Vnde quod dixit, falsum fu
it materialiter,quia aliter accidit,non autem formaliter,quoniam sicut dicebat,ita intendebat.
Mentiri quippe formaliter est contra mentem ire,seu cum intentione fallendi,vel scienter fal-
sum profari.⌊Ait illis Iesus,⌋qui tanquam verus deus omnia futura cõtingentia certissime p̃-
cognouit ⌊Amen dico tibi,quia in hac nocte antequam gallus cantet,ter me negabis.⌋Idem
B dicunt Lucas & Iohannes,quamuis sub alijs verbis.¶Sed videtur contrarium quod Marcus
habet:Antequam gallus(inquiens)bis vocem dederit,ter me es negaturus. Ergo tertio nega-
uit ante secundum gallicantum? Ad hoc Augustinus respondet,ꝙ tertia Petri negatio fuit mo
rosa,& ita fuit inchoata,non autem terminata ante primum galli cantum,Marcus ergo dicen-
do,Antequam gallus bis vocem dederit,&c.respexit ad negationis terminationem. Alij autẽ
Euangelistæ dicẽdo,quod ter negauit ante gallicantum, respexerũt ad negationis istius prin
cipium,Veruntamẽ in Marco habetur,quod gallus cantauit,cum Petrus primo negauit Chri
stum,deinde quod ante secundum gallicantum Petrus negauit bis.Alij ergo dicunt,quod sic
intelligenda sit litera,Non cantabit Gallus,id est nõ percantabit seu cantum suum nõ cõsum
mabit,donec ter me neges ore,non corde. ⌊Ait illi Petrus: Et si oportuerit me mori tecum,
non te negabo.Similiter & omnes discipuli,⌋scilicet decem alij,dixerunt,⌋habentes bonum
propositum,suisq; viribus magis quam gratiæ innitẽtes,& in sui fortitudine confidentes,ob
liti,quod pauloante audierunt à Christo:Sine me nihil potestis facere.¶Sed mirum videtur,si
Petrus & apostoli reliqui putabant Iesum verum in verbis suis,quomodo ausi fuerunt contra
dicere verbis eius. Respondẽdum,ꝙ forte æstimabant verba Christi pertinere ad prophetiã
cõminationis,quæ aliquando nõ impletur. Vel putabãt verba Christi esse mystica,seu aliquo
alio modo posse intelligi ac verificari.

¶Elucidatio sequẽtis partis huius capituli. Arti. XLII.

TVnc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani.⌋Hæc villa fuit iuxta
radices seu pedes montis Oliueti,& habuit hortum,in quem ingressus est Iesus cũ
apostolis.Vnde in Iohanne legitur: Egressus est Iesus trans torrentem Cedron,vbi
erat hortus,in quem introiuit,&c. Torrens namque ille fuit inter Hierusalem & mõ
tem oliuarum in valle Iosaphat. Vnde cum Iesus processisset vltra torrentem hunc,statim
C venit in villam & hortum præfatos, ⌊& dixit discipulis suis, ⌋ videlicet octo apostolis,tres
enĩ secum duxit,& Iudas non adfuit. ⌊Sedete hic, donec vadam illuc,⌋id est ad locũ qui ante
vos est⌊& orem⌋ibi.⌊Et assumpto Petro & duobis filijs Zebedæi,⌋q erãt sibi familiariores
& transfigurationi ac suscitationi puellæ interfuerunt. Processit autem ab alijs octo apostolis
quantum iactus est lapidis, secundum Lucam, ⌊cœpit cõstristari⌋in anima,quantũ ad par-
tem sensitiuam & naturalem affectũ, ⌊& mœstus esse,⌋ quantũ ad apparatũ exteriorẽ in ver
bis ac gestibus.Vnde secundum Marcum,cepit pauere & tædere. Mortẽ enĩ naturali affectu
abhorruit,& foris tristitiam demõstrauit.⌊Tunc ait illis: Tristis est ẽ anima mea vsq; ad mor
tem.⌋⌋.i. vehementissime contristatur, ita vt tristitia ista & mors vno dũtaxat gradu videant
distare.¶Ad intelligentiam horũ oportet aduertere, ꝙ ẽ quædã tristitia inordinata,rationẽ
præueniens atq; impediens,quæ etiã secundũ philosophos nõ cadit in virũ cõstantẽ,de qua Sa-
lomon loquitur:Non contristabit iustũ quicquid ei acciderit.Et de qua in Ecclesiastico legitur:

Tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & nõ est vtilitas in ea. Hæc ergo non
Esaiæ 42 fuit in Christo. Quemadmodum in Esaia de ipso inducitur: Non erit tristis, neq; turbulent⁹.
Eccls. 7 Alia est tristitia moderata & bona vel naturalis seu virtuosa, rationem sequẽs, & vanitatem ex D
2. Cori 7 cludens, de qua Sapiens ait: Cor sapientum, vbi tristitia. Vnde dicit Apostolus: Quæ secũdũ
Prouc. 28 deum tristitia est, salutem stabilem operatur. Similiter distinguendum est de timore seu pauo-
Eccls. 34 re. Est enim timor inordinatus, de quo Sapiens: Iustus (inquit) quasi leo confidẽs absq; terro-
re erit. Et alibi: Qui timet deum, nihil trepidabit. Est & alius timor laudabilis, de quo scriptura
vberrime loquitur. Dicendum itaq;, quod Christus tristabatur & metuebat, loquendo de tristi
tia & timore naturali, prout sunt naturales affectiones & passiones, vel potius propassiones se-
Hierony cundum Hieronymum appetitus sensitiui. Aliter tamen fuerunt in Christo quam in alijs, quia
in ipso non præuenerunt, sed sequebantur rationem & voluntatis imperiũ, ita quod Christus
sponte & rationabiliter assumpsit has passiones. Primo, ad ostẽdendum veritatem humanæ
naturæ in se. Secundo, ad subueniendum nobis, quia per harum affectionum pœnalitatem,
maximam gratiam meruit nobis. Tertio, ad consolationem nostram, videlicet ne viri virtuosi
pusillanimes fiant, cum sentiunt se mortem instantem timere, quando & Christus eam expa
uit. Insuper tristabatur atq; dolebat anima Christi, loquendo de tristitia, prout est actus vir-
tutis seu charitatis, propter infirma mẽbra sua, & eos in quibus vidit fructum passionis suæ pe
rire. Porro in o[mn]ib⁹ his pẽsandum est, quam amarum, pœnale, & graue fuit apostolis, præ-
sertim his tribus, hæc verba dulcis magistri audire, eius pauorem ac tædium intueri, q eos sem
per cõsolari, fouere ac recreare solebat, dulciterq; & iucũde cũ ipsis cõuersari. ⌊ Sustinete hic, ⌋
i. expectate me hoc loco: vel, sustinete. i. cõdolete, ⌊ & vigilate ⌋ mecũ, assistẽdo mihi in tanta
angustia, & cõformãdo vos mihi in actibus bonis, vt decet familiares amicos & veros ama-
Lucæ 22. tores. Hoc dicit saluator, nõ quasi diligat, sed quia ex eis hoc expediebat, iustumq; fuit. ⌊ Et p
gressus pusillũ, ⌋ id est à discipulis se elongãs & abiẽs modico spacio, iuxta illud quod Lucas ha
bet: Auulsus est ab eis, quãtũ iact⁹ est lapidis, ⌊ procidit in faciem suã, orans & dicens, ⌋ Secun
dum Lucã, positis genibus orauit. Vnde dicendũ, quod vtroq; modo orauit, videlicet prostra-
tus in terram, & genibus fixis. ⌊ Pater mi, ⌋ qui es singulariter pater meus, videlicet per veram E
generationẽ & naturã, aliorũ vero pater es per creationẽ, adoptionisq; grãm, ⌊ si possibile est
transeat à me calix iste, ⌋ id est passio tam acerba. Non orat absolute, nec secũdum rationẽ de-
liberatam vt liberetur à morte, sed condicionaliter, & secũdum naturalẽ appetitum, quo refu-
git mortẽ, tamen secundũ voluntatem & rationis iudiciũ paratissimus fuit ad passionem, ideo
subdit. ⌊ Verũtamen, nõ sicut ego volo ⌋ hoc est appeto secundũ sensitiuũ, naturalem & infe-
riorem appetitum, ⌊ sed sicut tu ⌋ vis, sic fiat. Ecce quam blanda, humilis sobria & affectuosa
oratio, cuius formam imitari debemus, deum in oratione patrem vocando, ei nos humiliter
prosternendo, rationabilia postulando, nostramq; volũtatem diuinæ in oĩbus subijciẽdo.
¶ Deniq; Christus dixit: Si possibile est, qm̃ nouerat impossibile esse, vt non biberet calicem
passionis p respectum ad infallibilem prouidentiam dei, quam nouerat decreuisse, vt more-
retur pro mundi salute. Fuit tamen possibile, quantum ad causas secundas & proximas, & per
comparationem ad libertatatem volũtatis humanæ. ¶ Sed cur Christus orauit aliq̃ modo,
quod nouerat nullatenus impleri debere? Dicendũ, quod illis de causis orauit, propter quas
tristitiam & timorem assumpsit. Quemadmodũ etenim Christus totam passionis suæ amari
tudinem & processum certissime præcognouit, sic sponte sibi in sua imaginatione passio-
nem tam horrendam proposuit, qua considerata tenerrima ac nobilissima eius natura infe-
rior vltra omnem æstimationem expauit. Vnde in tertia oratione fact⁹ est sudor ei⁹ sicut
guttæ sanguinis decurrentis in terram secũdũ Lucam. ⌊ Et venit ad discipulos suos ⌋ tres ⌊ &
inuenit eos dormientes, ⌋ præ tristitia, tædio, lassitudine, & propter vapores illa hora ascendẽ-
tes ad cerebrum, ⌊ & dicit Petro sic: Non potuisti vna hora vigilare mecũ ⌋? Hoc est. Tu qui
dixisti, paratus sum tecum in mortem & in carcerem ire, quomodo nunc non potes paruam
rem facere, vigilando mecum tam modico spacio? Ideirco autem specialiter affatur & incre-
pat Petrũ, qa præ cæteris præsumpsit Christo astare, nõ scandalizari, & quia superior fuit F
apostolis alijs. Post eius vero increpationem dirigit exhortationem suam ad omnes tres.
Lucæ 22 ⌊ Vigilate ⌋ bene vos occupando, ⌊ & orate ⌋ pro adiutorio gratiæ dei, ⌊ vt non intretis ⌊ per
consensum ⌊ in tentationẽ, ⌋ id est, ne consentiatis tentationi, quæ per orationem præcipue su
peratur. Quẽadmodum etiã Lucas habet, Satanas expetiuit apostolos, vt cribraret sicut triti
cum, ideo indigebant fortiter reluctari, nec somno indulgere. ⌊ Spiritus quidem promptus
est, hoc ẽ ⌋ anima vestra secundum partem suam superiorem parata est mecum pati, vigila-
re ac permanere, vt promisistis. ⌊ caro autem infirma. ⌋ id est, sensualitas fragilis est, & cor-
pus quod corrumpitur debile, tardum & impotens est ad ista agenda ac patienda, nisi per gra
tiam adiuuetur, quæ ab anima redundat in carnẽ, eamq; rationi subijciat. ⌊ Iterũ secũdo abijt ⌋
ad locum priorem, ⌊ & orauit, dicens: Pater, si non potest transire hic calix, nisi bibam illum, ⌋
hoc est

hoc est, si passio ista impediri & à me tolli non valet, ⌊fiat voluntas tua.⌋ Hoc est quod Chri
A stus ait in psalmo: In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam deus meus Psal. 39
volui. Non ergo voluntas animæ Christi fuit diuinæ voluntati contraria, imo nec voluntas ei⁹
naturalis seu appetitus inferior, fuit rationi rebellis siue repugnans. Quamuis enim desiderauit
non pati, hoc tamen non fuit contra rationem, sed ratio imperauit hoc appetitui inferiori na
turali, vt secundum suam naturam moueretur, quod & fecit, & ratione iubente facere, mox ces-
sauit. ⌊Et venit iterum, & inuenit eos dormientes.⌋ Per hoc quod Christus toties ad discipu
los rediit, dedit prælatis exemplum sollicitudinis de visitatione, admonitione, atque custodia pro
prij gregis, & ne tantum vacent contemplationi, quod negligant opera vitæ actiuæ, & guber-
nationum subditorum suorum. ⌊Erant enim oculi eorum grauati. ⌊ Oculi eorum interiores
erant grauati negligentia & torpore, oculi quoque eorum exteriores grauati fuerunt somnolen- Marc. 14
tia & vapore. Hic non dicitur, quod Christus alloquebatur discipulos istos hac vice, sed in Mar
co scriptum est: Ignorabant quid ei responderent. Ex quo constat, quod etiam hac vice arguit
& admonuit eos, & forte tunc loquebatur eis communiter, non specialiter Petro: quia plurali-
ter scriptum est, quod ignorabant quid responderent, id est quomodo se excusarent, imo inex
cusabiles erant. ⌊& relictis illis⌋ corporaliter, quos non reliquit spiritualiter, nec secundum di-
uinitatis suæ naturam, ⌊iterum abijt⌋ ad pristinum locum, ⌊& orauit tertio eundem sermonē
dicens.⌋ ¶ Tribus vicibus idem precatur, vt det nobis exemplum perseueranter orandi, &
propter perfectionem ternarij, qui cōuenit deo altissimo. In hac oratione tanta anxietate con
cussa est anima Christi, vt Lucas dicat: Factus in agonia, id est, in quendam corporalis naturæ Lucæ 22
B laboratione propter anxietatem atque tristitiam. Vnde laborantes in extremis, dicuntur esse in
agonia. Vel, agonia vocatur colluctatio appetitus naturalis sensitiui mortem abhorrentis & re
fugientis, & appetitus intellectiui eandem optantis & acceptantis. In Christo quippe tempo-
re passionis ex dispensatione diuina non fuit redundantia superioris partis animæ in inferio-
rem, sed vnaquæque permittebatur agere & pati quod suum erat. Nihilominus ratione iubente
inferior appetitus superiori mox paruit. Factus ergo Iesus in hac agonia, prolixius orabat,
& factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tunc quoque apparuit
ei angelus de cœlo, confortans eum, verba consolatoria proferendo, & tristitiam animæ Chri-
sti ministerialiter mitigando, vel se per modum confortantis habendo.
Porro, circa orationem hanc Christi aliquid dicit Apostolus ad Hebræos, quod nullus Euan-
gelistarum conscripsit. Ait nanque, quod Iesus cum clamore valido & lachrymis exorauit, & Hebre 5
quod exauditus est pro sua reuerentia. In hoc siquidem, quod dicebat: Non quod ego volo,
sed tua voluntas fiat, exauditus est. Hoc enim dixit secundum deliberatam rationem, & supe-
riorem appetitum. Quicquid autē ita orauit, obtinuit, iuxta illud apud Iohannē: Gratias ago Iohan. 11
tibi pater, quoniam audisti me ego autem sciebam, quoniam semper me audis.
⌊Tunc venit ad discipulos suos.⌋ Post quamlibet orationem ad discipulos suos reuerti
tur, vt eos hortetur, quia prælatus sic semper intendere debet suæ saluti, vt nunquam obliuis-
catur prouidere saluti gregis sibi commissi, ⌊& ait illis: Dormite iam & requiescite.⌋ Hoc du-
pliciter intelligi potest. Primo, per modum admonitionis, ita quod dedit eis licentiam pau-
lulum dormiendi. Secundo, per modum piæ exprobrationis, tanquam dicat, Nunquid est
C iam tempus dormiendi, dum instat captio mea? Et huic sensui concordant verba sequentia.
⌊Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.⌋ De qua ho-
ra dicit ipse saluator apud Lucam: Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. ⌊Surgite ea-
mus, ecce appropinquat qui me tradet,⌋ videlicet infelicissimus Iudas. Ex his apparet, quod
protunc cessauit in anima Christi colluctatio inferioris appetitus & horror passionis: quia
non solum intrepide, sed & cum ingenti affectu obuiam iuit aduersarijs suis. ⌊Adhuc eo lo-
quente⌋ cum discipulis suis, non solum his tribus, sed cum vndecim apostolis, quia post fi-
nem tertiæ orationis accessit ad alios octo, ⌊ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo
turba multa, cum gladijs & fustibus,⌋ & etiam cum laternis, facibus & armis, vt habetur in Io Iohā. 18
hanne. Iudas quoque antecedebat turbam, vt Lucas testatur, ⌊missi à principibus sacerdotum, Lucæ 22
& senioribus populi⌋ Iudæorū. Non solū autē Iudas accepit ministros Iudæorum, sed & Pi- Iohan. 18
lati, iuxta illud Iohannis: Cum accepisset cohortem, id est, multitudinem militum Romano-
rū, quos præses misit, mittens cum cohorte tribunum, id est, principem cohortis. Voluit ergo
Iudas constipari curia seu ministris pontificis & præsidis, vt si qui essent cum Iesu, volentes
eū defendere, non auderent. ⌊Qui autem tradidit eum,⌋ videlicet Iudas, ⌊dedit eis,⌋ scili-
cet turbis, ⌊signū⌋ cognoscendi Iesum, ⌊dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tene-
te eum.⌋ Hoc signum dedit eis, ne errarent in persona Christi. Primo, quoniam Iacobus mi-
nor fuit similimus Christo in liniamentis corporis. Vnde Ignatius scribit sibi dictum esse, quod
si videret Iacobum, videret & Christum, ideo etiam Iacobus iste dictus est frater domini.

Secundo, quia nox erat, & quamuis laternas, & faces haberent, non tamen poterant tam clare
vidrre, sicut in die. Tertio, quoniã Iudas timebat, ne Iesus inter alios se occultaret. Sciebat nẽ D
pe subtilẽ esse magistrum suũ, propter quod timuit, ne elaberetur e manibus ministroꝝ, quẽad
Marc. 14 modũ sæpæ elapsus fuit de manibus Iudæoꝝ, Hinc eñ dixit turbæ, & ducite eũ caute, vt Mar
cus habet. ⌊Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue rabbi, ⌋id est, magistee, ⌊& osculat⁹
est eum. ⌋Habuerũt aũt discipuli consuetudinem osculandi Iesum cũ redirent de via ad deũ,
1 Cori 16 vel cũ eũ salutarent, quã cõsuetudinem obseruauit primitiua ecclesia. Vnde Paul⁹ vbertim hor-
2. Cor. 13 tatur: Salutate inuicem in osculo sancto. Permisit aũt se Christus osculari à proditore. Primo,
vt nobis mansuetudinis & patientiæ daret exemplũ, videlicet ne ab aduersario vultum & ocu
los auertamus, nec æmulos indignanter aspiciamus. Secundo, vt per hoc Iudam ad charitatẽ
& pœnitentiã prouocaret. ⌊Dixitq; ei Iesus: Amice, ⌋hoc est, tu Iuda qui amicitiã simulas, sed
odium operaris, quẽ ego diligo, & à quo habeor odio, ⌊ad quid venisti? ⌋Non quasi ignorãs
quærit, sed vt insinuet Iudæ non se ignorare dolum atq; malitiam eius, sicq; Iudas erubescat &
corrigatur. Est eñ confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiã & gloriã, vt
Eccli. 4 habetur in Ecclesiastico. Deniq; non solum dixit Iesus ad proditorem, Amice ad quid venisti,
sed etiam proprio nomine eũ appellans, vt mollesceret, dixit Iuda, osculo filium hominis tra-
dis, vt recitat Lucas. Sed heu quam multi imitantur hunc Iudã, ore blandientes, & corde odiẽ
tes, ac opere aduersantes. ⌊Tunc accesserunt & manus⌋ violentas atq; sacrilegas ⌊iniecerunt
Iohan 18 in Iesum, & tenuerunt eum, ⌋imo & ligauerunt eũ, secundũ Iohannẽ. Isti sic accedẽtes fuerũt
cohors & tribunus, & ministri Iudæoꝝ, vt habet Iohannes. ¶Hoc loco tres Euãgelistæ omit
tunt, quod solus Iohannes commemorat, quod Iesus cũ processisset obuiã turbis, dixit: Quem E
quæritis? Quibus respondẽtibus, Iesum Nazarenũ, & ipso dicente, Ego sum, abierunt retroe
sum & ceciderunt in terram. Cũq; secũdo idem interrogasset, & illi similiter dedissent respõ-
sum, dixit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum, si ergo me quæritis, sine hos abire. Tamen (vt Beda
affirmat) Christo occurrente Iudæis, Iudas accessit & osculabatur eũ antequam Christ⁹ sua vo-
ce Iudæos prosterneret, ⌊Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, ⌋videlicet Petrus in Christi
amore feruentior, ⌊extendens manum, exemit, ⌋hoc est extraxit ⌊gladiũ suum, ⌋ vel simplici
ter gladiũ, vel magnũ cultellum, quo vti solent piscatores, ⌊& percutiens seruum principis sa
cerdotũ, ⌋videlicet Malchum famulũ Caiphæ, ⌊amputauit auriculam eius⌋ dextram, secun-
dum Iohannẽ. Chrysostomus dicit, quod putauit amputare caput eius. Porro Ambrosius asse
rit, quod Petrus eruditus fuit in lege, & sciuit cõmendatũ esse factũ, Phinees filij Eleazari, q ze
lo dei cõmotus, perfodit Zambri cũ alienigena fornicantẽ, ideo Petrus simili zelo voluit filiũ
dei vindicare. Non euidenter apparet, quando Petrus hoc fecit. Matthæus nãq; & Marc⁹ sic
recitant, ac si Petrus seruũ illum læserit Iesu iam capto. Iohannes vero & Lucas sic recitãt, ac
Lucæ 22 si ante captionẽ Christi id egerit. Scriptum est eñ in Luca: Videntes hi qui circa Iesum erant
quod futurum erat, dixerunt: Domine si percutim⁹ in gladio. Et postmodum Lucas scribit,
quod comprehenderunt Iesum. Ad quod dicendum videtur, quod statim quando cœperunt
capere Iesum antequam ligaretur, Petrus hoc fecit, quod elicitur ex duobus. Primo, quoniam
Petrus non potius percussisset Malchum, quam alium, nisi ille magis festinasset mittere manũ
in Iesum. Secundo, quoniam Malcho læso dixit: Sinite vsq; huc, & cum tetigisset aurem & lo
cum læsionis, sanauit eum. Ex quo apparet, quod nondũ vinxerunt manus ipsius. ⌊Tunc ait
Math. 5 illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum, ⌋scilicet in vaginam. Magister patiẽtiæ qui F
docuit inimicos diligere, & persequentibus bene facere, percutientiq; maxillam vnam, alterã
præbere, prohibet gladij vltionem & snaguinis effusionem solo affectu vindictæ, & præter-
misso ordine iuris. ¶Insuper ponit tres rationes, cur non debeat gladio defensari. Prima est,
⌊Omnis enim qui acceperit gladiũ, ⌋id est, qui priuata ac propria authoritate arripit ensem,
vel aliud quodcunq; instrumentum pugnandi ad inferendum alteri nocumentum, ⌊gladio
peribit, ⌋hoc est ipsa iniquitate quam hoc agẽdo committit, seipsum spiritualiter occidit, & dã
nationem incurrit. Non ergo sensus est, quod omnis talis materiali gladio occidetur, sicut nec
Petrus, iuxta hunc sensum dñs deus ait in Genesi: Quicunq; effuderit sanguinem humanum
Genes. 9 effundetur sanguis illius. Et Salomon: Qui fodit (inquit) foueam, incidet in eam, & qui dissipat
Eccle. 10 sepem, mordebit eum coluber. Qui aũt vtitur gladio secundum ordinẽ iuris, & discreto zelo
iustitiæ, non per se, sed aliunde quasi sibi traditum, accipit eum. Quemadmodum Hieremias
dixit Iudæ Machabæo: Accipe gladium sanctum mun⁹ à deo, quo deijcies aduersarios Israel.
Roma. 13 Vnde de principe temporali dicit Apostolus: Non sine causa gladium portat, minister eñ dei
est. Secunda ratio, cur Christus non indiguit gladio protegi, subditur. ⌊An putas, quia non
possum rogare patrem meum, & exhibebit, ⌋hoc est, ad administrandum & obediendũ, seu
defendendũ transmittat, ⌊mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? ⌋ qui adeo
4. Re. 19 fortes sunt, vt vnus percusserit vna nocte in castris Assyriorum centum octogintaquinq; mi

lia hominum. Legio autem continet sex millia sex centa sexagintasex. ¶ Sed dicere aliquis po-
test: Si Christus potuit hoc rogare & impetrare, ergo potuit à passione liberari, cuius contra-
A rium dictum est, statimqꝫ dicetur? Dicendū, quod potuit hoc impetrare, imo iubendo efficere
& à passione liberari, cōsiderando ordinem causarū proximarum & creatarum. Non eñ præ
ordinatio seu prædestinatio dei tollit à rebus libertatē aut contingentia. Tertia ratio ad idem
subiungitur. ⌊Quomodo ergo implebuntur scripturæ?⌋ i. Si defendor & non morior pro
salute humana, non verificabuntur vaticinia prophetarum de passiōe mea loquētium. Hoc au
tem est impossibile, ⌊quia sic oportet fieri,⌋ sicut prophetatū est. Prophetia enim prædestinati
onis semper & de necessitate impletur, quod tamen intelligendum est de necessitate conse-
quentiæ, non consequentis. ⌊In illa hora dixit Iesus turbis,⌋ præsertim Iudæis. ⌊Tanquam ad
latronē existis, cū gladijs & fustibus comprehendere⌋ i. ad capiendum ⌊me, quotidie,⌋ id est
sæpe, & omni die, fortassis quando fui in Hierusalē, ⌊apud vos sedebam docens in templo⌋
Hierusalem, ⌊& non me tenuistis.⌋ Ex quo patet, qꝫ non habeatis iustā causam aduersum me.
Omnis enim qui facit veritatem, venit ad lucem. Qui autē facit peccatum, odit lucem. His ver
bis addidit Christus qđ omisit Matthæus, sed Lucas inducit, scilicet: Sed hæc ē hora vestra &
potestas tenebrarū. i. hoc tempore vestræ voluntati concessum est, vt faciatis mihi quæ vultis,
& hæc violētia quam mihi infertis, est potestas tenebrarum, videlicet dæmonum vos instigā
tium, vel hominum vitijs obtenebratorum. ⌊Hoc aūt totum factum est,⌋ vtpote vt Iesus ab
impijs caperetur, à nullo defenderet, &c. ⌊vt adimplerentur scripturæ ꝓphetarū,⌋ qui Chri-
sti passionē prædixerunt. ⌊Tunc discipuli omnes⌊. i. vndecim apostoli⌊relicto eo, fugerūt⌋
timētes ne sic tractarentur sicut magister eorū. Sed quis poterit cogitare cū quanta tristitia fu-
gerint, quoties retrospexerint, quoties pectora sua percusserint, fleuerint, & cætera signa inter
ni mœroris ostenderint. ⌊At illi tenentes Iesum, duxerunt illum ad Caipham principem sa-
cerdotum, vbi scribæ & pharisæi & seniores conuenerant⌋ ad tractandum cum pōtifice de
morte Christi. Veruntamē sicut in Iohanne legitur, primo duxerunt Iesum ad Annam, quia
B intrando ciuitatem, primo venerūt ante domum ipsius, Secundo, propter reuerentiam Annę,
quoniam erat socer Caiphæ. ⌊Petrus autē sequebatur eum⌋ s. Iesum ⌊à longe,⌋ non audens
prope accedere ad turbam, ne cognitus caperetur. Quamuis ergo cum alijs fugerit, tamē re-
uersus, sequutus est magistrum suū. Quod sequebatur eum, fuit dilectiōis & fidei, quod vero à
lōge, pusillanimitatis fuit atqꝫ formidinis. Deniqꝫ nō solū Petrus sequutus est Iesum, sed etiam
adolescens quidam amictus syndone super nudo corpore, qui cum teneret à cōprehensoribus
Christi, relicta syndone, nudus fugit ab eis, vt refert Marcus. Hunc adolescentē quidam dicunt
fuisse Iacobū minorem, alij Iohannē, sed & ipse Iohānes Euangelista testatur, quod Petrus se-
quebatur Iesum, & alius discipulus qui fuit notus pontifici, & introduxit Petrum in atriū An-
næ pontificis. Et quamuis Augustinus dicat, temere definiendum nō eē quis fuerit ille alius dis
cipulus. Chrysostomus tamen & alij communiter tenent, qꝫ fuit Iohannes qui erat notus pōti
fici, eiusqꝫ familiæ. Vnde ad eius instantā ancilla ostiaria intromisit Petrum. Fuit autem not⁹
illis, vel quia pulcher & amabilis iuuenis, vel quia de nobili stirpe progenitus, scilicet de tribu Iu
da & ꝓlē Dauid, vel quia interdum attulit pisces patris sui ad domum pontificis. Sequebatur
itaqꝫ Petrus, ⌊vsqꝫ in atrium principis sacerdotum, & ingressus intro⌋ i. per primam portam,
non enim ingressus est aulam, sed mansit in atrio, ⌊sedebat cum ministris⌋ pontificis. Hoc lo
co ait quidam: Quomodo ingressus est Petrus? Dicendum, quod ꝑ impetrationem discipuli
qui erat not⁹ pontifici. Veruntamē hoc refert Iohannes de ingressu in domum Annæ. Mat-
thæus vero non loquitur nisi de ingressu ad Caipham, ⌊vt videret finē⌋ i. quid finaliter fieret
suo magistro, an. s. dimitteretur, an occideretur, & hoc ad curiositatē quandā ꝑtinuisse videt.
⌊Princeps aūt sacerdotum,⌋ videlicet Caiphas, ⌊& omne consilium⌋ i. cæteri sacerdotes,
scribæ, pharisæi, & seniores ⌊quærebant falsum testimonium contra Iesum.⌋ Non enim pote
rant verā atqꝫ idoneam obiectionē inuenire, ⌊vt eum morti traderēt, & non inuenerūt⌋ quid
C ei coram Pilato opponerent, tanquā dignum pena mortis, ⌊cū multi falsi testes accessissent,⌋
& diuersa obiecissent. ⌊Nouissime autē⌋ i. post testificationem testiū prædictorum men-
dacium ⌊venerunt duo falsi testes.⌋ Duo venerūt, vt in ore duorum staret omne verbum. Ad
vnius quippe testimonium nemo condēnabatur, ⌊& dixerunt⌋ coram pontifice, ⌊Hic dixit,
possum destruere templū dei, & post triduum reædificare illud,⌋ Tanquā diceret, Vsurpauit
sibi diuinam potentiam. Occasionē huius accusationis habebant ex eo, quod Christ⁹ ait apud
Iohannē: Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod Iudæi etiam tunc intelle
xerunt de templo materiali in Hierusalem fabricato, vnde redarguerunt Christū, dicētes: Qua
draginta & sex annis ædificatum est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Iesus āt
dixit de templo corporis sui. i. de corpore suo, quod fuit & est singulare templum dei, in quo
habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt sit sensus, Soluite, i. morte inferēdo soluetis,

atq; exanime facietis templum hoc, Id est corpus meum, & in tribus diebus, hoc est intra tres dies, excitabo, hoc est à somno mortis suscitabo illud. Iudæi ergo hoc verbum Christi puerse intelligentes, ordinem verborum variantes, & prauam intentionem habẽtes, merito appellantur testes mẽdaces. Tales sunt omnes, qui alio sermone repetunt, & simplici animo pronuntiata peruertunt. ⌊Et surgens princeps sacerdotum, ⌋ira eum vrgente, & impatientia agente, ⌊ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autẽ tacebat.⌋ Primo vt mansuetudinis & patientiæ daret exemplum. Secundo, quoniam accusationes inductæ falsæ & responsio indignæ fuerunt. Tertio, quia cognouit quod quicquid responderet illis, calumniarentur, ⌊& princeps sacerdotum⌊ patiẽtia & silentio Christi fortius prouocatus atq; ira se contemni, secundum quod talium mos est, ⌋ait illi: Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei viui? Dixit illi Iesus: Tu dixisti, ⌋sicut veraciter est, scilicet quod sim Christus filius dei viui & benedicti. ⌊Respondit autẽ Iesus, ⌋sic adiuratus propter diuini nominis reuerentiam, & vt Iudæorum ignorantia inexcusabilis fieret. ⌊Veruntamen dico vobis, ⌋non tibi soli o Caipha, sed tibi atq; fautoribus tuis, dico vobis, plusquã interrogastis, vt terreamini & pœniteatis. ⌊Amodo, ⌋hoc est, post hanc horam, videlicet in die iudicij, ⌊videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, ⌋id est in potioribus bonis dei patris residentem, tanquam iudicem omnium, quando omnia erunt ei subiecta. Tunc enim videbunt in quem pupugerunt, ⌊& venientem in nubibus cœli⌋ ad iudicium. Denique Caiphas, cæteriq; damnati iam in inferno existentes, vident nunc, id est cognoscunt Iesum sedere in cœlo ad dexteram patris. Si autem quod ait, Videbitis filium hominis sedentem, &c. intelligatur de visione Christi in patria, referendum erit ad Iudæos cõuersos, qui eius morti cõsenserunt, & postea crediderunt. Vnde in Actis Apostolorum habetur, quod multa turba sacerdotum obediebat Euangelio. Illis enim dixit saluator: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Isti vidẽt Iesum in cœlo visione beata. ⌊Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. ⌋Consuetudo fuit Iudæis cũ audirẽt blasphemiã, scindere vestimenta in signum doloris de iniuria deo illata, quasi zelatores pro dei honore, & tantum crimen non valentes sufferre. Hinc Paulus & Barnabas cum sacerdos idolorum vellet eis sacrificare, vestimenta sciderunt. Caiphas ergo vt quasi religiosus videretur, suamq; malitiam coloraret, scidit vestes cum audisset Christũ hæc verba dixisse. Blasphemare autem, est ea quæ dei sunt creaturis ascribere, vel deo vel sanctis manifestam iniuriã irrogare. ⌊Quid adhuc egemus testibus ⌋, tãquam diceret, nõ indigemus iam testibus, quoniam verba eius testantur eum esse blasphemum, morteq; dignũ, ⌊quid vobis videtur? ⌋Interrogat alios ne proprio sensui nimium credere videatur, & vt alios contra Christum inflammet & prouocet. ⌊At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis, ⌋quia secundum legem blasphemi interficiebantur. His dictis omnes indignati sunt contra Iesum, eumq; cordialiter ac vehemẽtissime spernentes, vnanimiter irruerunt in eum, diuersis eum pœnis atq; iniurijs afficientes, quẽadmodum subditur. ⌊Tunc expuerunt⌋ immundissimi illi canes ⌊in faciem eius⌋ sanctam, gratiosissimam atq; dulcissimam, in quam desiderant angeli sancti prospicere, ⌊& colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas, ⌋ hoc est alapas ⌊dederunt in faciem eius, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? ⌋Velabant autẽ faciẽ eius antequã talia dicerẽt, vt Lucas habet. Hæc, expositione non indigẽt, sed ad miratione & compassionẽ requirũt. ¶ Mirandum est enim quod vnigenitus filius dei dominus virtutum, rex gloriæ, tanta pro nobis pati dignatus est, & prorsus dignum & iustum est, vt ei compatiamur, eius passionibus cõformemur, eius vestigia imitemur, omnia aduersa æquanimiter sustinentes, in illis gaudentes, irrisiones, contemptus, vituperia, iniurias, pro Christi amore fortiter tolerantes, quia (vt Petrus ait) Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, quia cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Cum hæc agerẽtur, impletum est quod p Esaiam loquitur Christus: Corpus meũ dedi percutiẽtibus, & genas meas vellẽtibus. Faciẽ meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Tunc quoq; impletum est illud Iob: Aperuerunt super me ora sua, exprobrantes tenuerũt ceruicem meam, percusserunt maxillam meam, saturati sunt pœnis meis. De hoc & Sibylla legitur prophetasse: Dabunt deo alapas manibus incæstis. Insuper secundum Lucam, alia multa blasphemantes dicebant contra Iesum. Vnde & Dauid in persona Christi prædixit: Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. ⌊Petrus autem sedebat foris, ⌋hoc est, extra domum vel aulam Caiphæ, ⌊in atrio⌋ domus suæ, id est, in loco sub diuo qui erat inter portam & ianuam domus pontificis, in quo atrio erat ignis accensus, iuxta quem Petrus sedit inter ministros pontificis, vt Lucas testatur. Erat enim frigus, secundum Iohannem, sicut frequenter est in tali tempore Martij post mediam noctem. ⌊Et accessit ad eũ vna ancilla⌋ pontificis, ⌊dicẽs: Et tu cũ Iesu Galilæo eras, ⌋hoc ẽ, huic Iesu nato à Nazareth vrbe Galilææ adhæsisti hucusq;.

Secun

Secundum Lucam & Marcum: Mulier ista accessit ad Petrum iuxta ignem & cum fuisset eum
diligenter intuita imposuit ei quod esset discipulus Iesu. L At ille negauit coram omnibus di-
A cens: Nescio quid dicis ⌋ hoc est non solum nō fui cum illo, sed nec agnosco illum, nec scio quid
verbis tuis significare intendis L Exeunte autē illo ⌋ scilicet Petro L ianuam ⌋ qua intrabatur ad
atrium. Vnde apud Marcum dicitur: Exiuit foras ante atrium. Post primam enī negationem
non audebat diu inter ministros astare, sed ad tēpus subtraxit se, & post modicum tempus rur
sus intrauit in atrium, cupiens exitū rei videre, L vidit illum alia ancilla, & ait his qui erant
ibi ⌋ hoc est, seruis pōtificis, qui Iesum cœperunt & adduxerunt. Maiores aūt Iudæorum erant
intus in auditorio cum summo sacerdote occupati cum Iesu, L & hic erat cum Iesu Nazareno.
Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem ⌋ Primo, simpliciter negauit ex ti
more. Secundo, magis perterritus adiecit iuramentum & peierauit.
¶ Sed his verbis Matthęi ac Marci cōtrariari videtur, quod secundū Lucam, secunda negatio
Petri facta est ad vocē viri. Porro secundū Iohannē facta est ad vocē plurium. Itē secundū Io-
hannē, facta est prope ignē in atrio. Dicendum, quod ancilla Petrum accusante, multi accur-
rebant, & diuersi locuti sunt. Potuit ergo esse vt muliere loquente vnus virorum, mox verba
fœminæ confirmaret, & sic Lucas asserit dictum à viro, quod Matthæus & Marcus referūt
à fœmina dictum. Iohannes vero dicit à pluribus dictum, quia non solum vnus, sed plures vi
ti verba ancillæ confirmabant, & forte excitati fuerunt ab ea ad loquendum cum Petro. Mu-
lieres namque hostiariæ, quia viderunt Petrum cum trepidatione & verecundia quadam intrare
& egredi, suspicabātur quod esset discipulus Iesu, vel ex alijs signis hoc conijcieqāt, puta ex ha
bitu & apparatu. ¶ Præterea quoque Iohannes dicit secundam negationem factā prope ignem.
Matthęus vero in exitu Petri. Hoc sic concordatur, quod Petro incipiente exire facta dicatur.
Non enim erat longum spacium, seu magna distantia inter ignem & ianuam, ideo Euāgelistę
non curauerunt locum tam determinate exprimere, sed principaliter intenderunt ostendere,
quod Petrus ter negauit. Quemadmodum Christus prædixit: Potuit autē esse, quod Petro se
B vertente ad exeundum, aliqui sequebantur eum, imponentes ei quod esset discipulus Iesu, sicut
asseruit mulier. L Et post pusillum ⌋ videlicet, facto interuallo, quasi horę vnius secundum Lu-
cam, L accesserunt ad eum, ⌋ hoc est, ad Petrum, L qui stabant ⌋ in atrio, L & dixerunt Petro:
Vere & tu ex illis es ⌋ id est, de numero discipulorum Iesu. L Nam & loquela tua manifestū te
facit, ⌋ hoc est, ex modo locutionis tuæ innotescit, quod sis Galilæus. quamuis enim Galilæi
essent Hebræi, & Hebræo idiomate vterentur, tamen in prolatione verborum aliqualiter diffe
rebant ab habitatoribus Iudææ, quēadmodum cernimus homines diuersarum prouinciarum.
vel etiam vrbium idem idioma diuersimode pronuntiare, quamuis eiusdem consistant domi
nij. L Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominē ⌋ Fuit enim tunc maxime ter
ritus & statim capi timebat. Secundū Marcū cœpit anathematizare, hoc est, cum execratio-
ne iurare, imprecando sibi ipsi mala, si negando mētiretur, in quo patet magna fragilitas Petri,
& verum esse quod ait Saluator: Sine me nihil potestis facere. Hanc tertiam negationē Lucas
dicit factam ad vocē vnius. Similiter Iohannes addēs dicit, quod ille vnus fuit cognatus eius,
cuius auriculā Petrus abscidit, dixitque Petro: Nonne te vidi cum illo in horto? Sed hoc facile cū
his concordatur, dicendo, quod inter multos, de quibus Matthęus & Marcus loquuntur, fuit
vnus magis importunus, molestusque Petro. Propter quod Iohānes & Lucas loquuntur singu
lariter de hoc vno. L Et continuo ⌋ hoc est, statim Petro tertia vice negante L gallus cantauit ⌋
secundo, secundum Marcum, vt dictum est. Vnde Lucas: Adhuc (inquit) illo loquente, gal-
lus cantauit. L Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat illi: Priusquam gallus cātet, ter
me es negaturus ⌋ Hoc iam expositum est. L Et egressus foras, fleuit amare ⌋ hoc est amaritudi-
naliter, scilicet abundanter ac dolorose, quemadmodum in Luca habetur: Conuersus domi-
nus respexit Petrum, hoc est, per misericordiam suam tetigit mentē Petri, ad verbi sui recor-
dationem ac cordialē pęnitētiam, vel forte corporaliter respexit Petrum. Potuit enim fieri ex
C ordinatiōe Christi, vt Petrus transeundo ante ianuam aulę introspiceret, & Christus cuncta
cognoscens inspiceret eum, conuertendo se ad ianuā domus, in qua erant luminaria copiosa.
¶ Ex his constat, quod circa descriptionē trinæ negationis Petri, Euangelistę multum diuersi
mode loqui videtur, quantum ad superficiē litteræ, quāuis in sensu & veritate concordant. Speci
aliter autē dissonare videtur in tribus. Primo quantum ad horam seu tēpus negationis. Secun
do quantum ad personas, ad quarum interrogationē Petrus negauit, sed hæc duo iam declara
ta sunt, quomodo concordari debeant. Tertio, quantum ad locū, sicut iam partim patuit atque
expositum est. Sed adhuc vnum est, in quo dissonare videtur, quod vt mihi apparet cæteris o-
mnibus difficilius soluitur, quia secundum Iohannem, prima negatio Petri fuit in domo
Annæ, sed secundum seriem textus aliorum trium Euangelistarum, omnes tres negationes
Petri in domo Caiphæ factæ probantur. Matthæus enim Lucas & Marcus de Anna nil scri-

Timebant locum sanctum cruenta pecunia inquinari, culicem colantes & camelū glutientes
A L Consilio autē inito, emerunt ex illis, ⌋ hoc est, pro argenteis memoratis, L agrum figuli ⌋ qui Matt. 2
forsitan dictus est ager figuli, quia ad figulū pertinebat, vel vasa fictilia ibi fiebant, vel terra pro
vasis fictilibus faciendis inde tollebatur. Quēadmodum apud Esaiam legitur de via agri fullo
nis, vbi Esaias iubetur occurre regi Achas, qui ager vocatur fullonis, quia in eo vestes suas
siccabant, L & in sepulturam peregrinorum, ⌋ id est vt peregrini non habentes sepulchra pro
pria in agro illo sepelirentur. Hoc fecerunt, misericordiam simulantes, sed secūdum Hierony
mum eorum intentio fuit Christū diffamare, quatemus ex occasione illius agri & sepulturæ semp
maneret memoria venditionis atq; turpissimæ mortis Christi, sed diuina ordinatione hoc
factum est ad memoriā impiæ venditionis, & iustæ vltionis Iudæ, ac innocentis traditionis,
passionis'q; Christi. L Propter hoc vocatus est ager ille* Acheldemach, hoc est ager sanguinis ⌋
hoc est, emptus pro pretio sanguinis Iesu, L vsq; in hodiernum diem. Tunc adimpletum est,
quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentē: Et acceperunt ⌋ principes sacerdotū &
seniores ppl'i, L triginta argenteos ⌋ qui fuerunt L pretium appretiati, quē appretiauerunt à fi-
lijs Israel ⌋ hoc est, à Iuda, vt ponatur plurale pro singulari, sicut frequenter fit in scripturis, L &
dederunt ⌋ hoc est exposuerunt, L eos in agrum figuli ⌋ id est, pro agro huiusmodi, L sicut con
stituit mihi dominus. ⌋ Ista authoritas non inuenitur in Hieremia, hoc est in libro eius vulgato
& autentico quem habemus. Lyra autem dicit quod Hieronymus vidit hanc authoritatē in
quodam libro Hebraico, qui ascribebatur Hieremiæ. Sed sciendum, quod Hieronymus dicit
sibi à quodam Iudæo de secta Nazarenorum oblatum esse librum apocriphum, quem dice-
B bat ille Iudæus esse Hieremiæ. Verum allegatio apocriphorum non est solida in scripturis. Po
tuit tū esse quod Euangelista Mathęus spiritusancto docēte agnouit Hieremiā ista dixisse ver
bo solo vel scripto. Hieronymo vero apparet, quod allegata authoritas sumpta sit ex Zacha- Zacha. 1
ria, & ita quod dicitur in textu (Hieremiam) non est de textu, sed creditur ab aliquo additum.
¶ Porro apud Zachariam sic habetur: Dixi si bonum est in oculis vestris, afferte mercedē me
am, & si non, quiescite. Et appenderunt mercedē meam triginta argenteos, & dixit dominus
ad me: Proijce eos ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. L Iesus autem
stetit ante pręsidem ⌋ capite inclinato, vultu in terram demisso, vinctis manibus, silentibus la
bijs, atq; mitissimo corde, L Et interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorum? ⌋ Quē-
admodum in Iohanne inducitur. Cum Iudæi duxissent Iesum ad Pilatum in prætorium, & Iohan. 18
non vellent introire prætorium, hoc est, locum viri Gentilis, ne macularentur, Pilatus exiuit
ad eos, & videns Iesum ligatum tanquam mortis reum, interrogauit causam mortis, dicendo:
Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Sciuit enim Pilatus consuetudinem
esse Romanis, vt neminem damnarent ad mortem, nisi præsentes haberēt accusatores, & lo-
cum se defendendi acciperent, & hanc legem voluit Pilatus seruare in Christo. Cui primo re
sponderunt Iudæi: Si non esset hic malefactor, non tibi tradididissemus eū. Quibus dixit Pila-
tus: accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Tanquam diceret: Si vultis
vt ego non inquiram causas iudicij, sed reputem vos tantæ iustitiæ, vt certum sit quod nō of-
feratis mihi innocentem sic vinctum, ergo & vestrum iudicium sufficiat, nec requiratis, vt ego
eum condemnem. Cui Iudæi: Nobis (inquiūt) non licet interficere quenquam. Cumq; Pila-
C tus non contentaretur accusatione confusa ac dubiosa, cœperunt Iudæi Iesum accusare in tri Lucæ 2
bus, vt Euangelista Lucas refert: Dicebant enim: Hunc inuenimus subuertentem gentem no
stram, Ecce primum, hoc est, comprehendimus eum seducere populum Iudæorum sua do-
ctrina pestifera, & prohibentem tributa dari Cæsari, Ecce secundum, & dicētem se Christum
regem esse, Ecce tertium. Duo prima obiecta Pilatus non aduertit, quia cum esset Gentilis, de
lege & documentis Iudæorum non curauit. Secundum quoq; sciuit esse mendosum, quia pr- Lucæ, 20
cepit Christum dixisse Herodianis. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo.
Tertium vero attendit, quoniam imperator Romanus præcepit, ne sine suo consensu aliquis
vsurparet sibi nomen regis. Et quia Iudæi seruiebant ei sub tributo, propterea interrogauit
Christum, an esset rex Iudęorum. L Dicit ei Iesus: Tu dicis, ⌋ hoc est, verum est, quod sim rex.
Hanc responsionem diuus Iohannes plenius descripsit. Nam primo Christus dixit: Regnum Iohā. 18
meum non est de hoc mundo, in quo satisfecit Pilato & Cæsari, qui non regnauit nisi tem-
poraliter in seculo isto. Deinde dixit ad Iesum: Ergo rex es tu? Cui Christus respondit: Tu di
cis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium per
hibeam veritati. Cum'q; Pilatus dixisset: Quid est veritas? Statim exijt ad Iudæos, volens ex-
cusare, atq; dimittere Iesum. L Et cum accusaretur ⌋ Iesus L à principibus sacerdotum, & se-
nioribus, nihil respondit. ⌋ vt patientiæ & mansuetudinis daret exempla, & quia mortem eua
dere noluit. L Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduersus te dicunt testimonia? Et nō
respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. ⌋ Sciens quod facilli-
me se

me se potuisset excusare, præsertim cum haberet iudicem pro se. Hoc loco mittit Matthæus,
quod solus Lucas commemorat quod Iudæis dicentibus: Commouet populũ incipiens à Ga D
lilæa. Pilatus interrogat an Galilæus esset. Et cum cognouisset, misit eum ad Herodem, qui vi
Lucæ 23 so Iesu, gauisus est valde, quia diu optauit eũ videre propter famam eius sperauitq́ aliquid mira
culum videre ab eo fieri. Cumq́ multa quæsisset à Iesu, & nullum ab eo responsum susciperet
spreuit eum cum suo exercitu, & illusum, ac alba veste indutum remisit Pilato. ⌊Per diem aũt
solennem⌋ hoc est in solennitate paschali, ⌊consueuerat præses dimittere populo⌋ Iudæorũ,
⌊vinctum vnũ quem voluissent⌋ id est aliquem captũ quemcũq́ petissent, in memoriam libe
rationis patrum suorum de terra Aegypti. Hoc enim Iudæi obtinuerunt à Romanis. ⌊Habe
bat autem⌋ præses Pilatus ⌊tunc vinctũ vnum insignẽ⌋ hoc est, famosum non nobilem, sed
in malicia eminentem ⌊q dicebatur Barrabas, qui propter homicidium⌋ à se factum in Hie
rusalẽ, ⌊missus fuerat in carcerẽ⌋ Secundũ Lucam fecit & seditionẽ. Iohannes autẽ vocat eũ la
Lucæ, 23 tronem. ⌊Congregatis ergo illis⌋ videlicet principibus sacerdotum & plebe Iudæorũ. ⌊Dixit
Iohan. 18 illis Pilatus: Quẽ vultis dimittã vobis? Barabbã, an Iesum qui dicitur Christus?⌋ Pilatus toto
affectu cupiens Iesum eripere, proponit eis duos duntaxat, vnum sceleratissimũ, & alium in-
nocentẽ, putans quod nullo modo eligerent Barabam sibi dimitti, sed Iesum. Et ergo subtili-
ter proposuit eis electionem inter hos duos.
¶Sed vnde vel quomodo sciuit Pilatus homo paganus loqui de Christo. Et respondendum,
Matt. 27 quo habitans inter Iudæos, potuit scire quod expectarent aduentũ Christi, & quod aliqui di-
cerent, Iesum esse Christũ. Non enim dubiũ est, quin sæpe audiuit mentionẽ de Christo, præ
quinquies apparuit. Primo Magdalenę. Secundo mulieribus à sepulchro pergẽtibus. Tertio
Petro, quamuis locus ignoretur. Quarto duobus discipulis euntibus in Emaus. Quinto discipu
lis congregatis, q̃s duo pdicti discipuli redeuntes inuenerunt, collectos atq; dicentes: Quia sur-
rexit dñs vere, Et apparuit Symoni. Quibus ita loquẽtibus venit & stetit Iesus in medio eorũ,
vt Lucas refert, apparuit q̃q; Iacobo minori, q legitur iurasse non cõmedere donec filius ho-
B minis resurrexisset à mortuis. ¶Insup post diem resurrectionis apparuit q̃nq̃es. Primo, post o-
cto dies præsente Thoma. Secundo, septẽ discipulis piscantibus ad mare Tyberiadis. Et has
duas apparitiones describit Iohãnes. Tertio vndecim apostolis in monte Thabor, de qua in-
fra habet: Quarto, in die ascensionis in Hierusalem. Quinto eodẽ die in monte Oliueti. Appa-
ruit etiã semel plus q̃ q̃ngentis fratribus secundum apostolum, quam apparitionem aliq dicũt
factã in mõte Thabor, q̃ñ apparuit vndecim aplis. ⌊Quę⌋ mulieres ⌊cũ abijssent⌋ à loco q̃ Chri
stum viderunt ad annunciandum discipulis verba Christi ⌊ecce q̃dã de custodib⁹⌋ sepulchri
⌊venerunt in ciuitatẽ⌋ Hierusalem, iuxta quam erat sepulchrum, vt Iohannes refert ⌊& nuncia
uerunt principibus sacerdotũ oia q̃ facta fuerãt⌋ .s. terrę motum, angeli apparitionẽ, suam de
iectionẽ & obstupefactionẽ, Christi q̃q; resurrectionem, quam propter suam indignitatem
non conspexerũt, sed factam nouerunt ex vacuitate sepulchri, de q̃ sciebant nullũ hominẽ ab-
stulisse sepultũ. ⌊Et cõgregati⌋ principes sacerdotũ ⌊cũ senioribus Iudæorũ, ⌊consilio⌋ à se in
uicem & dæmone suggerẽte ⌊accepto, pecuniã copiosam dederũt militibus⌋ vt veritatẽ cæla
rent ac mentirentur ⌊dicentes⌋ militibus: Dicite interrogantibus, quõ sublatum sit corpus Ie-
su ⌊quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum vobis dormientibus. Et si hoc⌋ ver
bum vestrum, ⌊auditũ fuerit à præside⌋ Pilato ⌊nos suadebimus ei⌋ verũ esse q̃d dicitis p di-
uersa figmenta, colorando tantum & tam rude mendacium, q̃d q̃libet faciliter ppendere põt.
Si nanq; dormierunt, nõ poterant scire, q̃ discipuli accesserunt & Christum furati essent nec ha
bet aliquam apparentiam q̃ discipuli q̃ à viuente fugerunt, iam mortuum inter armatos req̃-
rerent, ⌊& securos faciemus vos⌋ à pœna pfidiæ, ita quod vobis nihil imputabit. ⌊Et diuulga-
C tum est verbum istud apud Iudæos⌋ videlicet q̃ militibus dormientib⁹ discipuli furati sint cor
pus sui magistri ⌊vsq; in hodiernũ diẽ⌋ dimiserunt eñ reliq̃as has paruulis suis ⌊Vndecim aũt
discipuli⌋ .i. apostoli q̃ Iuda pereunte vndecim mãserunt ⌊abierũt in Galilæam⌋ nõ statim post
diem resurrectionis, sed post apparitiones septẽ prætactas ⌊in montẽ⌋ vt in alto cõtemplaren
tur filium dei, quẽ nemo terrenis implicatus, & infimis vacans, potest conspicere, ⌊vbi consti-
tuerat⌋ .i. p angelum & mulieres. & forte p seipsum mandauit atq; præfixit, ⌊eis Iesus⌋ locum
conueniendi, videlicet in mõtẽ Thabor, vt illic omnibus gloriosam suam resurrectionẽ osten
deret, vbi ante passionẽ tribus apostolis futuræ resurrectionis gloriam pmonstrauit transfigu-
rando se corã illis. ⌊Et vidẽtes eum adorauerunt⌋ adoratiõe latriæ. Iã nẽpe credebãt eum esse
naturalẽ filium dei, deũ verũ & hominẽ, queãdmodum Thomas iam dixerat: Dñs me⁹ & de⁹
me⁹. ⌊Quidã aũt dubitauerunt⌋ Asserunt aliq in hac Chri apparitiõe alios affuisse discipulos, q̃
vndecim apostolos, q a apostoli (vt dicunt) erant iam certificati & roborati in fide dñicæ re-
surrectionis ppter frequẽtem Christi apparitionẽ. Itaq; q̃ dubitauerũt, fuerunt inferiores dis
cipuli. ⌊Et accedens Iesus⌋ vt dubitantes certificaret & oẽs plenius edoceret, ⌊loquutus est
eis, dicẽs: Data est mihi oĩs⌋ .i. pfecta ⌊potestas in cœlo & in terra⌋ .i. præsidendi & domi-
nãdi oĩbus creaturis cœlestibus atq; terrestribus. Per cœlũ itaq; & terram, tanq̃ per duo
extrema, intelligunt & omnia inter media, Quãuis aũt hoc de Christo secundũ naturã diuinã
aliq̃ modo q̃eat intelligi, q̃ñ quicq̃d habet & est à patre accepit, & ita à patre suscepit potesta
tẽ creandi, gubernandi & præsidendi, tamen principaliter dictũ videt de ipso secundũ natu-
rã assumptã. Chr̃o igit quãtũ ad suam humanitatem collatus est principatus, imperialisq; vir

tus super vniuersa creata à primo suæ incarnatiōis instanti ratione vnionis cū verbo. Nā co-
Iohann. 3 ipso quo suæ humanitati datū est esse vnitum verbo hypostatica vnione, multo amplius da- D
tum est ei esse prælatū, & dominari vniuersæ creaturę. ¶Porro potestas ista primo, data est
Christo homini quantum ad authoritatem ab instanti cōceptionis in virgine, & ex illo instāti
cœpit ei dari etiam quantū ad executionē & manifestationē paulatim & pedetentim, secūdū
moderamen ac dispensationē præordinationis diuinæ, vnde supernaturaliter de vtero matris
Marci 5 egressus est, & multis miraculis fulsit in mūdo anteq̄ pateretur. Virtus quippe exiuit de illo, &
Iohan. 3 sanauit omēs, propter q̄d ante passionē dicebat: Pater diligit filiū, & omīa dedit in manu eius.
Iohan. 17 Et rursus: Dedisti ei potestatē omīs carnis. Verūtamē qm̄ primus Christi aduentus erat quo-
dammodo occultus & in infirmitate, iuxta illud Esaiæ: Vere tu es deus abscōditus. Et rursus:
Esaiæ 45 Dn̄s voluit eum cōterere in infirmitate, ideo dici solet, q̄ post resurrectionem data est Christo
Esai. 53 omīs potestas hæc quantum ad executionē, & manifestationē, quia extunc cœpit in vniuerso
mūdo, imo in inferno ac cœlo maiestas & dignitas Christi declarari, prædicari seu magnifi-
cari, in finali vero iudicio dabitur ei ista potestas, quantū ad plenissimā cōsummationē, quādo
Esai. 45 ad eum veniēt, cōfundentur, atq; vincētur omnes q repugnāt ei. ⌊Euntes ergo⌋ nō solum ad
Matt. 15 oues quę perierunt domus Israel, sed prout in Marco scribit, in mūdum vniuersum, vt implea
Marci 16 tur illud in psalmo: In omnē terrā exiuit sonus eorū, ⌊docete omnes gētes⌋ id est, quasdam de
Psal. 18 omni gn̄e gētium, nō solū vnā nationem, sed quascūq; inueneritis, p vosipsos & p adiutores
Esaiæ 66 atq; discipulos vestros, vnde p Esaiam ait saluator: Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gētes
in mare, in Aphricam, & Lydiam, tenētes sagittam in Græciam & Italiam ad insulas lōge ad
eos qui nō audierūt de me, & annūtiabūt gloriam meā gentibus, ⌊baptizantes eos⌋ id est, re- E
generantes ex aqua & spiritu sancto, lauantes lauachro aquæ in verbo vitæ, videlicet ⌊in no-
mine⌋ nominato & in virtute, ⌊patris & filij & spiritus sancti.⌋ Hæc est forma sacramenti
baptismi, quam humana authoritate variare nepharium est, quamuis in primitiua ecclesia ad
tēpus mutata sit ex familiari cōsilio spiritus sancti, ita q̄ homines baptizabātur in noīe Chri-
sti, quod blasphemauerūt increduli, vt illud clarificaretur & magis honoraretur à gētibus, Sed
tūc in noīe Christi trinitas intelligebatur, videlicet pater vngens, filius vnctus, spiritus vnctio.
¶Deniq; singulariter dicit in noīe, nō in nominibus, ad insinuādum substantialē vnitatē sum
mæ trinitatis, pluraliter aūt subijcitur patris, & filij, & spiritus sancti, ad denotādum p̄sonalem
distinctionē. Quorū ergo est vna essentia & vna potestas, etiam est eadē efficientia atq; inte-
rior lotio seu mūdatio à peccatis. ¶Præterea aduertēdum, q̄ p̄mittit docētes omēs gen-
tes, hincq; annectit, baptizātes eos, quoniam cathecismus præcedit baptismū & adulti non ba
ptizātur, nisi primo de his quæ fidei sunt instruātur, nisi in articulo necessitatis, ⌊docentes eos
Psal. 118 seruare⌋ .i. memoriter retinere, & opere adimplere seu custodire, quēadmodum ait psalmista,
In corde meo abscōdi eloquia tua vt nō peccē tibi, ⌊omīa quæcūq; mādaui vobis⌋ .i. vniuer
sa præcepta sine quorū custodia nemo adultus saluatur. Et bene ait, omīa, quoniam vnum si-
Iacobi 2 ne alijs nō potest salubriter obseruari, prout Iacobus protestatur: Quicūq; totam legē impleue
Eccls. 9 rit, offendit aūt in vno, factus est omnium reus. Cui consonat quod Salomon loquitur: Qui in
vno peccauerit, multa bona perdet. Seruāda sunt ergo vniuersa mandata, aliter non diligitur
Christus scd̄m q̄ apud Iohannē inq̄t: Si q̄s diligit me, sermones meos seruabit, imo nec aliter
Iohan 14 vere & digne cognoscitur, iuxta illud Iohānis: In hoc scimus quoniā cognouimus deum, si mā
1. Iohā. 4 data ei⁹ obseruamus. Ecce q̄ optimus ordo, vt cōuertendi primo doceantur in credēdis, docti F
baptizētur, baptizati operētur, & ad operandum quæ iusta sunt, informētur. Deinde ponitur
verbum dulce & consolatoriū. ⌊Et ecce⌋ res notabilis magna & pōderāda, omniq; cōsideratiōe
dignissima, vtpote ⌊ego vobiscū sum.⌋ hoc est, cū vobis & successoribus vestris, cūctisq; fi-
delibus seu militāti ecclesia, ⌊omībus diebus⌋ naturalibus, videlicet die & nocte quamdiu in
hoc mūdo versamini tāquam viatores & peregrini ac exules, ⌊vsq; ad consummationē⌋ hoc
est finē, ⌊seculi⌋ inclusiue. ¶Sic aūt est Chr̄s cū ecclesia. Primo, p gratiā inhabitādo corda fi-
delium. Secūdo per sacramētalem præsentiam. Tertio, per cōtinuā prouidentiam, protectio
nem, atq; multiplicē efficientiam suæ potestatis ac pietatis in nos. Hinc em̄ testatur: Ego sto
Apoca. 3. ad ostium & pulso. Et vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio
Matth. 18 eorum. Nunquam ergo dificiet fides in toto, sed vsq; in finem seculi perseuerabit in aliq̄bus
Christiana religio. ¶Postremo, tam ineffabiliter, dignanter & intime adest nobis Christus,
vt multo amplius quam Moyses seu populus olim Iudaicus dicere valeamus: Non est alia na
Deuter. 4 tio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis dominus deus no-
ster, vnigenitus filius dei, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per secula infinita su-
per omīa deus sublimis & benedictus, Amen.

¶DIVI DIONYSII CARTHVSIANI, IN EVAN-
gelium Matthæi Enarrationis, Finis.

D. Diony-

D. DIONYSII CARTHUSIANI IN EVANGELIUM MARCI ENARRATIO.

A

¶PROLOGVS.



Vltitudo sapiẽtũ, sanitas est orbis terrarum. Sapiẽtis quippe officiũ est, oĩa ordinare, tenebras ignorãtię ab intellectu audiẽtiũ ppulsare, vitiorũ quoq; caliginẽ, quibus vulnerat ac infirmat natura creata, ab effectu fugare. Sapiẽs igit sanat habitãtes in terra à vulneribus aĩę, quę ad ęternũ inducũt interitũ: idcirco hortat scriptura: Cũ videris sensatũ, statim euigila ad illum. Thesaurus enĩ desiderabilis in ore sapientis, & vir eruditus suauis ẽ aĩę suę. Inter excellẽtissimos aut vere atq; diuinitus reuelatę sapię pfessores, doctores atq; descriptores, rite ac digne collocat btũs Euãgelista Marcus, cuius hoc loco elucidãdũ ẽ euãgeliũ, quod licet cęteris Euãgelistis breuior sit in verbo, tñ sentẽtijs par ẽ, qui in prophetica visione Euãgelistarũ pfiguratiua, merito designatus est p leonem. Primo, quoniã à clamore Iohãnis in deserto exorsus est, scribere. Scdo, quoniã circa Christi resurrectionẽ & ascensionẽ specialiter immorat. In resurrectione aũt suscepit Christus regnũ atq; imperium, vel potius imperialis regni executionẽ ac manifestationẽ, quę p leonẽ regem brutorũ significant. Fuit insup sanctus Marcus principis Apłorũ in baptismate filius, in Christiana doctrina discipulus, in sermone interpres, de quo Petrus: Salutat vos (inquit) ecclesia quę est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Dum igit cũ sancto Petro Romę resideret, rogatus à fratribus scripsit euãgeliũ sicut à Petro, imo à spiritu sancto didicerat, scriptumq; Petro obtulit corrigendũ, quod Petrus diligẽter examinãs, omniq; veritate plenũ reperiẽs, approbauit, fidelibus tradidit sua authoritate legendũ, quẽadmodũ Clemens testat. Post hęc Marcus Aquilegiensem & Alexandrinam fundauit ecclesiã, habuitq; in Alexandria Aegypti tãtę pfectionis discipulos, vt Philo eloquẽtissimus Iudęorũ, ęditor libri sapiẽtię, illorũ sctitatẽ summę admirãs, de eorũ laudibus scripserit librũ. Fuit aũt Marcus ex Iudaismo conuersus, Leuiticus genere & sacerdos. Et sicut de ipsa sua conscriptione euãgelij studuit breuitati, sic & ego in expositiõe eius facturus sum, prę sertim cum pene oĩa verba eius, in Matthęi Euangelio cõtineant, iamq; exposita sint. Propter hoc vtriusq; expositionẽ colligandam institui, vt quę hic cursorie dicuntur, in Matthęo plenius requirantur. — Sapien. 6; Eccli. 6; Prouer. 21; 1. Petri 5

B

¶Expositio Primi Capituli. Initiũ sancti Euangelij Iesu Christi filij dei.

Articulus primus.



Ræmittit sanctus Euangelista operi suo prologũ quẽdã breuissimũ qui finit ibi: Fuit Iohãnes in deserto baptizãs, ibi enĩ inchoat narratio. Ait ergo: ⌊Initium Euangelij⌋ i. exordiũ bonę annũtiatiõis, in qua annũtiat salus ęterna, & promittitur regnũ cęleste. i. euangelicę legis & Christianę doctrinę, ⌊Iesu Christi filij dei⌋ id est, tractantis de Iesu Christo, imo & dati ab eo, qui est filius dei nõ adoptiuus sed naturalis. Christus enĩ ẽ primus & principalis magister euãgelicę veritatis, & de ipso tractat euangeliũ ab Euãgelistis cõscriptũ. Itaq; initiũ huius euãgelij, hoc ẽ, id à quo ego euãgelij descriptionẽ incipio, est ⌊sicut scriptũ est⌋ i. id quod scriptũ est ⌊in Esaia propheta⌋ Sicut enim interdum significat similitudinem, & interdũ denotat veritatem, vt hoc loco: ⌊Ecce ego mitto angelũ meum⌋ hoc est Iohannem pręcursorem qui angelus, id est, nuncius appellatur, & propter sui officij dignitatem, vitę pfectionem, & cõtẽplatiõis altitudinẽ merito angelus dictus est, non quod superioris esset naturę & seu angelus incarnatus, vt dixerunt hęretici ⌊ante faciem tuã⌋ i. añ te & añ tuã declarationem seu tuę prę sentię manifestationem o Christe, videlicet vt te annũtiet & ostendat hominibus. Hęc enĩ verba allegantur hoc loco in psona dei ad Christum loquẽtis, ⌊qui pparabit viam tuam⌋ hoc est, actus bonos seu opa virtuosa dispositiue inducet in cordibus Iudęorũ, p quę intras corda hoĩm. Per talia enim disponunt mentes humanę ad Christi receptionem, qui secundum Apostolũ p fidem habitat in cordibus nostris ante te, hoc est, antequam ingrediaris corda humana, vel ante te. i. in conspectu tuo, & coram te, teq; prę sente. Per hoc enim quod Iohannes Baptista docendo, baptizando, monstrando, ac protestando disposuit populũ Iudęorũ ad Christi notitiam, pręparauit Christo ingressum ad animas Iudęorum. ¶Deniq; doctrina atq; baptismus Iohannis fuerũt quędam prę parationes doctrinę & baptismatis Christi, quoniã per baptismũ & doctrinã Iohannis disponebant Iudęi ad recipiendũ doctrinã & baptismũ dñi saluatoris. Potest ergo & ita exponi, qui pręparabit viam tuam ante te. i. ad tuę doctrinę ac baptismi receptionẽ disponet suos auditores. ⌊Vox clamantes in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius.⌋ Hoc totum in Mat- — Malac. 3; Esaię 40; Math. 3; Lucę 3; Ephe. 3; Iohã. 2

C

Matth. 3 thæo diligēter & prolixe expositū est. ¶ Sed q̄stio oritur, qūo Marcus dicat hoc testimoniū
Malac. 3 in Esaia descriptū, cū prima pars eius scripta sit in Malachia, & altera in Esaia? Ad hoc docto
Esaię 40 res catholici diuersimode rn̄dēt. Hieronimus eñ putat nomē Esaiæ scriptoꝝ vitio additum. D
Hierony. Alij dicunt, ꝙ Marcus breuitati studēs, nomē Malachię omisit, eo ꝙ vltima pars huius pro
pheriæ habeat in Esaia, & qm̄ Esaias principalior fuit, res aūt à fine & a principaliori nomē
sortit. Sed vere & indubitanter dici pōt ꝙ tota iā allegata authoritas in Esaia habet q̄tum ad
sensum, licet q̄ ad tenorem verboꝝ prima pars eius in solo Malachia cōtineat. Vnde Marcus
in lege & prophetis etiā humano studio añ suā cōuersionem eruditus nomen & verba Esaię
Malac. 3 cōmemorans, verba Malachiæ interserit tanq̄ declaratiua verboꝝ Esaiæ: Quis eñ est ange
lus dei añ Christum missus, & viā eius aduētui præparans, nisi Iohānes, vox clamātis in deser
to, parate viā dn̄i? ¶ Insup quæritur, cur Marcus ita allegat: Ecce mitto angelū meū añ faciē
tuam, &c. cū in Malachia sic scriptū sit: Ecce mitto angelū meum, & pparabit viam añ faciem
meā? dicēdum, ꝙ Chrūs & Apl̄i atq; Euangelistæ frequēter allegant scripturas veteris testa
menti potius q̄ ad sensum q̄ formā verboꝝ. Sic nunc efficit Marcus, nec discrepat q̄d Mar
cus allegat à pdictis verbis Malachię, sed oīno redit in idem, quia p faciē dei patris vno mō in
telligitur Chrs. Nā sicut p faciē res ipsa cognoscit ac mōstratur, sic p filium cognoscit & ostē
ditur pr̄. Itē, q̄ ad quēcūq; venit filius venit & pr̄, sicq; Iohannes parando viā Chr̄o parauit
viam & patri. ⌊ Fuit Iohānes in deserto ⌋ Iudææ trans Iordanē, ⌊ baptizans ⌋ Sicut eñ nascē
do & pdicando Chr̄i natiuitatē & prædicatiōem, sic & baptizando Chr̄i baptismum præue
nit, seruans vbiq; suæ ordinē pcursionis, ⌊ & pdicans baptismū pœniæ ⌋ .i. baptismū Chr̄i
ordinatū ad agendā pœniam, baptismū (inquam) valentē, ⌊ in remissionē pctōꝝ ⌋ q a p Chr̄i
Matthę. 3 baptismum diluuntur pctā. Prædicauit autē Iohānes baptismū Chr̄i cito futuꝝ cū dixit: Ego
Lucæ 3 vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in spū sancto & igni. Veruntñ ipse Iesus nō baptiza
Iohā. 1 uit qn̄aliter, sed discipuli ei9. De hac materia multa tractata sunt supra in Matthæo, idcirco
Iohan. 4 ptermitto. ⌊ Et egrediebatur ad illum ⌋ videlicet ad Iohannē tunc existentem circa Iordanē,
Math. 3 venit eñ à deserti latibulis ad ripam Iordanis vt populū baptizaret, ⌊ oñis Iudææ regio ⌋ .i.
oñes habitantes in regione Iudæoꝝ, hoc est qdā de oībus, ⌊ & Hierosolymitæ vniuersi ⌋ .i. E
habitatores Hierusalē. Ista distributio intelligenda est pro q̄ribus singuloꝝ, non pro singulis
geneꝝ, vt sit hyperbolica locutio, iuxta quē modum ait apl̄us: Omnes q̄ sua sunt q̄rūt, non q̄
Iesu Christi. ⌊ & baptizabantur ab illo in Iordane flumine, cōfitentes pctā sua ⌋ in g̃nali non
cōfessione sacramentali, prout cōfessio ponitur nouæ legis sacramentū. ⌊ Et erat Iohannes ve
stitus pilis cameli. ⌋ Quod hic de vestitu & victu Iohannis inducitur, scriptum atq; positum
est in Matthæo. ⌊ Et pdicabat dicēs: venit fortior post me ⌋ vtpote Chrūs, virtus & sapiētia
patris, de q̄ ait psalmista: Dn̄s virtutū ipse est rex gloriæ, hic venit post Iohannē, qm̄ sicut na
tus est de virgine post Iohannē, sic etiā cœpit se manifestare, docere, & miracula facere, post
inchoationē prædicatiōis Iohannis, ⌊ cuius nō sum dignus procumbēs ⌋ .i. añ eū inclinās, seu
procidens, ⌊ soluere corrigiā calciamentoꝝ eius ⌋ .i. in re corporali, exteriori & minima ei ser
uire propter incōparabilē eius excellentiā super me. Oñia ista plenius elucidata sunt in Mat
thæo. ⌊ Ego baptizaui vos aqua ⌋ corpora abluendo, nō animas à vitijs expurgando, q a ba
ptismus meus nō confert nec cōtinet gratiā, ⌊ ille vero baptizabit vos spū sancto ⌋ .i. in suo ba
ptismo gratiā spiritus sancti intus purgantem vobis infundet, dūmodo volueritis credere in
eum, ficte eñ accedētibus nō infunditur gr̃a. In baptismo imprimitur tñ character, propter
q̄d nō rebaptizabantur, qm̄ fictione cessante, baptismus cōseqtur suū effectū. ⌊ Et factū est in
diebus illis, venit Iesus à Nazareth Galilææ ad Iohannē, & baptizatus est in Iordane à Iohā
ne ⌋ nō q a indiguit, sed vt oēm impleret iustitiam, vt humilitatis daret exēplum, vt aquis vim
regeneratiuam pstaret, & Iohannis baptismū cōfirmaret, nobisq; maximā gratiā mereretur
⌊ Et cōfestim ascendēs de aqua ⌋ Iordanis ⌊ vidit cœlos aptos, & spm̄ tanq̄ columbā descen
dentē & manētem in ipso. ⌋ Hoc tā de Chr̄o q̄ de Iohanne intelligi pōt, vterq; eñ simul exi
uit de aqua Iordanis, tūcq; ambo viderūt cœlos aptos, & spm̄ sanctū in forma colūbæ sup ca
put Chr̄i descēdere atq; manere. ⌊ Et vox de cœlo facta ē ⌋ .i. ab angelo loquēte in psona dei F
Iohan. 1 patris, in aere seu cœlo aereo. ⌊ Tu ⌋ Christe ⌊ es filius meus dilectus in te cōplacui. ⌋ De hac su
Matt. 3 perbenedictæ trinitatis apparitiōe in Christi baptismo, & qūo intelligēda sit cęloꝝ apertio
alijsq; notabilibus psentē cōcernētibus locum introducta sunt plurima in Matthæo. ⌊ Et sta
tim ⌋ post receptionē baptismi, ⌊ spiritus ⌋ sanctus ⌊ expulit ⌋ id est prompte ac feruide mouit
& duxit, ⌊ eum ⌋ .s. Christū ⌊ in desertū ⌋ Chrūs nāq; secūdum assumptā humanitatē in oībus
bus promptissime atq; celerrime obediuit instinctui spūs sancti, tanq̄ plenissimus septem do
nis spūs sancti, per q̄ redditur anima bñ mobilis à spū sancto, iuxta illud apl̄i: Quicūq; spiritu
dei aguntur, hi sunt filij dei, & ad hoc insinuandū Euāgelista ait, expulit eum. ⌊ Et erat in de
serto quadraginta diebus & quadraginta noctib9, & tētabat à satana ⌋ Hoc totū in Matthæo
expositū ē, ⌊ Eratq; cū bestijs heremi ⌋ quę ei nocere nō poterāt, ⌊ & angeli ministrabāt ei ⌋

Tanquam

Tanq̃ superiori ac domino maiestatis, sicq̃ rõnalia & irrõnalia ei subiecta fuerũt, p q̃d ostẽdit
A duplex in Chr̃o natura puta hũana ac diuina. Quod em̃ cũ bestijs versabat̃ hũanæ naturę fuit
humilitas, ꝙ vero ab angelis honorabat̃, diuinæ extitit maiestatis indiciũ. ⌊Postq̃ aũt traditus
est Iohãnes⌋ .i. ab Herode captus & incarceratus ⌊venit Iesus in Galilæã ꝑdicans⌋ gñaliter &
publice ⌊euãgeliũ regni dei⌋ .i. doctrinã nouę legis in q̃ annũtiat̃ regnũ cœleste, q̃ etiã sua ob
seruatiõe introducit ad illud. ¶Sciendũ ꝙ añ incarceratione Iohãnis, Chr̃s collegit q̃sdã disci-
pulos, ꝑdicauit, & miracula fecit prout Iohãnes euãgelista testat̃, tñ qm̃ ꝑdicatio Iohannis ꝑ-
paratoria fuit ad Christi ꝑdicationẽ, propterea non ꝑdicauit publice, & cõiter nisi post traditi
onẽ Iohãnis, ideo Marcus loqtur, ac si Christus ꝑdicationẽ suã incepisset post cõprehẽsionẽ
ꝑcursoris, ⌊& dicẽs: Qm̃ impletũ est tp̃s⌋ hoc ẽ plenitudo tp̃is iã aduenit in q̃ pater me misit
filiũ suũ, & tẽpus grãæ à prophetis ꝑnũtiatũ nũc adest, vnde in actis ait Petrus: Oẽs prophetæ à
Samuel & deinceps annunciauerũt dies istos ⌊& appropinquabit regnũ dei⌋ .i. ianua regni cę-
lestis p meam passionẽ cito aperiet̃, & sempiterna hereditas tribuet̃ electis, pœnitemini⌋ .i. de
peccatis vr̃is cõpungimini & dolete ⌊& credite euãgelio⌋ .i. euãgelicæ ꝑdicatiõi ac legi, quam
vobis propono. ⌊Et ꝑteriens Iesus circa mare Galilææ, vidit Symonẽ & Andreã fratrẽ eius⌋
Hoc loco describit Euãgelista, vocationẽ quatuor aplõꝝ ad Christi discipulatũ, videlicet Pe
tri & Andrææ, Iacobi & Iohãnis, patetq̃ sentẽtia ex his quæ in Mathęo ꝑhabita sunt. Hic tñ
addit̃ vnũ verbũ, q̃d ibi nõ ponit̃, vtpote ⌊cũ mercenarijs⌋ & est sensus, ꝙ Iacobus & Iohãnes
relinquerũt patrẽ suũ Zebedæũ & mercenarios .i. eos q pro mercede eũ iuuabãt in ope piscati
onis. ⌊Et ingrediũtur⌋ Iesus eiusq̃ discipuli ⌊Capharnaũ⌋ vrbẽ in Galilæa ꝑcipuã, in q̃ Chri
B stus ad tp̃s habitauit, & in principio suæ ꝑdicatiõis multoties docuit, signaq̃ fecit ⌊statim sab
batis⌋ .i. die sabbati q̃ Iudæi maxime concurrebãt ad audiẽdã lectionẽ legis & prophetarum
⌊ingressus in synagogã⌋ .i. in domo qua Iudęi ad orãdũ & audiẽdũ verbum dei confluebãt,
loqtur aũt de synagoga in Capharnaũ cõsistente ⌊docebat eos⌋ .i. Iudęos cõcurrẽtes ⌊& stu
pebãt⌋ .i. multũ mirabant̃, ⌊sup doctrina eius⌋ cuius subiungit̃ ratio. ⌊Erat em̃ docẽs eos q̃si
ptãtem habẽs⌋ hoc est, valde potẽter, & efficaciter loquẽs, corda audiẽtium cõpungẽs & ex-
citãs, quasi ignea proferẽs verba, suãq̃ ꝑdicationẽ cõfirmans miraculis, ⌊& nõ sicut scribæ⌋ q
docebãt & nõ opabantur, habẽtes folia sine fructibus, foris ꝑstrepẽtes & intus paꝝ aut nihil
proficiẽtes. ⌊Et erat in synagoga eoꝝ hõ in spũ immũdo⌋ .i. possessus à dæmone ⌊& clama-
uit⌋ dæmon per os hominis à se obsessi, Doluit em̃ de salutari doctrina Chr̃i & se expellẽdũ ex
pauit. ⌊Quid nobis & tibi Iesu Nazarene?⌋ .i. cur accessisti ad nos, qui tecũ cõmunionẽ nullã
habemus neq̃ ad te ꝑtinemus? ⌊venisti pdere⌋ .i. vincere ⌊nos?⌋ nostram potestatẽ frangẽ
do & pctõres saluãdo, nosq̃ expellendo atq̃ ad inferos retrudendo ⌊Scio q̃ sis sanctus dei⌋
.i. sanctus sanctoꝝ, & Christus in lege promissus, per excellentiã sanctus vocatus, de q̃ Daniel
V ngat̃ (inqt) sanctus sanctoꝝ. Et in Psalmo: Nõ dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ. De
inq̃ quo dæmones & Iudæi nouerãt Iesum esse Christum, an. s. certitudinaliter, an coniectura
liter, sæpe tractatũ est in Matthæo: Nõ em̃ dæmones hoc sciebãt certitudine absoluta ac sta-
bili, quemadmodũ nec Iudæi poterant tñ diaboli hoc certius agnouisse q̃ homines, imo & certi
tudinaliter hoc sciuissent, nisi diuina dispensatione fuissent prohibiti, vt Christi passio implere
tur. ⌊Et cõminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce,⌋ hoc est, ne amplius ꝑhibeas testimoniũ mi
hi. Cum em̃ sim veritas testimonio tuo non egeo, cum sis mendax, & vera, praua intentione
C profaris, vt falsa miscẽdo decipias, ⌊& exi ab homine isto. Et discerpens⌋ .i. corporaliter affli-
gens ⌊eum spũs immundus⌋ Vnde in Luca legit̃, ꝙ proiecit eũ in mediũ, nã inuitus exiuit ⌊&
exclamãs voce magna⌋ q̃si victus ⌊& violẽtiã passus, tristissimusq̃ effectus, exijt ab eo ⌊& mi
rati sunt oẽs⌋ q aderãt, nõ solum in ope miraculoso, sed & in mõ opis ⌊ita vt conquirerent⌋ .i.
simul inter se q̃rerẽt, inter se dicẽtes: ⌊Quidnã est hoc?⌋ nõ em̃ viderãt simile fieri ab exorcistis
Iudæoꝝ ⌊quæ est, doctrina hæc noua⌋ .i. prius inaudita & documẽtis legis ac prophetaꝝ p
fectior, q̃ cõfirmat̃ prodigijs tã imperiosis ⌊q̃a in potestate⌋ .i. magna & propria authoritate
seu verbo imperiali non adiuratorio ⌊spiritibus immundis imperat ⌊& obediũt ei⌋ Vidẽtur
isti plurale ponere pro singulari. Nõ em̃ viderũt, nisi vnum obsessum sanari, sed eadẽ virtute q̃
videbant vnum à Iesu sanatum credebant & alios posse ab eo sanari. ⌊Et processit rumor⌋
.i. fama ⌊eius statim in omnem regionẽ Galilææ. Et protinus egredientes⌋ Iesus & eius disci-
puli ⌊de synagoga, venerunt in domũ Symonis & Andreæ⌋ cum Iacobo & Iohanne. Intra-
uit Iesus ad suos familiares amicos & notos ad pausandum & reficiendum. Decũbebat autẽ⌋
.i. iacebat ⌊socrus Symonis⌋ .i. mr̃ coniugis Petri ⌊febricitãs. ⌊Et statim dicũt ei⌋ .i. Chri-
stũ rogabãt ⌊de illa⌋ .i. pro curatione ipsius. ⌊Et accedẽs eleuauit eã apphẽsa manu eiꝰ & con
tinuo dimisit eã febris⌋ .i. subito curata ẽ, ⌊& ministrabat eis de ista miraculo dicta sunt plu-
ra in Matthæo: ⌊Vespe aũt facto (.s.) cum occidisset sol, afferebãt ad eũ oẽs male habẽtes⌋ .i. in
firmos loci illius. Audita em̃ curatiõe dæmoniaci, & socrus Petri, cõceperũt fiduciã, ꝙ Chr̃s
cæteros oẽs infirmos sanare posset ac dignaret̃, ⌊Et erat om̃is ciuitas congregata ad ianuam,⌋

domus

domus in qua extitit Iesus.i.multi de ciuitate,iuxta cõmunẽ modũ loquẽdi. Diuersi em̃ ex di-
uersis causis cõfluxerũt;qdã ex curiositate propter nouitatẽ gestoꝝ,qdã ex necessitate, quidã
vt pro suis infirmis rogarẽt,qdã vt tãtoꝝ signoꝝ opationẽ viderẽt vel eius doctrinã audirẽt. D
Matth. 8. ⌊Et curauit multos qui vexabantur varijs languoribus⌋ In Matthæo habet,quod omnes in
firmos adductos curauerit. Vnde sensus est: Et curauit multos,id est,omnes sibi oblatos, qui
fuerãt multi,⌊& dæmonia multa ejciebat⌋ ab obsessis,solo verbo seu imperio,⌊& non sine-
bat ea loqui⌋.i.non pmisit dæmones dicere,⌊quoniã sciebant eũ⌋ hoc est,ꝙ noscerẽt Iesum
esse Christũ, secũdũ modũ notitiæ iã expressæ. Eisdẽ aũt rationibus prohibuit hoc istis dæ-
Eccli. 39. monibus,qbus & dæmoni de quo paulo ante facta est mẽtio. ⌊Et diluculo valde surgens⌋ cõ
tra eos qui diu dormiũt. Iustus em̃ cor suũ tradet ad vigilãdũ diluculo ad dñm ⌊egressus⌋ de
ciuitate ⌊abijt in desertũ locũ⌋ docẽs post ppetrationẽ miraculoꝝ & sermocinationes præcla
ras fugere laudes hũanas,hoĩm aspectũ ⌊ibiq; orabat⌋ad designandum, quod locus solitari-
us aptissimus est ad orandũ,quamuis ipse nullo exteriori poterat ab vnione internacũ deo im-
pediri,sicut nec aliquo modo poterat adiuuari,vnde ꝙ gratia orationis totiens solitudinẽ pe-
tijt,pro nostra vtiq; fecit instructione,vt & nos ita agamus ⌊Et prosecutus⌋.i. prope secutus
⌊est eũ Symon & qui cũ eo erant⌋ id est,discipuli alij,decuit oanq;,vt magistrũ mente & cor-
pore sequerent. ⌊Et cũ inuenissent eũ⌋ in loco orationis,in quo se paululũ elongauit ab eis,
Matt. 6 Orans patrem suũ in abscõdito,⌊dixerunt ei: Quia omnes⌋ de qbus iam dictũ est, ⌊quærunt
te⌋ animaꝝ & corpoꝝ incorporabilem medicũ, & efficacissimũ sanatorem,nempe(vt dictũ
est) ob diuersas causas qrebant & concurrebant ad eũ ⌊Et ait illis: Eamus in proximos vicos
& ciuitates⌋ eũdo de distantia in distans per media,& de loco ad locũ ordinate, ⌊vt & ibi præ B
dicẽ. Ad hoc enim veni⌋ per incarnationem in mũdũ,videlicet vt omnibus ouibus perditis
Matt. 15. domus Israel sine personaꝝ acceptione verbũ salutis proponã. ⌊Et erat prædicãs in synago-
gis eoꝝ⌋ hoc est,proximaꝝ ciuitatũ, ⌊& omni Galilæa & dæmonia ejciens.⌋ Consequen-
ter in speciali describit curatio vnius leprosi propter magnitudinem deuotionis suæ ac fidei.
Deuotio enim & fides leprosi ostendebant in hoc,quod genuflexo dixit ad Iesum: Si vis po-
tes me mũdare. Porro miraculũ istud & expositio eius,descripta sunt supra in Matthæo: Ali-
Matth. 8 qd tamen hic additur,scilicet ⌊At ille⌋ id est,leprosus,id est,à Christo curatus cui præceperat
Christus vt nemini diceret,gratiam sanitatis sibi collatæ ⌊egressus⌋ à Christo ⌊cœpit prædi-
care & diffamare⌋ hoc est,diuersimode promulgare ⌊sermonẽ⌋ id est,narrationem de sua cu
ratione,non tamen inobediens fuit, qa ex dilectione & deuotione Christi hoc fecit, Christi
autem præceptũ intelligendum erat,ne ex vanitate & sine ratione ad iactantiam faceret hoc,
vel secũdũ alios Christus præcepit, vt taceret vsq; dũ ostẽdisset se sacerdoti,& postea dicere po
tuit ⌊ita vt non⌋ hoc est vix vel difficulter ⌊posset⌋ Iesus ⌊manifeste in ciuitatem introire⌋ pro
pter multitudinẽ sibi occurentem,& eũ cõprimentem vicissim ⌊sed foris in desertis locis esse⌋
poterat tamen Christus omnia secundũ suam absolutam potentiam,sed Euangelista loquitur
Lucæ 8 secundum exteriorem apparentiam ,& solitum modũ loquendi ⌊& conueniebant ad eum vn
diq;⌋ diuersis ex causis vt dixi.

¶Elucidatio Capituli Secundi. Et iterum intrauit in Caphar
naũ post dies octo. Arti. II.



Titerum intrauit⌋ Iesus ⌊Capharnaũ post dies octo. Et cõuenerunt mul F
ti,ita vt non caperet⌋ hoc est, cõtineri & capi seu stare nõ possent ⌊neq;
ad ianuam⌋ domus in qua extitit Christus;sed aliqui ipsam domũ intro-
ierunt. ⌊Et loquebatur eis verbum⌋ vitæ æternæ, Cõsequenter describi-
tur curatio paralytici, de qua plenius dictũ est in Euangelio sancti Ma-
thæi,idcirco nunc celerius pertransibo. ⌊Et venerunt⌋ viri aliqui ⌊ferẽtes
Matth. 9. ad eũ⌋ hoc est, ad Iesum ⌊paralyticum qui à quatuor portabatur⌋ vna
Lucæ 5 cum lecto in q̃ iacuit ⌊Et cum non possent offerre⌋ id est præsentare ⌊eum⌋ paralyti-
cum ⌊illi⌋ scilicet Christo, præ turba⌋ quoniam propter turbam nõ poterant per ianu-
am ingredi domum in qua docuit Christus, ⌊nudauerunt tectum vbi erat⌋ id est, tectum do
mus illius ascenderunt,& facta illic apertura.p tegulas deposuerunt lectum cũ languido, vn-
de nunc subditur ⌊Et patefacientes⌋.i.tectũ illud apperientes ⌊submiserunt grabatũ in q̃ pa
ralyticus iacebat⌋ Tecta em̃ in locis illis plana fuerũt, habuerunt'q; ianuam qua ad ea ascende
batur per quam aliqui dicunt lectũ fuisse submissum cũ paralitico isto,hoc quia tñ hic dicit, ꝙ
nudauerũt tectũ,& Lucas quoq; ait quod per regulas submiserũt infirmũ,magis apparet, q̃d
Lucæ 5 in ipso tecto nouam fecerunt apperturam. Cætera quæ hic de isto miraculo recitantur, patẽt
Matth. 9 ex his quæ in Matthæo dicta sunt. Hic tamen dicitur,quod Iesus cognouit spiritu suo cogita-
Roma. 8 tiones scribarum,& potest per spiritum Christi intelligi spiritus sanctus,de quo ait Aposto
lus: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius,cuius vtiq; spiritus virtute & gratia
Christus

Christus vt homo agnouit cogitationes vniuersorum, & potest quoque per spiritum Christi intelligi in Gene. 1
tellectus animæ eius, quo omnia præterita, præsentia & futura cognoscit. Et egressus est rursus ad mare,
A quod currit per Galilæam. Iudæi autem quamlibet magnam congregationem aquarum nominant mare, quam
loquendi modum seruauerunt Euangelistæ. ⌊Et cum præteriret⌋ loca illa, ⌊vidit Leui Alphæi⌋ .i. Mat Matt. 9
thæum filium Alphæi. Matthæus enim alio nomine dictus est Leui, ⌊sedentem ad teloniū.⌋ Porro quæ Lucæ 5
subiungunt hoc loco de vocatione Matthæi & prædictis annexis, dicta atque exposita sunt in Mat
thæo. Deinceps Marcus describit disceptationem discipulorum Iohānis & pharisæorum cum Iesu,
& litera patet plenissime ex his dictis quæ in Matthæo dicta sunt. ⌊Et factum est igitur cum ambu Matt. 9
laret Iesus sabbatis per sata.⌋ Hic Euangelista commemorat, quomodo Iesu ambulante per agros seminatos Matth. 12
& blada portantes, discipuli eius fame compulsi, spicas sumpserunt & comederunt, quo viso pharisæi Lucæ 6
increpabant Christum. Quicquid autem hic scribitur de hoc facto, supra expositum est in Matthæo. Matth. 12
¶ Sed quærendum est, quomodo Marcus dicat, ipsum Dauid intrasse domum dei sub Abiathar principe 1. Re. 21
sacerdotum, cum in lib. Regum legatur, id factum sub Achimelech pontifice? Et respondendum, quod iste Abia
thar fuit filius Achimelech, succedens ei in sacerdotij principatu, & patre eius viuente, egit inter-
dum vices ipsius, ideo Dauid dicitur introisse domum dei sub eo.

¶ Expositio Cap. III. Et introiuit iterum in synagogam. Art. III.

DEinde recitat Euangelista, quomodo Christus sanauerit hominem, cuius aruit ma Matth. 12
nus, & planus est sensus huius loci ex his quæ in Matthæo dicta sunt. ⌊Et circumspi
ciens⌋ Iesus, ⌊eos⌋ .i. incredulos Iudæos ac pharisæos, ⌊cum ira⌋ per zelum. i.
cum moderato appetitu vindictæ propter iniuriam deo illatam, vel saltem cum vultu
iram prætendente. Fuit autem in Christo ira per zelum, quæ tamen actum rationis in ipso nullate
nus perturbabat, quia in ipso vnaquæque potentia animæ exercuit actum suum, non impedien
do alterius actum potentiæ, in alijs tamen ira etiam quæ est per zelum, turbat aliqualiter oculum mentis,
quoniam anima circa actum vnius potentiæ multum intenta & occupata, impeditur in actu alterius potentiæ. Hæc
autem ira mansuetudini non repugnat, cuius est passionem iræ ordinare, sed ira per vitium, ⌊contrista-
B tus super cæcitate cordis eorum⌋ misericorditer condolens eis. Fuit ergo in Christo tristitia vir-
tuosa ex charitate & pietate descendens, qua errantibus compatiebatur. Fuit quoque in eo passio tristitiæ
moderata ac naturalis, quia inferior pars animæ eius sequebatur partem superiorem. Quod autem in Esaia Esaiæ 42
de Christo inducitur: Non erit tristis nec turbulentus, intelligendum est de seculari, carnali, & in Prouer. 12
ordinata tristitia, quæ non cadit in virum perfectum, quemadmodum Salomon contestatur: Non contrista-
bit iustum, quicquid ei acciderit. ⌊Exeuntes autem pharisæi cum Herodianis⌋ .i. militibus Herodis,
vel (vt alij dicunt) cum his qui putabant Herodem esse Christum, ⌊consilium faciebant, quomodo illum perderent⌋ .i. quali-
ter Iesum occiderent. ⌊Et Iesus cum discip. suis secessit ad mare,⌋ dans locum furentibus, ⌊& dixit
discip. suis, vt nauicula sibi deseruiret⌋ .i. nauem sibi adducerent, eamque intraret, & staret in mari iu
xta ripam, ⌊propter turbam⌋ stantem & accurrentem in terra, ⌊ne comprimerent eum,⌋ in quo ostendit se
vere fuisse passibilem, atque sæpe ad tempus vitasse incommoda corporis, vt tempore diuinitus præstituto pate
retur. Et quamuis poterat turbæ pressuram sine læsione & pœna sustinere per viam mirabilem, noluit tamen hu
manum subsidium deuitare, vt veritatem assumptæ naturæ ostenderet. ⌊Multos enim sanabat, ita vt ir- Lucæ 6
ruerent in eum, vt illum tangerent.⌋ Nam virtus exibat de illo, sanabatque omnes. ⌊Quotquot autem habebant
plagas⌋ .i. varias infirmitates, ⌊& spiritus immundi⌋ .i. diaboli in obsessis. Vel, spiritus immundi .i.
obsessi à dæmonibus, ⌊cum videbant illum, procidebant ei⌋ sponte vel coacte, reuerentiam exhibendo,
& si aliqui languidi talem infirmitatem habebant, quod ante suam curationem se coram Iesu prosternere non vale
bant, tamen sanitate recepta, hoc facere poterant, ⌊& clamabant⌋ dæmones per obsessos, ⌊dicentes: Tu
es filius dei,⌋ hoc coniecturaliter asserebant, non cum certitudine constanti & absoluta. ⌊Et vehementer
comminabatur eis, ne manifestarent illum⌋ .i. ne vltra dicerent coram populo Iesum esse Christum filium dei, con
tempsit enim testimonium dæmonum, propter causas introductas. ¶ Sed cur dæmones dixerunt tot
bona de Christo? Dicendum, quod coacte vel malo fine, & ob alias causas quas non est facile excogitare, & 1. Corin. 2
forte, vt eius passionem inpedirent, scientes quod nunquam crucifigerent dominum gloriæ ipsi Iudæi, si eum agno
C scerent. ⌊Et ascendens Iesus in montem, vocauit ad se quos voluit ipse⌋ .i. quos præ alijs ad hoc elegit, vi
delicet quosdam ex discipulis, ⌊& venerunt ad eum⌋ in montem ⌊& fecit vt essent duodecim cum illo⌋ .i. Matt. 10
duodecim apostolos fecit sibi specialiter adhærere, vt essent sibi quasi collaterales, familiares & proxi Lucæ 9
mi, ⌊& vt mitteret eos prædicare. Et imposuit Simoni nomen aliud (.s.) Petrus,⌋ quod interpretatur fir
mus siue obediens principalis, ⌊& Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem Iacobi⌋ vocauit ⌊&
imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui,⌋ propter altisonam & efficacissimam prædicationem
ipsorum, & quia in transfiguratione Christi audierunt vel potius audituri erant vocem patris dicentis: Hic est
filius meus dilectus. Huiuscemodi enim vox appellatur tonitruum, eo modo quo scriptum est in Iob: Quis Matth. 16
poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Hæc autem mutatio nominum spiritualem innouationem & Lucæ 3
gratiam specialem designauit. Cætera quæ hic dicuntur, plenius elucidata sunt in Matth. ⌊Et veniunt ad Iob. 26
domum, & conuenit iterum turba ad Iesum,⌋ vt salutis verbum audirent, ⌊ita vt non possent neque panem Matth. 10
manducare⌋ .i. tam feruenter ac perseueranter insistebat Christus verbo prædicationis, quod discipuli eius non

habebant quietũ tẽpus ad mãducandũ, ⌊Et cũ audissent sui⌋ .i. cũ discipuli Christi & maxime
Iohan. 7 quidã ex cõsaguineis suis ex parte matris, de quibus ait Iohãnes, quod fratres eius nõdum crede
bãt in eũ. Cũ igitur isti audissent verba Iesu, quæ erãt supernaturalia, ardua, insolita, rudibusque
Iudæis penitus inaudita, ⌊exierũt tenere eũ,⌋ hoc est cõprehendere vel ligare Iesum tãquam arre-
ptitiũ vel insanũ. ⌊Dicebãt enim, quoniam in furorẽ versus est⌋ .i. furiosus effectus, quoniam enim audierunt
eũ talia prædicare, nec à prædicatione cessare, nec corporalia commoda curare, opinati sunt, quod
Acto. 26 eẽt in furorẽ cõuersus, quẽadmodũ Fest⁹ ait ad Paulũ: Multæ literæ ad insaniã te cõuertũt. Vo
Lucæ 11 luerunt ergo Iesum tenere, ne ex infamia, sibi ipsi, vel aliis nocumentũ inferret, ⌊& scribæ qui ab
Matt. 12 Hierosolymis descenderant, dicebant: Quoniam Beelzebub habet⌋ .i. à dæmone sic vocato
obsessus est, ⌊& quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.⌋ Locus iste in Matthæo plene
atque diffuse expositus est, ita vt illis pensatis, ista facillime intelligantur. Itẽ quod subdit. Et ve-
niunt mater eius & fratres. Explanatum quoque est in Matthæo.

¶Declaratio Cap. IIII. Et iterũ cœpit docere ad mare. Arti. IIII.

ET iterum cœpit docere ad mare, ⌋ vt aquam sapientiæ salutaris iuxta maris fluen
ta effunderet. Quæ autem hoc loco dicuntur de parabola seminantis, exposita
Matt. 13 sunt in Matthæo. ⌊Et dicebat illis,⌋ hoc est discipulis suis, ⌊Nunquid venit lu
Lucæ 8 cerna, vt sub modio ponatur aut sub lecto?⌋ quasi dicat, non. Ideo enim lucerna
Matt. 5 adducitur atque accenditur, vt ponatur super candelabrum, seu in loco patenti, vt
luceat his qui in domo sunt. Per hoc saluator significauit, quod euangelica doctri-
na quæ cõparatur lucernæ, nõ eẽt occultãda, sed primo Iudæis, deinde oĩbus gentibus prædicanda.
1 Corin 4 ⌊Non enim est aliquid absconditum quod non manifestetur,⌋ quia ad min⁹ in die iudicij Chri
stus omnia abscondita manifestabit, nisi interim in cõfessione aperiantur ⌊neque factum est oc
cultum,⌋ hoc est nullum opus deum latet, ⌊sed vt in palam veniat.⌋ id est manifestum fiat.
Ideo nanque permittitur deus fieri mala occulta, vt suo tempore ad honorem diuinæ iustitiæ pu-
blicentur. Non enim permitteret deus mala nisi posset ex illis elicere bona. ⌊In qua mensura
mensi fueritis, remetietur vobis⌋ .i. iuxta modũ & exigentiã operum vestrorum, præmium reci-
pietis, ⌊& adijcietur vobis,⌋ quoniam deus remunerat vltra condignum, & bene agentibus ac deũ
2 Cori. 5 honorantibus adijcit gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, ⌊& dicebat. Sic ẽ regnũ dei,⌋
Philip. 3 hoc est, ita se habet negotium quod agitur in ecclesia militãti, vel in quocunque fideli, cuius con-
uersatio est in cœlis, & in quo Christus per fidem & gratiam regnat, ⌊quemadmodũ si faciat
homo⌋ agricola ⌊semente⌋ .i. semen, ⌊in terram & dormiat & exurgat⌋ homo ille ⌊nocte
ac die,⌋ hoc est congruis horis diei & noctis ad vidẽdum negotia sua, iuxta literalem significa
tionem plana est litera. ¶Figuraliter autem per hominem seminantem intelligitur Christus, per
Lucæ 8 semen vero verbum dei, quod prodit Christus in corda nostra, per terram mens hoĩs. Quam
Psal. 120 uis autem Christus non dormiat modo, tamen per modum dormiẽtis se habet, dum homines
propriæ libertati relinquens, quasi absentem se exhibet. Ideo enim ait Psalmista: Exurge quare ob
Psal. 43 dormis domine? Quẽadmodũ ergo homo agricola mittit semen in terra, sic Christus per se
& suos ministros transfundit verbum dei in mentes humanas, & sicut homo talis dormit, & de
bitis horis surgit, ac visitat agrum suũ, sic Christus ad tẽpus per modum dormientis se habet,
nihilominus die ac nocte visitat occulte suam ecclesiã. ⌊Vltro enim⌋ .i. sponte ac prõpte ⌊ter-
ra fructificat⌋ .i. cor hominis semine verbi dei fœcundatum, opera bona producit, ⌊primum,
herbam deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.⌋ Per herbã intelligi potest opus
incipientium, seu timor seruilis, per spicam opus proficientiũ, vel spes vitæ futuræ, aut timor in
itialis, per plenum frumentum opus perfectorum, seu feruor & actio charitatis. Quemadmo
dum itaque terra quodam ordinato processu venit ad bladum, sic cor successiue pertingit ad op⁹
perfectum. ⌊Et cũ ex se produxerit fructus,⌋ hoc est cum cor hominis ad perfectionẽ deue
nerit, ⌊statim mittit falcem⌋ .i. tunc Christus per mortem abscindit ac tollit hominẽ virtuosũ
de mũdo, ponẽs eum in area regni cœlestis, ⌊quoniam adest messis⌋ .i. maturitas meritorum, & tem-
pus colligẽdi electos in patria. ⌊Et dicebat⌋ saluator, ⌊cui assimilabimus regnũ dei⌋ .i. ecclesi
am militãtẽ, seu statũ atque negotiũ eius, ⌊aut cui parabolæ⌋ .i. rei per sermonẽ parabolicũ de- F
signatæ, ⌊cõparabimus illud?⌋ Quærit Christus, nõ quasi dubitans, sed attentos nos faciẽs.
Lucæ 13 ⌊Sicut granũ sinapis,⌋ parabola ista plenius habita atque explanata est in Matthæo. ⌊Et tali-
Matth. 13 bus multis parabolis,⌋ quæ in Matthæo describuntur, ⌊loquebatur eis⌋ .i. rudi, indoctæque tur
bæ, ⌊prout poterant audire,⌋ hoc est capere. Proportionabatur enim aliqualiter suum sermonẽ
capacitati audientium, Ideo enim vtebatur similitudinibus rerum notarum, vt aliquo modo in
telligerent quæ dicebantur, quamuis sensum mysticum & perfectũ non poterant capere, ⌊&
ait illis⌋ .s. discipulis, ⌊in illa die cũ sero esset factum⌋ .i. hora vespertina. ⌊Transeamus con-
tra⌋ .i. ad locum oppositũ vltra mare, ⌊& dimittentes turbam, assumunt eũ ita vt erat in naui.⌋
Consequenter Euangelista describit, quõ Christo cum discipulis nauigante, orta & sedata est
procella, siue tempestas in mari, quod in Matthæo expositum est.

¶Expositio Cap. V. Et venerunt transfretum. Arti. V.

A ET venerũt⌋Chrs ac discipuli eius per nauẽ,⌊transfretũ maris⌋.i. aquã naui
gabilẽ,⌊in regionẽ Gerasenorũ.⌋Hoc loco Marcus describit sanationẽ dæ-
moniaci à legione dæmonũ obsessi, & patet intellect⁹ hui⁹ scripturę ex his q̃ Mat. 8
in Matthæo dicta sunt. ⌈Et deprecabãt⌋ dæmones⌊eum⌋ videlicet Iesum Lucæ 8
⌊multũ,ne se expelleret extra regionẽ⌋.i.terrã illã. Vnde in Luca legũtur ro
gasse,ne ꝓciperet eis ire in abyssum. Dæmones eñi cupiũt esse cũ hominibus,
non ex dilectione,sed odio:& deus interdũ permittit hoc ad ampliorem coronam & gloriã
electorũ.⌊Cumq; ascenderet⌋Iesus⌊nauim,⌊vt reuerteretur in terrã suam,⌊cœpit illum deꝓ
cari qui à dæmonio vexatus fuerat,⌋& sanatus,⌊vt esset cũ illo⌋.i. vt Iesus permitteret eũ secũ
esse & cõuersari, Voluit eñi gratus esse Chr̃o pro bñficio tanto, ⌊& nõ admisit eum⌋secũ
esse,⌊sed ait illi:Vade in domũ tuã & ad tuos,& annuntia illis quãta tibi dñs fecerit. Et abijt
& cœpit prædicare in Decapoli⌋.i. in prouincia decẽ ciuitates habente. Præterea recitat Mar
cus,q̃modo Christus resuscitauit filiã archisynagogi,noĩe Iairi,& qualiter eundo ad suscitatio- Matth. 9
nẽ illius curauit in via mulierẽ à profluuio sanguinis,vtrũq; autẽ miraculũ in Matthæo expla-
natũ est. Patet itaq; ex Euangelio,ꝙ Christus interdũ prohibuit miracula sua publicare,quan-
doq; vero iussit ea manifestari ad instruendũ,ꝙ fideles interdũ debeant opera sua virtuosa ma
nifestare ad gloriã dei, ædificationẽq; proximi ex charitate,prout Paulus sæpissime fecit,inter
dũ vero debent ea occultare ex humilitate. Deniq; aliqui dicunt,ꝙ Chrũs prædictũ dæmoni
acum non admisit ad suum discipulatũ propter ꝓcedentis passionis horrorem,& ne dæmoni
B ascriberentur opera quæ faceret virtute Christi existẽdo cum eo,& ob id furiosi ac dæmoni-
aci,etiam post curationem,in ecclesia non promouentur.

¶Enarratio Cap. VI. Et egressus inde,abijt in patriam suã. Arti. VI.

ET egressus inde,⌋videlicet à domo archisynagogi,⌊abijt in patriã suã⌋Galilæ
am. Porro quod scribit,hic de æmulatione,susurratione & scandalizatione Iu- Matth. 13
dæorũ propter doctrinã Christi,scriptũ & elucidatũ est in Matthæo. Ibi enim
ostẽsum est,quõ Marcus dicat dixisse Iudæos de Iesu:Nonne hic est faber fili⁹
Mariæ,cum Matthæus scribat eos dixisse:Nõne hic est fabri filius. Quod vero
hic subdit⌊Nõ poterat ibi virtutem⌋.i. operationem miraculosam ⌊vllam facere,&c.⌋intelli
gendum est de potentia Christi ordinata,quia non decuit propter illorũ peruersitatem, non de
potẽtia sua absoluta.⌊Et mirabaẽ ꝓpter icredulitatẽ illorũ. ⌋Qualis admiratio locũ in Chr̃o
habuerit,tractatũ est plenius in Matthæo, vbi saluator legiẽ propter fidẽ Centurionis fuisse mi Lucæ 4
ratus,quẽadmodũ vero de illius fide,sic de istorũ ꝑfidia mirabaẽ.⌊Et circuibat castella ĩ circui Mau. 8
tu docẽs.⌋Nã quãuis ingratos,incredulosq; cõpatriotas reliquisset, processit tñ ad eos,de q̃rũ
informatiõe speserat.⌊Et cõuocauit⌋Iesus⌊duodecim⌋ apostolos,q̃rũ vn⁹ fuit Iudas Ischa
riotis,⌊& cœpit eos mittere binos.⌋Quæ aũt hic recitanẽ de missione,ꝓdicatione & miracu- Matth. 10
lis apostolorũ,exposita sunt in Matth. ibiq; cõcordatũ ẽ id ĩ q̃ Marc⁹ à Matt. discrepare videẽ,
⌊& vngebãt⌋apostoli⌊oleo multos ægros & sanabant.⌋Ex hoc eliciẽ,ꝙ extrema vnctio in-
firmorũ fuit añ passionẽ instituta à Chr̃o.⌊Et audiuit Herodes rex⌋famã Chr̃i.⌊Manifestũ
eñi factũ est nomẽ eius,⌋q a nõ ipse dũtaxat,sed & discipuli ei⁹ signa fecerũt.⌊Et dicebat He
C rodes:Iohãnes Baptista resurrexit à mortuis.⌋Scriptura ista cõtinens decollationem Iohãnis Mat. 14
Bapt. tota habita atq; exposita est in Matth.⌊Et cõueniẽtes apostoli ad Iesum,⌋redeuntes vi
delicet à ꝓdicatiõe & exequutiõe officij eis iniuncti,⌊renuntiauerũt ei oĩa.⌋signa⌊quę egerãt⌋
& verba⌊q̃ docuerãt,⌋submittẽtes se correctioni atq; iudicio sui magistri,ostẽdentes quoq;
se iniunctũ negotiũ fideliter exequutos.⌊Et ait illis:Venite seorsum in desertũ locũ,& requies
cite pusillũ.⌋Pius nãq; magister ac dñs discipulorũ labori & fatigationi cõpassus,concessit eis
respirationẽ,recreationẽ & quietẽ, veruntamẽ nõ magnã nec longã,sed breuem ac modicam,
ostendẽs nõ diu cessandũ esse ab opere bono,nec vltra necessitatẽ indulgendũ esse corporali
quieti,sed vsq; in finẽ inuicto aĩo ꝑseuerandum esse in opere virtuoso. Cur aũt abduxerit eos
ad locũ secretũ,subiũgit.⌊Erant eñi q veniebant⌋ad Iesum,eiusq; apostolos,⌊& redibãt⌋ab
eis⌊multi,⌋sibi inuicẽ in itinere obuiantes,⌊& nec mãducandi spaciũ habebant⌋discipuli,ꝓ-
pter populorũ cõcursum.⌊Et ascendẽtes in nauim⌋Hoc loco Euãgelista enarrat miraculum
quẽadmodũ Chrũs ex quinq; panibus, duobusq; piscibus saturauit quinq; millia hoĩm,exce-
ptis mulieribus & pueris,ita ꝙ de fragmẽtis sublati & adimpleti sunt duodecim cophini. Hoc Mat. 14
aũt miraculũ expositũ est in Matth. Aliquid tñ hic addiẽ.s.⌊Et dixerũt ei⌋.i. discipuli Chr̃o
⌊Euntes emamus denarijs ducẽtis panes,& dabimus eis mãducare, ⌋hoc dixerũt ad ostendẽ
dũ q̃ impossibile fuerit eis tantã turbã cibare, Tanq̃ dicerẽt, Cum simus pauperes,nõ habem⁹
pecuniã sufficientem ad emendũ cibaria istis,quia & si ducẽtos denarios haberemus,⌊nõ suffi
ceret.⌋Vnde in Euangelio Iohãnis legitur: Ducẽtorũ denariorũ panes non sufficiunt eis, vt Iohan. 6
vnusquisq; modicũ quid accipiat.⌊Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt ꝓce-

S ij decens

obstinati,sup quos clausit puteus os suũ,q figurantur p quatriduanum mortuũ,difficillime cõ Psal. 68
uertunt & vitã grẽ sortiunt.⌊Et ait Iesus illi⌋surdo & muto,⌊Ephphetha,q̃d est,adaperire.
A Et statim aperti sunt aures eius⌋ .i.ad audiendum aptatæ,& naturali vsui redditæ,& solutũ ẽ
vinculũ⌋.i.impedimẽtum⌊linguæ eius,& loquebat recte.⌋Sic q spiritualis visus illustrationẽ
interiorũq; auriũ apertionẽ à Chr̃o sortit, loquitur recte.i.iuste,sapiẽter atq; salubriter, prout
monet Apl̃us:Sermo vester semp in gr̃a sale sit cõditus.⌊Et p̃cepit illis⌋.i.turbæ,⌊ne cui dicẽ
rent⌋.i.nulli reuelarẽt curationẽ hãc miraculosam.⌊Quãto aũt eis p̃cipiebat⌋ tacere,⌊tanto
plus p̃dicabãt,⌋nõ tñ rebelles fuerũt,qa vtrũq; bonum fuit secundũ cõsiderationes diuersas,& p̃
ceptũ saluatoris intelligendũ erat ne ad iactantiã diceret,⌊& eo amplius mirabant, dicentes
Bñ oĩa fecit,⌋de qbus oĩbus subdit,⌊& surdos fecit audire,& mutos loqui.⌋Quãuis eñ Mar
cus nõ exprimat hic nisi de cura vnius,tñ qñ Chr̃s istum curauit,sanauit & alios multos surdos Gene.
& mutos ac cæcos & debiles,vt habetur in Matth.sed Marcus scribit de vno,cuius curatio so Eccli. 39
lennius facta est,& multa mystica figurauit,eratq; mirabilior,quia in vno hoĩe tria signa simul
facta vident,dum obsessus liberat,surdus auditũ,& mutus loquelã recuperat.Nõ tñ certus sum
an iste surdus & mutus sit idẽ,de quo scribit Matthæus,asserẽs eũ obsessum à dæmone.

¶Elucidatio Cap.VIII.In diebus illis,iterũ cũ multa turba eẽt cũ Iesu &c. Art.VIII.


Oc loco Marcus describit,quẽadmodũ Christus ex septem panibus & paucis
pisciculis saciauit quatuor millia hoim,ita q septẽ sublatæ sunt sportę fragmen Matth. 15
torũ,& istud expositũ ẽ in Matth.⌊Et statim ascẽdens nauim cum discipulis, Matth. 16
venit in partes Dalmanutha.⌋In Matthæo habet,in fines Magedam. Locus
eñ binonius fuit secundũ quosdã.⌊Et exierũt pharisæi,⌋quærẽtes signum de
cœlo.Et ingemiscẽs spũ⌋.i.cordialiter illorũ cæcitati & peruersitati cõpatiẽs Iesus,⌊& dimit
tens illos⌋tanq̃ incorrigibiles,⌊p̃cipiebat discipulis,Cauete à fermẽto⌋.i.doctrina⌊pharisæo
rũ,& à fermẽto Herodis⌋.i.à secta atq; malitia Herodianorũ,de quibus p̃habitum est.Cætera
B hic omissa patent ex his q̃ dicta sunt in Matthæo,vbi oĩa ista multo plenius q̃ in hoc cap.de-
scribuntur.⌊Et venit Bethsaida,& adducũt ei cæcũ,& rogabant eum,vt illum⌋ cæcum⌊tan-
geret,⌋scientes,q tangendo eum illuminaret.Isti adducentes cæcũ,videntur fuisse turbæ,non
discipuli.⌊Et apprehensa manu cæci,eduxit eũ extra vicũ,⌋in quo fuit ibi adductus,ad demõ
strandum,q eũ qui diuinitus illustrari desiderat,necesse est pristinos actus relinquere, imo se-
ipsum abnegare,& quasi de terrenis ad cœlestia transmeare,⌊& expuens in oculos eius⌋ad
ostendendum,q interiorũ oculorũ illustratio fit p immissionẽ sapientiæ profluentis à Chr̃o,p
saliuam nẽpe sapientia designat.Vel ideo expuit in oculos eius,vt potestatẽ suam ostenderet,
qñ & per contactũ sputi sui cæcus reciperet visum,⌊impositis manibus suis⌋sup cæcũ,& for
te sup oculos eius,⌊interrogauit eum,⌋nõ quasi ignorans,⌊si aliquid videret.Et aspiciẽs ait,⌋
.i.cæcus iste videre incipiens,& obscure illuminatus,respondit,⌊Video homies,q̃si arbores
ambulantes,⌋corpora video moueri,sed distinctionẽ mẽbrorũ & figuras lineamẽtorũ nõ dis-
cerno in eis.⌊Deinde iterũ imposuit⌋Iesus⌊manus sup oculos eius,& cœpit videre,& resti-
tutus est⌋.i.ad vsum oculorũ reductus est,⌊ita vt videret clare oĩa⌋colorata seu lucida sibi ob
iecta.Per impositionẽ manuũ saluatoris designat applicatio suæ diuinæ virtutis,q̃ hominẽ il-
lustrante,videt clare oĩa ad verã salutẽ spectantia.¶Sed cur,Chr̃s oĩpotens curauit hũc cęcũ
successiue,quẽ poterat in instãti perfecte curare?Dicendũ,q primo,ad ostendendũ,q homo
paulatim crescit & proficit in gr̃a,ita q purgatio p̃cedet illuminationẽ,illuminatio quoq; pfe
ctionẽ seu vnionẽ.Secũdo,ad ostendendũ imperfectionẽ fidei,tã cæci istius q̃ turbæ ac disci-
pulorũ.Quẽadmodum eñ prophetæ interdũ verbis,interdũ signis & factis prophetauerunt,
sic Chr̃s aliquando verbis,aliqñ factis aliqd designauit aut p̃monstrauit vt cũ maledixit ficul-
neę.Sic igit in p̃senti paulatim illuminauit hũc cæcũ,significãs hoĩes obscurã fidem habere,&
clariori lumine indigere.Præterea sanctus Marcus describit,qũo Chr̃s interrogauit discipu Marci 16
C los suos quid hoĩes de ipso sentirent,seu quẽ eũ esse assererẽt,& qũo suã passionẽ palam prædi Lucæ 25
xit,& Petrũ oppositũ persuadentẽ dire redarguit,omnes quoq; qui aderant ad suę passionis
imitationem,& aduersitatũ toleratiã admonebat,quæ oĩa habita atq; exposita sunt in Mat-
thæo,aliqua tñ addunt vel variant,q̃tũ ad verba,quia hic dicitur.⌊Qui eñ me cõfusus fuerit,
& verba mea,⌋pro quo in Luca habet,Qui me erubuerit & meos sermones,& est sensus,Qui
turpe ęstimat vt à me Christian⁹ vocatur,& me esse filiũ dei cõfiteri nõ audet,meaq; verba ob
seruare,cõfunditur,⌊in generatione ista adultera & peccatrice⌋.i.inter hoĩes spũaliter forni-
cantes recedendo à deo vero,& rebus caducis inhærẽdo,de quibus fertur in psalmo:Perdidi
sti oẽs qui fornicant abs te.Et in Osea:Fornicati(inquit)sunt à deo suo. Deus eñ est sponsus
animarũ,qui primo desponsauit sibi synagogã in datione legis,deinde ecclesiam,⌊& filius ho
minis cõfundet eũ⌋.i.per modũ erubescẽtis se habebit quantũ ad ipsum nõ cõfitendo eũ per
tinere ad se,neq; ad numerũ electorũ,⌊cũ venerit in gloria patris sui,⌋ad quã in ascensione cõ
scendit,& nunc aduocatus eorũ est qui ipsum non erubescunt in seculo isto.

verba vel propter magistri tanti reuerētiam, vel ne increparent de sua ruditate sicut pauloante
audierūt. Nondū cognoscitis neq̧ intelligitis. Adhuc cæcatū habetis cor vestrū? ⌊Et interro- Marci 8.
gabat⌋ Iesus⌊ eos. Quid in via tractabatis⌋, i. de quo loquebamini? ⌊At illi tacebant⌋ Appræ Iob. 27
A hēdit em̄ eos cor eorū, & culpā suā proferre timebāt ac erubescebāt, erāt equidē imꝑfecti. ⌊Siq Mat. 19
dē inter se disputauerāt quis esset illorū maior?⌋ huius contētionis causam pandit Matthæus,
videlicet, q̄m Chr̄us ꝑcepit Petro dare nūmum leuātibus tributū pro se & pro Petro, ex quo
coniecturabant discipuli Petrū oībus esse ꝑlatū q̄d q̄dā eorū moleste ferebāt. Nec mirum, si
nūc de ꝑlatiōe rixati sunt, q̄n & in cœna nouissima, vt testat̄ Lucas, facta est inter eos cōtētio, q̄s
eorū videret̄ esse maior. Quæ aūt sequunt̄ in Matthæo exposita sunt. Hic t̄n addit̄, q̄ Iesus cō- Leuit. 18
plexus fuit puerū, quē posuit in medio, dicēs. ⌊Nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli⌋ Mat. 18
Ex quo certū est, q̄ puer iste nō fuit ipsemet Iesus, q̄uis aliq̄ forte sancti hoc asserāt, imo Hirro
nymus & Bernardus de hoc dubiose loquunt̄, sed debemus scripturā canonicā certitudinaliter
sequi. ⌊Respondit illi⌋ videlicet Christo ⌊Iohannes⌋ Ap̄lus ⌊dicēs: Magister, vidimus quē- Bernard.
dam in noīe tuo eijcientē dæmonia qui nō sequit̄ nos⌋ inter nos cōuersando, vel nostræ cōuer
satiōis modū sectando ⌊& prohibuimus eū⌋ ab hoc opere tanq̄ indignum, quia non sequit̄ nos.
De isto eijciente dæmonia aliqui dicūt, q̄ credidit Iesum esse Christū, & ergo virtute suæ fidei ꝑ
inuocationē & adiuratiōe nois Chr̄i eiecit dæmonia, alij dicūt, q̄ ita non credidit, sed experimē
taliter videns Ap̄los in nomine Iesu eijcere dæmones, credidit nomē Iesu esse virtuosum atq̧
idoneū ad dæmones expellēdos, sicq̧ in noīe ei⁹ expulit dæmones, quēadmodū in Actis legūt̄
septē filij Archisynagogi principis sacerdotū dæmones eiecisse, dicēdo: Adiuro vos in noīe Ie Acto. 19
su quē Paul⁹ ꝑdicat. ⌊Iesus aūt ait: Nolite ꝓhibere eū⌋ aut aliū sibi cōsimilē. ⌊Nemo em̄ est q̄ fa
ciat virtutē⌋, i. miraculosum effectū ⌊in noīe meo, & possit cito male loq̄ de me⌋ q̄a in suo ope
experit̄ efficaciā nois mei, & siue à fide apostatet, & siue in infidelitate semꝑ ꝑmaneat, nō t̄n ha
bet occasionē aut frōtē male loquēdi de Chr̄o, cū gloriet̄ in signis in noīe Chr̄i pactis. ⌊Quis-
quis potū dederit vobis, calicē aquæ frigidæ in noīe meo, q̄a Chr̄i estis. Amē dico vobis nō ꝑ Mat. 10
B dit mercedē suam.⌋ Hæc sententia plenius scripta atq̧ exposita est in Matthæo. ¶Deniq̧ quæ
sequunt̄ ab eo loco quo dicit: ⌊Quisq̄s scādalizauerit vnū ex his pusillis⌋ vsq̧ ad id. ⌊Omnis
em̄ igne saliet⌋ explanata sunt in Matthæo. Et q̄a in verbis his docuit Chr̄us ad vitanda scāda
la, abscindēda esse corporis mēbra ne hoc imprudēter intelligat̄, ꝑ mutilationē mēbrorū, subdit.
⌊Omnis em̄ igne saliet⌋ hoc ē, q̄libet verba hæc mea adimplens, igne tribulatiōis probabitur. 2. Tim. 3
Omēs em̄ volentes pie viuere in Chr̄o ꝑsecutionē patiunt̄, & ꝑ hoc sapiēs atq̧ discretus reddet̄ Esai. 28
Qui em̄ nō est tētat⁹, quid scit. Ideo Esaias testat̄: Vexatio (inquiēs) dabit intellectum, vt recte
intelligat, iusteq̧ agat, & omis victima saliet̄. Iussum fuit in lege, in omi sacrificio sal offerri. Est
itaq̧ sensus, q̄d sicut in veteri testamēto, quælibet oblatio deo accepta, sali fuit admixta, iuxta il
lud quod in Leuitico dicit: Quicquid obtuleris sacrificij, sale cōdies, nec auferis sal fœderis dei
tui de sacrificio tuo, sic omnis actio deo placita, discretiōe formabit̄, vt sit rōnabile obsequiū Leuit. 2
nostrum. Vel sic: Omis igne saliet̄, hoc est, q̄ verba mea vere impleuerit, charitatis feruore ꝑfun Rom. 12
det̄, vt sibi sapiant diuina, & gustet quam dulcis est d̄ns: Sine charitate em̄ homo non habet re-
ctum diuinorū saporē, nec operatio eius sapida extat. De hoc igne ait Saluator. Ignē veni mit
tere in terrā, & q̄d volo nisi vt accendat̄? Ad quod mystice ꝑtinet illud quod in Leuitico scri-
ptum est: Ignis est iste ꝑpetuus, qui nunq̄ deficiet in altari. Vnde orat Psalmista: Vre renes
meos & cor meum. ⌊Bonum est sal⌋ hoc ē discretio bona est, ac desiderabilis, quatenus decē-
ter & secundū ordinem oīa fiant in nobis. ⌊Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condie-
tis⌋ hoc est, quod in Matthæo dictum atq̧ expositum est. Quod si sal euanuerit, in quo salietur?
Sumit̄ autem hoc loco sal pro homine discreto, ꝑsertim prælato siue doctore, quēadmodū do
minus dixit Apostolis: Vos estis sal terræ: Est itaq̧ sensus: Si sal insulsum fuerit, id est, si hō dis-
cretus, rector seu doctor aliorū fuerit, factus insipiens, male viuēdo, aut falsitati credēdo, in q̄ il
lud condietis? Hoc est quē aliorum poteritis ꝑ illum instruere siue ꝑficere indignus enim præ
C latus & indiscretus, sibijpsi & alijs nocet. ⌊habete in vobis sal⌋ id est, discretionē atq̧ pruden
tiā, Quēadmodū in ꝓuerbijs scriptū est: Dic sapiētiæ soror mea es, & prudētiā voca amicā. Me
lior q̄ppe est discretio q̄ vires. ⌊& pacē habete inter vos⌋ Beati nāq̧ pacifici, quoniā filij dei vo
cabunt̄. Et Apostolus monet: Si fieri potest q̄d in vobis est cum omnibus hominibus pacē ha
bētes. ¶Porro cū pax sit charitatis effectus, quēadmodum charitatis, ita & pax, certum indici
um est discipulatus, fili... hominis Christi, hoc est, quod simus filij atq̧ discipuli Christi. Qui ait:
In hoc cognoscēt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Pax
autem seruari nō potest, nisi homo dominetur animo suo, iram, impatiētiamq̧ vincēdo, vt sit
solicitus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Hæc vero de spirituali, interna, veraq̧ pace
sunt intelligenda, quam Christus post passionem suis discipulis peculiariter commendauit ac
nuntiauit. Pax (inquiens) vobis, de qua & passioni iam proximus loquebat: Pacem relinquo vo-
bis, pacem meam do vobis.

¶Explanatio capituli decimi: Et inde exurgens venit in fines Iudaeæ.
Artic. decimus.



Mat.19 Oc loco sanctus Marcus describit quẽadmodũ pharisæi animo tẽtandi sciscita D
bantur à Christo, an liceret marito vxorem dimittere: patetq; intellectus huius
scripturę ex his quæ in Matthæo dicta sunt, q̃uis ordo verboꝝ & modus loq̃n-
di hic & ibi paꝝ muteť. Hic eñi habeť, ꝙ Chr̃s interrogauit pharisęos: ⌊Quid vo
bis Moyses p̃cepit? Qui dixerũt: Moyses pmisit libellũ repudij scribere.⌋ Ibi ve-
ro habeť, ꝙ pharisæi interrogauerũt à Chr̃o, cur Moyses mãdauit dare libellũ repudij. Ad q̃d
dici p̃t q̃d Christus primo interrogauit eos vt recitat Marcus. Cunq; Saluator dixisset verbum
Moysi non esse intelligendũ vt ipsi putabant, petierũt à Christo, cur Moyses illud mãdasset seu
pmisisset: ⌊Quisq̃s nõ receperit⌋ .i. recipere seu adipisci studuerit ⌊regnum dei⌋ .i. patriã be-
atoꝝ ⌊velut paruulus⌋ .i. vera humilitate existens, & paruuloꝝ innocentiã sequens, ⌊nõ intra
bit⌋ in illud post vitam præsentẽ. Idcirco p Salomonẽ sapia ait: Si quis est paruulus veniat ad
me ⌊Et cõplexans eos⌋ .i. Iesus paruulos sibi p̃sentatos amplectẽs ⌊& imponẽs manus sup il-
los, benedicebat eos⌋ in quo patet quantũ saluator dilexit humanã naturã, dummodo innocẽ
tia adorneť. ¶Pręterea Euãgelista cõmemorat, quemadmodũ q̃dam adolescens ac diues peti-
uit à Chr̃o: ⌊Magister bone, quid faciam, vt vitã æternam pcipiã⌋ & qũo Chr̃s ei r̃ndit, atq;
aduersus auaritiã disputauit, quæ oĩa in Matthæo exposita sunt. ⌊Et cępit Petrus ei dicere:
Ecce nos dimisimus oĩa, & secuti sumus te.⌋ Locus iste in Matthæo expositus est, aliq̃d tamẽ
hic variať, quãtum ad verba, pauca verba adduntť, cũ dicit: ⌊R̃ndens Iesus, ait: Amẽ dico vobis
nemo est q̃ reliquerit domũ, aut fr̃es, aut sorores, &c. propter me & euãgeliũ⌋ .i. vt euãgelicam
obseruet doctrinã ⌊qui nõ accipiat centies tm̃ nunc in tp̃e hoc, domos, & fr̃es, & sorores⌋ Pro
quo Matthæus scripsit, cẽtuplum accipiet quod in Matthęo expositũ recolo. Non eñi intelligẽ
dum est, carnal'r vt millenarij æstimabant, quasi talis pro vno p̃re habiturus sit in hoc seculo cẽ
tum p̃res, & pro vna m̃re ac coniuge centum m̃res atq; vxores, sed accipiet talia centies multi
plicata æquiualenter, & in potioribus bonis .i. spiritualia bona, grãm virtutes dona, & fructus
spiritus sancti in hoc seculo obtinebit, ⌊cum persecutionibus⌋ quia p multas tribulationes o-
Acto.14 portet nos ingredi regnũ cęloꝝ. Sed qũo p̃secutiones assignanť inter p̃mia, cum potius spectẽt E
ad merita, nisi ꝙ donũ dei est & beneficiũ magnũ pati pro Christo aduersa, quẽadmodũ dicit
Apostolus: Vobis datum est pro Christo nõ solũ vt credatis in eum, verum etiã vt patiamini
Philip 1 pro illo. ⌊Erant aũt in via ascendentes in Hierosolymã, & p̃cedebat illis Iesus. Et stupebant⌋
hoc est, in doctrina Christi mirabanť, vt patet ex textu. ⌊& sequentes⌋ discipuli ⌊Iesum, time
bant⌋ Propter difficultatem implendi, verba Christi. Dicebãt enim: Quis poterit saluus fieri?
¶Insuper recitat Marcus, quemadmodum Christus passionẽ suã prædixit Apostolis addens
se tertia die resurrecturum, & quomodo Iacobus & Iohannes ex hoc moti sunt ad petendum
Matt. 20 à Christo, vt vnus eoꝝ ad dexterã, alius q; ad sinistram Christi sederet in gloria eius, q̃ omnia
elucidata sunt in Matthæo, exceptis paucis quæ subsequuntur: ⌊Potestis baptismo quo ego
baptizor⌋ id est, sanguinis proprij perfusione, vel tinctione qua ego in passione perfundar
⌊baptizari⌋ hoc est, lauari, sanguinem vestrum propter iustitiam effundendo. ⌊Baptismo quo
ego baptizor, baptizabimini⌋ Re vel animi præparatione. Iacobus enim sanguinem suum
fudit pro Christo, ab Herode decollatus. Iohannes vero in pace quieuit, sed animo martyr
fuit, & multa tolerauit pro Christo. ¶Consequenter describit illuminatio cæci, qui erat fi-
lius Thymæi, propter quod dicit Barthymæus à Bar quod est filius, & Thymæus, quasi filius
Thymæi, paterq; expositio ex his quæ in Matthæo dicta sunt. In fine autem illius capi-
tuli habetur, quod erant duo cæci, sed quoniam vnus famosior erat, idcirco duntaxat recitat
Marcus de vno.

¶Expositio capituli vndecimi. Et cum appropinquaret Iesus Hierosolymæ & Be
thaniæ ad montem Oliuaꝝ. Arti. XI



T cum appropinquaret Iesus Hierosolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuaꝝ.⌋
Mons quippe Oliueti, in quo crescebant oliuę, inter Hierusalem atq; Bethaniam E
fuit, propterea Chr̃s accedendo hũc montẽ, propinquus fuit vtriq; loco. ⌊Misit
duos ex discipulis suis⌋ Scriptura ista in qua contineť, quemadmodum Christus
in die Palmaꝝ fecit sibi adduci asinũ, & qũo introiuit Hierusalẽ cum processiõe
solẽni, clamantibus turbis, benedictus qui venit in nomine dñi exposita est in Matthæo. Mar
cus autem non facit mentionem de asina, sicut nec Iohannes, quia non omnes omnia scripse-
runt. Dicit quoq; Marcus, quod inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, hoc est
in loco duarum viarum. ⌊Benedictum quod venit regnũ patris nostri Dauid.⌋ Aliqui dicũt
quod Iudæi ista clamantes, putabant Christum temporaliter regnatuꝝ, quemadmodum Da-
uid regnauit, ita ꝙ liberaret populum Iudęoꝝ à potestate Romanoꝝ, & omnium extraneoꝝ,
sed huic dicto videť repugnare quod subditur: ⌊Osanna in excelsis⌋ .i. salua in cęlestibus, item

ꝙ sępe

q̃ sæpe audierãt Chr̃m p̃dicare regnũ cœleste, nõ terrenũ, sed potius paupertatẽ, abiectionẽ, &
A humilitatẽ oĩḿq; tẽporaliũ rerũ cõtẽptũ. Aliter ergo exponẽdũ est, eritq; sensus, benedictũ. i. Math. 19
sanctũ est, regnũ pr̃is nr̃i Dauid. i. sp̃uale regnũ & gubernatio Chr̃i significata p regnũ Dauid,
q̃d venit. i. iã in Chr̃o exhibet atq; implet. Vnde ad virginẽ matrẽ angel' dixit: Dabit illi dñs
deus sedẽ Dauid pr̃is eius. & Esaias: sup soliũ (inq̃t) Dauid, & sup regnũ eius sedebit. ⌊Cũq; vi Luce 1
disset à lõge ficũ hñtem folia, venit, si q̃d forte inueniret in ea.⌋ nõ ignorãdo seu dubitando ac Esaie 9
cessit ad ficũ, sed p modũ talẽ se habuit, ppter mysticã cãm, vt dictũ ẽ in Matt. ⌊Et nõ sinebat
vt q̃sq̃ trãsferret vas p tẽplũ.⌋ Hoc, nõ est intelligẽdũ de vasis tẽpli & sacerdotibus ac Leuitis,
quantũ ad talia vasa, sed de vasis male negotiantiũ in tẽplo, humano vsui deseruiẽtibus. ¶ De- Mat. 21
niq; scd̃m Origenẽ, hoc opus Chr̃i q ipse vnus ac pauper tot milia eiecit de tẽplo, eosq; phibu
it atq; cõpescuit, mirabilissimũ fuit & mirabilius q̃ illũinatio cæci nati. Egrediebat nãq; ex vul
tu & oculis Iesu igneus, diuinuśq; fulgor, cuius intuitu oẽs terrebant, nec audebant resistere.
⌊Respondẽs Iesus ait illis.⌋ puta discipulis ⌊habete fidẽ dei.⌋ i. fidẽ catholicã, sanctã, atq; fir-
missimã, quæ habet deũ pro obiecto & causa ac fine, qm̃ primæ veritati innitit, à deo p creatio-
nẽ infundit, ad dei beatificã visionẽ ordinat. ⌊Amẽ dico vobis, q̃a quicũq; dixerit monti huic
tollere & mittere.⌋ accipienda sunt verba ista passiue, ⌊in mare & nõ hæsitauerit in corde suo,
sed crediderit.⌋ plenissime ⌊quia q̃dcũq; dixerit.⌋ i. præceperit vel petierit ⌊fiat.⌋ i. deo agẽte
eueniat seu agat, ⌊fiet ei.⌋ queadmodũ Iosue imperante sol & luna steterũt in cœlo immobiles
spacio vnius diei. De hac materia dictũ est plenius in Matthæo. ⌊Propterea dico vobis: oĩa
quæcũq; orãtes, petitis, credite q̃a accipietis, & euenient vobis.⌋ dummodo sit vera oro, quæ se Iosue. 10
B cundũ Damascenũ est petitio decẽtiũ à deo, hoc est, rerũ quas decet postulari à dño. Dũ ergo Matt. 17
petimus ea quæ sunt vere salubria, nec ab orone cessamus, sed toto affectu dñm inuocamus ita
biliter, q̃d nemo facit, nisi q opa sua pro posse cõformat petitiõi, faciẽs q̃d in se est, & ad grãm
se disponẽs, tũc procul dubio obtinemus tandẽ q̃d petimus, vel aliq̃d maius ac melius, & q̃a nõ
semp exaudimur p aliis, q̃uis pseuerãter, salubriterq; pcemur, ideo notãter dictũ est, ⌊accipie
tis & euenient vobis.⌋ de hac materia dicta sunt plurima in Matthæo, in q̃ scribit: Omnis q petit Matt. 7
accipit, & q quærit, inuenit & c. ⌊Et cũ stabitis.⌋ i. deo vos p̃sentaueritis, stãdo, sedẽdo, iacẽdo
vel geniculãdo, ⌊ad orãdum, dimittite si q̃d habetis aduersus aliquẽ.⌋ i. si aliq̃s vobis q̃d fecerit
cit. Semp em̃ indulgẽda est offensa seu culpa, & interdũ pœna, sed nõ semp, q̃a dũ ex remissi
one pœnæ seu satisfactiõis iustitia perit, disciplina lãguescit, vel trãsgressor ad peccandũ pro-
nior, audaciorq; efficit, nõ est pœna dimittẽda, sed scd̃m ordinẽ iustitiæ exigẽda ad dei hono
rem, delinquẽtis emẽdationẽ, & iustitiæ obseruationẽ, nõ ad propriã vltionẽ. Vnde q pœnã nõ
dimittit, diligẽter seipsm discutiat, quo zelo exigat pœnã & satisfactionẽ ab iniuriãte, ⌊vt & pr̃
vester q in cœlis est, dimittat vobis pctã vr̃a.⌋ q̃tũ ad culpã & pœnã, vel pœnæ minorationẽ.
¶ Porro si iniuriam passus mallet quantũ in se est, etiã nõ exigere pœnam, dummodo aliunde
prodesset, non minus meret apud deum quam si pœnam oĩno remitteret. ⌊Quod si nõ di-
miseritis.⌋ aliis culpam ad minus seu ipsam offensam, & etiam pœnã quãdo charitas id requirit
⌊nec pater vester q in cœlis ẽ, dimittet vobis pctã vr̃a.⌋ Vnde Ap̃lus: Estote (inquit) inuicẽ
benigni, misericordes, donãtes inuicẽ, sicut & deus in Chr̃o donauit vobis. De hoc dicta sunt Ephe. 4
plura in Matthæo. ¶ Postremo, q̃ subditur, qualiter sacerdotes, scribæ & seniores petierunt à Matt. 6
Christo in qua potestate prædicta faceret, & quomodo Christus ab eis sciscitatus est, à quo fuit Math. 21
C baptismus Iohannis declaratum est in Matthæo.

¶ Expositio capituli. XII. Et cœpit illis in parabolis loqui. Art. XII.


N exordio huius capituli, ponit Euãgelista parabolam Christi, quã ad sacerdo
tes, scribas, & seniores locutus est de vinea, p quam intelligitur synagoga. Hæc
autem parabola in Matthæo fuit exposita, aliqua tamẽ verba mutantur. Ibi em̃ Ibidem 21
habetur. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, hic dicitur, ⌊vineã pa- Psal. 79
stinauit homo.⌋ sed redit in idẽ. Nam vineam quam deus pater (significatus per
hominem) plantauit, etiam pastinauit. i. fouit & coluit, per gratiæ infusionem, per prælatorum
custodiam, imo corporale ac spirituale alimentum contulit synagogæ. Quemadmodum per
Esaiam testatur: Filios enutriui & exaltaui, ⌊& fodit lacum.⌋ Matthæus dicit, & fodit in ea tor
cular. ¶ Porro per lacum intelligitur receptaculum vini in torculari expressi. Vnde per lacum
accipi potest repositorium oblationum seu gazophylacium. Cætera in Matthæo exposita Esaie 1
sunt. De seruis enim ad agricolas diuinitus missis, Marcus loquitur singulariter, Matthæus Matt. 21
pluraliter. Numerus autem maior, minorem includit. ⌊Et mittunt ad eum quosdam ex phari-
sæis, & Herodianis.⌋ Hic recitat Euangelista, quẽadmodum sacerdotes & scribæ miserunt si-
mulatores & callidos, qui animo circumueniendi interrogarent à Iesu, an liceret tributum seu
censum dari Imperatori, estq; locus iste expositus in Matthæo. Ibi tamẽ habetur, quod phari Matt. 22
sæi miserunt istos. Sed non est contradictio, quia & multi scribarum ac sacerdotum fecerunt Philip. 3
pharisæi. Secta quippe pharisæorum, de qua & sanctus Paulus se fuisse fatetur, erat solennior. Acto. 23

⌊Et ve

⌊Et venerunt ad eũ Sadducæi⌋ Consequenter Euãgelista cõmemorat, qualiter Sadducæi re-
surrectionẽ & angelos esse negãtes, atq; animos hoim esse mortales asserẽtes, querebant à Chro, D
qñ plures fratres successiue haberent eandẽ vxorẽ, qs eorũ illam habiturus esset in resurrectiõe
Mat. 22 futura q̃ ipsi nõ credebãt futurã, sed loquebant̃ sic, supponendo positionẽ & fidẽ phariseorũ, fu
turam resurrectionẽ ponentiũ. Est aũt hic locus in Matthæo expositus. ¶ Insup scribit S. Mar
cus, quõ vnus scribarũ interrogauit saluatorẽ, q̃d eẽt primũ maximumq; mandatum, & hæc
quoq; explanata sunt in Matthæo, & quõ ibi habet̃ q̄ scriba iste interrogauit Chrm, tẽtans eũ
cũ tñ hic scriptũ sit, q̄ Iesus laudauit eũ dicens: Nõ es longe à regno dei, illic cõcordatũ atq; tra
Psal. 109 ctatũ est. ¶ Deinceps narrat Marcus Euãgelista, quẽadmodũ Iesus interrogauit, cuius filius eẽt
Mat. 22 Christ⁹, quõ. s. diceret fili⁹ Dauid, cũ Dauid appellet eũ dñm suũ, dicẽdo: Dixit dñs dño meo,
sede, &c. in Matthæo expositũ est. ⌊Et dicebat Iesus: Cauete à scribis⌋ q volũt in stolis ambula
re &c. Hæc oĩa quæ hic dicunt̃ de supbia, ambitione, auaritia, gula, & simulatiõe scribarũ, pleni
us habita atq; exposita sunt in Matthæo ⌊& sedens⌋ Iesus ⌊cõtra gazophylacium⌋ .i. ex op
positũ arce seu repositorij in quo mittebantur oblatiões ppli p sustentatiõe ministrorũ tẽpli
& cõseruatione ædificij, ⌊aspiciebat quõ turba iactaret æs⌋ .i. pecuniã q̃ offerebant ⌊in gazo-
phylaciũ⌋ Nõ ex curiositate aspexit hoc, sed vt hac occasiõe inferret sñiam doctrinalẽ, ppau
perũ cõsolatiõe, & bonæ volũtatis excitatiõe, q̃ statĩ ponit̃. ⌊& multi diuites iactabãt multa⌋ .i.
quilibet multũ, q2 (vt dr̃) sacerdotes docebãt, q̄ ille simplr̃ pl⁹ mereret̃, qui plus offerret. ⌊Cũ
uenisset aũt vna vidua paup, misit duo minuta, q̃d est quadrãs⌋ vtpote modicũ valde. ⌊Et con
uocãs discipulos suos, ait illis: Amẽ dico vobis, qm̃ vidua hæc paup pl⁹ oĩb⁹⌋ diuitib⁹ ⌊misit⌋
vel oĩbus simul sumptis, vel vnoquoq; eorũ seorsum. Misit aũt plus nõ scdm quãtitatẽ atq; va E
lorẽ, sed scdm proportionẽ & facultatẽ, quẽadmodũ inopi plus est dare paruã elemosynã, q̃ di
uiti magnã, & puero maius est baiulare vnũ vas bladi, q̃ viro integrũ modiũ, vñ subiungitur:
⌊Oẽs enĩ⌋ pter istã ⌊ex eo q̃d abundabat illis, miserũt⌋ .i. de supfluo oblationẽ fecerũt, ⌊hæc
vero de penuria⌋ .i. modica, ⌊sua⌋ tenuiq; substãtia ⌊oĩa q̃ habuit misit⌋ .s. ⌊totũ victũ suũ⌋
id ẽ, oẽ id pro q̃ victualia emere potuit, ideo pẽsata suæ inopiæ pportiõe ac facultate, plus mi
sit ac meruit, imo absolute plus vnoq̃q; illorũ, pmeruit, si ex maiori charitate fecit.

¶ Expositio capituli, XIII. Et cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipu-
lis suis. Art. XIII.


Onsequẽter Euãgelista sanctus scribit, quẽadmodũ Chro vrbẽ Hierlm egredi
ente, vnus discipulorũ oñdit ei ædificiũ tẽpli, & quõ ex huius rei occasiõe Chrus
prædixit tẽplum Hierlm penitus destruẽdum, quõ insuper ex hoc dicto quatuor
principales Aplĩ moti fuerũt ad interrogandũ à Chro qñ tẽplum destrueret̃, &
de tpe cõsummatiõis seculi, q d etiã Chrus ad ista respõderit quæ oĩa satis explana-
ta sunt in Matthæo. ⌊Videte aũt vosmetipsos⌋ .i. proprias vires pẽsate, vosipsos considerate,
quid vobis agẽdum atq; futurũ existat ppendite, & cõtra iacula vẽtura animas vestras spiri-
tualibus armis munite ⌊Et in oẽs gentes⌋ .i. p totũ mũdũ ⌊primum⌋ hoc est, anteq̃ cõsumma
tio seculi veniat ⌊oportet prædicare euangeliũ⌋ sicut nũc factũ videmus & añ secundũ Christi
aduentũ plenĩ⁹ fiet, qñ vniuersi cõuertent ad Chrm paucissimis Antichri obstinatis ministris
exceptis. ⌊Et cũ duxerint vos⌋ ad iudicia vel ad mortẽ seu ad cõsiliũ malignorũ ⌊tradẽtes⌋ .i.
hoĩes impij taliter vos tribulatiõibus exponentes ⌊nolite pcogitare q d loquamini, sed q̃d datũ
fuerit vobis in illa hora illud loquamini. Nõ enĩ vos estis loquẽtes, sed spũs sctũs⌋ loc⁹ iste vsq; F
ad id ⌊Cũ aũt videritis abominationẽ desolatiõis⌋ in Matthæo plenius continetur, q̃ hic & ibi
expositus est. ¶ Insup q̃ sequunt̃ de abominatiõe seu idolo desolatiõis à Daniele pnuntiata, &
de tribulationibus ac signis futurũ iudiciũ precessuris, scripta & elucidata sunt in Euãgelio Mat
thæi ⌊Sed in illis diebus post tribulationem illã⌋ Antichri ministrorũq; eius ⌊sol cõtenebrabit
& luna nõ dabit splendorẽ suũ⌋ Oĩa ista quæ hic de propinquis signis futuri iudicij, & secũdo
Christi aduentu, & pũctis annexis scribunt̃ in Matthæo exposita sunt ⌊videte⌋ oculo mentis
.i. intellectualiter atq; sagaciter cõsiderate consideranda, ⌊vigilate⌋ p solicitudinẽ cordis dili-
gentiamq; perhennem ⌊& orate⌋ sine intermissione seu congruis horis ⌊Nescitis enim quan-
do tempus sit⌋ mortis vestræ ac futuri iudicij. ¶ Deniq; ad talem vigilantiam inducit saluator
p similitudinem hominis pegre proficiscentis, q domũ suã deserens deputauit vnicuiq; seruo-
rũ suorũ, q d interim faceret, ⌊& ianitori domus præcepit vt vigilet⌋ Per hoĩem istum intelligi
tur Christus ascendens in cœlum quemadmodum in Matthæo dictum est plenius, qui reliquit
quantũ ad sensibilem psentiam, domũ suam .i. ecclesiã militantem, deditq; vnicuiq; fideli aliq d
opis, vt bñ vtat̃ talentis sibi cõcessis, & ianitori .i. platis præcepit vt vigilanter custodiant gre
ges sibi cõmissos. Ianitor etenim est cui domin⁹ ait per Ezechielem: Speculatorem te dedi do
mui Israel, de cuius manu deus requirit sanguinem pereuntium, nisi cecinerit buccina, annunti
2. Tim. 4 ando verbum dei subditis suis, & faciendo quod ait Apostolus: Prædica verbum, insta oppor
tune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia. Hoc est ergo quod ait Saluator:
⌊Sicut

⌊Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domũ ſuã.⌋ Litera aũt trũcata ẽ, & ſupplere opor
tet hoc mõ, vigilare atq; orare debetis, ſicut homo q peregre profectus.i. Chrſus in cœlum ele
A uatus, reliquit domũ ſuã, puta eccleſiã, ⌊Dedit ſeruis ſuis⌋.i. fidelibus⌊ p̃tãtẽ cuiuſq; opis⌋.i.
virtutẽ & ius aliqd operãdi, ſcd̃m p̃cepta legis diuinæ, ⌊ & ianitori⌋.i. paſtori eccleſiæ⌊ præce
pit vt vigilet⌋ hoc eſt, ſic vigilate & orare debetis, vt homo iſte edocuit, & vt vigilandũ eſt ſer
uis, quorũ dñs abiit, cõmiſſo vnicuiq; ſeruo ope q̃d faciat vſq; ad reditũ dñi ſui. ⌊ Vigilate er-
go, neſcitis eñ qñ dñs⌋.i. Chriſtus iudex ⌊ veniat⌋ ad iudicãdũ vos, iudicio particulari, quod
fit in morte ſingulorũ, vel iudicio vniuerſali, quod erit in fine mundi, ⌊ſero an media nocte, an
gallicantu, an mane⌋ .i. in qua parte veſtræ ætatis, vel in q̃ ſpacio tp̃is, ⌊ ne cũ venerit, repẽte⌋
hoc ẽ, ſubito & improuiſe⌊ inueniat vos dormiẽtes⌋.i. ab ope bono torpentes ſeu imparatos.
Si aũt intelligant hæc de futuro iudicio, tũc ſermo dirigit nõ ad Ap̃los, ſed ad fideles q in die iudi
cij, viui reperiẽtur, moriẽtur, & mox cum alijs ſuſcitabũtur, in quorum pſona dicit Apoſtolus:
Deinde nos qui viuimus, qui relinqmur, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Chr̃o in aera
Hinc Chriſtus ſubiungit: ⌊ Quod aũt vobis⌋ diſcipulis meis præſentibus⌊ dico, oĩbus dico: 1. Theſ. 4
Vigilate⌋ id eſt, ad oĩum fideliũ præſentiũ ac futurorũ cautelã & informationẽ annuntio, vt Ibidem.
vniuerſi vigili mẽte deo miniſtrẽt, ſemperq; parati conſiſtant, qm̃ beatus ſeruus, quẽ cum ve- Lucæ 12
nerit dñs eius, & pulſauerit ianuam, inuenerit vigilantem.

¶Explanatio capituli decimiquarti: Erat autem paſca & azyma poſt biduum.

¶Articulus decimuſquartus.



Oſtq̃ Euãgeliſta deſcripſit Chr̄i p̄dicationẽ, vitã atq; miracula. Hic iam deſcri-
bit eius paſſionẽ, p quã ſaluatus & viuificatus eſt mundus. ⌊ Erat aut paſcha⌋.i.
paſchalis feſtiuitas, vel eſus agni paſchalis, ⌊& azyma⌋.i. mãducatio panũ nõ
fermẽtatorũ ſeu azimorũ ⌊ poſt biduũ⌋ hoc ẽ, poſt duos dies, à die quo Chrſus Iohan. 13
ſermonem in p̄cedenti capitulo conp̄hẽſum ad diſcipulos habuit. Hunc eñ ſer
monem fecit, tertia feria in hebdomada paſſionis, & tunc paſchalis feſtiuitas Iudæorum ince
B pit, in veſpere feriæ quintæ, in qua hora cœperũt Iudæi azymis panibus veſci, & agnũ paſchalẽ Exodi. 12
tũc mãducabãt. In illa aũt tertia feria, ſermõe finito, p̄dixit Chr̄s Apoſtolis ſe paſſurũ, ideo Mar Exodi 12
cus computãdo tẽpus ab hora huius prænuntiationis ait: Erat paſcha & azyma poſt biduum. Leuiti. 23
¶Deniq; pene oĩa quæ in iſto & ſequẽti capitulis de paſſiõe ſaluatoris cõſcripta ſunt, i Mat
thæo ſunt tractata atq; expoſita. Ibi eñ inſertũ eſt de dñica paſſione, quod Matthæus omiſit,
& alij tres Euangeliſtæ ſuppleuerũt, idcirco pauca hic reſtãt dicẽda, & quæcũq; hic omittũtur,
in p̄notatis Matthæi capitulis inueniẽtur expoſita. ⌊ Venit mulier hñs alabaſtrũ vnguẽti nardi
ſpicati p̄tioſi⌋.i. vas factũ de alabaſtro ſeu marmore quodã plenũ vnguẽto p̄tioſo, facto ſiue Matt. 26
extracto de nardo habẽte ſpicas in ſuo cacumine. Nardus aũt eſt herba ſcd̃m aliq̃s, vnde elicit
liquor refrigeratiuus & p̄tioſus quẽ aliq dicũt hic vocari vnguẽtũ. iſtud quoq; plenius dictũ ẽ
in Matthæo. Quod aũt mulier iſta fregit alabaſtrũ qñ effudit vnguẽtum ſup caput Chr̄i, Mat Matt. 26
thæus nõ ponit, ſed Marcus. ⌊ Erãt qdã indigne ferẽtes⌋ videlicet Iudas p̄ditor & forte aliq
alij diſcipuli incitati à Iuda. ⌊ Poterat eñ vnguẽtum iſtud venundari plus q̃ trecẽtis denarijs.⌋
Hoc quoq; Matthæus nõ exprimit, ſed apud Iohannẽ legit Iudas dixiſſe, Quare hoc vnguẽtũ Iohan 12
nõ venijt trecẽtis denarijs, & datũ eſt egenis? Et forte vtrũq; dixerũt, vel ſcriptura nõ curauit
determinate exprimere valorẽ vnguẽti, ſeu taxam pecuniæ, ſed aliqd circiter. Hoc nẽpe eſt cõ
ſuetudo ſcripturæ. ⌊ Et fremebãt in eã⌋ ex impatiẽtia, & ſi alij diſcipuli hoc fecerũt, certũ eſt,
q Chr̄i rñſione audita pœnituerũt. ⌊ Ieſus aũt dixit: Sinite eã⌋ .i. in pace eã dimittite. ⌊ Præ-
uenit vngere corp⁹ meũ in ſepulturã⌋.i. nũc corpori meo illud vngẽdo exhibuit, q exhibitu
ra ei fuiſſet in ſepulchro ſi potuiſſet. In ſepulchro eñ optauit vngere corpus Chr̄i, ſed reſurre Math. 28
ctione illius præuẽta nõ potuit. Iſta nanq; de Maria Magdalena dicitur, & iſtud in Matthæo Matt. 26
plenius fuit expoſitũ. ⌊ Miſit duos ex diſcipulis, dicẽs: Dicite dño domus: Magiſter⌋.i. Chr̄s
⌊ dicit⌋ tibi p nos, ⌊ vbi ẽ refectio mea⌋.i. locus refectionis. Alij p refectionẽ intelligũt agnũ
C paſchalẽ, quẽ dicũt à dño domus illius Chr̄o donatũ, ſed ſequẽtia nõ cõcordãt. Subditur eñ:
⌊ Vbi paſcha cũ diſcipulis meis mãducẽ?⌋.i. in q̃ loco comedã agnũ paſchalẽ, vñ de loco ſub
iungit⌊ Et ipſe demõſtrabit vobis cœnaculũ grãde ſtratũ⌋ In iſto cœnaculo magno latebant Acto. 1
Ap̃li, poſt Chr̄i reſurrectionẽ, videlicet in conclaui, in quo & ſpm̃ ſanctũ receperũt. ⌊ Veſpe- Lucæ 22
re aũt facto, venit cũ duodecĩ⌋ Scd̃m Lucã, duo diſcipuli ad parãdũ paſcha miſſi fuerũt, Petr⁹
& Iohãnes. Qñ ergo Chr̄us venit cũ duodecim, niſi duo diſcipuli iſti dicãtur dño obuiaſſe &
ſecũ intraſſe, vel loquit per ſynecdochẽ? ⌊ Amẽ dico tibi⌋ O Petre, ⌊ q a tu hodie⌋.i. die hoc
nõ artificiali, ſed natural, ſubdit eñ: ⌊ in hac nocte⌋ quæ eſt pars diei naturalis⌊ priuſq̃ gallus
bis vocẽ dederit, ter me es negatur⁹⌋ Qñõ hoc cõcordet cũ verbis aliorũ Euãgeliſtarũ: Anteq̃
gallus cãtet, ter me negabis, expoſitũ eſt in Matthæo. ⌊ Cœpit pauere & tædere⌋.i. naturalẽ
horrorem & fugam, ſiue faſtidium mortis habere, in parte animi inferiori, non tamen inordi Math. 26
nate, vt dictum eſt plenius in Matthæo: ⌊ Tenete eum & ducite caute.⌋ Hoc traditor dixit, ne

Ieſus

ralis filius dei, non adoptiuus, nõ tamẽ probabile est, ꝙ Centurio homo gentilis intellexit pro
A pria verba de naturali filiatione. Non eñ cognouit filiũ dei esse verũ deũ & vnũ deũ cũ patre, Iohan. 1
sed dixit Iesum esse filiũ dei quasi hominẽ singulariter sanctũ, vel dixit verba illa, ad confirmã
dum verba Christi, cui obiecerunt Iudæi, ꝙ fecisset se filiũ dei. ⌊Et cũ sero esset factũ, quia erat
parasceue, q̃d est ante sabbatũ⌋. i. dies ꝑparationis dupliciũ ferculorũ, videlicet pro die illo, & Matth. 7
pro die sequẽti seu sabbato, qui ita solennis fuit, ꝙ nõ licuit Iudæis ꝑparare escas in eo. Secundũ
Bedam, parasceuis est nomẽ græcũ, & interpretaᷓ ꝑparatio, q͞a (vt dictũ est) in eo ꝑparabãt Iu
dæi cibaria pro feria sexta & sabbato. Hoc aũt nomẽ habuerunt Iudæi, à Græcis, qui inter eos Ioh. 9
cõuersabant. ⌊Venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio⌋. i. vnus de curialibus, ⌊& auda-
cter⌋. i. sine timore Iudæorũ⌋ introiuit ad Pilatũ & petijt corpus Iesu. ⌋ Iam eñ roboratus fu
it in fide, visis q̃ in Christi passione ac obitu acciderant, Ideo q̃uis ante fuisset occultus Christi Mat. 27
discipulus, nũc tamẽ manifestauit quod fuit. ⌊Pilatus aũt mirabatur si iã obijsset⌋. i. an Chri-
stus tam cito extinctus fuisset. Nõ eñ pensauit Pilatus, quãta tormẽta intulerũt Christo Iudęi Psal. 21
in nocte, & milites in ꝑtorio, in columna, in cruce perforantes manus ac pedes eius. Deniq; q̃ Matth. 7
sequunt, & quæ iam omissa sunt, copiose tractata & explanata sunt in Matthæo.

¶ Enarratio Cap. XVI. Et cũ transisset sabbatũ Maria Mag. &c. Art. XVI.



Ecitata saluatoris viuifica passione, cõsequẽter describit resurrectio eius glori- Lucæ 24
osa. ⌊Et cũ transisset sabbatũ⌋. i. dies sabbati, quæ fuit solennissimus, ad occa Iohan. 20
sum venisset, ⌊Maria Magdalene & Maria Iacobi⌋ mater, ⌊& Salome, eme
rũt aromata, ⌋ q̃ nõ poterãt emere die sabbati perdurãte, sed vespere facto, i
B q̃ solẽnitatis magnitudo finiebat, ⌊& veniẽtes vngerẽt Iesum⌋. i. corpus Ie-
su, ponendo totũ pro parte, partẽ pro toto. ⌊Et valde mane vna sabbatorũ⌋
. i. vno dierũ illius hebdomadæ paschalis, cuius oẽs dies, dicebant sabbata, q͞a festiui. Itaq; vna Ibidem
sabbatorũ. i. prima die post principale sabbatũ, ⌊veniunt ad monumẽtum, orto iam sole. ⌋ In
Iohãne legitur, q̃d Maria venit ad monumẽtũ, cũ adhuc tenebræ essent. Et r̃ndendum, q̃d fuit
aurora, ita q̃d aliquid lucis & aliquid tenebrarũ apparuit. In superioribus eñ locis videbat lux
solis, in inferioribus tenebræ erant, Ideo dicit Iohãnes, q̃d tenebræ erant, Marcus, q̃d sol fuit or
tus, nã mediũ ab vtroq; extremo denominatur, ⌊& dicebãt ad inuicẽ: Quis reuoluet nobis la-
pidẽ ab ostio monumenti? ⌋. i. à loco vbi superpositus fuit lapis corpori Christi, qui de sepul
chro clauso surrexit. ⌊Et respicientes, viderunt reuolutũ lapidẽ, quem angelus amouit post Matt. 28
Christi resurrectionẽ, vt ostẽderet sepulchrũ esse vacuum, & Christũ resuscitatũ. ⌊Erat quip-
pe magnus valde. ⌋ Idcirco mulieres merito quærebant, quis eis lapidem tantũ deponeret, q̃-
si dicerent, Nos eum amouere non possumus. ⌊Et introeuntes in monumentum⌋ id est in do
munculam, in qua fuit sepulchrũ, viderunt iuuenẽ⌋. i. angelũ in specie adolescẽtis, ⌊sedentem à
dextris⌋. i. in dextera parte sepulchri. Matthæus dicit, ꝙ angelus accedens, reuoluit lapidẽ, &
sedebat sup eum. Vnde elicitur ꝙ lapis in dexterã partẽ iacebat. Merito autẽ angeli sancti in
forma iuuenili apparẽt, q̃m inde sunt & illam vitã annũtiant, vbi nullus senescit, sed sempiter Ephe 4
na iuuẽtus cõsistit, in mensura ætatis plenitudinis Christi. Recte quoq; sedet in dextra, qui ꝓ-
spera venerat nuntiare, & cõsolationẽ æternã cunctis fidelibus exhibere, ⌊coopertũ stola cã-
dida⌋. i. alba ac fulgida veste indutum. Scriptũ est eñ apud Matth. Erat aũt aspectus eius si- Matt. 28
cut fulgur, & vestimẽta eius sicut nix. Apparuit ergo in splendida veste, Primo, ad designãdũ Tobie 12
C angelicæ puritatis splendorẽ ac sanctitatẽ. Secundo, q̃m nuntius fuit veræ lucis, & ciuis super- Iohan. 20
næ claritatis. Tertio, vt vestis suæ candore fœminas sanctas mulceret. Deniq; in Iohãne legi
tur, ꝙ cum Maria se inclinasset, & in monumentum prospexisset, vidit duos angelos, vnum ad
caput & vnum ad pedes, vbi positum fuit corpus Iesu. Similiter in Luca scriptũ est, quod cũ Lucæ 24
mulieres animo consternatæ essent, duo viri steterunt iuxta eas in veste fulgenti. i. duo angeli ĩ
forma virorũ. Propterea asseruit Augustinus, q̃d ibi apparuerunt tres angeli, duo videlicet in
loco ipsius sepulchri, seu intra sepulchrum, & vnus extra sepulchrũ, sed intra domunculam in
qua fuit sepulchrum, ⌊& obstupuerunt⌋. i. vehementer miratæ atq; exterritæ sunt propter
fulgureũ angeli vultũ terribilem valde. ⌊Et dicit illis: Nolite expauescere. ⌋ Hoc angelis pro-
priũ est, vt quãuis primo suo apparatu terrore cõcutiant hoĩes, mox tñ cõsolentur ac roborent
eos, dũmodo digni sint, ⌊Iesum⌋. i. saluatorẽ ⌊quæritis, ⌋ hoc est corpus Iesu, putantes Iesum
adhuc mortuum esse, ⌊Nazarenũ crucifixũ, surrexit, nõ est hic, ⌋ secundũ humanã naturã, qui
secũdũ diuinitatẽ suã implet cœlũ & terrã. ⌊Ecce locus vbi posuerũt eum⌋ Ioseph & Nicode Iohan. 19
mus, vt locũ esse vacuum cõspicientes, certæ sitis q̃d resurrexit. ⌊Sed ite dicite discipulis ei⁹, &
Petro. ⌋ Specialiter noiat Petrũ, vel quia inter discipulos principalis, vel potius vt detur ei fi-
ducia veniæ atq; audacia veniẽdi inter discipulos, ⌊quia ꝓcedet vos in Galilæã, ibi eũ videbitis Matt. 28
sicut dixit vobis. ⌋ Ista exposita sunt in Matthæo. ⌊At illæ⌋ mulieres exeuntes domunculam
sepulchri, ⌊fugerunt de monumẽto, ⌋ cuius ratio subdit. ⌊Inuaserat eñ eas tremor⌋ corpo-
ris ⌊& pauor⌊ mẽtis, ⌊& nemini⌋. i. nulli ꝑsentiũ. s. nulli de custodibus illic iacẽtibus, vt dictũ

 est in


maliter aut substãtialiter,sed virtualiter & p cõuenientiã, q: cũ omni creatura habet aliqd cõ-
mune,& oẽs differẽtiæ rerũ seu cuncta genera entiũ in ipso cõcurrũt. Constat enĩ ex materi Sapien. 1
A ali & immateriali substãtia,habetq; in se accidẽtia sensibilia & insensibilia,oĩa q̃q; q̃dammodo
ordinant ad hoiem. Vnde hoc q̃d Sapiẽs ait: Hoc quod continet oĩa,sciam habet vocis, vno
modo exponit de hoie. Nã & aĩa rationalis cõtinet in se oẽs formas inferiores,quẽadmodum
numerus maior minorẽ,& tetragonũ trigonũ,& ĩsup conuenientiã habet cũ angelis in intelle-
ctuali pfectione,corpus q̃q; humanũ cõtinet elemẽta,& ad cœliformẽ æqualitatẽ reducit secũ
dum philosophos. ⌊Qui crediderit⌋ fide formata seu dilectione ornata,& cũ opportunitas ad-
est,p dilectionẽ operante. Qui enĩ dicit se deum cognoscere,& mãdata eius nõ custodit,men- 1.Ioh. 2
dax est. Et: Fides sine operibus mortua est, ⌊& baptizatus fuerit⌋ baptismo fluminis,flaminis Iacobi 2
vel sanguinis. Nõ enĩ sufficit fides sine baptismo,si adsit possibilitas suscipiendi baptismũ, quæ
si defuerit,debet homo habere propositum & affectũ recipiendi ipm,& de pterita negligẽtia
pœnitere,si distulit,qñ recipere potuit, ⌊saluus erit,⌋ in pñti p grãm,& in futuro p gloriam;
modo in spe & tũc in re. ⌊Qui vero nõ crediderit,cõdẽnabit.⌋ Qm̃ sine fide impossibile ẽ pla Hebre. 11
cere deo,quicqd fecerit vel habuerit homo, Nã iustus ex fide viuit,& quicqd nõ est ex fide,pec Hebre. 10
catũ est,secundũ apl̃m. ⌊Signa aũt⌋ .i. miracula qbus fides probat esse à deo,q̃ naturali nequit
rõne probari. Cũ enĩ deus esse nõ valet testis falsitatis,aut cõfirmator erroris,cõstat illã fidẽ eẽ
diuinã,ad cuius cõfirmationẽ deus tanta operatus est signa,q̃ꝝ multa omnẽ creatã potestatẽ
excedũt. Itaq; ⌊Signa eos q crediderint,hæc sequent⌋ .i. virtus & grã faciendi signa sequẽtia,
eis pstabit. Nõ est aũt absolute de vniuersis fidelibus intelligendũ, sed de qbusdã,psertim in ex Iohan. 14
ordio nascẽtis ecclesiæ,& etiã interim vsq; in pñtẽ diẽ, secundũ diuinæ sapiẽ ordinatissimũ Acto. 19
moderamen & necessitatem seu vtilitatem ecclesiæ, de quibus dñs: Qui credit in me,opa quæ
ego facio,& ipse faciet,& maiora hoꝝ faciet,q a ego ad patrẽ vado. ⌊In noĩe meo⌋ .i. in mea
ptãte,& p inuocationẽ noĩs mei, ⌊dæmonia ejicient⌋ ab obsessis corpib⁹,imo ĩ actis scriptũ,ꝙ Acto. 2
ad cõtactũ vestiũ Pauli,spũs nequã egrediebãt, ⌊liguis loquent nouis⌋ .i. recẽtib⁹ atq; diuersis
B loquelis vtẽt,vt patet in apostolis,q recepto spũ sctõ,cœperũt loq varijs & oĩm gentiũ linguis,
q̃ etiã grã data est alijs pene innumeris,in primitiua ecclesia,aliter nõ potuissent Euãgeliũ pdica Act. 28
re,in tã diuersis atq; distãtibus locis, ⌊serpẽtes tollent⌋ .i. calcabũt ,occident siue portabunt,
quẽadmodũ Paulus viperã manu sua apprehẽdens excussit in ignẽ. Noĩe aũt serpẽtũ reliqua
venenosa animãtia intelligunt,quẽadmodũ scriptũ est: Sup aspidem & basiliscũ ambulabis,& Psal. 90
cõculcabis leonẽ & draconẽ. Hoc q̃q; saluator pmisit: Ecce (inquiens) dedi vobis ptãtem cal- Lucæ, 10
cãdi sup serpẽtes & scorpiones,& supra omnẽ virtutem inimici,& nihil vobis nocebit, ⌊& si
mortiferũ quid biberint,nõ eos nocebit,⌋ quẽadmodũ patet in Iohãne aplo, ⌊sup egros ma-
nus imponẽt,& bñ habebũt⌋ .i. sanabunt. Liberalis atq; magnifici promissiõis est,plus cõfer- Actu. 5
re q̃ pmisit: Sic Chr̃s multa maiora p aplos,multosq; alios fecit,q̃ sint ea q̃ hic recitant,præser Act 19
tim cũ ad vmbrã Petri legant infirmi fuisse sanati. Porro in actis scribit: Virtutes nõ modicas
fecit deus p manus Pauli,ita vt à corpore eius deferrent sup languidos sudaria vel similia,& re
cedebãt ab eis lãguores. Hæc igit signa corporaliter quidẽ ad aliquib⁹ cõparatiue paucis facta
noscũtur,nec opus est ea nũc iterari, cũ in suo effectu satis resplendeãt. Quid equidẽ ita mira-
bile sicut cõuersio totius mũdi ad tã incõphẽsibilẽ fidẽ ac arduã legẽ? Spũaliter vero à multis
multoties facta sunt,& q̃tidie fiũt. Spũaliter nãq; dæmonia ejicit,q peccatorẽ mortalibus vi-
tijs irretitũ cõuertit,ita vt fit tẽplũ spũs sancti,q paulo ante vas erat diaboli. Nouis insup liguis
loquit,q solita vaniloquia,scurrilia,vitiosaq; verba deuitãs, incipit loq salutaria verba, deum
laudare,proximũ informare,jugiterq; orare,quẽadmodũ monet Aplus: Implemini (inquiens) Ephe. 5
spũ sancto,loquẽtes vobismetipsis,in psalmis & hymnis & canticis spũalibus, cãtantes & psal Psal. 33
lentes in cordibus vestris,dño grãs agẽtes p oĩbus semp,hoc fecit q ait: Bñdicam dñm ĩ om
ni tpe,semp laus eius in ore meo. Et alius, Laudabo (ait) nomẽ tuũ assidue,& cõfitebor tibi cũ
adhuc iunior sum,anteq̃ oberrẽ. Serpẽtes aũt tollit,q diabolicas suggestiones,& venenatas tẽ Roma. 8
C tationes suppeditat. Mortiferũ vero sine nocumẽto bibit,cui oĩa etiã mala cooperant ĩ bonũ,
vel qui alioꝝ prauis exẽplis nõ inficit,nec puertit cũ puersis. Sup egros aũt manus imponit & Psal. 17
sanat eosdem,qui pusillanimes & impfectos bonis operibus roborat,verbo cõsolationis sustẽn Esaiæ 35
tat & suis exemplis puocat ad meliora ac vicinora saluti. ⌊Et dñs quidẽ Iesus postq̃ locutus
est eis⌋ verba pdicta & alia plura q̃ scripta sunt in actis, ⌊assumptus est in cœlũ⌋ .i. ppria virtu
te ascendit ad cœlũ empyreum. Qui enĩ descendit,ipse est & q ascendit sup oẽs cœlos,de q̃ ait
Psalmista: Psallite dño q ascendit sup cœlũ cœli ad orientem. Itemq;: Ascendit deus in iubilo,
dñs in voce tubæ. Deniq; Chr̃s ascendit nõ solũ diuina virtute,sed & humana p dotẽ agilita-
tis. Corpus nãq; glorificatũ obedit ad nutũ volũtati atq; imperio aĩæ. In Luca scriptũ ẽ,ꝙ Iesꝰ
eduxit eos q erãt in cõclaui foras in Bethaniã,& eleuatis manibus,bñdixit eis ac ferebat ĩ cœlũ,
Sed & in actis habet,ꝙ videntibus illis,eleuatus est & nubes suscepit eũ ab oculis eoꝝ. Cumq;
intuerentur in cœlũ euntẽ illum,ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestibus albis,&c. Hæc at

nubes & angeli apparẽtes atq̃ cũ Christo ascẽdentes, nõ affuerũt propter Chri indigentiam
sed reuerentiã, ad demonstrãdũ, q ecclesia, & inferiora, corporalia ac spũalia ad Christi obse-
quium eẽnt parata, ⌊& sedet à dextris dei⌋ secũdũ hũanitatẽ assumptã, sedet à dextris dei. i. in
Psal. 15 potioribus bonis patris, de qbus ait propheta: Delectatiões in dextera tua vsq̃ in finẽ. Omnia D
Psal. 8 eñ creata subdita sunt Christo homini & eius hũanitati, & aĩa Chri pfectissime fruitur increa
Hebre. 1 tis diuitijs, summę trinitatis. Præterea, secũdũ diuinitatem suam sedet à dextris dei. i. ad patris
Psal. 109 æqualitatẽ, cũ q̃ vnus deus est, sedẽs nõ corpaliter secũdũ q deus, sed sedet. i. omnipotẽter qui-
Apoca. 3. escit & regnat. Hinc Dauid pdixit: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Et Chrs: Ego (in-
Acto. 1 quit) vici & sedi cũ patre meo in throno eius. ⌊Illi aũt⌋ apostoli ⌊profecti⌋ in omnem terrã,
secũdũ dispositionem diuinã, ⌊pdicauerunt vbiq̃⌋. i. in principalibus partibus orbis, quemad
modũ Christus legitur eis dixisse: Eritis mihi testes in oñi Iudæa & Samaria, & vsq̃ ad vlti-
mum terræ. Prædicauerunt ergo vbiq̃, videlicet Petrus in Italia, Paulus in Græcia, Andreas ĩ
Achaia, Iohãnes in Asia, Iacobus maior in Hispania, Philippus in Scythia, Bartholomeus ĩ Ar
Esaiæ 26 menia, Matthæus in Aethiopia, Thomas in India, Iacobus minor in Hierusalem, Symon &
Philip 2 Thaddæus in Aegypto & Babylonia, Matthias in Iudæa, ⌊dño cooperãte⌋ q omnia opa no
Hebre. 2 stra operatur in nobis, secundũ Esaiam: Qui operatur in nobis & velle & pficere, pro bona vo
luntate, ⌊& sermonẽ⌋ ⌊euãgelicæ prædicationis, ⌊cõfirmãte⌋. i. verũ eẽ monstrãte, ⌊sequen
tibus signis, ⌋ quæ fecit p sanctos aplos. Vnde dicit aplus: Qño effugiemus, si tãtã neglexerim⁹
1. Cori. 2 salutem, q̃ in nos cõfirmata est, cõtestante deo, signis & portẽtis & virtutibus, & spũs sancti di
Psal. 92 stributionibus? Et rursus: Sermo meus & prædicatio mea nõ fuit in psuasibilibus humanæ sa
pientiæ verbis, sed in ostensione spũs & virtutis, vt fides vestra nõ sit in sapiẽtia hominũ, sed ĩ
virtute dei, cuius testimonia credibilia facta sunt nimis. Nam q̃to catholica fides in seipsa in-
1 Cori 15 cõprehẽsibilior, mirabiliorq̃ cõsistit, tãto diuinitus approbata & confirmata est signis pluri-
Colo. 2 bus atq̃ maioribus, vt simus semp immobiles in fidei veritate, ad laudẽ & reuerentiam creato
ris ac saluatoris nostri qui est sup omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

¶ Enarrationis in Euangeliũ secundum Marcum, finis.

B

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EVANGELIVM SECVNdum Lucam, Enarratio. Prologus.




Ecclí. 24 Octrinam quasi antelucanũ illumino omnibus, & enarrabo illã vsq̃ ĩ lõginquũ, & illuminabo oẽs sperãtes in dño, & reliquam illã qrẽtibus sapiẽtiã, quẽadmodũ ait Ambrosius: Scriptura diuina mũdanę euacuat sapiẽtię disciplinã, q̃ verborũ magis ẽ fucata ambitu, q̃ rerũ rõne subnixa, hoc ẽ verbis magis ĩaniter decorat, q̃ rõne & veritate firmet. Nã & multi errores atq̃ cõtrarię opiniones inueniũt in philosophica scientia. ¶ Porro in sacra scriptura, summa cõcordia, inuiolataq̃ veritas cõtinetur. In sancta demum scriptura etiam illa reperiũtur, q̃ philosophi mirãda putabãt. Tria eñ præcipua ęstimauerũt, videlicet tripli cẽ sapiẽtiã, naturalẽ, moralẽ, & rationalẽ, q̃ in scripturis diui nis multo excellẽti⁹ eẽ & cõtineri noscũtur, tam in veteri q̃ in nouo testamento, quod in tribus Salomonis libris ostenditur, qui in libro Prouerbiorum moralem seu ethicam, in Ecclesiaste, naturalẽ, in Canticis Cãticorũ rationalẽ, simul & moralẽ sapientiam scripsit. In nouo etiã testamẽto sapiẽtia naturalis in euãgelio sancti Iohannis, moralis in euãgelio secundũ Matthæũ, rationalis in euãgelio beati Lucæ pcipue fulget. Lucas nãq̃ magis historicus est, & Christi miracula plenius refert, quibus euangelica veritas cõprobatur. E
Matthæus vero pcepta viuendi, & moralia Christi documenta prosequutus est clarius, Iohãnes autem de Christi diuinitate sublimius loquitur. Quælibet tamen sapientia ista, in quolibet Euãgelista habetur, pro cuius clariori intelligẽtia oportet aduertere, q a vt octauo de ciuitate dei recitat Augustinus, studium sapientiæ circa duo versatur, videlicet circa actionem & contemplationem, propter qd vna pars sapientiæ actiua seu practica, altera contemplatiua vocatur, quarũ actiua ad vitæ cõpositionẽ, instituẽdosq̃ mores spectat, cõtẽplatiua ad cõspiciendas rerum naturas & naturæ causas intendit. Socrates itaq̃ actiue, Pythagoras cõtẽplatiue plus institit, sed Plato vtrãq̃ cõiungens philosophiã perfecisse laudatur, quam in tres partes diuisit. videlicet in moralem, quæ circa actionẽ versatur, in naturalẽ, q cõtẽplatiõi deputatur, in rõnalem qua verũ à falso discernitur, q̃ licet actioni & contẽplationi sit necessaria, amplius tamẽ ad

contem

contemplationē ptinent. Ideo ista tripartita philosophiæ diuisio nō cōtrariatur distinctioni, q̄
A dictum est, omne studiū sapiētiæ in actione & cōtēplatione cōsistere. Deniq; secundum Au-
gustinū libro pfato, celebriores platonici aliquid tale de deo senserūt, vt in ipso inueniatur cau
sa subsistendi, & ratio intelligendi & ordo viuēdi, q̄ꝝ trium primū ad naturalē, secundū ad ra-
tionalē, tertiū ad moralem ptinet philosophiæ partē seu speciē. Cū ergo hæc tria multo pclari
us de deo sublimi & bñdicto cōsideret theologia desup reuelata, q̄ philosophia humano stu-
dio adinuenta, palam q̄ triformis illa sapientia in scripturis diuinis eminentius q̄ in libris phi-
losophicis sit cōtenta. Præterea omnium philosophoꝝ moralia documenta nequaq̄ Chri mo Mat. 19
ralibus queunt comparari doctrinis, eo q̄ Chri moralis instructio ad priuati seu proprij im p Marci 10
biq; amoris, q omnium vitioꝝ origo est, plenariā eradicationē atq; ad supplius humillimum Lucæ. 18
ducat cōtemptū, & ad diuinitatis intensissimā ac purissimā dilectionē, de qua pfectiōe, doctri Matt. 22
na & re ignari ac muti fuerunt philosophi. Nec enī hūanæ rōnis naturali lumine ad huiuscemo
di doctrinā ac pfectionem pertingit, saltē eo modo q̄ à Chro docet, videlicet prout ad supna-
turalē felicitatē pducit. Insup nulla hūana scientia tā certe & efficaciter suas cōprobat cōclusio
nes, vt euangelica sapientia, fidei sacræ articulos, qui in Euāgelio p legis & prophetaꝝ oracula,
per Chri miracula, p reuelationes cęlestes, p plurimos testes, alijsq; fortissimis vijs efficacissime
comprobant. Rursus, nequaq̄ philosophia tā excellenter de creatoris ac creaturaꝝ natura, pro
prietate, pfectione & operatione ptractat, vt euāgelica theoria, cui oīs naturalis scientia cū in 2. Cor. 10
effabili humilitate debet esse deseruiens & subiecta. Idcirco ait Aplus: Arma militiæ nostræ
nō carnalia, sed potentia deo, destruentes omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiā dei,
B & captiuitatē redigētes omnē intellectū in obsequiū Chri, & in promptu habentes vlcisci om
nem inobedientiā. Ex qbus authoritas, certitudo, & excellentia sacræ scripturæ, præsertim
inebriatiuũ de quacunq; sit cõfectus materia, per q̃d austeritas vitæ Iohannis, parcitasq; signã
tur. In lib. Iudicũ q̃q; hæc pocula leguntur Sampsoni prohibita, qm̃ Nazaræus dei fuit ab vte-
Iudicũ 3 ro matris vsq; ad diem mortis. Iohannes vero sublimius fuit Nazaræus dei. i. deo cõsecrat⁹ to
Leui. 10 to tẽpore vitæ suæ, ideo per omne tempus suæ vitæ ab his abstinuit potibus, sicut in lege absti
nebant ab his Nazaræi tẽpore cõsecrationis, separationisve suæ, & postea vinũ bibere potue
Nume. 6 runt, vt in lib. Nume. describitur. Decuit aũt Iohannem tantæ abstinentiæ esse, vt testimoniũ
eius de Christo credibilius redderetur, insinuaretq; p vitæ suæ rigorẽ, q Chrũs in primo suo ad
uentu tẽporalium abundãtiã, & corpoꝝ oblectamẽta non esset daturus, vt obtenebratissimi ꝑ
stolantur Iudæi. Et spũ sancto replebitur, hoc est gratia, donisq; spũs sancti, adhuc ex vte
ro matris suæ. i. in vtero maternali, seu anteq̃ egrediatur ex eo, qua gratia à peccato origi-
Hiere. 1 nali purgabitur, & donis spũs sancti anima eius ornabitur, atq; ad operandũ meritorie dispo-
netur, quẽadmodũ dñs loquitur de Hieremia: Antequã exires de ventre sanctificaui te, & per
vtriusq; in vtero sanctificationẽ omnimoda sanctificatio, innocentia ac puritas Christi in vte
Iohan. 4 ro virginali est ꝑfigurata. Veruntamen maior & gratiosior fuit sanctificatio Iohannis q̃ Hiere
miæ, sicut & eius natiuitas ac persona propinquiores fuerant Chr̃o, q̃d etiam ex ipso modo lo
quendi sacræ scripturæ elicitur. Non enĩ de Hieremia assertum est, q spũ sancto repleretur in
vtero. Præterea cum spũs sanctus sit verus, incircũscriptusq; deus, certũ est q per essentiam sit
vbiq;, nihilominus in peccatoribus esse negatur, quia per grãm eis non inest. Propter quod in
Proue. 15 Prouerbijs legitur: Longe est dñs ab impijs. Itemq; Spũs sanctus disciplinæ effugiet fictũ, &
Sapien. 1 auferet se à cogitationibus q̃ sunt sine intellectu. Hinc spũs sanctus illis dicitur infundi & dari, q
bus dona eius ad grãm gratum facientẽ spectantia infunduntur ac dantur, quos & inhabitat, q̃-
diu in charitate & gratia manent, illos vero fertur implere, quos singulari & abundanti perficit E
gratia. Ideo dicit Ambrosius: Cui spũs sanctus infunditur, magna est plenitudo virtutũ. De-
inde efficacia doctrinæ Iohannis ostenditur. Et multos filioꝝ Israel conuertet ad dñm deum
Marci. 1 ipsoꝝ. i. ad Christum, de quo protin⁹ subditur. Et ipse ꝓcedet ante illũ, hoc est ante Chri
Iohan. 1 stũ, cuius fuit ꝓcursor, eius aduentũ anuntiando, ipsumq; monstrando, ac alijs modis populum
ad Christi fidem disponendo, vtpote baptizando, impios increpando, & oẽs ad se cõfluentes
ad virtutes hortando, prout infra in textu narrabitur. Per hoc aũt, quod angelus Christum no
minat dñm deũ Israel, confunditur hæresis Arrij, negans q Chrũs sit verus deus, insania quoq;
Manichæi dicentis, aliũ eẽ deũ legis seu Iudæoꝝ, & aliũ Euãgelij seu Christianoꝝ, perfidiaq;
Fotini, Christũ ex Maria incepisse, nec ante fuisse, dicẽtis. Itaq; ante Christũ ꝓcessit & suo ba-
ptismo Chr̃i baptismũ, sua passione Chr̃i occisionẽ, suo ad lymbum descensu Chr̃i descẽsu ad
3 Reg. 17 eundẽ, ꝓcucurrit & ꝓsignauit. In spũ & virtute Heliæ. i. tali grã fortitudine à spũ sancto
cõcessis, in quali spũs sancti grã & virtute Helias fecit opera virtuosa, q̃ de ipso in libris Regũ
scribuntur, atq; secundũ Chr̃i ꝓcedet aduẽtũ, vt Malachias habet, vel in spũ prophetiæ & gra
Malac. 4 tiæ, & virtute iustitiæ, qbus fulsit & vixit Helias. Vterq; equidẽ ꝓpheta & hæremita ac feruẽs
zelator iustitiæ fuit, & sicut Helias redarguit Achab regẽ & Iezabel cõiugẽ eius, sic Iohãnes He
rodẽ & Herodiadẽ. In asperitate q̃q; vestitus & victus cõuenientiã præcipuã habuerũt. Secũ
dũ Augustinũ autem, nõ ait in anima Heliæ, qm̃ animæ nõ transcorporãtur, sed in in spũ & vir-
tute Heliæ. Spiritus enĩ qui fuit in Helia, venit in Iohannem, & similiter virtus eius. Vt cõuer-
tat corda patrum in filios. i. Iudæos sui temporis faciat patriarchis et prophetis olim defun-
ctis amabiles et cõformes, inducendo eos ad fidẽ et grãm ac Christi baptismũ, per quæ patres
illi reputabant istos, vere amandos, et corda sua conuertent per amorẽ ad istos, vel per cor-
da patrum intelliguntur veræ ac spũales intelligẽtiæ scripturaꝝ, quas intelligentias præfati pa
Matt. 3 tres sortiti sunt. Tunc ergo Iohannes corda patrum illorũ conuertit ad filios. i. ad Iudæos, qui- F
Marci 1 bus personaliter prædicauit, quãdo illorum spũalem scientiam istis communicauit seu ꝓdica-
Lucæ 3 uit. Rursus: Patres inteligi possunt progenitores seu maiores discipulorum, apostolorumq;
Christi, qui primo contra Euangeliũ sæuiebant, postea vero per Iohãnem et ap̃los sunt con-
uersi, et filijs suis ꝓfatis cõcordes effecti. Deniq; istud Helias est facturus circa secũdum Christi
aduentũ, sicut p Malachiã dñs contestat: Ecce ego (inquiens) mittã, vobis Heliã prophetam an
teq̃ veniat dies dñi magnus, et horribilis, et cõuertet cor patrũ ad filios, et cor filioꝝ ad patres
1. Cori. 3 eoꝝ. Et incredulos. i. perfidos Iudæos conuertet ad prudentiam iustorũ, hoc est veram
sapientiam, euangelicamq; doctrinam, et spũalem intelligentiam scripturaꝝ, ne legẽ carna-
Roma. 8 liter intelligant, nec literã (q̃ occidit) sequantur, de qua prudẽtia ad Romanos asserit: Prudẽtia
spũs vita et pax, sed et vera discretio prudentia est iustoꝝ, qua deo rationabiliter obsequuntur,

iuxta illud Apostoli: Rationabile obsequiū vestrū. Quid aūt sit ita cōuertere corda patrū in fili Rom. 12
os atq; incredulos ad iustorū prudentiā, subditur, ⌊parare dño plebē pfectā.⌋ Per hanc instru
ctionem & illuminationem & cōuersionē Iudæorū eos disponit ad euangelicæ legis obseruan-
A tiam stabilem & syncerā, per quod fiant plebs Christi perfecta, q̄d maxime fuit impletum in
Iudæis post Christi ascensionem & paracliti missionem per apostolos in Hierusalem conuer-
sis, qui (sicut in actibus apostolorū habet) deo perfectissime seruierunt, ad quam conuersionem
Iohannes dispositiue fuerat operatus. Nam multos illorū qui per apostolos fuerunt plene con Act. 2. 3
uersi, ipse aliquo modo cōuertit, & ad fidem Christi disposuit, Christum venisse docendo, atq; Marci. 1
in nomine Christi venturi baptizando. Aliqui quoq; ex Iohannis discipulis Christo se coniun Act. 19
xerunt, sicut Andreas, & facti sunt plebs Christi pfecta. Hinc infra Zacharias loquitur ad Io- Iohann. 1
hannem: Præibis ante faciem dñi parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in re-
missionem peccatorum eorum. Multi equidem per prædicationem Iohannis crediderunt in
Christum, quāuis postea circa Christi passionē atq; in ea fuerint per sacerdotes, scribas & pha
risæos seducti, & à Christo auersi, qui rursus misso spiritu sancto per apostolos plenissime sunt
conuersi. ⌊Et dixit Zacharias ad angelū: Vnde hoc sciam?⌋ i. quo signo cognoscam certissi
me vera esse quæ promisisti? Mos etenim erat Iudæis, audito aliquo admirando, quærere si-
gnum certificās. s. supernaturalem effectum, quo deus testaret seu declararet verū esse quod di-
cebatur, vt patet in Gedeone, Ezechia & alijs multis. Hæc aūt locutus est Zacharias dubitando, Iudicū 6
quia non ad dei omnipotentiam, sed ad naturæ cursum, naturalemq; ordinem & causalitatem
respexit, sicut sequentia pandunt eloquia. ⌊Ego eñ sum senex, & vxor mea processit in dieb⁹
suis,⌋ quasi dicat, Præ senio steriles sumus. Non videtur Zacharias fuisse ambiguus de angeli
qualitate, an. s. fuerit spūs bonus, an nequam, imo cognouit q̄ esset angelus lucis, quia in sacro
loco ac cultu diuino apparuit, tamq̄ salubria nuntiauit, dei honorē & communem salutem cō-
cernentia, & ex modo loquēdi ac consolādi, quem habuit angelus, hoc ipsum pensauit. Cū er-
go ista cognouerit, culpabile fuit quod discredens expetijt signū, ideo reprehendit & punitur Danie 9
B tamen parcissime. ⌊Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel,⌋ de quo in Daniele legi
sti, q̄ fidelis sit populi tui adiutor, idcirco de veritate verborum meorū ambigere nō debebas,
⌊qui asto ante deum⌋ i. vultui dei incessanter intendo, & quorsum versus processero à beati Theody
fica diuinitatis cōtemplatione nusquam auertor neq; recedo, ideo asto ante deum, tanquā ad
obediendū paratus, atq; in bono immobiliter confirmatus, & inuariabili deo stabiliter inuer
tibiliterq; intentus, propterea mentiri non valeo. Hoc modo oēs angeli sancti deo astare dicū
tur. Interdum vero astare siue assistere strictius sumit, prout egressionē seu emissionē ad exteri
ora officia seu ad viatores excludit: sicq; superiorū ordinum angeli deo assistere, inferiorū mini
strare dicunt. iuxta illud Danielis: Millia millium ministrabāt ei, & decies millies centena mil-
lia assistebant ei. Sumēdo aūt astare, primo modo etiā apud Tobiam angel⁹ quidā fatet: Ego
sum (inquiens) Raphael angelus vnus ex septē, qui astamus ante deum. In Apoca. habet: Gra
tia vobis & pax à deo & à septē spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. Sic demū scriptū
est in Iob: Factū est cū quadā die venissent filij dei vt assisterēt corā dño, quod ibi de inferiori-
bus angelis dicit, ⌊qui missus sum loqui ad te, &⌋ pro id est ⌊hæc tibi euangelizare,⌋ q̄d est bo
nū quid annūtiare. ¶ Itaq;, si missus fuit à deo, stetitq; realiter corā Zacharia in tēplo, quō pro
eodē tēpore fuit astans ante deū? Qui eñ astat ante deū, videtur esse in cœlo, angelus aūt in
pluribus locis simul esse non pt. Et rñdendū, q̄ deus tanq̄ immēsus vbiq; ē: vnde vt mens cre
ata ei assistat seu astet, nō oportet q̄ ipsa in cœlo sit, imo quocūq; vadat, veniat vel existat, intra
incircūscriptibilē deum manet, cui ois ille astare asserit, qui ei prompte obsequit, aut contem-
plando infigit. Cōtemplatio aūt certū nō exigit locū. Hinc ait Psalm. Mane astabo tibi & vi-
debo, ⌊Et ecce.⌋ Per hāc vocē, ecce, aduerbialiter demonstrat aut insinuat notabile esse q̄d di
citur seu monstrat, ⌊eris tacēs,⌋ ita q̄ vsu loqēdi carebis, ⌊& nō poteris loqui,⌋ qa & faculta
tem loqēdi amittes, eratq; facile angelo instrumēta loqlæ taliter immutare, q̄d verba formari
C non poterāt, sicut in genesi legitur, angelū tetigisse neruū Iacob, q̄ protinus claudicauit, ⌊vsq; Gene. 32
in die quo hæc fient⌋ i. vsq; ad diē natiuitatis, vel potius circūcisionis pueri, qñ vocatū est no
men eius Iohānes, vt dixerat angelus. Nō eñ Zacharias loquelā recepit ante diē circumcisio-
nis Iohānis, vt infra describitur. Itaq; angelus deo sibi inspirante dedit Zachariæ signū ve pe-
tijt, sed nō tale quale optauit: & iuste atq; vtiliter signum pœnale ac instructiuū ad fidē sumit in
subtractione loquelæ, vt q discredēdo fuit loquutus, tacēdo disceret esse verbis cœlestibus cre
dulus, nēpe (vt ait Chrysostomus) dum deus aliquid iudicat, oportet illud in fide suscipere. Nā
sup huiuscemodi disceptare contumacis est animæ. Itaq; signū istud inquantū fuit pœnale, da
tum est Zachariæ in pœnā suæ incredulitatis, vt subdit ⌊pro eo q̄ non credidisti verbis meis
q̄ implebunt in tpe suo⌋ i. tpe cōgruo, diuinitusq; pfixo, iuxta illud Sapiētis: Omnia tēpus ha
bent, & suis spacijs transeunt vniuersa sub sole. Veruntamen putandum non est, quod Za-
charias putauerit verba angeli esse falsa, nec penitus fuit incredulus, sed partim discredens atq;

ambiguus, nimis cõuertendo se ad naturalium cursum ordinemq́ causarum, non ad considerati-
onem omnipotentiæ dei, & certitudinẽ nuntij. ⌊Et erat plebs expectans Zachariã,⌋ quia (vt
dictũ est) foris mansit in atrio, nec sancta ingredi potuit, neq; recedere debuit, donec cõpleto D
sacrificio, sacerdos qui pro ipsis orauit, egrederet, ⌊& mirabant q̃ tardaret ipse in tẽplo⌋ p̃ter
solitũ. Non eñ consuetum fuit tam diu insistere tali sacrificio, & causam dilationis ignoraue-
runt. ⌊Egressus aũt de templo⌋ & loco altaris incensi, ⌊non poterat loqui ad illos, & cogno-
uerunt q̃ visionẽ vidisset⌋ .i. cœlestẽ apparitionẽ seu angelicã reuelationẽ habuisset ⌊in tem-
plo.⌋ Hoc etenĩ considerauerũt ex mora p̃fata, & mirabili vultus sui alteratione, ex colloquio
angeli, ex amissione quoq; loquelæ. Voluit eñ deus sciri à populo q̃ ei angelus apparuisset, quate-
nus postea cognita plenius veritate, & qualiter angelus natiuitatẽ p̃nuntiasset Iohãnis, popul⁹
iã inciperet disponi ad fidẽ aduentus Messiæ, quẽ & Zacharias iste vtiq; p̃dicauit venisse, vnde
Sapien 12 & sup sapientissimo deo oĩa optima moderãte ac dispensante, p̃missus est Zacharias incredu-
litatẽ incidere, atq; loquela priuatus est, quatenus fama Iohannis cordibus Iudæorum tenaci⁹ ac
celebrius infigeret, sicq; postea testimonijs eius de Chr̃o celerius crederẽt. ⌊Et ipse erat innuẽs
illis⌋ .i. visibili signo seu nutu indicauit eis, vt essent contenti atq; abirẽt, & forte q̃ aliqd sibi di-
uinitus cõtigisset, ⌊& p̃mansit mutus⌋ vsq; in diẽ circũcisionis Iohannis, ita & quilibet obmutes-
cere debet facta sibi reuelatiõe superna, nec illã mox prodere, quousq; deus eã voluerit alijs pã-
di. ⌊Et factũ est vt impleti sunt dies officij sui⌋ .i. cõpleta hebdomada qua ministrauit in tem-
plo, infra quã mãsit (vt dictũ est) circa tẽplũ, ⌊abijt in domũ suã,⌋ quæ (vt legit) nõ fuit in ciui-
tate Hierusalẽ, sed in alia quadã. Cũ ergo sacerdotes veteris legis, quorum sacerdotiũ vile, carna-
le, ac typicũ fuit, respectu sacerdotij Chr̃i seu euãgelicæ legis, ita ab ingressu propriarum domorum,
ab accessu quoq; legitimarum abstinuerint coniugũ, atq; circa tẽplũ manẽtes, puritati ac deuotioni
ita vacauerint tp̃e sui officij, q̃ damnabiles & scelerati sunt sacerdotes iã Christi, qui vel quoti-
die vel frequẽter sacramẽta Chr̃i cõtrectãt, alijsq; ministrãt & celebrãt, & tñ carnalibus vitijs
inqnant, & nõ suis miscent. ⌊Post hos aũt dies⌋ .i. Zacharia in domũ suã reuerso, ⌊cõcepit Eli-
sabeth vxor eius,⌋ q̃ vel p reuelationẽ supernã, vel p signa mariti vel aliorum relatũ cognouit, qd
vir suus visionẽ vidisset, & nõ ex carnalis voluptatis amore aut propria motione, sed desiderio
prolis, & ex inspiratione diuina eã in tanta senectute accederet, idcirco reniti non debuit. Con E
cepit autẽ (secundũ expositores) mẽse Septẽbri octauo Calẽdas Octobris, luna. XI. in equi-
noctio autũnali, ⌊& occultabat se mensib⁹ quinq;, dicẽs: Quia sic fecit mihi dñs⌋ .i. fœcunditatẽ
hãc supernaturaliter mihi donauit ⌊in diebus⌋ senij mei, ⌊qbus respexit⌋ .i. suo pio, omnipo-
Deute. 7 tenti, causalissimoq; respectu dignatus est ⌊auferre opprobriũ meũ inter hoĩes⌋ .i. cõfusionem
quæ mihi ab hominibus imminebat, eo q̃ sterilis essem. Sterilitas quippe in lege maledictioni
subiacuit, nõ q̃ infœcundi essent apud dñm maledicti, cũ nec Helias nec Hieremias viri sanctis-
simi duxerint cõiuges, sed maledicto illa fuit quoddã humanũ opprobriũ, qm̃ pudor fuit con-
iugatis, nuptiarum fructu carere, imo Ambrosius ait: Pudor est fœminis nuptiarum p̃mia non habe-
re, quibus hæc sola est causa nubẽdi. Hoc tamẽ pro tẽpore grãæ ita intelligẽdum nõ est, q̃si nõ
sit cõiugatis magis meritoriũ amore dei & castitatis penitus cõtinere q̃ proles generare, sed qa
homines reputant inhonestũ in matrimonio prolẽ non procreare. Apud deum vero quædam
sterilitas felix asseritur, iuxta illud Sapientiæ: Felix sterilis & coinquinata q̃ nesciuit thorum in deli-
Sapien. 3 cto. Deniq; quãuis sancta Elisabeth læta fit valde de cõceptione filij tam illustris, & q̃ super
naturaliter fœcunda effecta est, itemq;, quia cõsiderauit q̃ filius nasciturus esset magnæ perfe-
ctionis futurus, & quia à nota sterilitatis fuerat liberata, erubuit tamen, q̃ in senectute sua acci-
derit istud, quãdo de lege communi nõ est tẽpus cõmixtionis, prout in Ecclesiaste scriptum ẽ:
Tempus amplectẽdi, & tẽpus longe fieri ab amplexibus. Sic & Sara ait in Genesi: Postquã cõ
Eccle. 3 senui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Tanquam diceret, Indecens est.
Gene. 18 Verũ diuina voluntas nulla lege præstringitur, nullo ordine coartatur, sed omnis legis & ordi-
nis causa supertranscendit, ideo quicquid iusserit, bonum, iustum, & decens est, quocũq; tẽpo-
re id agi mãdauerit. Itaq; ex pudore seu erubescentia occultauit se Elisabeth mensibus quinq;
scilicet donec beatissima virgo Maria conciperet, & proles Elisabeth exultans in gaudio pro-
phetaret, vt Origenes exponit. Porro hoc loco ostendit Ambrosius, homines quosdam incõ- F
tinentes fœminas impregnatas & grauidas cognoscere non erubescentes esse pecoribus irra-
tionabiliores ac turpiores. Sunt enim pecora quæ muto quodam opere quasi loquuntur gene-
randi sibi studium esse, non desiderium coeundi. Siquidem vbi semel grauem sibi senserint
aluum, iam concubitum non admittunt, nec amantis lasciuiam, sed curam parentis assumunt.
Porro homines nec conceptis fœtubus, nec deo parcunt, illos contaminant, hunc exasperant.
Ad cohibendam petulantiam tuã manus tui creatoris in vtero fœtum formantis aduerte. Ille
operatur ibidem, & tu vteri illius secretum incæstas libidine, vel pecudem imitare vel deum ve-
rere. Postremo ex hoc loco Ambrosius & Beda eliciunt, quantæ curæ fuerit verecundia san-
ctis, qa & ipsa Elisabeth de re bona ac licita in tantum erubuit, quod quinq; se mensibus occul-
tauit

tauit, eo ꝙ res quę sibi acciderat, apud ignorantes speciē habere potuit mali, nempe (vt ait Am
A brosius) vnicuiq; officio ꝓscripta est ætas, & q̄d vno tpe decet, alio tpe nō decet, suntq; tēpora Ambro.
quædam ꝓscripta cōiugio qñ dare operā liberis ꝓcreandis decoꝝ sit, dū anni vigent, & spes
prolis existit, vbi vero matura senectus successerit, pudor est gestare indicia coitus, quamuis le
gitimi, grauariq; onere alienæ ætatis, & tumescere aluum nō sui temporis fructu.

¶ Prosequutio expositiōis huius capituli, ab eo loco quo habetur: In mense aūt sexto missus est Gabriel. Art. III.

PRæcursoris annuntiatione & cōceptione descriptis, tanq̄ quibusdam præambulis, nūc
saluatoris annuntiatio atq; conceptio describuntur. Tanta siquidē miraculoꝝ excellē
tia præcursorē deus ornauit in sua annuntiatiōe, natiuitate, vt testimonia eius de Chri
sto credibiliora cōsisterent, quæ & ideo describūtur, vt quæ de Christo leguntur, cer-
tius, firmiusq; credantur. ⌊ In mense autem sexto ⌋ à conceptione Iohannis, qui cōceptus dici-
tur circa finē Septēbris. Christ⁹ aūt circa finē Martij, scilicet, XXV. die eius, nuntiatus, conce- Beda
ptus & passus est, secundū Bedā, Martius vero à Septēbri est sextus, non cōputando minutias
vltimæ partis Septēbris. f. octo vltimos dies ipsius, infra q̄s Iohannes cōceptus ē, qui et hic nō
B cōputātur, q̄a cōsuetudo scripturæ est, nō facere vim in minutijs numeroꝝ ac tēpoꝝ. ⌊ missus
est angelus Gabriel à deo in ciuitatē Galilææ, cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatā vi-
ro, cui nomē erat Ioseph de domo Dauid, & nomē virginis Maria. ⌋ ¶ Summum atq; dignis
simum descripturus mysterium sacer Euangelista; videlicet vnigeniti filij dei beatissimam ac
benedictissimā incarnationē, oīa ordinatissime ac distincte prosequit, cūctaq; plane elucidat,
vt eadē audientes siue legentes, illa quæ gesta sunt quasi ꝓsentia oculis animi proponamus, atq;
cū summa attētione, deuotiōe, distinctione, singula quæq; pensemus, quatenus in recordatio-
ne tā ineffabilis beneficij dei sup nos cordialiter accendamur, intime deo regratiemur, & nr̄æ
saluationis modum atq; historiā mente pura ac iucūdissima recolamus. Itaq; circa descriptio-
nē incarnatiōis filij dei primo cōmemorat nūtium quod nō homo aut vates, sed angelus fuit,
quem etiā nominatim exꝓssit, ꝙ Gabriel extitit, de quo iā dictū est, q in veteri testamēto legit
Danieli apparuisse, cū superior angelus. f. Michael princeps tunc synagogæ loquutus est: Ga- Danie. 9.
briel fac intelligere istum. f. Daniele visionem, De quo Gabriele Daniel ait: Cumq; adhuc oratē
ecce vir Gabriel cito volans tetigit me in hora sacrificij vespertini. Hūc angelum docet Euan
gelista immediate missum à deo vno ac trino, nō vt fieri solet ab angelo superiori, quēadmo-
dum Zacharias propheta accidisse testatur: Ecce angelus qui loquebatur ad me egrediebat, &
alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre & loquere ad pueꝝ istū, Zacha. 2
missum (inquam) in ciuitatem Galilææ nomine Nazareth, per quod illud Esaiæ de Christo ꝓ-
dictū monstratur impletū: Nazareus de radice eius ascendet. Sic eñ Hebraica cōtinet veritas
C sicq; allegat Matthæus, pro quo Hieronymus transtulit, Flos de radice eius ascendet. A pterq; Esaiæ 11
in Galilæa, non in Iudæa nuntiatus est Christus, ad designandū, ꝙ Christus relicta Iudæa trā Matth. 2
migratus fuit ad gentes, cōuertēdo illas ad fidē per apostolicā prædicationē. Galilæa etenim
trāsmigratio interpretatur. Deniq; missus est ad virginē despōsatā viro noīe Ioseph. ¶ Cur au
tē de virgine desponsata voluerit Christus nasci, multæ ratiōes tradūtur, q̄ q̄a in omniū cōmē
tarijs legunt, ꝑtermitto, quasdā breuissime solū tāgēdo, videlicet ne pudicissima virgo de for
nicatiōe diffamaret, & ne Christ⁹ de fornicaria natus diceret. Itemq;, ne Iudæi eū cōtēpsisse,
quasi illegitime genitū viderētur, & vt diabolus minorē haberet occasionē æstimandi ꝙ Iesus
esset Messias, eo quod de coniuge viri esset exortus, quem nouerat de virgine nascituꝝ. Postre Leui 21
mo, ne virgo Maria tanq̄ adultera lapidaretur, quia & de sacerdotali fuit prosapia. Puella quip
pe illius prosapiæ fornicans tanq̄ adultera lapidabatur, vt patet in Leuitico. Nomē quoq; vir
ginis fuit Maria, quæ interpretat maris stella, qm̄ ipsa luce à se prodeūte seu nata mundū hūc
illustrauit. Maria quoq; interpretatur amarum mare. Ipsa nēpe non solum in Christi passione
sed & ante frequenter amaritudine maternæ cōpassionis, angustiæ et timoris fuit repleta, sicut Luc. 2
& infra habetur: Tuamq; ipsius animā pertrāsibit gladius. Sicut eñ amarissime torquebatur, vidēs
filiū crucifigi, sic frequētissime affligebatur, cōsiderando hunc crucifigendum atq; vidēdo pse
cutiones ipsius. Rursus: Maria interpretatur domina, & ipsa vtiq; est cœli regina, dña mun-
di, qm̄ genitrix dei. Fuit aūt sponsus virginis castissimus Ioseph de domo. i. semine, tribu, seu fa
milia Dauid, de qua tribu fuit etiā virgo beata. Viri eñ mulieribus suæ tribus matrimonialiter Deute. 25
iungebant, ꝓsertimq; fœminæ in parētū hæreditate succedētes nō poterāt nubere, nisi viris
suæ tribus, ne sortiū distributio confunderet. Virgo autē gloriosa vnica fuit suo patri, propter
quod ei in hæreditate successit. ¶ Præterea cōtemplandū quō Christus in oībus quæ abiecta 1. Cor. 1
vidētur & humiliora elegit. Vnde nō in ciuitate Hierusalē metropoli, sed in oppido Naza-
reth cōcipi voluit, vt non humana potestate, sed diuina virtute Christiana religio agnoscatur
firmata ac introducta, sed & ipsa Galilæa tam despecta fuit Iudæis, vt principes dicerent Nico Iohan. 7
demo: Scrutare scripturas, quia à Galilæa nō surgit propheta. Hoc insuper mirabile fuit, quod

mundo persuaderi potuit hanc virginem esse, quæ tot annis viro cohabitauit. Deniq; istud di-
gnationis erat eximiæ, quod vnigenitus dei eodem angelo annũtiãte concipi voluit, quo annũ
tiante conceptus fuit eius præcursor, & q non aliquem aut aliquos de summo ordine angelorũ D
ad tanti mysterij denuntiationem transmisit. Ex quo etiam sanctus Thomas & alij multi con
cludunt, q superiorum ordinum angeli ad exterius ministerium nunquam mittuntur, cum an-
Math 11 gelus huius summæ rei nuntiator de choro archangelorum extiterit. Cum enim vnigenit⁹ pa
tris æterni in mundum descenderit, nostramq; naturã assumpserit, vt in omnib⁹ verbo & ope
re humilitatem doceret, ac per eam nos ad veram salutẽ reuerti oportere instrueret, non supre
mi ordinis agmina ad suam incarnationẽ misit denũtiandã, sed vno ac consueto nuntio fuit cõ
tentus. Postremo S. Bernardus circa hunc locũ sentire videtur, q angeli mysterium incarnati
onis ignorauerunt, ita q consilium dei super humani generis saluatione per verbi incarnati-
onem nulli patuerit angelorũ, priusq̃ Gabrieli hæc legatio dominicæ annũtiationis cõmittere
tur, & id quidem etiam quibusdam catholicis tempore Bernardi displicuit, & Hugo de sancto
Victore hinc scripsit Bernardo, vt de hoc intentionem suã plenius aperiret, cui sanctus pater
rescripsit plenissime ac diserte. Primo, q verbum illud non asserẽdo protulerit. Secundo, q & si
asserendo id protulisset, nihilominus stare posset, quia intelligi posset nec de ipso mysterio seu
eius substantia secundũ se. Nam hoc prophetis dudũ per angelos fuerat reuelatũ, sed de myste-
rio incarnationis, quantũ ad aliquas eius conditiones, certasq; circũstantias, puta quãtũ ad locũ
tẽpus, modũ, psonã, vt q de hac virgine & hac hora verbũ incarnaret. Itaq; aduertẽdũ, q̃d (vt
sanctus Thomas determinat) mysteriũ incarnationis, videlicet q vnigenitus dei humanam es
set assumpturus naturam, cũctis angelis à principio felicitatis eorũ innotuit, quo ad substantiã E
mysterij, atq; in generali, nõ aũt quantũ ad determinatas cõditiones siue in speciali. Omnia nã
Hebre. 1 q; angelorum mysteria ad incarnationem verbi potissimũ ordinantur. Omnes aũt sunt admi-
nistratorij spũs, idcirco de isto mysterio omnes à principio cõter sunt edocti, sed postea q̃uũ
ad circũstantias eius in ipsius distinctiori notitia profecerunt, imo (vt septimo cap. cœlestis hie-
rarchiæ diuinus & sanctus Dionysius scribit) à Christo tẽpore ascensionis inde plenius sunt
instructi, sicq; potest saluari, q̃d super Genesim ad literam loq̃ Augustinus. Sic erat abscondi
1. Cor 1 tũ istud mysteriũ, vt nec angelis innotuerit. Insuper (iuxta Gregorium) congrue ad Mariã Ga
Beda briel mittitur, qui dei fortitudo interpretatur, qm̃ Christũ dei virtutem & sapientiã, qui pote-
states superauit aereas, nũtiauit iam incarnãdum. Rursus secundum Bedã, angelũ ad virginem
à deo mitti cõdecuit, ad denuntiandũ saluatoris aduẽtũ, qm̃ in principio serpẽs à diabolo mit-
Gene. 3 tebat ad fœminam ad inducẽdũ mũdi interitũ. Præterea Christũ toti⁹ puritatis & integritatis
anthorẽ, corruptorũq; & cõfractorũ reformatorẽ decuit nasci de virgine integerrima atq; pu
Hieroni. rissima, & vt designaret mẽbra sua de virgine ecclesia spiritualiter nascitura seu regenerãda. Po
stremo secũdũ Hieronymũ, bene ad virginẽ mittitur angelus, qm̃ angelis semper cognata est
virginitas, & in carne præter carnem viuere, nõ terrena & humana, sed cœlestis atq; angelica vi
ta est. [Et ingressus angelus ad eã.] Non dubiũ quin in locũ secretum vbi illa sanctissima cõ-
tẽplationi & orationi vacauit, forte in thalamo seu oratorio, estq; probabile, q tunc deuotissi
me pro totius humani generis saluatione, & Christi aduẽtu orauit. [dixit] cum ingẽti reuerẽ
tia ac humili apparatu sacratissimã virginẽ dei sui mox genitricem futuram salutans, imo & di
gnitatem eius admirans. [Aue gratia plena] i. gratia habituali gratum faciente, eiusq; charis
matibus ac donis, virtutibus quoq; ei annexis præeminenter repleta. Fuit ergo tam septem do
nis spũs sancti excellenter valde ornata, virtutibus theologicis mirabiliter decorata, virtutibus
cardinalibus ac moralibus eleganter fulcita, varijs quoq; donis grã gratis datæ polita, atq; in
omnibus his protinus multo amplius adimplẽda. [dñs] trinitas superbenedicta [tecũ], tan- F
to singularius quãto gratiosius. Quo enim gratia virginis extitit plenior, eo cõsistentia dei in ea
fuit singularior atq; præclarior. Dominus vero vnigenitus dei mox fuit cum ea, & in ea sin-
gularissimo ac eminẽtissimo modo futurus, vtpote corporaliter quieturus in medio virgineo-
rũ viscerũ eius, verus & vnicus filius eius. [bñdicta tu in mulieribus] i. præ oĩbus amplius bñ
dicta q̃a magis electa, maioribus grã donis referta, & q̃dammodo q̃si infinita dignitate mox
sublimãda in filij dei cõceptione. Etenim eẽ cõparẽtalẽ pri æterno, verũ deũ habere, filiũ illũ cõ
cipere, parere & fouere, à quo spũs sanct⁹ verus deus procedit, omniũ creatorẽ, salutarẽq; vni-
cum fructum filialẽ habere, nõne q̃dammodo infinita est dignitas? Rursus, eẽ matrem & virgi
nẽ, nec hoc tantũ, sed eẽ matrẽ talis tantiq; filij & virginẽ, nõne tãto extat sublimius, quanto &
singularius? Si magna perfectio existat causalitas, quãta perfectio est eẽ causam seu genitricem
causæ causarũ, & mater vtiq; causa est filij? Porro cum benedictio dei sit collatio munerũ ei⁹,
& multiplicatio eorũdem, tãto benedictior est Maria, quãto maiora ac singularia diuinitus sor
tita est dona. Ipsa quoq; tam magnifice ab angelo salutatur, non solũ ob id q̃d tũc fuit, sed ob
id quod mox erat futura, quodq; in prædestinatione fuit æterna. [Quæ cum audisset, tur-
bata est in sermone eius,] hoc est in tam excellẽti, inopinata & antea nusquam audita saluta-
tione

tione angelica. Turbatio ista nec imperfectionis fuit, nec culpæ, sed admiratiōis ac verecūdiæ
A virginalis, fuitq; vehemens quædam immutatio, cōcussio, siue cōmotio potētiæ affectiuæ, nē-
pe cum virgo sacratissima in oculis suis minima esset ac laudabiliter pudorata, vehemētissime
de tanto suo mirabatur præconio, seq; laudari, & cunctis præferri mulieribus erubuit atq; ob-
stupuit, eo vtiq; amplius, quo minus de se tale aliquid suspicabatur aut sentiebat. Quo em̄ fue-
rit homo humilior, eo sua laudatio & exaltatio sibi ipsi mirabilior, & sæpe grauior quoq; videt. Iohan 11
huiuscemodi sancta turbatio excellētiori etiā modo fuit in Christo, iuxta illud Iohānis: Iesus Ioha.12
vt vidit Mariam, scilicet Magdalenam plorantem, infremuit spiritu, & turbauit seipsum. Et
alio loco ipsemet protestatur: Nunc (inquiens) anima mea turbata est. Est autē & alia turba
tio immoderata & vitiosa, quieti, paciq; mentis contraria, ratiōis impeditiua, quæ longe fuit à
Christo & virgine prælecta, imo de hac turbatione loquendo laborare debemus, habere ani
mū imperturbatū. ¶ Preterea considerādū quod sancta Maria in sermone angeli fertur tur-
bata, non in visione ipsius, quia (vt dicitur) solita erat conspicere angelos, veruntamen aliqui
probabiliter astruunt, q̄d angelus vice hac apparuit ei cum lumine multo præclariore, appara
tu, ac habitu venustiore, secundum q̄d magnitudo causæ suæ legationis exigit, ideoq; aliquali-
ter turbata in eius apparitione extiterat. & cogitabat qualis esset ista salutatio. Nō dubitauit
quin eēt vera, & vere angelico ore prolata. Nō em̄ caruit gratiosa puella gratia discretionis spi
rituū, cogitabat tñ q̄lis esset, quid prætenderet, quo tenderet, cur exhibita esset, & id fuit prudē
tiæ, quod sic cogitauit. Nec statim credidit, tā magnifica salutatiōe reputās se indignam, quia cōsi
derauit se sc̄dm id quod fuit in se, & quod habuit ex se, iuxta quē modū ait Apostolus. Nō sum
dignus vocari Apostolus. Et venit Iesus Christus peccatores saluos facere, quorum ego pri-
mus sum. Nihilominus ait: Nihil mihi conscius sum. Et: Nihil minus feci ab his qui sunt supra
B modum Apostoli, illud sibi & propriæ voluntati, istud deo & gratiæ eius attribuens. De eadē
em̄ re secūdū diuersas eius considerationes diuersa feruntur iudicia. Et ait angelus ei: Ne time
as Maria. Nominatim pudicissimam virginem exprimit, eius teneritudine, turbatiōi, virgine
oq; pudori quasi compatiens, & blande ac familiariter alloquēdo eandē consolans. Quāuis er
go timor & pudor Mariæ nō fuerūt culpabiles, imo laudabiles, tñ abiiciēdi monentur vt meli
ores, diuiniores'q; actus succedant, videlicet, contēplatio cęlestium secretorum, gratiarum actio
pro eisdem, tranquillissima quoq; serenitas mentis in deo. Cur autē timere nō habeat, subdit:
Inuenisti em̄ gratiam apud deum. hoc est, deo accepta ac placita ei inuenta, pietatē quoq;
& gratiā quā ab eo quærebas adepta es, imo & amplius multū. Ecce rem nouam & magnā
concipies in vtero. hoc est, fœcundaberis sine virginalis reseratione signaculi, operante in te
virtute spiritus sancti. & paries filium. ipsius creatorē, omniumq; filiorum hominum sal Math 1
uatorem. & vocabis nomen eius Iesum. cuius appellationis rationē angelus Christi Ioseph
exposuit dicens: Ipse enim saluum faciet populū suum à peccatis eorum. Iesus enim saluator,
salus, aut salutaris interpretatur. Hinc de sua nuncupatione ait filius de patre per Esaiam: Dñs Esai 49
ab vtero vocauit me, de ventre matris meę recordatus est nominis mei. Num.27
¶ Deniq; huius Iesu domini nostri re & nomine figura fuerunt Iesus filius Naue alias Iosue, & Deut 1
Osee dictus. Itemq; Iesus filius Iosedech pontifex, nam ille filios Israel in terram promissionis Aggæi.1
induxit, iste in spiritualibus præfuit, ita & Iesus nunc spiritualiter pręsidens cordibus electoꝝ, Zach 3
eos in terram ecclesiæ militantis ac triumphātis perducit. hic erit magnus. nam secundum di
uinitatem ab æterno fuit, incommutabiliter est, indeficienterq; erit magnus, non mole, sed per
fectione, potestate & dignitate, atq; tam magnus, vt dicat Psalmista: Magnus dominus & lau
dabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis.
C ¶ Porro secundum naturam humanam nō differt ab aliis hominibus, quantum ad essentialia
speciei, sed p gr̄ę hypostaticamq; vnionē suæ humanitatis cum verbo, tantę est magnitudi-
nis, dignitatis, pfectionis, vt maior sit toto vniuerso seu omni creatura intellectuali ac inferio
ri. Vnde ob hanc magnitudinem etiā in vtero matris vir fuit, iuxta illud Hieremię: Nouum
creauit dñs super terram fœmina circundabit virum. & filius altissimi vocabitur. nō adopti- Hiere 31
uus vt cęteri, sed naturalis, coęternus, vnicus, coęqualis, iuxta illud: Dñs dixit ad me, filius meus
es tu. Et rursus: Ex vtero ante luciferum genui te. Vnde tam patrē quam filiū ineffabilē esse Sa
lomon docens, ait: Quod nomen eius & quod nomē filii eius si nosti? Nec obstat quod nunc Psal 2
vocari iubetur dei filius Iesus. Non em̄ Salomon ideo illa ait, quod pater & filius omni careant Psal 109
nomine, sed quia deficit omne nomen, prout nos illud comphēdere possumus à superbenedicta Prou 30
superuiuenti & superessentiali dignitate patris ac filii defectu immenso, nec aliud de maiestate
spūssancti q̄s sentiat. Et dabit illi. secūdum humanā naturam. dominus deus. pater æter-
nus seu tota trinitas adoranda cuius indiuisa sunt dona ac opera. sedem. hoc est, regiam di-
gnitatem ac potestatem. Dauid patris. hoc est, quam Dauid in typico habebat. Quicquid
enim potestatis & eminentiæ fuit in Dauid, multo sublimius datum est Christo homini secū- Matt. 28
dum quod ait, Data est mihi oīs potestas in cęlo & in terra. Hinc Christus vere rex Israel, fuit

Ioha.10 plenariamq́ potestatẽ super Iudæos accepit in spiritualibus ac corporalibus, q̃uis ea quantum
Iohan 9 ad temporalẽ ac corporalẽ præsidentiam vsus non fuerit. Propter quod dixit Pilato: Regnũ
meum nõ est de hoc mundo. Et cũ vellent eũ Iudæi facere regem, fugit, ⌊& regnabit in domo D
Iacob⌋ hoc est, in cordibus verorum ac electorum Israelitarum nõ solũ corporaliter à Iacob
patriarcha descẽdentiũ, sed omnium quoq; eius virtutes sequentiũ, ⌊in æternũ,⌋ puta in via p
dona gratiæ, & per suos vicarios præsidet Christus fidelib⁹, & regnat in eis qui suæ obediunt le
gi, in patria autem per dona gloriæ, & per seipsum, ⌊& regni ei⁹ nõ erit finis.⌋ siue regnũ di-
catur plebs fidelis (puta Ecclesia) quæ frequẽter regnũ cœlorum vocatur, siue dominium Chri
sti in ea, siue triumphans Ecclesia, vel præsidẽtia Christi, in ipsa constat quod regni eius non
erit finis, nam status Ecclesiæ militantis vsq; in finem mũdi durabit, quo hic finem sumente,
Esai 6 transferentur electi ad patriam, in qua finis diuinæ gubernationis non erit. Hæc eadem per
Esaiam prædicta noscuntur. Super solium (inquit) Dauid, & super regnum eius sedebit, vt con-
firmet illud in iuditio & iustitia, amodo & vsq; in sempiternum. Etenim de Christi principa-
tu super Iudæos, Ezechiel, Hieremias, zacharias, cæterisq; prophetæ cõcorditer sunt loquuti.
⌊Dixit aũt Maria ad angelũ: Quomodo fiet istud⌋ s. quod scilicet filium dei concipiam, ⌊q̃-
Hiere 3 niam virum non cognosco⌋ hoc est, nequaquam cognoscere decreui, & voui quantum in me
est. Iam enim (vt dicunt doctores) virginitatem ꝓmisit, tamen sub honestissima cõditione, vt
pote nisi deus aliter de ea disponeret. Aliqui vero affirmant, q̃d antequam despõsaretur, habu
Math 1 it virginitatis custodiam in proposito & affectu, non tamẽ promisit, postea aũt desponsata Io E
seph, simili habenti propositum, simul cum ipso votum emisit. Quærit autem de modo, nõ de
facto scd'm se, quia non dubitauit, sed de virginitatis obseruatione solicita sciscitata est opis
Esai 7 modũ. Verũtamẽ (teste Ambrosio) legit Maria illud Esaiæ: Ecce virgo cõcipiet, modum vero
nõ legit, ex q̃ cõcluditur, quod literata fuit, & in lege atq; prophetis humano quoq; studio eru-
dita. Nam & Origines testatur, quod legis habebat sciẽtiã. ⌊Et respondens angelus, dixit ei:
Spiritus sanctus supueniet in te⌋ hoc est, nõ naturali via, nõ virili cõcursu, nõ potestate angeli
ca, sed superueniẽte, id est, de superueniẽte & supra id quod nunc cõtulit tibi, tũc abũdãti⁹ in-
Zach 3 fluẽte spiritu sancto cõcipies, q̃a ipse te fœcũdabit, ex tuis purissimis sanguinibus corp⁹ verbo
dei optando, formãdo, & subito organizãdo. Quemadmodum per Zachariam ait: Ego cæla-
bo sculpturam eius. Vnde, ad inuẽdum, quod Christ⁹ de matre sit æditus viro eam nõ fœcũdã-
Esai 53 te, sed virtute cœlesti in ea agente, scriptũ ẽ in Esaia: Ascendit coram eo sicut virgultum, & sicut
radix de terra sitiente. Quod aũt ibidem loq̃t ad literam Esaias de Christo, certũ est omni capi
tulum illud rite pẽsanti, ⌊& virtus altissimi,⌋ hoc ẽ, omnipotens deus pater ⌊obumbrabit tibi⌋
id ẽ, suam potestatem immensam tuæ capacitati contẽperabit, vt eius influentiam ferre queas.
Itaq; nõ secũdum plenitudinem suæ claritatis immẽsam tibi irradiabit, sed velut vmbrã suę re
splẽdentiæ causans, in te effectũ suæ potestatis exercebit in te proportionabiliter ad tuam de- F
cliuitatem, faciẽdo in te immediate per se, q̃d in aliis efficit per viri causalitatem seu formatiuã
virtutem. Verba hæc ab aliis multipliciter exponũtur, sed quę in omniũ commentis satis leguñ-
tur, præterire decreui. Quod autem spiritus sanctus superueniat non locum mutando, sed influ
endo, ac operando, certissimum reor. ¶ Insuper innotescit ex his quod multi sint plenitudinis
gratiæ gradus, nam & virgo beata ante hæc verba dicta est gratia plena, nihilominus in con-
ceptione filii dei maxime aucta est gratia dei in ea, intantum vt nunc fomes dicatur omnino
extinctus in ea, qui & ante ita fuerat debilatus, quod nunquam inculpabilem surrexerit moti-
onem. Attamen nunc præcipue sermo est de collatione gratiæ gratis datæ, videlicet, materni-
tatis dei seu maternæ fœcunditatis in virgine quantum ad Christum. Quemadmodum autẽ
prophetiæ & apostolatus, ita & ista materna fœcunditas donum est gratiæ gratis datæ. Prop
ter quod iuxta Augustinum, beatior fuit Maria Christum concipiendo mente quam corpo-
re, & ista corporalis conceptio sine illa spirituali ei non profuisset. ¶ Postremo, plenitudo, per
fectio, atq; immensitas, soli deo competunt absolute & proprie, creaturis vero comparatiue,
improprie, particulariter, incertoq; genere. ⌊Ideoque & quod nascetur ex te sanctum⌋ id est
Christus ex te nasciturus, qui secundum diuinitatem substantialiter sanctus est, & sanctitas ip-
sa atque immensæ sanctitatis superessentialis essentia, secundum naturam quoq; assumptam
maioris est sanctitatis quam omnes pariter prædestinati, ⌊vocabitur filius dei⌋ sicut nunc di-
ctum est, hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Itaq; ex tam diuina & supernaturali con
ceptione Christi, innotescit fidelibus quod ipse sit filius dei, cui soli talis seruabatur conceptio,
fonti etenim puritatis, & confractorum reparatori, corruptorumq; integratori, purissima de-
bebatur conceptio, natiuitasq; mundissima, vt matris integritatem & puritatem non minue
ret, sed sacraret & cõfirmaret, q̃ten⁹ ante partũ, in partu, & post partũ intacta cõsisteret, clau
sa atq; mũdissima. ¶ Preterea, cũ in verbis inductis supbñdicta Trinitas distincte exprimit ab
angelo, claꝝ est virginem sapientem etiam ante hanc angelicam alloquutionẽ habuisse sum
mæ Trinitatis fidem expressam, ac distinctam notitiam. Alioquin quid angelus verbis istis in

sinua-

firmaret, non intellexisset, sed dicere potuisset, quod in Actis quidam responderunt Apostolo
sciscitãti. Si Spiritum sanctum accepistis, credẽtes, sed: Neq; si spiritus sanctus est, audiuimus. Act. 18
A ¶Consequẽter vt Mariæ credulitas augeatur, anima exhilaretur, deuotio inflammetur, sicq;
ardẽtissima, iucũdissima ac deuotissima mẽte cõsentiat atq; cõcipiat vnigenitũ dei proponit ei
angelus sanctus exemplum, vt mirabilis conceptio futura, per cõceptionẽ mirabilem factam
approbetur, & charitatiua puellę suę cognatæ bñficijs cõgratulet. [Et ecce Elizabeth cogna
ta tua, & ipsa concepit filium in senectute sua] Quamuis duplex habuerit impedimẽtum, sci
licet senectutis, naturalisq; sterilitatis, [& hic mensis] scilicet Martius, in quo tibi appareo,
[est sextus illi,]ex quo cõcepit [quæ vocatur sterilis,]quia iam dudum sic vocabatur, nec
vsus sic eam vocandi fuit abolitus, [quia nõ erit impossibile apud deum om̃e verbum] hoc ẽ,
quicquid sermone significatur, deus potest implere, si cõtradictionẽ non implicet, illudq; fa
cere potestatis sit magis quam infirmitatis. Vnde quod deus in sua natura nõ potest peccare,
infirmari, comedere, currere, moueri, dormire, potestatis est, nõ infirmitatis. Huic verbo con
sonat illud Hieremiæ: Domine deus nõ erit tibi impossibile om̃e verbum. Cum tñ potestas
dei sit infinita, om̃ipotẽs vtiq; est, & quicquid voluerit, potest in instãti peragere, nec potest in Hier. 36
tot aut tanta, quin possit infinitæ in plura atq; maiora. His auditis, pia & docilis virgo cito prę
bet consensum, tamq; incomparabiliter commẽdata nescit extolli, sed eo profundius humilia
uit seipsam, quo ampliorẽ circa se dei aduertit clemẽtiam, suis nil viribus tribuẽs. Quemadmo
dum enĩ vitiosi suis laudibus stulte atq; inaniter intumescũt, sic virtuosi inde pius seipsos dejici
unt, quo equidẽ quis maiora à deo sortitus est bona, eo debet illi gratior esse, itemq; subiecti
or. [Dixit autem Maria:] De beneficio suæ cognatæ collato exhilarata. [Ecce ancilla domi
ni] Ego sum, idcirco ad om̃ia ei placita offero me paratam. Audiẽs quoq; se in domini dei sui
matrẽ electam, nõ aliud quam eius se appellat ancillam, [fiat mihi secundum verbum tuum.]
hoc ẽ, spiritu sancto superueniẽte filium dei concipiam vt dixisti. His verbis consensit, quibus
prolatis immediate vnigenitum patris ęterni cõcepit. Ita quod in instãti spiritus sanctus ex eius
B purissimo sanguine corpus formauit, & perfecte quantum ad membrorum distinctionẽ orga
nizauit, in quo item instãti anima Christi est creata, carni vnita, atq; vtrũq; verbo hypostati
tica seu personali vnione est coniunctum. Itaq; in eodẽ instanti fuit sanguinis separatio, con
solidatio, figuratio, animatio, & deificatio. Veruntamẽ distinctio membrorum oculis perce
ptibilis vix fuisset ob corporis paruitatem.
¶Preterea, mox vt virgo assensit, celebratę sunt in vtero eius, nuptiæ hypostaticę vnionis, vi
delicet cõiunctio humanę naturę cum verbo, de quibus Gregorius ait: quod tunc deus pater fi
lio nuptias fecit, cum ei in vtero virginis naturam sociauit humanã. Tunc quoq; celebratę sunt
nuptiæ sponsi cœlestis cum sua sponsa singulari, quæ est mater virginea, virgo Christifera, ꝗ
filium dei concipiendo, facta est sponsa ipsius singularis.
¶Porro tota Trinitas superbenedicta (cuius cum vna cõsistat essentia, indiuisa sunt opera) na
turam humanam filio suppositaliter copulauit, solus vero filius naturam istã assumpsit, eamq;
in seipso suppositauit, ita quod ipsummet verbum æternum est assumptæ humanitatis hypo
stasis, quæ in verbo subsistit personalitate increata verbi, estq; in Christo vna personalitas tan
tum, & filiatio vna duntaxat, cum sit vna persona, filiatio autẽ concernit personam. Duę vero
generationes ponũtur in eo, sicut & duę naturę. Generatio enĩ cõcernit naturam. [Et discessit ab eo angelus] & arbitror ꝙd nõ velut improuise, & ex abrupto ab ipsa abierit, sicut à ce
teris sanctis legitur sæpius recessisse seu disparuisse, sed cum grandi reuerentia, maxima con
gratulatione, iucundissimo apparatu, quasi licentiam postulans, recedendi à domina sua,
quam vt sui ac omnium creatoris matrem, iam orsus est honorare, prouise abscessit atq; dispa
ruit. [Exurgens autem Maria] A loco orationis, à quiete contemplationis, ab habitaculo
mansionis, [in diebus illis] statim cum dei vnigenitum concepisset [abijt in montana] in est
per loca alta, montosa, & aspera, quibus plena est Iudæa, [cum festinatione in ciuitatẽ Iudę, &
C intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth,] celeriter iuit, dans exemplum virgini
bus, cunctisq; fœminis, ne libenter tardent in publico, neq; in communibus sine rationabili
causa, itineribus inueniantur. Et quia iam plena fuit spiritu sancto, spiritualiq; gaudio, charita
tis feruore, & sanctæ deuotionis dulcedine festinanter processit, prę sertim, quia & cognatę suę
congaudere optauit & obsequi, eiusq; fœtum ex sui præsentia filij desiderauit donis amplori
bus perornari. ¶Porro, per ciuitatem Iudæ quidam intelligunt ipsam Hierusalem, per quam
asserunt transisse Mariam vrbẽ versus in qua habitauerunt parẽtes Iohannis, quã dicunt fere
per quatuor aut quinq; miliaria fuisse vltra Hierusalem. Nihilominus per ciuitatem Iudæ vrbs
habitationis parentum Iohannis intelligi potest, [& salutauit Elizabeth] vt habetur in Ec
clesiastico: Amicũ salutare non confundaris. Et quia humillima fuit, & forte prior suam saluta Eccli, 22
uit cognatam. Forma autem salutationis digesta seu scripta non est.
Secundum Ambrosium autem condecens est, vt quanto castior virgo, tanto humilior sit.

[Et factũ

⌊Et factum est, vt audiuit salutationē Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius.⌋ Exulta-
tio ex aliqua præuia cognitiua apprehēsione solet oriri. Communiter itaq; tenēt doctores, quod
p omnipotentiam dei acceleratus est vsus ratiōis in Iohāne nondum progenito. Ita q reuelante
spiritu sancto nouit vnigenitum dei iam incarnatum, atq; in vtero virginis tunc præsentem, D
tuncq; præsertim in eo impletum fit quod angelus nūtiauit, quia spiritu sancto replebit adhuc
ex vtero matris suæ. Hinc secūdum Ambrosium & Glossam, sicut Elizabeth Mariæ, ita Iohā-
nes Christi sensit aduētum. Aliqui vero dixerūt, quod Iohānes Christi præsentiam nō cogno
uit, nec tūc vsus fit ratiōe, sed miraculose mouebatur, & instar exultātis se habuit in vtero ma-
tris, ad declarationē dignitatis Christi genetricisq; eius. Augustinus vero tāgit vtrūq; hūc mo
dum, neutrū autē assertiue determinat, sed primus verior reputatur. ⌊Et repleta est spiritu san
cto Elizabeth.⌋ Dicunt quidam, q Maria ante cōceptum, Elizabeth vero post conceptum re
pleta fit spiritu sancto. Verūtamē cū de Elisabeth nōdum fœcundata iam dixerit Euāgelista
quod erāt ambo, videlicet, maritus eius & ipsa iusti ante deum &c. certum quod etiā ante prolis
suæ conceptionē fuit quodammodo, imo & eminenter plena spiritu sancto, vtpote in nume
Acto 4 ro pfectorū annumerari condigna, sed cōsuetudo scripturæ est, vt dicat tūc hoiem spiritu san-
cto repleri, cum gratia notabiliter exuberātiori pfundit, quemadmodū de primitiua ecclesia q
in die Pētecostes repleta fuit spiritu sancto. sicut scriptum est in Actis: Cū orasset, motus est lo
cus in quo erāt, & repleti sunt spiritu sancto. Itaq; sancta Elizabet tam grāde miraculum in p
lis suæ nōdum natæ exultatiōe ppendens, Chri quoq; & beatissimæ virginis præsentiam vene-
Matt. 12 randam aduertens, totis in deo gloriabat præcordijs & gratia ampliori mirabiliter implebatur
spiritumq; prophetiæ suscepit ⌊& exclamauit voce magna.⌋ Ex plenitudine deuotionis & in-
Psal. 117 terioris lætitiæ in vocem prorupit sublimem. Ex abundātia nāq; cordis os loquit, & dixit ⌊Be
Matth 21 nedicta tu inter mulieres.⌋ Hoc ē, præ fœminis vniuersis, sicut expositum est. Siquidem verba
Marci 11 ista eūdē habēt sensum cum verbis illis angelicis. Benedicta tu in mulieribus, ⌊& benedictus
fructus ventris tui.⌋ id est, Chrūs iā filius tuus effectus, de quo ait Psalmista: Benedictꝰ qui ve-
nit in noīe dñi. Et terra nostra dabit fructum suum. De quo scriptū est in Esaia: In die illo erit
germen domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis.

¶ Porro Christus secundū vtrāq; naturam benedictus est, sed diuersimode, nam vt deus p na-
turam seu substantialiter benedictus & sanctus est, iuxta illud Danielis: Benedictus es dñe deus
patrum nostrorū. Dicit enī deus in seipso benedictus, quia essentialiter sanctus, omniq; benedi
ctiōe ac laude dignissimus, totius quoq; benedictiōis & gratiæ collatiuus, secundū naturā vero
humanam dicit benedictus p gratiam quoniam plenitudinē gratiæ sumpsit, nō ad mensuram
puta in copia tāta quod tota creatæ mētis capacitas fuit in eo completa. ⌊Et vnde hoc mihi, vt
veniat mater dñi mei ad me?⌋ Scilicet mater Christi, quasi dicat, digna non sum, nec meis hoc
meritis tribuo, in quo humilitas Elizabeth innotescit, quæ cū esset grādæua & tanto sacerdoti
in cōiugē sociata ac supnaturaliter fœcundata, indignā tamen à iuuencula fabro lignario de-
sponsata visitari professa est, quod & verum fuit habendo respectū ad excellentiam dignitatis
gratiæq; Mariæ, & ad id quod Elizabeth fuerat p naturam, vel etiam ad opera eius bona secū-
dum quod à libero procedebant arbitrio, sed inquātū ex supnaturalibus habitibus gratiæ grati
facientis, & virtutum infusarum, itemq; actuali motione spiritus sancti procedebant, non tan-
tum digna fuit à matre domini visitari, sed & diuinitate beatifica in patria frui communi obsta-
culo per Christi passionem ablato, iuxta modum quo opera virtuosa dicuntur æternæ meri-
toria vitæ, etiam de cōdigno secundū opinionem probabilē, quamuis aliqui dicant oppositū.

¶ Præterea, nunc occurrit memoriæ quod circa verba præscripta ⌊repleta est spiritu sancto Eli
zabeth⌋ scribit Ambrosius nō prius repleta mater (puta Elizabeth) quam filius eius, quod in
telligendum est de illa repletione abundanti prætacta, additq;, sed cum filius, scilicet Iohannes
repletus est spiritu sancto, repleuit & matrem.

¶ Quæritur quō Iohannes nondum natus matrem suā spiritu sancto impleuerit, & certū quod
nō authoritatiue, cū hoc deo sit propriū, nec ministerialiter sicut in dispensationibus seu mini-
strationibus sacramentorū, ministri ecclesiæ dicuntur suscipientes replere. Aliqui dicunt quod
p modum causæ meritoriæ instrumentalis hoc fecit, ita quod in ipso acceleratus fuit per gratiā
vsus rationis liberi quoq; arbitrij. Quidam vero affirmant quod nullo prædictorum modo-
rum id accidit, sed ideo matrem suam fertur implesse, quoniam priuilegio eius datum est ma-
tri suæ huiuscemodi diuinorum charismatum incrementum. Potest enim probabiliter dici,
quod occasionaliter matrem suam spiritu sancto impleuit, quoniam illa filij miraculosam ex-
ultationem experiens, ex hoc in deū mente effusa est, eiusq; cor charitate apertum ac dilatatum
paruulumq; effectum, factum est gratiæ capax maioris, quemadmodum aliquis videns alium in
magna deuotione consistentem, deuotione accenditur. ⌊Ecce enim⌋ o Maria ⌊vt facta
est,⌋ hoc est, audita ⌊vox salutationis tuæ,⌋ qua me tam charitatiue atq; humiliter salutasti,
⌊in auribus meis,⌋ id est, statim ⌊exultauit in gaudio,⌋ formaliter siue causaliter ⌊infans

in vte

in vtero meo.⌋ita quod illa exultatio fuit gaudium vel exultatio, ad corpus per redundantiam Iohan. 3
A pertinens, ex mentis gaudio nascebatur. Itaq; Iohannes sposi amicus, de sponsi gaudebat præ
sentia, secundum quod ipse postea oretenus fatebatur. Amicus sponsi qui stat & audit vocem
eius, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Propter quod ait Ambrosius: Iohannes exultauit
ratione mysterij, vtpote quoniam vnigenitum dei iam nouit incarnatum, veraciterq; præsen
tem, ex quo euidens reor, quod & Iohannes interiori auditu internam Christi allocutionē, seu
illustrationem aduertit. Dicit ergo Gorra hoc loco: Ecce quantæ virtutis est beatæ virginis sa
lutatio quæ confert gaudium, confert & spiritum sanctum, confert reuelationem diuinorum
secretorum, confert & prophetiæ actum, verum intelligendum est hoc de collatione per mo
dum causæ meritoriæ. Maria enim tam ardenter & humiliter salutando cognatam præfeta
bona meruit ei quodammodo.

¶ Insuper sicut & Beda fatetur, certum est, quod non nisi reuelante spiritu sancto Elisabeth no
uit, quod Maria esset iam mater Christi effecta, ab angelo salutata, eiusq; verbis crediderit, q̃d
item exultatio Iohannis esset ob Christi corporalem præsentiam. Hinc ei Elisabeth addidit:
⌊ & beata q̄ credidisti.⌋ concordat quod ait Saluator: Beati qui non viderunt & crediderūt Iohan. 20
¶ Porro Gregorius super Ezechielem. Simul (inquit) de præterito & præsenti ac futuro p pro Gregori⁹.
phetiæ spiritum tacta est Elizabeth, quæ beatam Mariam promissionibus angeli credidisse co
gnouit, & matrem nominans, qui redemptorem in vtero portaret, intellexit, & cum omnia p
ficienda prædiceret, quid etiam de futuro sequeretur, prædixit. Itaq; cognitio fidei ē inchoa
tio quædam cognitionis beatæ in patria, ipsum quoq; credere ex charitate meritorium ē beati
tudinis consummatæ, ad illam se habens sicut meritum ad præmium.

¶ Deniq; sicut aperta visio est felicitas patriæ, sic cognitio fidei beatitudo est viç. Beatitudo eti
am viæ est imp̄fecta & dispositio ad p̄fectam patriæ felicitatem. Cur aūt beata fuit credendo,
subiungitur: ⌊ quoniam p̄ficientur in te ea quę dicta sunt tibi à dño.⌋ hoc est, completum sor
B tientur effectum seu plenarium complemētum, & quod credidisti per fidem videbis p speciē.
Christum, quod quem cōcepisti, paries & vsq; ad virilia incremēta p̄duces. Dicit aūt Augusti
nus, quod virgo beata felicior fuit dei filium mēte p fidem spiritualiter cōcipiendo siue creden
do, quam eundum vētre corporaliter concipiendo. Ambrosius quoq;, quęcūq; (inquit) credi
derit anima, scilicet fide charitate vnita, concipit & generat dei verbum, & si secundum carnē
vna est mater Christi, secundum fidem tamē omniū fructus est Christus. ⌊ Et ait Maria.⌋ Hic
describitur canticum, hymnus, laus, seu gratiarum actio virginis gloriosæ.

¶ Expositio euangelici cantici Christiferæ virginis Marię, videlicet: Magni-
ficat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus &c.

¶ Articulus quartus.

QVibusdam veteris testamenti sanctis concessum est, vt perceptis bñficijs dei p̄
cipuis cāticū deo cōponerēt & offerrēt, sic nunc agit sancta Maria, considerās
enim ineffabilia dei bñficia sup se, & in se, laudes, gratiasq; referre nō distulit, p̄
fertim, quia ex ea incarnari dignatus fuit vnigenitus dei, cuius rei typus in An
na præcessit, quę supernaturali dei munere Samuelē enixa cecinit carmē, primo Regum con 1. Regū
tentum. Exultauit cor meum in domino, quod in aliquibus cum carmine virginis diuinæ coin
cidit. Itaq; deuotissima atq; gratissima mēte fatet domina mūdi, regina cęli, genitrix dei. ⌊ Ma
gnificat anima mea dominum.⌋ Magnificentia & excellētia cātici huius. Primo, ex parte actri
cis perpenditur, quę quanto gratiosior, illuminatior, atq; diuinior erat, eo præclarius canticum
ædidit. Secundo, ex sententiæ vbertate ac maiestate. Tertio. ex igne deuotionis in ipso exube
rātis, sic ergo magnificat (inquit) anima mea dominū, tanquā dicat, tu me (o Elizabeth) laudas,
extollis, magnificas, verum ego sciens quod à meipsa nil habeo, vniuersa bona deo ascribo, ip
sum laudo, me deprimo, illum magnifico, id est, magnū, summū, immēsum fateor, contestor,
C demonstro, illum totis viribus magnificēter honoro, omni zelo venerari desidero, me paruipē
do. Dicimur itaq; deum sanctificare, magnificare, glorificare, dum verbis & actibus eius san
ctitatē, maiestatē, beatitudinem, protestamur, extollimus, demonstramus. Impij vero dicunt
nomē dei polluere, paruifacere, inhonorare, quoniam quantum in ipsis est verbis & factis ostē
dunt, seu ita se habent, quasi deus non esset honore & gloria, omniq; reuerētia dignus, sed par- Ezec. 20
uipēdēdus, neq; curādus, alios quoq; ad dei offensam, irreuerētiā, iniuriamq; inducūt. Hinc per Psal. 53
Ezechielē deus frequenter improperat filijs Israel quod polluerint nomē suum sanctū in gēti
bus. Fecit ergo Maria quod sanctus pater eius propheta Dauid admonuit: Magnificate domi
num mecum. ¶ Porro secundum Ambrosium: Magnificamus dominum, seu dominus magni
ficatur, non quod ei quicquam accrescat, sed quia magnificatur in nobis, hoc est, per suos in no
bis effectus, seu actus nostros eius auxilio exhibitos magnus ostenditur. Propterea addit Am- 1. Cori. 4
brosius: Imago enim dei Christus est, & ideo si quid iustum, religiosumq; fecerit anima, imagi- Origēes
nē dei, ad cuius similitudinē est creata, magnificat, q̃d sumptū videt ex verbis Origenis dicētis:
Salua-

Saluator noſter eſt Imago dei inuiſibilis, & anima noſtra eſt imago illius imaginis, cū ergo il-
lam, cognitione, ſermone, & operatione magnifico, tunc imago mea in me grandis efficitur, &
ipſe dominus cuius imago eſt anima mea, amplius in me magnificatur.
¶ Pręterea aduertēdum, ꝙ in cantico iſto noīe dei & dñi intelligi pōt abſolute ipſe deꝰ vnus ac D
trinus, ſeu quælibet diuina pſona, ꝗuis nonnulli p deum ac dñm ſpecialiter filij pſonam intelli-
gant, aſſerētes quod virgo digniſſima in cātico iſto filiū ſuū commendat, & nō ait magniſico,
ſed ⌊ Magnificat anima mea dñm ⌋ ad innuendum, quod præcordiali id agat deuotione, quo
arguunt qui ſine reuerentia deum orant & laudant, nec eum ſicut verum deū tota cordis hono
rant cuſtodia, de quibus p Eſaiā dñs loquitur: Populus hic labijs me honorat, cor autē eoꝝ lon
ge eſt à me. ⌊ Et exultauit ſpiritus meus ⌋ .ſ. anima mea rōnalis ⌊ in deo ſalutari meo ⌋ ex cōtē
platione ac dilectione ſuijpſius in ſe & beneficioꝝ eius circa me. Exultatio aūt ſeu gaudium ex
cōtemplatione & charitatis actu, ſeu actuali dilectione procedit. Quo igitur in diuinorum
cōtemplatione illuminatior, eorūdemq́ꝫ amore ſeruētior fuit Maria, eo plenius exultauit nō in ſe
ſed in dño tanꝗ in cauſa, obiecto & fine, ſicut Apľus ſcribit: Qui gloriatur, in dño glorietur.
¶ Porro dominus dicitur rōne gubernationis, deus rōne cauſalitatis & creationis, ſalutare vel ſa
lutaris rōne iuſtificationis ſeu recreationis & glorificationis, qui ſingulariter fuit & eſt deus ac
dñs & ſalutare Mariæ, propter præcipua beneficia eiꝰ ad eam, & maximā deuotionē, dilectio
nē & cultum illius ad illum, quamuis autē anima & ſpūs hominis realiter idē ſint, tamen rōne
ſunt differētes, nam anima dicit quoniam informat & animat corpus, illudq́ꝫ bene regendo de
um magnificat, ſpiritus vero vocatur ob ſubtilitatē naturę, & quoniam cōtēplat cęleſtia, ſicq́ꝫ
competit ſibi exultare, & præ ingēti lętitia, quaſi extra ſe ſalire in deum. Hinc virgo deipara
diſtincte locuta eſt. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus in deo.
¶ Poſtremo, vt totis viribus deum magnificemus, magnificēt eum noſtra memoria, eius be-
neficia iugiter recolēdo, noſtra intelligentia, eius veritate & excellentiam cōtemplando, nr̄a vo
luntas, eius bonitatem amando ac appetēdo, noſtra interpretatiua, ſeu expreſſiua, cū ore laudādo
Et quia pro ſuis beneficijs gratiarum actio & vox laudis deo debētur, conſequēter virgo præ-
clara cantici ſui rōnem ſubiūgit: ⌊ Quia reſpexit ⌋ Per approbationē oculo ſuæ pietatis immē-
ſæ, ⌊ humilitatē ancillæ ſuæ ⌋ hoc ē, me humilem eius ancillam, meamq́ꝫ humilitatē ac paruitatē, E
& merito ſpecialiter ſuæ meminit humilitatis magis quam virginitatis, charitatis aut reliqua-
rum virtutum, quibus præeminenter fulgebat, quia p humilitatē præcipue meruit taliter exal-
tari, eratq́ꝫ per eam præſertim diſpoſita ad cōcipiendum vnigenitum dei, ſecundum quod in
incarnationis myſterio cōſideratur incarnati maieſtas, quæ tanta eſt vt non niſi ab humillima
& pene incomparabiliter humili puella, decuit eum incarnari & cōcipi. Virginitas autem fuit
diſpoſitio magis remota, nec ipſa ſine humilitate domino placuiſſet. Verūtamē in incarnatio-
nis myſterio, vtriuſq́ꝫ naturæ immediata & hypoſtaticam vnionem penſando, virgo ſacra
per charitatem, eiusq́ꝫ ardentiſſimum actum fuit ſummæ & immediatæ diſpoſita ad vnige-
niti filij dei conceptionem. Nam charitas præſtantiſſima ac diuiniſſima, deoq́ꝫ placentiſſima
virtus eſt, coniunctionem, transformationem & inſolubilem colligationem efficiens. Quam
ob itaq́ꝫ tota Trinitas ſuperbenedicta Mariæ humilitatē ſuper clementer aſpexit, præcipue ta
men filius ex ea humanam induendo naturam, faciens ſe eius prolem, atq́ꝫ ſubijciens ei ſeipſū.
Sed & deus pater eam aſpexit in tantum, vt eundem cum ea habere filium dignaretur. Simili
ter ſpiritus ſanctus illo eam germine fœcundans adorando, à quo ipſe vere æternaliterq́ꝫ pro-
cedit. Secundum Origenē humilitas in ſcripturis vna de virtutibus dicitur, quæ à philoſophus
modeſtia nominatur, ſed & nos eam poſſumus appelare quodam circuitu, cum aliquis non eſt
inflatus, ſed ipſe ſe deijcit. ⌊ Ecce enim ex hoc ⌋ tempore, & ratione tanti beneficij mihi collati,
ex hac quoq́ꝫ mea humilitate, beatam me dicent omnes generationes, ⌋ hoc eſt, quidam ex
omnibus, vt ſit diſtributio progeneribus ſingulorum, omnes quippe ex Iudæis & gentilitate
conuerſi, beatam, imo & beatiſſimam profitentur virginem tam in comparādam, ſed & Sarra
ceni, qui legem Mahomæti ſuſcipiunt, dicunt eam præ vniuerſis mulieribus omnium ſeculorū
electā, ſicut & Chriſtum filium eius fatentur ſuo legiſlatore Mahomæto maiorē. Sic & Lya,
de qua orta eſt virgo Maria cernēs ſe tam fœcundam, hoc inquit, pro beatitudine mea, bea F
tam quippe me dicent mulieres, ſicut in Geneſi legitur. ⌊ Quia fecit mihi magna qui potens ē ⌋
hoc ē, præclariſſima mihi benificia eſt largitus, in ſanctificatione, in gratiarum augmētatione,
in totius pfectionis collatione, & nunc potiſſimum in incarnatione, in qua veri dei, vera mater
effecta, quodammodo infinitæ dignitatis prærogatiuam ſum conſecuta, ab eo qui potens eſt,
imo omnipotens eſt, & adeo potens, vt eius reſpectu omnis creatura ſit impotens, nec ſine il-
lius manutenentia p momentū ſubſiſtere valens. Illi equidem idem eſt eſſe & potentē eſſe, cu-
ius eſſentia eſt ſua potentia, inde pendens illimitata, & penitus infinita, cui ſunt omnia æque fa
cilia, qui dominatur in virtute ſua in æternum, à quo omnis poteſtas, dicēte Apoſtolo: Non ē
poteſtas niſi à deo. Vnde ſcriptum eſt: Sapiēs corde eſt, & fortis robore, qui facit magna & in-
ſcrutabi-

scrutabilia & mirabilia, quorum non est numerus, qui per me mundũ liberare dignatus est, & prę
A omni creatura me honorauit, ita q deũ omniũ creatorẽ ac dñm concepi & porto. L & sanctũ
nomen eius. J nominatũ. i. ipse met noĩe nominãte designatus in seipso essentialiter purus, virtu
osus & sanctus est, imo sanctitas prima, fontana, exemplaria, immensa, in quo quicquid perfe-
ctionis, sanctitatis atq; virtutis est cogitarive potest, cũ immensa plenitudine supersimplicissi-
me continet, de quo ait Psalmista: Adorate in monte sancto eius, qm̃ sanctus dñs deus noster. Psal. 98
Et iterum: Confiteanť nomini tuo magno, qm̃ terribile & sanctũ est. Vnde scriptũ est: Deus san Iosue. 24
ctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris. Iob quoq; dicit: Absit à deo impie- Iob. 34
tas, & ab omnipotente iniquitas. Deniq; tã sanctus est deus noster omnipotẽs, vt eius compa Esaiæ 64
ratione oĩs sanctitas & æquitas nostra sit quasi pãnus menstruatæ. Ecce em̃ luna nõ splendet,
& stellę nõ sunt mũdæ in cõspectu eius, qui et in angelis suis reperit prauitatẽ, siquidẽ quid est
ipsa diuina essentia, nisi sapientia superessentialis, veritas exemplaris, virtus prima, æquitas sum
ma, charitas infinita, lux incircumscripta, puritas impermixta. Nemo ergo se iactet, aut aliquid
putet, aut alium spernat, nec ad publicos transgressores se cõparet, sed in diuinæ sanctitatis cõ
spectu atq; psentia se semp cõstituens quicqd in se virtutis est aut esse posse aduerterit, illud in
totu pro nihilo habeat, seq; in profundo humilitatis incessanter conseruare conetur. Hucusq;
sancta Maria recoluit beneficia sibi singulariter data, nunc generaliter sibi ac alijs pstita expri
mit. L Et misericordia eius J. i. suæ æternæ pietatis effectus et gratia extenditur et fuit, L à pge
nie, J q ab initio mũdi ante diluuiũ fuit, L in progenies J posteriores. Misericordia, em̃ dñi ple-
na est terra. Vel, à progenie Iudæorum in progenies Gentiũ. Salus nanq; gentibus cõmunicata, Psal. 118
B ex Iudæis fluxit, et cœpta est, quẽadmodũ Christus testať: Salus ex Iudæis est, nã et Chrũs ex Iohann. 4
eis incarnari elegit, et per aplõs (natione Iudæorum) doctrinam conuersus est mundus, L timen-
tibus eum J timore filiali ac casto, nã talibus tantũ finaliter prodest gratia dei, & ipsi dumtaxat
participes sunt fructus ac meriti dñicæ passionis, q licet se ad vniuersos extendat per suam suffi
cientiã, non tamẽ per efficientiã, sed ad solos electos. Hinc ait Psalmista: Misericordia aũt dñi
ab æterno & vsq; in æternum super timẽtes eũ. In Eccõ quoq; habeť: Qui sine timore est, iusti 102 Eccl
ficari non potest. Verũtamen nullus tam reprobus est, vt diuinæ clementiæ penitus expers sit,
sed misericordia ad salutem veram perducens solis timẽtibus deũ filiali et reuerentiali timore
(qui est fuga mali) culpæ impendiť. L Fecit potentiam J id est potenter operatus est et potentes
egit effectus, L in brachio suo J. i. sua sublimi virtute, iuxta illud in Exodo: Eduxit filios Israel
in brachio excelso. Vel, in brachio suo. i. per vnigenitum suum incarnatũ, & tunc refert ad pa- Exod. 15
trem, de cuius filio loquitur Esaias: Brachiũ dñi cui reuelatũ est, quẽ Apľus nominat dei virtutẽ. Psal. 135
Porro per filium pr̃ vniuersa creauit, per ipsum redemit mundũ, prostrauit diabolũ, fregit in Esaiæ 53
fernum, aperuit cęlũ, infinita quoq; per ipm̃ fecit miracula. Vnde & filius protestať: A meipso 1. Cor. 1
facio nihil, pater vero in me manẽs, ipse facit opera. Nihilominus Chrũs vt deus propria ope Ioh. 14
rabatur virtute, q in tribus supersanctis psona vna est in se, indiuisa quoq; in opera. Denique
magnificentissimũ opus dei in incarnatione seu verbo incarnato aparuit, dum naturæ duæ in
infinitũ distãtes, in vnã cõuenerunt personã, dũ Chrs de clauso virginis vtero prodijt, dum sa
cramẽtum altaris instituit. Magnam demũ deus potestatẽ exercuit, tã humilẽ iuuenculã facien
do suã matrẽ, angelorũq; dñam, & omni pura creatura præest in esse creato, subsistẽte præstã Psal. 24
C tiorem, qm̃ vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas seu æquitas. Commendato de rõne suæ
clementiæ, cõmẽdat eum nũc virgo sapientissima ab effectibus suæ iustitiæ. L Dispersit super
bos J. i. per varios errores ac vitia dispergi permisit, & per diuersa supplicia perdidit ac damna
uit effectiue elatos, quorum spũs tumet inique, qui deo subijci & parere omittunt, nec curant sub
eius omnipotenti manu se humiliare, L mente J. i. intentione & libito, L cordis J. i. intellectus 1. Petri 5
L sui, J quo cũcta discernit, iudicat & disponit. Hinc in Eccõ scribiť: Radices gentiũ superbarũ
arefecit deus, qui p Sophoniam quoq; minať: Visitabo super omnẽ qui arrogãter ingrediť, &
apud Esaiam: Incuruabiť sublimitas hominũ & humiliabitur altitudo virorum. Dęmones quoq; Math. 4
superbientes Chrũs in mundũ veniẽs dispersit, vicit, & de hominũ cordibus expulit, sed & su-
perbos Iudæos videmus ab eo in omnẽ regionẽ dispersos. L Deposuit potẽtes de sede, J non
de quibuscũq; potentibus dicitur hoc, cũ Iob dicat: Deus potẽtes nõ abijcit, cũ ipse sit potẽs, sed
de potẽtibus sua potestate vitiose vtentibus, de quibus scriptũ est in Eccõ: Sedes ducũ superbo
rum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. ¶ Verũ cũ hmõi potentes videamus vsq; ad
senectutẽ regnare, quõ deus deponit eos de sede dignitatis ac præsidẽtiæ? Et rñdendũ, q saltẽ
in morte & frequẽter propter eorum peccata occiduntur, plagantur, seu ante tẽpus naturalis periodi
auferuntur. Omnis em̃ potẽtatus breuis vita, sicut & rex hodie est, & cras morieť, de quibus lo
quitur Esaias: Et quidem neq; satus, neq; radicatus in terra truncus eorum, repẽte flauit in eos &
aruerunt. Hinc scriptum est: Vidi impios dño flante perijsse. Et rursus in lib. eodẽ: Iniqui ante
tẽpus suum sublati sunt. Insuper potẽtes Iudæorum magistros deus de sede doctrinis amouit, iu
diciariam quoq; potestatẽ pauperibus tribuit in die iudicij exercendam: Sedebitis (inquens) su

persedes duodecim, L & exaltauit humiles, J nunc p dona gratiæ gratũ facientis & gratis datę,
Matt. 19 quia & tales frequẽter ad ꝑlationẽ erexit. in futuro aũt per dona gloriæ & sublimationem vſq; D
Iacobi 4. ad cœlum empyreum, propter quod ait scriptura: Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gra
1. Petri 5 tiã. Et denuo: Beati pauperes spũ .s. humiles quoniã vestrũ est regnũ cœlorũ, quo nihil ẽ altiꝰ.
Matt. 5 Potissimũ autem Christus exaltauit suos apostolos vere humillimos, quos cõstituit principes su
Psal. 44 per omnẽ terrã, de quibus scriptum est: Qm̃ dñi fortes terræ vehementer eleuati sunt, cæteros
Psal. 46 q; primitiuæ ecclesię filios suos discipulos nõ mediocriter exaltauit, nõ in futuro dũtaxat,
Lucæ, 10 sed etiã in præsenti, dãs eis virtutem calcandi super serpentes & scorpiones, omnemq; inimici
virtutem. L Esurientes J .i. spiritualia bona auide cupientes, L impleuit bonis J .i. gratiæ donis,
internis diuitijs, refectionibus mentis, pauperes quoq; corporaliter famescentes deus alit & im
Psal. 144 plet, quemadmodum scriptum est: Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorũ
Psal. 103 in tempore opportuno. Itemq;: Omnia à te expectant vt des illis escam in tempore, dante te
Matt. 5 illis colligent. De esurientibus autẽ primo modo ait saluator: Beati qui esuriunt & sitiunt iusti-
Apoc. 21 tiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et in Apocalypsi: Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gra
tis, L & diuites J .i. diuitiarum corporalium inordinatos amatores terrena cœlestibus præfe
rentes, J dimisit inanes J, i. à spiritualibus bonis vacuos, suisq; vanitatibus inhęrentes, de quibꝰ
Mat. 19 loquitur Christus: Possibilius est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in
Marci 10 regnum cœlorum. Iacobus quoq; in sua canonica: Agite nũc diuites, plorate, vlulantes in mi-
Iacobi 5 serijs quæ aduenient vobis, de quo infra habetur: Væ vobis diuitibus qui nunc habetis consola
1. Tim. 6 tionẽ vestram. Diuitiæ em̃ pene ad omnia vitia præbent fomentum, ad sũpbiã, gulã, luxuriã,
otiositatem scelerum matrem, propter quod beatus scribit Aplus: Qui volunt diuites fieri inci- E
Eccli. 20 dunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa, inutilia & nociua, quæ mergunt ho
minem in interitum & perditionem. Ideo ait scriptura: Nihil est iniquius quam amare pecuni
am, hic em̃ animam suam habet venalẽ. Veruntamen sunt aliqui diuites virtuosi sua opulen-
Psal. 61 tia bene liberaliterq; vtentes, misericorditer distribuentes, non delicate viuentes, nec ad terre-
Eccle. 31 na inordinate affecti, sicut hortat Psalmista: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. sed quam
pauci sint tales, liquet ex eo quod scriptum est in Ecclesiastico: Beatus diues qui inuẽtus est si-
ne macula, qui post aurum nõ abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris, quis est hic & laudabimꝰ
1. Tim. 6 eum? fecit em̃ mirabilia in vita sua. Nemo ergo se committat periculo, sed acquiescat Aposto
Prouer. 30 lo: Habentes (inquit) victum & quibus tegamur, his cõtenti simus. Hinc in Prouerbijs Salomõ
deprecabatur: Mendicitatem & diuitias domine ne dederis mihi, tribue tãtum victui meo ne-
cessaria. Quidam per esurientes bonis impletos, intelligunt gentiles cõuersos, quibus verbum
dei cum magno desiderio audientibus, maxima gratiarum charismata contulit deus, per diui
tes vero inanes relictos, intelligunt magistros Iudæorum, in scripturis abundantes, qui in sua
cæcitate dimissi sunt. Consequenter tangit beata virgo beneficia Iudæis exhibita. L Sus
cepit J ipse dominus, L Israel puerum suum, J id est Israeliticum populum sibi nũc gratiose ac
Hebre. 2 pie applicuit & coniunxit, de ipso naturam assumendo humanam, per quod totum populum
illum quantum in se fuit, saluare proposuit, propter quod ad Hebræos scribit Apostolus: Nus
quam angelos, sed semen Abrahæ apprehendit, L recordatus misericordiæ suæ, J id est memo
Philip. 2 rem se ostendens pietatis & gratiæ, quam populo huic promisit, quod scilicet de eo formam
serui acciperet. In incommutabili autem deo nec recordatio, nec obliuio proprie locum ha-
bent, sed per modum recordantis se habet dum misereri non differt, per modum obliuiscen- F
Gene. 22 tis dum differt. L Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula. J
Gene. 26 Primo enim Abrahæ, deinde Isaac, postea ipsi Iacob facta legitur in Genesi diuina illa promis
Gene. 28 sio, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Deinceps dictum est Dauid: De fructu ventris
Psal. 131 tui ponam super sedem tuam. Generaliter quoq; sancti patriarchæ ac vates de Christi aduen
Acto. 3 tu loquuti sunt, quemadmodum in Actis Petrus affirmat: Omnes prophetæ à Samuele & de
inceps annuntiauerunt dies istos. Porro clausula illa, in secula, referri potest ad verbum illud,
suscepit, item ad recordatus, nec nõ ad complexum istud, semini eius, nam illa gratiosa sus-
ceptio electorum, & recordatio dei circa eos semenq; Abrahæ in prædestinatis manet perpe
tuo, & nunquam periturum habet effectum. Ecce canticum istud dulcissimum quam sentẽtio
sum est sub breuitate verborũ, qd sapiẽti spũs sancti cõsilio statuit ecclesia in vesperis decan-
tandum, vt hora illa dum aduesperascit & inclinata est dies, incipiat se mens nostra ab exterio
ribus ad interiora colligere, ad deum erigere, eiusq; bonitatem, beneficiaq; pensare, ei ex toto
affectu gratias agere, ipsum cum iucunditate laudare, atq; pro viribus verbo & opere in om-
nibus honorare. Itaq; ad summi dei honorem & tantæ virginis reuerentiam non sine menta
li attentiõe & actuali sanctæ deuotionis feruore canticum istud promamus, imo & tunc re-
cordemur, cum quanta deuotione & alacritate beatissima virgo carmẽ istud cecinerit, & quã in
effabilem ei grãm præstiterit deus: sicq; eidem virgini congratulemur in dño.

¶ Postremo, quilibet nostrum canticum hoc in propria potest decantare persona, dicendo
intimis

intimis ex medullis, Magnificat aīa mea dñm, & exultauit spūs meus in deo, &c. iuxta expositionem præhabitam, sic autẽ deum laudare est actus omnino angelicus & præclarus. Quia respexit humilitatem ancillę suę. i. animæ meæ quæ in oculis suis vilis & modica est. Vel ancillæ suæ
A .i. creaturæ quę ego sum, creatura eñ creatoris sui ministra est. Ecce eñ ex hoc beatã me creaturam dicent, vt pie confido, oñes generationes electę. Nil eñ (vt ait Hieroymus) felici⁹ Christiano, cui regna promittuntur cœlorum. In patria quoq; vnusquisq; electorum ab alijs beatus dicetur, sed & Christiani veraciter sibi inuicem dicere possunt grata & humili mente illud Baruch: Beati sumus nos, quoniam quæ deo placita sunt, manifesta sunt nobis. Deniq; Beata gens cuius dominus deus eius populus quem elegit in hæreditatẽ sibi. Quia fecit mihi magna, hoc dicẽdo cogitet vnusquisq; bñficia dei circa se gñalia & specialia bona naturæ, dona gratiæ, promissaq; gloriæ, quanta pro se filius dei fecit, assumpsit ac ptulit, quoties sibi in peccatis pepercit, quod ad istam pœnitẽtiæ gratiam se adduxit. Cætera specialem expositionẽ nõ exigunt, sed iuxta interpretationem præscriptam à quolibet queunt proferri. ⌞Mansit autẽ Maria cum illa.⌞Elisabeth⌞mensibus tribus & reuersa est in domũ suam,⌝in Nazareth. Communiter dicunt doctores, quod non recesserit Maria, quousq; nasceretur Iohannes. Vnde in scholastica fertur historia, quod ipsa infantẽ leuauit de terra, vt scribitur in libro iustorum, id est Nazaræorum, vt quidam explanant. Veruntamen aliqui (vt Theophilus & Græcus) affirmãt, quod imminẽte partu Elisabeth, Maria abierit, eo quod iam aliæ fœminæ ad Elisabeth cõfluxissent: & quoniã in partu mulierum virgines adesse non solẽt, Euãgelista quoq; primo scribit recessisse Mariam, quam de partu Elizabeth. Baruch 3. Psal. 32

¶Explanatio residuæ partis huius primi capituli, in qua & canticum Zachariæ elucidatur. Arti. V.

CONsequẽter natiuitas præcursoris describitur. ⌞Elisabeth impletũ est tempus pariendi,⌟id est ipsi Elisabeth mensis nonus aduenit, ⌞& peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa,⌟
B id est valde clemẽter egit cum ipsa, pietatis suæ effectus circa eam exercẽs tam gratiose, quod scilicet non obstante naturali sterilitate ac senio, prolẽ concepisset ac peperisset, effectaq; à sterilitatis opprobrio liberata, ⌞& congratulabantur ei, ⌟ex dilectione qua eam, eiusq; maritum amabant, quia sine querela inter alios conuersabantur Zacharias & Elisabeth. Vnde sua cõuersatione pacifica, benigna & iusta, vtpote ex iustitia & pietate conuenienter temperata, vniuersis se exhibuerunt amabiles, propter quod eorum prosperitati congratulati sunt alij. ⌞Et factum est in die octaua,⌟à natiuitate infantis, ⌞venerunt circumcidere puerum,⌟illo etenim die secundum legis præceptum circumcisio fieri consueuit, iuxta illud in Genesi: Infans octo dierum circumdetur, ⌞& vocabant eum nomine patris sui Zachariam,⌟Primogenitus namq;, & præsertim vnigenitis, solet frequenter nomen patris imponi. Istis autem spes non erat quod Zacharias & Elisabeth amplius prolificarent. Porro sicut in nouo testamento nomẽ imponitur in baptismo, ita tunc in circũcisione. ¶Sed cum Iohannes sanctificatus esset in vtero, & ab originali purgatus, cur circumcisus fuit, cum circumcisio esset remedium contra originale peccatum? Respondent quidam, quod circumcisus fit non ob indigentiam remedij, sed propter obseruationem præcepti. Item ne alij scandalizarẽtur, & causa singularitatis vitãdi, & quia fortasse per circumcisionem illam ita pœnalem ad gratiam disponebatur maiorem. ⌞Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam,⌟nomine patris appellabitur, ⌞sed vocabitur Iohannes.⌟Quod enim sic esset vocandus, imo & ab angelo iam vocatus, vocariq; iussus, cognouit per spiritum prophetiæ sancta Elisabeth, quia id nulli homini, nisi viro eius in templo fuerat intimatum, qui exiunc mutus permansit, nisi forte quis opinetur q̃d Zacharias scripto id suæ insinuauerit coniugi, sicut in sequentibus enarratur hoc cæteris indicasse. Forte eñ quæ sibi in templo fuerant reuelata atq; illata, taliter indicauit vxori. ⌞Et dixerũt ad illã: Quia nemo est in cognatione tua⌟id est, inter consanguineos tuos, ⌞qui vocetur hoc nomine,⌟id
C circo miramur, quod ita vis eum vocari. ⌞Innuebant autem⌟hoc est signis seu nutibus sensibilibus per modum quæstionis significabant, ⌞patri eius, quam⌟id est quo nomine, ⌞vellet vocari eum.⌟Quia nunc dicitur quod innuebant patri eius, doctores elicient, quod Zacharias ob suam incredulitatem præfatam non mutus tantum, sed & surdus fuerat factus, si enim audisset, non nutu, sed verbo eius voluntatem interrogassent. ⌞Et postulans,⌟nutu quodam, nõ verbo, ⌞pugillarẽ⌟id ẽ calamũ scriptoris, seu tabulã quæ pugillo potest icludi, ⌞scripsit, dicẽs⌟verbo scripto, nõ vocali, ⌞Iohãnes ẽ nomẽ ei⁹⌟q̃si dicat, nõ ego, aut mater īfanti nomẽ ipono, sed diuinit⁹ p angelũ impositũ pãdo. ⌞Et mirati sunt vniuersi⌟ vidẽtes in pcessu negotij miracula miraculis iũgi, totq; insolita fieri, itẽ q̃d Zacharias & cõiux ei⁹ sic cõcordabãt, q simul à cõceptiõe Iohãnis cõferre nõ poterãt. ⌞Apertũ ẽ aũt ilico os ei⁹ & lingua ei⁹⌟.i. mox cũ fidẽ suã scripto idicasset, restitut⁹ ẽ oris & linguę Zacharię pristin⁹ vsus loquẽdi, nec dubiũ Gene. 17 Lucæ 2 Act. 15

X ij quin

quin interim os eius aperiebat ad cibum sumendum, sed non ad loquendũ. Quemadmodum
autem suæ incredulitatis demerito fuit loquela priuatus, ita suæ fidelis confessionis merito, lo-
quelæ est restitutus, propter quod dicit Ambrosius: Linguam quam incredulitas vinxerat, fi-
Tobię 11 des soluit, ⌊& loquebatur, benedicens deum.⌋ benedictione laudis, & gratiarum actionis, qui D
eum ob suum excessum paternaliter castigauit, & clementer sanauit, iuxta illud Tobiæ: Benedi
co te domine deus Israel, quia tu castigasti me, & tu sanasti me, sed & ob alias causas benedixit
deum, sicut mox in suo cantico elucescit. ⌊Et factus est timor super omnes vicinos eorum.⌋ id
est vicini Zachariæ & Elisabeth visis tot mirabilibus ex consideratione diuinæ potentiæ cõce
perunt timorem, admirationẽ, stuporem, causam enim scilicet omnipotẽtiam dei in suis superna
turalibus perpenderunt effectibus, & tanquã vere præsentẽ, ac vitia punientẽ attenderunt: sic
Math. 9 & in Euangelio scriptũ est, quod turbæ visis Christi miraculis, timuerunt. Denique homo pro-
Hier. 10 priæ fragilitatis & culpæ sibimet conscius considerata altissimi potestate non immerito expa-
uescit, propter quod apud Hieremiam scriptũ est: Non est similis tui domine, magnus es tu, &
magnũ nomen tuum in fortitudine, quis non timebit te o rex gentiũ? ⌊& super omnia mon-
tana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc,⌋ id est, fama horũ mirabiliũ de punitione & cu-
ratione Zachariæ, de Iohannis mirabili conceptione, natiuitate, appellatione, Iudęis in omni-
bus locis suæ regionis montosis mirantibus insinuabatur. Magna nanque & rara solent vndique
diuulgari, quia libenter audiuntur: siquidem noua placent & insolita admirationem inducunt.
Homo autẽ naturaliter est animal admiratiuum, varietatisque cupidum, præsertim cum omnes
homines naturaliter scire desiderãt. ⌊Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo,⌋ id ẽ mẽ
tibus suis ista tenaciter impresserunt, atque memoriæ diligenter commendauerunt, ⌊dicentes,⌋
vel quilibet intra se, seu vnus ad alium, imo modo vtroque. ⌊Quis putas puer iste erit?⌋ quasi di
cerent, Notabilis valde erit, & crescet in virum eximium. Talia enim mirabilia non consueuerũt
contingere, nisi circa valde electas personas, ideo subditur. ⌊Etenim manus domini erat cum
illo,⌋ id est virtus, gratia, auxilium, operatio supernaturalis ipsius dei fuit cum Iohanne in eius
sanctificatione, exultatione in vtero matris, cæterisque præfatis, ex quibus probabiliter argue-
bant, quod tempore procedente futura esset manus dei cum ipso. ⌊Et Zacharias pater eius
impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens,⌋ Quocirca scribit Ambrosius: Vide quam E
bonus deus, & facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam inspirata con
cedit, ille dudum mutus prophetat. Denique etiam ante hanc horam impletus fuit Zachari-
as spiritu sancto, sed nunc impletus asseritur, quia in donis gratiæ gratificantis ac gratis datæ,
iam eminenter profecit, & gratiam prophetalem excellenter sortitus est. Recteque prius fertur spi
2. Petri 1 ritu sancto repletus, quam vaticinatus, eo quod prophetare opus sit dei, iuxta illud Petri: Non
voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt san-
cti dei homines.

BEnedictus dominus deus Israel.⌋ In cantico isto Zacharias gratias refert deo super varijs
beneficijs eius, potissimum de verbi incarnatione ac passione, generisque humani, potissi-
mũ Israelitici salutatione. Quãuis autẽ in cantico isto per dominũ deũ Israel intelligi pos-
sit deus absolute, seu trinitas tota superbenedicta, quælibetque diuina persona: appropriatiue ta-
men de filio totũ exponitur. Itaque, ⌊Benedictus⌋ est, & æternaliter benedictus sit, atque ab om-
nibus iugiter benedicatur ⌊dñs⌋ vniuersorum, ratione possessionis, gubernatiõis ac præsidentiæ
omnium de quo in Genesi Abraham ait: Leuo manũ meam ad dominũ deũ possessorem cę-
Genesi. 14 li & terræ, de quo etiã scriptũ est in libro Iob: Quem constituit aliũ super terrã, aut quẽ posuit
Iob. 34 super orbẽ quem fabricatus est, præterea nomẽ & ratio domini, soli omnipotenti deo, plene,
summe, pure ac proprie cõpetit, quippe qui solus vniuersale, primordiale, independẽs, ac nul-
li subiectũ habet dominiũ, omniũ vero sequẽtiũ angelorum, hominũque dominia sunt particula-
Esaiæ 47 ria, secundaria, indigentia, ac seruituti permixta, quia deo supposita. Hinc apud Esaiam, Hie-
Hiere. 32 remiam quoque & Amos ait scriptura: Dominus exercituum nomen eius. Et in psalmo: Domi
Amos. 4 nus nomen illi, qui iterum ait per Esaiam: Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meã
Psal. 67 alteri nõ dabo, ⌊deus Israel,⌋ qui omnium deus generaliter fuit iure creationis, specialiter au-
Esaię. 48 tem deus tunc dicebatur Israel, id est Israelitici populi, de Iacob (qui alio nomine dictus est Is- F
rael) nati: quoniã pręcipua ac specialia beneficia populo illi donauit, quemadmodũ scriptum ẽ,
Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel, & quia à populo illo specialiter
colebatur, cæteris ad idololatriã lapsis. Vnde in Deuteronomio Moyses huic populo ait: Te
elegit dominus, vt sis ei populus peculiaris de cũctis populis qui sunt super terrã, quia dilexit
vos dominus, ⌊quia visitauit,⌋ id est per incarnationem accessit, & sicut pijssimus ac peritissi
mus medicus operari aggressus est, ⌊& fecit redemptionem plebis suæ,⌋ id est, liberationem
Israeliticæ plebis ab inuisibilibus, hostibus, à damnatiõe æterna, à reatu originalis peccati, imo
ab omni peccato quantum in ipso est, quemadmodũ per Osee loquitur: De manu mortis libe
rabo eos, de morte redimã eos, de quo etiã per Esaiam dictũ est: Dominus rex noster ipse ve

niet

niet & saluabit nos, qui & apud Zachariā hortatur: Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ve-
A nio & habitabo in medio tui. Christi equidē incarnatio, nostra est deificatio, vt asserit Leo pa
pa. Itaq; eius incarnatio inchoatio fuit nostræ redēptiōis atq; salutis, quæ per Christi passionē
cōpletæ sunt. Non enī per solā suā incarnationē nos saluare decreuit, sed saluationem nostrā Zach. 2
per suam passionem cōsummare instituit. Vnde quod Zacharias loquutus est: Fecit, more ꝓ-
phetico accipi potest per modū futuri, id est, facturus est, quoniam sua passione fuit redemptī
onem istam plene facturus, vtpote nostra crimina deleturus, nosq; deo reconciliaturus, secun-
dum illud Esaiæ: Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scele
ra nostra. Et rursus: Dominus posuit in eo iniquitatē omniū nostrū. Etenī Christus sua passio Esaiæ. 53
ne ac obedientia pro omnibus satisfecit, sed si fructū suæ passionis cōsequi debemus, oportet vt
meritum eius nobis per sacramēta seu modo alio applicetur & cōmunicetur. Hīc Christus de
seipso testatur: Venit filius hominis quærere & saluum facere qd perierat. Deniq; per plebem Lucæ 9
suam seu populum dei, intelligi potest nō solū plebs Iudæoꝝ, sed tota gens electoꝝ qui sunt
populus dei per prædestinationem æternā, & spiritualiter, Israel, id est, deū vidēs, seu fide con-
templans, de quo populo dicit Apostolus: Pax super Israel dei. Veruntamen per plebem suam Galat. 6
hoc loco literalius intelligitur populus Iudæorum, ad quoꝝ redēptionem Christus primo, dire- Math. 15
cte, ac principaliter venit, secundum quod asserit: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt
domus Israel, quibus verbū dei spernētibus, iusta facta est apostoloꝝ transmigratio ad instru
endos gētiles, pro quoꝝ saluatione Christus quasi secundario venit, ꝓpter quod Paulus & Bar Acto. 14
nabas dixerūt Iudæis: Vobis oportebat primū loqui verbū dei, sed quoniam repulistis illud, cō
B uertimur ad gentes. ⌊Et erexit⌋ id est suscitauit, leuauit & declarauit, ⌊cornu salutis⌋ hoc est,
annuntiationem beatitudinis veræ atq; cœlestis, ⌊nobis⌋ id est ad nostram saluationem, vt ei
credendo saluemur, ⌊in domo Dauid pueri sui⌋ hoc est in tribu seu familia Dauid prophetæ
de cuius semine ortus est Christus, iuxta illud Apostoli ad Romanos: Qui factus est ex semi
ne Dauid secundum carnē. ¶Sed quomodo deus Israel, scilicet Christus, erexit hoc cornu sa- Roma. 1
lutis? Et respōdendū, quod per hoc, quod iā ore angelico reuelauit Zachariæ statim se incarnā
dum, venturū & saluaturum genus humanū, cuius vtiq; Christi incarnationē nouit Zacharias
in virgine Dauidicæ stirpis peractam. Itaq; per cornu publica denuntiatio magnæ rei signi-
ficatur, quia per cornua solent magnalia notificari, & iam non solum per angelum, sed & per
Mariam deus de hac re prophetauit. Hinc dicit Theophilus: Videbatur deus dormire, pecca-
ta multa respiciens, neq; hæc curans, sed in nouissimis tēporibus incarnatus, excitatus, contri-
uitq; dæmones nos odientes. ¶Insuper per cornu, potestas, seu altitudo exprimitur, eo quod
cornua sint in animali partes eminētes ac solidæ, eritq; sensus, quod deus robur, apicemq; salu
tis, hoc est inuiolabilē & cœlestē felicitatē nobis denuntiauit, in domo Dauid, id est in Christo
de progenie Dauid exorto, per quē & in quo beatitudo hæc datur, quia non nisi in Christū cre
denti præstatur, quemadmodū in actis princeps Apostolorū disseruit: Non est aliud nomē Act. 4
sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Postremo, per cornu designatur
rex, regia potestas, seu regnum, præsertim in Apocalypsi & Daniele. Vnde in Apocalypsi legi
tur: Vidi de mari ascēdentem bestiam habētē capita septē, & cornua decē. Et in Daniele: Be- Apoc. 13
stia quarta habebat cornua decē, & ecce cornu aliud paruulū ortū est de medio eoꝝ, & tria de Danie. 7
C cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Itaq; hic per cornu intelligi potest Christus rex regū
seu regnū ipsius. Hoc enī cornu erexit, id est per incarnationē apparere fecit, & declarauit pri
mo in domo Dauid, id est, in progenie Dauidica, de qua natus est Christus, qui primo in ter-
ris visus & conuersatus est inter quosdam de sua hac genealogia progenitos. Sic ergo ere-
xit deus pater seu trinitas vel Christus, secundum quod deus cornu salutis, id est, Christū regē
nostræ salutis, erexit inquam eum nobis, scd'm quod homo est. Christus nēpe secundum diui-
tatem erexit seipsum secundum humanitatē. Quidam istam erectionē referūt ad Christi resur
rectionē vel ascensionem, q tunc Christus cornu salutis, id est, potestatē & gloriam beatitudi
nis erexit, seu publice demonstrauit, resurgendo ad vitā immortalē: patres quoq; educendo
de lymbo, & regna ascendēdo cœlestia. Sic Zacharias loquitur de futuro per modum præteri
ti, vt mos est prophetaꝝ. Hoc itaq; deus fideliter egit, nō improuise sed sicut prædixit vere ī-
pleuit, hinc subditur. ⌊Sicut loquutus est per os sanctoꝝ, qui à seculo sunt prophetarm eius⌋
hoc est, sicut prænuntiauit per sanctos prophetas, qui à principio mūdi fuerūt, qui verbis, si-
gnis, figuris seu factis, de Christo loquuti sunt, & eius mysteria prædixerunt, quia in nulla mū
di ætate defuit prophetia de Christo, vt Augustinus declarat. Nā & Adam de Christo verbis
& rebus loquutus est, similiter cęteri patriarchæ ac vates, propter quod in actis Petrus testa-
tur: Deus qui prænuntiauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit.
Sic & alibi ait: Huic omnes prophetæ testimoniū perhibēt. Tantum quippe mysteriū decuit
diu ante ac multipliciter prænūtiari, vt eius dignitas agnoscatur, & factum credibilius ostenda
tur, firmiusq; credatur. Vnde in hoc fides nostra certissime conformatur, quod omnia quę de

Christo credimus & tenemus, taliter prophetata probamus, sed & ipsi Hebręorum doctores fatētur, quod omnes prophetæ nō sunt loquuti, nisi super dies Messiæ, i. pro tēpore Christi, qa videlicet quicquid loquuti sunt, ad Christū finaliter retulerunt, & de ipso principaliter sunt effati. D
Vnde nunc singulariter dicitur, per os sanctorum, eo quod oēs vno spiritu cōcorditer sint loquuti. ⌊Salutē ex inimicis nostris, & de manu omniū qui oderunt nos.⌋ His verbis exponit, quid sit quod dixit, Erexit cornu salutis nobis, vt sit sensus, erexit &c. sicut loquutus est. i. sicut per prophetas promisit erigere seu procurare nobis salutem. i. saluationē ex inimicis nostris, pręsertim inuisibilibus, hoc est liberationē à dæmonibus: imo etiam à carne & mundo, omniq́ veræ beatitudinis impedimento. Vnde in epistola Iohannis scriptum est: In hoc apparuit filius dei
1. Iohā. 3 vt dissoluat opera diaboli. Porro, quod ait, de manu omnium qui oderunt nos, quidam exponunt de gentilibus, quos Christus conuertit, & sic inter illos & Iudæos conuersos pax fuit, inter quos ante īimicitia erat. Potest quoq́ de cunctis peruersis hominibus accipi, à quibus liberentur electi, non quod ab illis in vita hac non tribulentur aut trucidētur, sed quia per timorem inordinatum eis non subijciuntur, nec ad vitia inducuntur, & per tēporalem quam ab illis patiuntur persequutionem ad gloriam perducuntur æternam, sicq́ æternaliter liberantur ab omni infestatione illorum, quēadmodum plenius Augustin⁹ declarat super illud psalmi: A timore
Psal. 63 inimici eripe animā meam. Hoc est quod apud Michæam promissum est primitiuæ ecclesiæ:
Mich. 5 Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibūt. Et ibidem de Christo prædictum est. Et erit iste pax cum venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Sic ergo erexit nobis salutem. ⌊Ad faciendam misericordiam cū patribus nostris,⌋ id est ad hoc vt patriarchis & iustis olim defunctis consummatam misericordiam, vtpote plenam felicitatem E
impenderet, educendo eos de lymbo, & cōstituendo in cœlesti palatio, queadmodū apud Za
Zach. 9 chariam Christo dicitur: Tu quoq́ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Vel, ad faciendā misericordiam cum patribus nostris. i. ad hoc vt misericorditer impleat, quod ipsis se præstiturum prædixit. Ideo quoq́ hæc verba dicuntur, quia non ob
Titū. 3 nostrā iustitiam, sed propter suā pietatē immensam Christus hæc nobis largitus est nostramq́ assumpsit naturam, sicut ad Titū scribit Apostolus: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. ⌊& memorari testamenti sui sancti,⌋ id est ad hoc, vt per operis exhibitionem ostendat se memorem sancti testamenti, hoc est pacti seu fœderis sui firmissimi, quod fecit & inijt cū patriarchis & vatibus veteris testamēti, quibus promisit Christus se incarnādū atq́ in mundū venturū, secundū illud Esaiæ: Propter hoc sciet populus meus nomen meū in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum, cuius testamenti ostendit se memorē, naturā assumendo humanam ex virgine. Sic ergo memoratus est testamenti sui, quod est, ⌊Iusiurandum,⌋
Gene. 22 quia iuramento firmatū, ⌊quod iurauit,⌋ iurando per seipsum, ⌊ad Abraham patrē nostrū,⌋ quēadmodū in Genesi habetur: Per memetipsum iuraui dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, multiplicabo te & benedicam tibi, & benedicen
Gala. 3 tur in semine tuo omnes gentes, vbi per semen Abrahæ intelligitur Christus, secundum Apostolum: sicq́ verbis illis promisit deus pater vnigenitum suum ex semine Abrahæ incarnandum. Vel ipsemet vnicus dei patris filius verbis illis promisit se taliter incarnandū. Pater autē
Matt. 28 dando nobis filium suum per incarnationis mysteriū, etiam & seipsum præstitit nobis per gra
Hebre. 2 tiam ampliorē. Hinc subditur, ⌊daturum se nobis.⌋ Filius quippe dedit se nobis, exhibēdo se fra F
Esaię. 43 trem, saluatorē, aduocatumq́ nostrum, imo & alijs modis cōmunicauit se nobis, quia nascendo & conuersando in mundo fecit se socium hominum, in cœna dedit se nobis in cibum, moriendo in pretium liberatiuum, in patria demum dat seipsum in obiectale ac beatificum præmium, quod sanctus Thomas in hymno de sacramento compendiose tetigit, dicens: Se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in præmium. Hinc etiam Abrahæ in Genesi ait: Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Deniq́ illis dicitur deus se dare, quibus charitatem & gratiam suam infundit, Illi etenim habent & possident deum tanquam suæ dilectionis & occupationis obiectum, in quo plena liberalitas, summa dignatio, purissimaq́ dei ad nos dilectio demonstratur, quoniā dando nobis dona sua, pariter præstat seipsum, videlicet ad habendum, ad possidendum, ad intuendum, ad diligendum, ad perfruendum, ad conseruandum, ad auxiliadum, ad defendendum, ad commanendum in sempiternū. Illa nanq́ est liberalissima dilectio, qua quis alteri præstat seipsum. Ideo ait Psalmista: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. In libro Threnorum legitur: Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Nunc autem ad literam sermo est de datiōe qua vnigenitus datus est nobis, per hoc quod nostram assumsit naturā, ad peragēdam nostram salutē. Vnde in Esaia habetur: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. deinde ratio huius subiungitur ⌊Vt sine timore⌋ inordinato, carnali, seculari, seruili, ⌊de manu inimicorum nostrorū,⌋ inuisibiliū seu visibiliū, ⌊liberati,⌋ per Christi aduentū ac passionē,

⌊seruiam⌋

⌊seruiamus illi⌋scilicet vero deo seruitute latriæ, de qua in Deuteronomio habetur: Dominũ
A deũ timebis & illi soli seruies. Est enĩ latria virtus, deo cultũ, cæremoniãq; impẽdens ⌊In san- Deuter 6
ctitate⌋hoc est puritate mentali oñi terrena & carnali, affectioni exclusa, vtpote in pfecta cor Matth. 4
dis cõuersione ad deũ, vniuersis animæ affectibus reformatis, ordinatis, atq; in deũ reductis.
Sic nẽpe super sancto, penitusq; immensę mũditie deo obsequendum, propter quod in Leui-
tico loquitur: Nolite cõtaminare animas vestras, ego sum dñs deus vester. Sancti estote quo-
niam ego sanctus sum. In Deuteronomio quoq; dicitur: Perfectus & absq; macula eris cũ do-
mino deo tuo. ¶ Deniq; ideo venit Christus, vt per eius passionẽ redempti, seruiamus ei secũ- Leui. 19
dũ euãgelicæ legis tenorem. Hæc aũt est lex pfectionis, propter quod ait apud Matthęũ: Esto Deute, 18
te ergo & vos pfecti sicut pater vester cœlestis pfectus est, ad quod exigitur vt homo nõ solũ
habeat se reuerẽter & pure ad dñm, sed etiã iuste ad proximũ, dãdo cuiq; quod suum est, & p
ximos suos ædificãdo in oĩbus, iuxta illud Apostoli: Quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ędifi- Matt. 5
catiõis sunt, in inuicẽ custodiamus. Et rursus: Ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalum. No- Rom. 14
li illũ perdere pro quo Christus mortuus est, ideo subditur: ⌊& iustitia⌋ .i. actibus iustitiæ tam
distributiuę q̃ cõmutatiuę, imo per iustitiã intelligi potest quęlibet virtus, secundũ quod iustitia
dicitur oĩs virtus seu virtus cõmunis. Oĩs etenĩ virtus est quædam iustitia, qa per eã debi-
tũ quoddã exoluitur, seu deo vt iustũ est ministratur, sicut p charitatẽ diligimus vt tenemur, p
misericordiã proximo subuenimus vt obligamur. Deũ aũt nõ solũ in iustitia quæ est virtus spe
cialis, sed in oĩ virtute seruire debemus: præsertim fide, spe & charitate, quibus directe colitur
deus, tanquã immediatũ, propriũq; obiectũ illarũ, ⌊coram ipso⌋ hoc est recta intentione & cũ
B attẽtione interna, vt in dei præsentia nos constituamus, eumq; vt regẽ ac iudicem oĩa intuẽ
tem pẽsemus, & ita ei solenniter placere optemus, eius honorẽ & gloriã in oĩbus exquiramus
timorate ac reuerẽter cuncta agentes, simplici corde (nõ velut hypocritæ) coram hominib⁹ bo
na agendo ob propriã vtilitatẽ seu laudẽ, vt illud Psalmistæ veraciter dicere mereamur: Serua
ui mandata tua & testimonia tua, quia oĩes vię meæ in conspectu tuo. Et illud Heliæ: Viuit
dominus in cuius conspectu sto hodie. ¶ Porro quod ait: Sine timore, referri põt ad illud quod
sequitur, liberati, & ad verbũ seruiamus. Primo modo est sensus, quod sine nostro periculo ac
timore Christus nos liberauit, cũ tamẽ plures de hostiũ manibus non absq; ingenti suo pauore
atq; periculo eruantur. Christus quoq; absq; suipsius inordinato timore nos liberauit, quãuis
enim passiõe instante naturali timore concussus sit, hoc tamẽ sponte & potestatiue seu ex præ
uio rationis iudicio contigit, & eundẽ timorẽ cum voluit abiecit, atq; intrepidus obuiam pro
fectus est hostibus, Si autẽ referatur ad verbũ hoc seruiamus, iste ẽ sensus, quod Chrũs ideo
promisit daturum se nobis, vt liberati per ipsum ab hostibus, seruiamus ei absq; inordinato ti-
more in sanctitate, non quod nullos aduersarios habeamus, cum oĩes qui volũt pie viuere in
Christo persecutionẽ patiantur, sed quod illos inordinate nõ metuamus, nec peccãdo subdi co
gamur, nec dæmonũ manus (vt antea) incidamus, nec inferni supplicijs deputemur, imo ab
oĩ gloriæ obstaculo eruamur, merito dominicæ passionis, dummodo nosipsi obicem nõ po-
namus. Hæc est spiritualis securis, internaq; pax, & vera libertas militantis ecclesię, quantum ad
ad eos qui fide & opere Christiani consistunt, quæ in primitiua ecclesia maxime abundabant,
sicut in actibus apostolorum docetur. Vnde apud Esaiam dominus prænũtiauit: Sedebit (inq
ens) populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et
C in Sophonia legitur, Lauda filia Siõ, exulta in omni corde filia Hierusalem, auertit dominus in
imicos tuos, non timebis malum vltra, Insuper per Hieremiam cum dominus protulisset: Sus
citabo Dauid germen iustum, id est, Christum filium Dauid, vt omnes exponũt, mox subdi-
tur: In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, quia videlicet conuersi ad
Christum, non timuerunt eos qui corpus occidunt, vtpote parati mori pro fide & veritate ac
deo, eo quod essent repleti charitate & gratia Christi, per quam optime & inuictissimæ fuerunt
fiduciæ. Itaq; seruiamus ei non vno die, vel raro, aut modico tempore, sed incessanter ac per-
seueranter, vt subditur: ⌊omnibus diebus nostris,⌋ Qui enim perseuerauerit vsq; in finem,
hic saluus erit. Ideo monet apostolus: Bonum facientes, non deficiamus, tempore enim suo
metentes non deficientes. Nihil demum tam stultum quam tempus, non solum infructuose,
sed etiam vitiose expendere. Iugiter igitur deo altissimo obsequamur, semperq; perfectius atq;
amorosius obsequi studeamus, pensantes quo scriptum est: Maledictus qui facit opus dei ne-
gligenter. ¶ Postremo inquiritur quomodo per Christum liberatũ sit genus humanum, cũ tã
pauci saluẽtur, tamq; multi pereant? Respondendũ q; Christus sua passione pro totius mundi
seu populi satisfecit peccatis quantũ in ipso est, ita quod meritũ suũ tãtũ fuit quod pro omniũ
peccatorũ deletiõe sufficiẽs sit, sed nõ subuenit nisi his quibus applicatur seu cõmunicatur per
fidem, charitatem, aut sacramẽta, sua quoq; sanctissima conuersatiõe ac passione meruit omni
bus nobis gratiam copiosam, specialiter tamen pro omni generali pctõ satisfecisse asseritur, q̃-
niam propter reatum illius à gloria totum genus differebatur humanũ. Conuersatio demũ

X iiij & passio

& nostram sibi coniunxit naturam,nos quoq; ægrotos velut medicus pius nunc accessit. Itaq;
viscera in deo spiritualiter & metaphorice appellantur charitas & misericordia eius, quibus
A inductus est succurrere nobis,sicut de Chro ait Apostolus:Qui dilexit me & tradidit semet-
ipsum pro me. Rursum quoq; de patre:Propter nimiam(inquit)charitatem q̃ dilexit nos pater Gala. 2
filium suum misit. Itaq; quia non propter merita nostra,sed ob suam pietatem & charitatẽ de Ephe. 2
us hæc beneficia nobis largitus est, recte ait:Per viscera misericordiæ dei nostri,in quibus visita
uit nos. Vnde in Epistola Iohannis legitur:In hoc est charitas,non quasi nos dilexerimus de-
um, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Hæc viscera dei olim quasi latebant,iuxta illud Esaiæ: 1. Iohã. 4
Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum sup me cõtinuerunt se. Itaq; visitauit nos Esai. 63
⌊oriens ex alto⌋hoc ẽ,de summo cœlo ad terram descẽdens de sinu patris,imo de corde pris
in vterum virginis veniẽs,ab altitudine suę habitationis qua inaccessibilẽ lucẽ inhabitat,ad pe
regrinos & exules se inclinans,quẽadmodũ scriptũ ẽ:A summo cœlo egressio ei⁹. Chrs q̃q; ori 1. Tim. 6
ens nũcupat,q cãdor est lucis eternæ,& gloriæ splẽdor paternæ ex supersplẽdidissimo dei pa- Psal. 18
tris corde æternaliter oriens & emanans. Zach. 6

¶ Deinde per humanitatem assumptam hominibus innotescens atq; resplendẽs,qui in Eccle Sapien. 7
siastico testatur:Ego(inquiens)in altissimis habitaui. Et rursus:Ego feci in cœlis,vt oriretur lu Hebre. 2
men indeficiens. De quo secundum formam serui deus pater per Zachariam ait:Ecce ego ad
ducam seruum meum oriẽtem,de quo per eundem Zachariã:Ecce vir oriens nomen eius. At
vero à patre cœli orientali,qui oriens dicit,lux solis terrigenis oritur,ita à Christo lux gratiæ
nobis profluit, solq; sapientiæ deus vnus & trinus,per eius humanitem nos illustrauit. Hinc
subditur:⌊Illuminare his⌋hoc est,ad illuminandum eos⌊qui in tenebris⌋ignorantiæ & erro
ris seu infidelitatis,⌊& in vmbra mortis sedent⌋id est,in vita impia quæ vmbra mortis vo-
catur,quia à deo separat mentem, sicut mors naturalis seu corporalis à corpore segregat ani-
mam,iuxta illud Esaiæ:Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrũ,vel vmbra mor
tis est seculum præsens,quod cum sit vallis lachrymarum peregrinatio & exilium,vmbra & so
B litudo mortis respectu patriæ nominatur,imo & vita præsens vmbra mortis vocatur, dicente
Gregorio:Vita tẽporalis æternæ vitæ comparata mors est potius dicẽda,quam vita. Quidã p
vmbram mortis,obliuionem intelligunt,quia sicut mors tollit ab existentia in natura, sic obli-
uio ab existentia in memoria.

¶ Insuper aliqui per sedentes in tenebris accipiũt patres in lymbo detẽtos, qui fuerunt in tene-
bris,hoc ẽ,carẽtia lucis gloriæ,& loco obscuro,ad quorum illuminationẽ Christus post mor
tem in cruce statim descẽdit,eosq; mox ibi lumine glorię illustrauit,ita quod tunc deum p spe
ciem videre cœperunt secundum doctores. Tunc nanq; pro origioalis peccati reatu fuerat sa
tisfactum,preciumq; redemptionis solutum,puo quo reatu dumtaxat sancti illi differebantur
à gloria. Per sedentes vero in vmbra mortis intelligũt viatores & peccatores. Propter quoq; p
sedentes in tenebris intelligunt Gentiles idololatræ,ad quorum illuminationẽ Christus descẽ-
dit,sicut apud Iohannem loquitur:Alias oues habeo,quę non sunt ex hoc ouili,& illas oportet
me adducere. De hac re multa in Esaia legunt,vt ẽ illud:Populus qui ambulabat in tenebris,
vidit lucẽ magnã,habitãtes in regione vmbræ mortis,lux orta est eis. Rursus p Esaiã Prophe
tam pater loquitur Christo:Dedi te in lucem Gentium,vt aperires oculos cæcorum, & educe-
res de conclusione vinctum,de domo carceris sedentes in tenebris,sed p Esaiam Christus de pa
tre testatur:Glorificatus sum in oculis domini,& dixit:Parum est vt sis mihi ad suscitandas tri
bus Iacob,& ad fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gentium,vt sis salus mea vsq; ad
vltimum terræ. Hinc quoq; Iohannes de ipso ait:Erat lux vera quæ illuminat omnem hoĩem
venientem in hunc mundum⌊ad dirigendos pedes nostros⌋hoc ẽ,affectus,quibus cantamus
statuit supra petram pedes meos. Et in Canticis loquitur sponsa:Laui pedes meos⌊in viã pa
cis⌋hoc est ad conuersationẽ iustam ac virtuosam quæ est iter ad pacem pectoris in præsenti
atq; ad pacem æternitatis in futuro.

C ¶ Ad hanc duplicẽ pacẽ præstandam Christus potissimum venit,& passus est. Propter quod
testabat Apostolus:Pacem(inquiẽs)relinquo vobis,pacem meam do vobis. Hinc de Christo
ait Apostolus:Veniens euãgelizauit pacem his q longe,& his qui prope,hoc est,Gentilibus ac
Iudæis, quæ verba ab Esaia accepta sunt.

¶ Deniq; cum pax ista spiritualis ac vera,fructusq; spiritus secundum Apostolũ ad Galatas sit
quies,tranquillitas,seu quietatio mẽtis in deo,seu gaudium imperturbatum in eo, certum est,
quod per cõuersationem virtuosam homo ad pacẽ pertingat,vitiorum ac passionũ tumultus
inquietudinesq; sedando & extirpando,præcipue tamẽ pax à charitate procedit, quasi effi-
cienter. Charitas nanq; vnionem & cõcordiam pariter,quietem quoq; & gaudium in amato,
dum ei cõiungitur,designat. Hinc ait Psalmista:Pax multa diligẽtibus legẽ tuam. Ex iustitia ve
ro procedere dicitur, quasi prohibens à remouente, quia iustitia impedimenta pacis aufert
& perimit iuxta illud Esaiæ:Erit opus iustitiæ pax. Rursus pax ponitur effectus prudentię,
tanquam

tanquam virtutis dirigẽtis ad pacem per veram discretionem qua quis ordinate se habet, vn
Roma. 8 de nec perturbatur, ideo ad Romanos ait Apostolus: Prudentia spiritus, vita, & pax. Hanc
Matth. 5 itaq; pacem amemus, hanc exquiramus & conseruemus, cum dicat saluator: Beati pacifici, quo- D
niam filij dei vocabuntur. ¶ Postremo, canticum istud sententiosum ac dulce deuotissime
concinamus, grata & affectuosa mente, ineffabilia dei beneficia, præsertim verbi æterni in-
carnationem intime recolentes, & grates deo innumerabiles præcordialissime referentes.
⌊Puer autem⌋ puta Iohannes ⌊crescebat⌋ mente & corpore, sed multo plus mente, profi-
ciendo ineffabiliter omni charismate gratiarum ab eo tẽpore quo ratione vti continue cœpit
⌊& confortabatur spiritu,⌋ hoc est, à spiritu sancto seu donis & gratia eius, vel spiritu, id est,
Hebre. 13 in anima sua, seu spiritu rationali, sicut ait Apostolus: Optimum est gratia stabilire cor, ⌊&
erat in desertis⌋ hoc est, hæremi & solitudinis locis, vt ibi deo per contemplationem & serui-
dam dilectionẽ liberi⁹, frequẽtiusq; vacaret, quotidiana pctã, quæ ex humana cohabitatione
sæpe cõtingũt magis vitaret, solis supernis intẽderet, vitã rigorosiorẽ, exemplarioremq; duce-
ret, atq; per hoc magis idoneus fieret Christi testis, ac pœnitẽtiæ exhortator. Hinc asserit Be-
da: Prædicator pœnitẽtiæ futurus vt liberius auditores suos à mundi illecebris auertat, primæ-
uam in desertis peragit vitã. Et Origenes: Erat (inquit) in desertis vbi purior aer est, cœlum
apertius ac familiarior deus, vt quia nondum baptismi & prædicationis tempus aduenit, va-
caret orationibus, & cum angelis conuersaretur, appellaretq; dominum, & illum audiret dicẽ-
tem: Ecce adsum. Deniq; in hymno cantatur: Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas
fugiens petisti, &c. ⌊vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel,⌋ hoc est, quousque deo iubente
venit, & manifestauit se populo Israhelitico prædicans, & baptizãs circa Iordanem. Quo au-
tem tẽpore facta sit illa ostensio, infra capitulo tertio dicitur. Anno quintodecimo imperij
Lucæ. 3 Tyberij Cæsaris. Itaq; cœpit Iohannes facere & docere, sicut & Christus tanquam verus eius
Acto. 1 præcursor, præco, seruus, amicus, discipulus.

¶ Expositio Capituli Secundi. Factum est autem in diebus illis, exijt edictũ à Cæsare Augusto. Arti. VI

E



DESCRIPTA Præcursoris natiuitate ac circũcisione, nunc Christi natiuitas & circuncisio describuntur. ⌊Factum est autem in diebus illis⌋ hoc est, tempore quo crescebat & confortabatur Iohannes, vel circiter ⌊exijt edictum à Cæsare Augusto⌋ hoc est, Octauianus Imperator præcepit: Qui Octauianus fuit successor Iulij primi Imperatoris, qui inuasit imperium illud prælijs adipiscendo cũ fugasset Pompeium. Iulius aũt dictus est Cæsar, vel quia mortua matre, per materni vteri excisionem extractus est secundũ Isidorum, vel quia Cæsaree natus est, aut quia victoriosus fuit hostiũ cæsor. Filia aũt Iulij fuit vxor Octauiani qui à prædecessore suo retinuit nomen hoc Cæsar, & insuper cognominatus fuit Augustus, quia rem publicam, & Imperium Romanum, omnesq; opes maximæ auxit Romæ ⌊vt describeretur vniuersus orbis⌋ hoc est nomina regionum, & vrbiũ, villarum, vicorum & habitatorum omnium hominum redigerentur in scriptis, & deferrent ad Romam, sibiq; insinuarentur: Voluit enim hic Imperator scire magnitudinẽ suæ potẽtiæ ex quantitate subditorum suorum, videlicet, quot prouincijs, vrbibus, vicis & villis, imo & quot hominibus dominaretur, vt etiam sciret magnitudinem & valorem tributi quod sibi in singulis suæ ditionis prouincijs soluebatur, & qualiter prouincias melius conseruaret in pace, prouidẽdo singulis de præsidibus, iudicibus seu dominatoribus. Interea secundũ Ambrosiũ & glossam, Octauianus nõ imperabit vniuerso orbi, imo nec Gothis, neq; Armenijs secundum Ambrosium, nec videt possibile, quod ad omes mundi prouincias potuerit potestatẽ suã extẽdere aut venire, idcirco quod totus orbis dicitur ad eius iussionẽ descriptus, hyperbolica locutio
est, qua aliquid dicitur per excessum, ad insinuandũ magnitudinẽ rei, quẽadmodũ apud Io-
Iohan. 12 hannem pharisæi dicũt, de Christo & populo eum in die Palmarum sequẽte: Ecce totus mũdus F
abijt post eũ. Ad innuendũ ergo q; Augustus latissime imperauit, dicitur toti orbi dominatus, illumq; describi iussisse. Reuera namq; latissime imperauit, nec aliqua ei regio quiuit resistere, sed victoriosissimus ac fortunatissimus fuit, propter quod in senatu postea. i. tempore Traiani imperatoris fuit clamatũ. Nullus felicior Octauiano, nullus melior Traiano.
¶ Deniq; lvij. annis & medio Octauianus legitur imperasse, & duodecimo sui imperij anno edictũ istud constituisse, ita q; sub eius imperio inaudita pax fuit in seculo omibus vni homini subditis, ad præfigurandũ quod Chrs tunc veniens verã pectoris, æternitatis pacẽ oĩbus in
se credẽtibus eẽt daturus, eosq; in patria æternæ felicitatis collocaturus. Vñ tũc literaliter fuit im
Esaiæ. 2 pletũ, quod in primo Christi aduentu eẽ implendum prædictum fuit p Esaiam atq; Michæã
Mich. 4 Conflabũt

Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit geos cootra gẽtem
A gladium, ⌊hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino⌋ ante hãc generalem mun
di descriptionem pcæcessecant particulares certarum cegionum descripcõẽs, sicut in libro Re
gum legitur : Dauid iussisse Ioab vt populum regni sui numeraret atq; in scriptis redigeret, 2. Re. 24
sed ista quam Octauianus fieri iussit, fuit prima, loquendo de generali orbis descriptione. Itaq;
hæc descriptio prima, scilicet vniuersalis (quam alia similis nõ præcessit) facta est à præside Sy
riæ, vel hæc descriptio ab Augusto præcepta, facta est prima, hoc est, primo executioni man
data est, seu fieri cœpit à p̃side Syriæ noĩe Cyrino, quẽ Cyrinum Augustus præfecit Syriæ &
Iudææ secũdum Græcã expositocẽ, sed Cyrinus in Siria orsus est exequi Imperatoris ædictũ,
eo quod Siria (vt dicit) sit vmbilicus, seu medium terræ habitabilis, in cuius medio dicũt fuisse
Iudæam. ⌊Et ibant oĩes⌋ videlicet principales de qualibet domo, vel etiam cæteri qui ire va
lebant, ⌊vt profiterẽtur, ⌋ hoc ẽ, verbo & facto protestarẽtur subiectos se Romaoo Imperio,
⌊singuli in ciuitatẽ suam⌋ hoc ẽ, in vrbe de qua nati fuerũt, vel ad quam amplius pertinebant
⌊Ascẽdit autẽ & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth⌋ In qua Christus fuit cõceptus, & ibi
dem virgo beatissima com Ioseph suo ministro, sponso & viro tũc habitauit. Fertur quoq; Io Iohan. 7
seph ascẽdisse, quoniam ciuitas illa ioferioc fuit loco quẽ adijt, de qua subditur ⌊in Iudæam ci 2. Re. 16
uitatem⌋ hoc ẽ, in vrbẽ ad tribum Iodæ spectantẽ. vt Iudæa adiectiue sumatur, quẽadmodum 2. Reg 17
in Iohanne quo dicitur: In Iudæam terram, ciuitatem inquam ⌊Dauid⌋ id ẽ, de qua extitit ori
undus. Ibi eñ pater suus mocatus est, & ip̃e cum illo, vt in libris Regum habetur: Syon quoq;
dicitur ciuitas Dauid, quooam ibi specialem sibi constituit mansionem, puta palacium, & quia Math. 2
B Hierusalẽ fuit Metropolis regni Dauid. Syon quandoq; pco Hierusalẽ, quandoq; pro illa par- Lucæ 3
te Hierusalẽ vbi palacium fuit ac tẽplum, accipitur ⌊eo quod esset de domo & pro⌋ id est, ⌊fa
milia Dauid.⌋ vt patet in Matthęo, & infra capitulo tertio, vel p domum intelligitur genus seu
cognatio in communi, p familiam pars cognatiõis. Multæ nãq; familiæ de eodẽ patre prodi-
bant, quãdo multos filios habuit, circa quod ait Grecus: Per hoc quod Euangelista ostẽdit Io-
seph fuisse de cognatione Dauid, contẽtus fuit ipsam quoq; virginẽ de eadẽ fuisse cognaoooe Deute. 36
promulgare, cum diuina lex pcæcipecet coniugales copulas ex eadem progenie cõtrahi, ⌊vt p Lucæ 2
fiteretuc cum Maria desponsata sibi⌋ Antequam illa cõciperet Christum. Missus est enim Ga
briel angelus ad virginẽ despoosatam viro, cui nomẽ Ioseph, vt dictum est: ⌊vxore p̃gnãte⌋
hoc est, partui iam propioqua, vecaciter enim vxor ipsius fuit, quamuis eam nunquam cogno Math. 2
uerit. Vnde apud Matthæum angelus ait ad eum, ante Christi natiuitatẽ ex virgine. Noli ti-
mere, accipere Mariam cõiugẽ tuam, siquidẽ verum intec eos matrimonium fuit, quamuis nõ
sit carnali copula consummatum. ¶ Porro, professio illa fiebat verbo & facto, quia dicebãt
se Imperatori subiectos, atq; in signum veritatis ponebant denarium Imperatoris imagine in
signitum super pcoprium caput, quẽm statim porrigebant Imperatoris ministro, qui nomina
proficeotium mox descripsit. Est q; dubium apud quosdam, ao solus vir profitebatur. Quod si
dicatur: tũc quod ait Euãgelista, cum Maria cefert ad verbum ascẽdit, non ad verbum profi-
tebatur. ⌊factum est autẽ cum essent ibi⌋ puta in Bethlehem ⌊impleti suot dies vt pareret,⌋
virgo benedicta nouẽ mensibus iam elapsis, quę reuelante spiritu sancto nouerat se in Bethle- Micheę. 5
hem parituram, vt illud Michææ impleret, quo dominus ait: Et tu Bethlehem Effrata, ex te mi
C hi egredieť qui sit domioator in Israel, & magnificabiť in medio vniuersæ terræ, de quo ferť in
Psalmo: Et dominabitur à mari vsq; ad mace, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.
Et Daniel ait: Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. ⌊Et peperit filium suum primogeni
tum⌋ Scilicet Iesum Christum qui dicitur primogenitus per exclusionem prioris, noo per respe
ctum sequentis seu posterioris, vt dicatur primogenitus ante quem alius non est natus, etiã si
nullus post eum oascatur. Sic eñ primogenitus in lege accipiť, dum omne primogenitũ deo
offerri iubeť. Certum est eñ, quod multi tunc vnigeniti erat in populo Iudæorom, qui tamen
deo offerebanť proptec illud p̃æceptum. ¶ Deniq; qm̃ Christus nasci digoatus est ex virgi
ne, vt p spũalem cegenerationẽ frẽs multos acquireret. Hioc vt sic, aptius dictus ẽ primogeni
tum quam vnigenitus. Hinc Beda affirmat: Vnigenitus est in substãtia deitatis, primogenitus
in substãtia humanitatis, primogenitus in gratia, vnigenitus in natura. Excellentissimam nanq;
gratiam secũdum assumptam humanitatẽ accepit, ita quod de plenitudine eius accepimus oẽs
vt Iohãnes habet: Item Christus diciť primogenitus, quoniã dignior vniuersis. Vnde in Apo
calypsi vocať primogenitus mortuorũ, & ad Colossenses de eo scribit Apostolus: Qui est prin
cipium primogenitus ex mortuis. Rursus vocať primogenitus ois creaturæ, qa scd̃m diuinã su
am naturã natus est ante oĩa secula ab æterno, scd̃m humanitatẽ quoq; prælatus, est oĩ crea
to, non solum p hypostaticam suæ humanitatis vnionẽ cum verbo, sed & per excellentissimã
gratiæ & gloriæ plenitudinẽ, quam à principio incarnatioois instanti suscepit. Itaq; peperit
filium suum, dei q; patris voicum oatum, quem sicut sine carnali delectatione cõ ingenti spiri
tuali lætitia in alta existens contemplatione concepit, ita sine corporali dolore, cum interno
dulcore

dulcore in sublimi existens contemplatione quasi in ictu oculi peperit, natumq; protinus vt
deum verum atq; altissimum humillime fortis ac iucūdissima adorauit, ⌊& pannis eum in- D
uoluit.⌋ proprijs manibus, nec vtens nec indigens auxilio obstetricum, dicente Hieronymo:
Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularū sedulitas intercessit, ipsa pannis inuoluit infantē, ipsa ma
ter & obstetrix fuit. Itaq; si alicubi huius oppositū inueniatur, taoq̄ mendaciū respuat. Cōmu
niter aūt asseritur, q̄d pannis, id est, vilibus atq; veteribus panniculis eū inuoluit. Veruntamen
in reuelatiōibus beatissimæ Brigidæ virgo Maria inducit loqui ad Brigidam q̄d sciuit se pariturā
Michæ.5 tramin Bethlehem, vt impleretur scriptura, idcirco de mundissimis & decentissimis lineis pan-
niculis sibi prouidit, qbus & filium suum mox reuereoter inuoluit, nempe (vt legitur) ibi credi-
biliter vtiq; sacratissima virgo mox paritura genua deuotissime flexit, & mēte ad deum ere-
cta, velut in momento puerū est enixa, viditq; eum aote se in terra iacentem, & paulopost præ
frigore palpitantem, cui illa teoerrime condolens, susceptum & amplexatum, deosculabatur,
eum ad pectus suum & calefaciens ipsum. Deinde candidissimis inuoluit panniculis agens q̄d
subditur, ⌊& reclinauit in præsepio.⌋ iuxta se posito quod vel Ioseph faber lignarius ibi tunc
fecit propter bouem & asinum quos secum fertur duxisse, vehens virgioem super asinum, &
bouem pro necessarijs in itinere vendere volens, quāuis aliq putent animalia illa aut saltem
bouem, aliunde fuisse adducta, vel præsepe iamdudum fuit ibi constructum in loco, de quo
subditur: ⌊quia non erat ei locus in diuersorio.⌋ hoc est alium aptiorem locum, quo puerum
poneret ibi virgo sancta non reperit. ¶ Porro, diuersorium secūdum Isidorū dicitur: quia diuer
si ibi conueniunt, atq; (vt asserit Beda) fuit domus seu spaciū inter duos vicos ex vtroq; latere
habens murum, & ex vtraq; parte portam, desuper quoq; ob aeris intēperiem coopertum, quo E
festis diebus ciues ad conferendum & solatiandum conuenerant, quo etiam vrbem ingredien
tes animalia sua ad tempus locare solebant, sicq; à diuertendo diuersorium est vocatum, quoni
am illic hoīes diuertebant. Alij dicunt q̄ fuit hospitalaria, ad quam ad extra venientes diuer-
tebant ad hospitaodum, præsertim egeni, vnde qa tunc hominibus plena, & ditiores hospitia
occupauerant meliora, Ioseph vt verecundus, simplex & pauper, cum virgine diuertit ad lo
cum præfatum, quod vtiq; non casualiter factum est, sed deo præordinante ac moderante,
propter multiplicem rationem, videlicet ad commendandam paupertatē ac humilitatem, mū
diq; contemptum edocendum, quia adhæc instruenda verbo ac opere, ipsemet filius dei ad-
uenit, item ad implendam scripturam, qm̄ p Abacuc de Christo prædictū est secūdū transla
tionem septuaginta interpretum, In medio duorū animalium cognosceris. Itaq; dn̄s virtutū
rex gloriæ deus maiestatis immensæ assumptus & redempturus naturā humanā in cunctis ele
Psal. 23 git, quæ secundum mundum abiectiora sunt & corpori grauiora. Pauperē etenī elegit matrē,
1. Cori. 1 in alieno, angusto, viliq; loco natus & reclinatus est tempore hyemali, & media nocte voluit
nasci, vt mundi damnaret superbiam, reprobaret lasciuiam, penuriam vero in se decoraret,
& pauperes consolaretur, quatenus eius exemplo carnem nostram cum vitijs & concupiscen
Gala. 5 tijs crucifigamus, aspera & ardua viriliter aggrediamur. Væ ergo vanissimis seculi dilectori-
bus, qui de sua nobilitate & opulentia stultissime gloriantur & iactant se, qui tandē sero & infru
ctuose dicturi sunt illud Sapientis: Quid profuit nobis superbia aut diuitiarum iactantia quid
contulit nobis? Transierūt omnia illa tāquam vmbra. Vbi iam q lectorum gaudēt mollitie, q
ibi satisfaciunt desiderijs carnis? qbus dicitur per Amos prophetam: Væ q dormitis in lectis
eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Ecce qui sedet super Cherubin, & in cœlestibus thronis q F
escit, duri præsepis propter nos continetur angustia. ¶ Denique quoniā homo comparat iumē
to vel diuinæ legis iugum pie ac obedienter ferendo, iuxta illud psalmi: Vt iumentum factus
sum apud te, & ego semper tecum, quod in psona iusti dicitur ibi: vel irrationabiliter seu be-
stialiter conuersando, quemadmodum scriptum est: Homo cum in honore esset, nō intellexit,
cōparatus est iumentis insipiētibus. Hinc Chr̄s vt fieret horum refectio iumētorū, factus est fe
num, eo modo quo in Esaia scribitur: Omīs caro fenū, voluitq; eis in præsepo primo propo
ni. ¶ Postremo, vt aliqui dicūt præfatū diuersorium fuit intra vrbem Bethlehem in fine iuxta
vnā portarū sub concaua rupe, non habens desuper tectum nisi rupem ex monte dependētē.
⌊Et pastores erant in regione eadem⌋ .s. Iudæa. Hic aūt Euāgelista ostendit, qūo Christi na-
tiuitas cœpit hominibus reuelari. ⌊vigilantes & custodientes vigilias noctis.⌋ hoc est, consue-
tas nocturnas vigilationes solicite conseruabant, ⌊super gregem suum,⌋ id est, circa pecora
quæ alebant in rure, etiā tempore noctis, sicut in locis illis fieri consueuit. Dicitur quoq; quod
tunc erant iuxta turrim quandam inter Bethlehem atq; Hierusalē, vbi Iacob de Mesopotamia
rediens cum suis moratus est gregibus, vbi mortua & sepulta est Rachel, vt patet in Genesi,
dicebatur turris gregis, de qua illud Michææ exponit: Et tu turris gregis nebulosa filia Sion
ad te veni, & potestas prima regum Hierusalem, hoc est Christus, virtus prima, summa, om̄ipo
tens, quem ibidem angelus nunciauit pastoribus, qui tres fuisse dicuntur, & ibi postea fuit con-
structa ecclesia, vbi illorū monstrantur (vt fertur) sepulchra, ad quem etiam locum Christum
postea

postea venisse non irrationabiliter credit. Et ecce angel⁹ dñi stetit iuxta illos. ⌊Assumpsit eñi
corporis humani effigiẽ,& visibiliter eis appatuit,⌊& claritas dei circũfulsit illos⌋.i.lux quæ-
A dã diuinitus missa, aerem prope pastores sic clarificauit, quod ipsi luce illa vndiq; operiebatur,
secũdũ quod paulo post interi⁹ spũali luce perfusi sunt, ad cognoscendũ veritatem de Chrõ, Actu. 9
quẽadmodũ in actis de Paulo habetur: Subito circũfulsit eũ lux de cœlo. Deniq; angelus forte
tanti fuit splendoris in corpore q̃d assumpsit, ꝙ ab ipso tanta lux diffundebatur, vel ꝑter clari-
tatem ab ipso diffusam etiã lux desup deo agẽte dispergebatur, p quã copiosam lucis diffusio-
nẽ figurabat, ꝙ Christus sol sapiẽtiæ atq; iustitiæ esset in mũdo hoc natus. Vnde in veteri te-
stamẽto nõ leguntur angeli cũ tãta claritate apparuisse, ⌊& timuerũt timore magno,⌋ ꝓpter Sapien. a
tam grandẽ, incõsuetãq; visionẽ, & ne forte illusio esset, vel quid ꝑtenderit visio ignorãtes. De
causis quippe huiuscemodi timoris dictũ est plenius in expositione primi cap. art. ij. Vnde & in
Iudicum lib. Manue viso angelo, dixit coniugi suæ: Morte moriemur, quia vidim⁹ dñm ⌊Et Iudic. 13
dixit illis angelus,⌋ qui sua visione territos consolari solet & cõfortare, vt dictũ est. ⌊Nolite
timete⌋.i. immoderato ac deijciẽte timore qui vsum impedit rõnis, estq; passio inordinata, q̃
per rationẽ & fiduciã seu fortitudinẽ est frenãda ac moderãda. Cur aũt timere nõ debeant, sed
gaudere, adiecit. ⌊Ecce eñi euangelizo⌋.i. bonũ denũtio ⌊vobis gaudiũ magnũ⌋.i. causam,
atq; materiã spiritualis boni ac præcipui gaudij, seu multũ esse gaudendũ, ⌊q̃d erit omni po-
pulo⌋.i. tam Iudæis q̃ gẽtilibus inerit gaudiũ istud, cunctis videlicet fidelibus & electis, vt sit
distributio accõmoda pro generibus singulorꝫ, quia de omni genere seu natione hoĩm aliqui Iohan. 12
inde gauisi sunt, iuxta quẽ sensum loquit Christus apud Iohannẽ: Omnia trahã ad meipsum,
⌊quia natus est vobis⌋.i. ad vestram salutem, ⌊hodie⌋.i. die hoc naturali. f. in hac nocte, q̃
est pars naturalis diei, qui dicitur vigintiquatuor horas habere: sicq; hebdomada dicit spacium
septem dierum, ⌊saluator,⌋ vtpote vnigenitus filius dei, qui secũdũ naturam suam diuinam est
saluatór per authoritatẽ & efficientiã principalẽ tanquã creator & dator salutis & gratiæ pri- Esai 45
ma ac omnipotente virtute, qui in Esaia testatur: Deus iustus & saluans nõ est ꝑter me, atq; per Osee 13
B Oseam ait: Ego dñs deus tuus, & saluator nõ est præter me. ¶ Porro secũdum humanitatem as
sumptã est ipse saluator per efficientiã instrumentalem, & velut meritoria causa gratiæ ac salu
tis, sicq; in Actis ait de Christo Apostolus: Acquisiuit ecclesiam sanguine suo, de quo in Esaia Act. 20.
prædictũ est: Ecce deus vester ipse veniet & saluabit vos. Sua eñi passione nostra absterfit pec- Esaiæ 35
cata, & gratam & salutem nobis promeruit, quod etiam suæ sanctissimæ conuersationis me-
ritis fecit, ⌊qui est Christus.⌋ Christus græce, latine dicitur vnctus. Christus autem vnctus ẽ
non corporali oleo, aut humana vnctione, sicut olim in lege in eius figuram vngebãtur reges
atq; pontifices, cum ipse sic summus rex ac pontifex, finis & consummator legis, secundũ Apo
stolũ, sed vnctus est secundum humanitatẽ, diuina & spũali vnctione, hoc est plenitudine gra
tiæ, omniũq; gratiarũ charismate, virtute, dono, ac sanctitate, imo & lumine gloriæ, ac beatifica
fruitione à principio incarnationis instante, iuxta illud psalmi: Vnxit te deus deus tuus oleo læ
titiæ præ cõsortibus tuis, quæ vnctio facta est à tota supeebenedicta trinitate, cuius indiuisa est
actio ad extra. Hinc p Esaiam loquitur Christus secũdũ naturam assumptam: Spiritus domini
sup me, eo quod vnxerit me. Deniq; Christus prout in nouo testamẽto cõmuniter vtimur, no
mine isto, significat seu supponit increatã personã in duplici natura, videlicet diuina & huma
na subsistẽtem, hoc est vnigenitũ dei incarnatũ, ⌊dñs,⌋ Christus secũdum vtrãq; naturã dicit
dñs, sed diuersimode, qa vt deus, est dñs p independẽtẽ authoritatẽ, primamq; potestatem, &
vniuersalẽ præsidentiã prorsus pfectã, sed secundũ naturã humanã est dñs etiam omniũ crea-
turarũ p potestatẽ & grãm tẽporaliter datã, creatã, istrumẽtalẽ, atq; finitã seu limitatam, scdm
q̃d in Matthæo ait: Data ẽ mihi oĩs potestas in cęlo & in terra, de quo in Actis Petrus inquit:
Hic est omniũ dñs, ⌊in ciuitate Dauid⌋. f. Bethlehẽ. Ecce quõ (iuxta Apostolũ) infirma & cõ-
temptibilia seu abiecta, stultaq; mundi elegit deus, vt confundat magnos, fortes & sapiẽtes in
oculis suis. Siquidẽ non põtificibus & sacerdotibus tẽpli in mollibus stratis iacẽtibus, non scri
C bis de legis scia tumidis, nõ pharisæis de sanctitate præsumentibus, nõ nobilibus, diuitibusq; su
perbis, sed pastoribus, idiotis, agenis, humilibus, angelis, deinde angelicus apparet exercitus il
lis. Angelus Christũ denũtiat, quod angelicus exercitus iubilãdo cõfirmat, p quod etiã figura-
batur ꝙ nõ otiosis, sed studiosis, verisq; dñici gregis custodibus, seu dignis & virtuosis pastori
bus, ꝑcipue his qui nocturnis tpibus laudibus vacãt diuinis, supnæ illuminatiões, angelicæ visi-
tationes, cœlestes cõsolatiões præstant, Nam & p hoc ꝙ pastores illi taliter vigilabãt sup pe
cora sua, insinuat, ꝙ pastores ouium Christi, vtpote Christianorꝫ, iugi solicitudine atq; custodia
debẽt intẽdere sibi cõmissis, easq; pascere oratione, doctrina, exẽplo, vt illud Esaiæ dicere pos
sint: Super speculam dñi ego sum, stãs iugiter per diem, & super custodiam meam ego stans to
tis noctibus. Oportet nanq; pastores sic intendere alijs, vt seipsos custodire ab omni peccato
nõ negligãt. Propterea in Actis loquit eis Apl'us: Attẽdite vobis & vniuerso gregi, in quo po-
suit vos spũs sanctus pastores. Præterea contemplandũ, quod sicut in Christo est natura sum-

ma,puta diuinitas,& infima in ordine intellectualiũ creaturarũ,hoc est humanitas,sic in omni-
bus q̃ de Christo legũt,est quædã venustissimo,decẽtissimaq́ꝫ pmixtio,sublimiũ & decliuiũ,cę
estiũ & terrestriũ,diuinorũ & humanorũ, altissimorũ & infimorũ, nẽpe q̃d à puella concipitur,
in stabulo nascitur,pãnis inuolut,in p̃sepio ponit,circũcidit,& in Aegypttũ fugatur,& cętera D
quæ in Euãgelio scripta sunt,patitur:Nõne hæc oĩa ad paruitatẽ,inferioritatẽq́ꝫ ptinẽt? Verũ
q̃ꝫ ab angelo nũtiatur,à virgine generat,ab angelico exercitu cõmẽdat,& cætera q̃ in Euãge-
lio scripta sunt,supnaturalia operat,excellẽtiæ est diuioꝝ. Præterea aliq sic legũt, Natus est no
bis,non vobis,vt angelus fateat Christũ natũ nõ solũ ob hoim saluationẽ,sed ob angelicæ q̃ꝫ
reparationem ruinæ. L Et hoc vobis signũ, ⅃ iuxta Apostolũ, Iudæi signa quærunt,idcirco pa
storibus tanq̃ Iudæis dat angelus signũ,nõ vtiq́ꝫ propter illoꝝ incredulitatem,sed potius pro-
pter illoꝝ & oim saluberrimã instructionẽ. Nã subdit. L Inuenietis infantẽ pãnis inuolutũ,&
positũ in p̃sepio,⅃ Tãq̃ dicat,Quamuis Chr̃us natus sit oim rex & princeps altissimus,attamen
q̃d admirabilissimũ ẽ,in maxima paupertate & humilitate nasci & cõuersari elegit, nõ in opulẽ
tia,tẽporaliq́ꝫ regno vt p̃stolabatur Iudæi,sicut vsq́ꝫ in p̃sens expectant regẽ Messiã in primo
suo aduẽtu ipaliter regnaturũ,& totũ mũdũ sibi ac populo Iudæoꝝ potẽtissime subiectuꝝ,se-
cundũ exteriorẽ atq́ꝫ terrenã dñationẽ,cũ tñ sancti prophetæ primũ Chr̃i aduẽtũ in pauperta
te & humilitate futuꝝ descripserint,vt iudicaret & pateret,hoiesq́ꝫ sua passione saluaret. Hoc
igitur signo angelus docuit,q̃ꝫ Chr̃s aduenit,vt oim terrenoꝝ verbo & opere edoceret cõtẽ-
ptũ,& ad diuinoꝝ amorẽ corda fideliũ prorsus transferret,hoc q̃ꝫ signo angelus ipsos pasto
res ęgenos,omnesq́ꝫ pauperes vehemẽtissime cõsolabatur. Itaq́ꝫ iuxta Bernardũ,Panni Chri
sti positi sunt in signũ,sed in signũ cui q̃tidie à multis cõtradicit. Qui erũ p̃tiositate, superfluita-
te,seu multitudine & cultura atq́ꝫ mollicie vestiũ gloriãtur,cõtradicũt huic signo. Itaq́ꝫ scripta
sunt hæc ad eruditionẽ nostrã,vt Christi paupertatẽ, humilitatẽq́ꝫ cognoscẽtes,eum in pau
pertate & humilitate sectamur,saltem sic,vt diuitiæ si affluant,cor non apponamus. L Et subi-
to ⅃.i.præfato angelo cũ pastoribus adhuc loquẽte,secũdum Originem,vel repente post hoc
L facta ⅃.i.exhibita L est ⅃ & in aere apparuit, L cũ angelo ⅃ pastores docẽte,quẽ aliq putãt Ga
brielem fuisse,& cæteris tũc apparẽtibus principaliorẽ,ideo tantũ mysteriũ nũtiãtem, L multi
tudo cœlestis exercitus ⅃.i.copiosum agmẽ angelicorũ spirituũ, q milites summi regis consi- E
stunt,quoniã contra eius aduersarios,puta aereas potestates,victorialiter dimicant,eosq́ꝫ vin-
cunt & arcẽt,atq́ꝫ ad omẽ æternæ maiestatis prosequẽdũ imperiũ prõptissime,repẽte ferũt. In
super Christo duci q ad superãdas aereas p̃tãtes aduenit humiliter seruiebãt. Itaq́ꝫ ad veritatis
certificationẽ,& ad nati pueri dignitatẽ insinuãdam,tã multi,imo secundũ Originem tã innu
merabiles angeli apparuerũt, L laudãtium deum ⅃ ardẽtissima, deuotissima atq́ꝫ lætissima men
te, L & dicẽtium ⅃ cõsona voce ac suauissima melodia per ora corpoꝝ assumptorũ. L Gloria ⅃
.i.summa excellẽtia,seu clara cũ laude notitia seu beatitudo atq́ꝫ lætitia,proprie autem gloria,
hoc est,clarificatio diuinæ maiestatis in cordibus intellectualiũ creaturaꝝ cũ debita laude fit L in
altissimis deo ⅃.i.deo qui in cœlis est,p̃sertim in cœlo empyreo,esse & habitare asserit,inquan
tũ ibi euidẽtius ac magnificentius operat,clariusq́ꝫ cõspicit,q̃uis secũdũ se sit penitus supersim-
plicissimus, incircũscriptus,immẽsus,nullã ad locũ habitudinẽ habẽs. Vel,gloria.i.p̃fata clarifi
catio diuinæ dignitatis fit in altissimis,i.mẽtibus beatoꝝ,deo,vt ipsi in omnibus honorẽ & glo
riã deo exhibeãt. vnde secũdũ hoc,verbũ istud est verbũ cõgratulationis magis q̃ exhortatiois,
quẽadmodũ illud: Laudate deũ oẽs angeli eius,iuxta illud Apostoli: Soli deo honor & gloria.
In hoc ergo cõformem' nos angelis sanctis ac deo,vt soli deo gloriã ascribamus, itemq́ꝫ ab oĩ-
bus tribui cupiamus. Nã ipsemet ait p Esaiã: Gloriã meã alteri nõ dabo,& sic cum Psalmogra
pho digna cãtabimus: Nõ nobis dñe nõ nobis,sed nomini tuo da gloriã. Sed nõne & nos glo-
riã desiderare possumus & debemus,p̃sertim cũ propter felicitatẽ seu gloriã sempiternã oĩa
finaliter sint agẽda. Et rñdendũ,q̃ꝫ gloriã optare debemus in deo secũdum deũ & propter deũ.
In deo,vt in obiecto,datore & causa,secũdum deũ,hoc est secũdum voluntatẽ ipsius,nõ scd̃m
propriã cupiditatẽ,videlicet ordinate,vt cõpetit mẽti creatæ,propter deũ.i. finaliter ad laudẽ
& honorationẽ eius,ad quẽ & ad cuius honorificentia nosipsos & quicquid in nobis aut nostrũ
est referre debemus. Ideo dicit Ap̃lus: Qui gloriatur,in dño glorietur. Et Psalmista: In dño lau- F
dabitur aĩa mea. Sed vani,vitiosi & friuoli hoies,in se,& propter se volũt laudari,gloriamq; for
tiri,furtũ dño facientes,quia q̃d eius est,sibi vsurpãt, L & in terra (sit) pax ⅃ vera & sp̃ũalis,q̃ est
trãquillitas mẽtis in bono honesto,præsertim in deo fonte totius boni honesti seu virtuosi,de
qua circa expositionẽ primi capituli plenius dictum est L hoĩbus bonæ volũtatis. ⅃ ¶ Loquen
do de volũtate nõ optatiua tantũ,q̃ est velleitas impfecta,de qua Salomon loquit: Vult & nõ
vult piger,sed volũtate imperatiua & efficaci,q̃ dũ opportunitas adest seu exigit, procedit in
opus. Talẽ aũt volũtatẽ bonã habentes sunt boni,& in statu salutis seu in charitate & gratia,
quoniam talis voluntas seu volitio,reputat à deo pro opere. Sumit equidem nunc voluntas p
actu interiori voluntatis,quæ est volitio,non pro potentia tantum,vel pro potentia tali actu
forma

formata. Denique à voluntate potissimum dicit homo bonus vel malus, qm̄ prima radix merē
A di ac demerendi consistit in voluntate, secundum q̄ libertas primo directe ac ꝓprie compe
tit voluntati. Peccatū aūt in tantum ē voluntariū, quod si non esset volūtarium, non esse pecca
tum, secundum Augustinum. Et similiter dicendum est de actu virtutis. Hinc bonū & malū
dicunt esse in voluntate, verū & falsum in intellectu. Hinc cōgrue pax annūtiat hoībus bonę vo
lūtatis, Insup pax ista nō cōpetit malis, iuxta illud in Esaias: Nō est pax impijs, dicit dominus. Esaiæ 48
Potest quoque hic pax accipi pro reconciliatione generis humani facta cū deo per Christū, q̄
angeli tunc instare dicebant. Vnde ad Romanos inquit Apostolus: Reconciliati sumus deo per
mortē filij eius. Patet aūt ex verbis his, quia de spirituali pace intelligenda sunt, quæ ꝓphetæ Roma 5
denūtiauerūt de futura pace in Christi aduētu, quę ē pax bonæ volūtatis. Per bonitatē etenim
voluntatis dicit homo simpliciter bonus poti⁹ q̄ per aliaꝝ animæ viriū bonitatē. Voluntatis
namque est alias potentias ad act⁹ suos mouere, ideoque bonitas & malitia eius in illas redundant,
quemadmodū virtus seu influentia causæ mouētis in ea quæ ab ipsa mouent. Porro pax tēpo
ralis, q̄ fuit in mūdo in Christi aduentu figura extitit, huius principaliter intētæ, spūalisque pa-
cis, de qua ad Coloss. ait Apl̄us: pax Christi exultet semper in cordibus vestris, de q̄ etiam per Coll 3.
Michæam ꝓdictū est: Pax erit in terra nostra dū venerit, & qn̄ calcauerit in domib⁹ nostris, at
que in psalmo: Orietur in dieb⁹ eius iustitia & abūdantia pacis. Hæc est pax interna iustoꝝ ve
re Christianoꝝ, quæ eis per exteriores inquietudines seu tribulationes auferri non valet, dicen-
te in Prouerbijs Salomone: Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Et rursus: Nō cōtrista
bit iustū quicqd ei acciderit. Hinc de primitiua ecclesia ei⁹ per Esaiam ꝓdixit: Sedebit populus Prou. 18
meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulēta. Hæc ē vera ac san
cta securitas, qua perfecti pro deo oīa aduersantia pati parati, non timēt eos qui corp⁹ occidūt. Matt. 10
Propter q̄d per Hieremiam scriptū ē: In diebus illis saluabit Iuda, & Israel habitabit cōfidēter.
B Vnde in Actis aploꝝ, Paul⁹ & alij q̄dam fiducialiter egisse legūt. Et iteꝝ: Discipuli replebant
gaudio & spū sancto. Itaque si deo placere appetimus, verā cū oībus quantū possibile ē pacē & Acto 13
concordiam habeamus, ꝓsertimque mentē in deo quietā, fixā & imperturbatā seruemus, q̄d fi-
eri poterit si vere mites, patientes, humilesque fuerimus & cūctis terrenis cōtemptis deum feruē-
ter amemus. ¶ Postremo inquiritur, à quo residuū huius angelici cātici æditū sit? Ad q̄d Alber-
tus & aliqui alij dicunt, q̄ à Symmacho papa, alij credibilius asserūt, q̄ ab Hylario sancto Epis
copo. Legitur nēpe in gestis Romanoꝝ pontificū, q̄ Telesporus papa instituit, vt solis Epis-
copis liceret canticū istud incipere in festis diebus, quia de sacerdote scriptū ē apud Malachiā:
Angelus dn̄i exercituū est. ⌊Et factū est vt discesserunt ab eis angeli in cęlū⌋ .i. cum abstraxis- Malac 2
sent se aspectibus pastorū, & redissent in coelum, quo solent reuerti, ministerio, propter quod
missi sunt, cōsummato, quemadmodū Tobiæ Raphael ait: Tempus est vt reuertar ad deū q me
misit. ⌊pastores loquebantur ad inuicem⌋ Quāuis eñ primo territi ac stupore repleti fuissent,
tamen ex consolatione angelica ac dulcissima perceptione rei tam gaudiosæ cōfortati fuerūt,
& læti, alacresque effecti, dixerunt. ⌊Transeamus in Bethehē,⌋ quæ (vt dicunt) per miliare dista
bat à loco, quo ista viderunt pastores. ⌊& videamus⌋ corporaliter, quod nunc oculis fidei cre-
dimus, ⌊hoc verbū quod factū est⌋ .i. rem verbis ad nos dictis significatam .s. puerum natū,
qui est Christus dn̄s rex Messias. Verbū quippe in scripturis interdum pro verbo mentali, in-
terdum pro verbo vocali seu scripto, quandoque pro re significata accipitur, quemadmodum 4 Reg. 20
in libris Regū loquitur Ezechias: Non fuit verbū in domo mea q̄d non ostenderim eis. ⌊q̄d
dominus fecit⌋ .i. per angelos ad nos locutus est, vel q̄ rem fecit, qui dn̄s pater seu trinitas tota
fecit Chr̄m secundū humanitatē assumptam, secundū q̄ Christus dicitur creatura, quāuis sim- Rom 1
pliciter loquendo dici nō debeat creatura, sed deus verus, omniūque creator. Ait nāque Aposto-
lus: Factus est ex semine Dauid secundū carnem. Veruntamen ista particula, q̄d dn̄s fecit, in
C græcis & antiquis, correctisque codicibus nō habetur, nec est de textu. ⌊quod dominus ostendit
nobis⌋ .i. quem puerū manifestauit nobis per angelum natū esse. Potest quoque de increato ver
bo exponi, vt sit sensus. Videamus hoc verbū .i. dei vnigenitū, de quo dicit: In principio erat Iohan 1
verbū, quod factū ē .i. īcarnatū, iuxta illud, verbū caro factū ē, q̄d dn̄s fecit, quia verbū hoc factū
est homo à deo trinitate, quamuis absolute loquēdo nō sit factū, sed genitum & æternū, vnde
expositio ista videt impropria, nec certum est quod ex ꝓinductis angelicis verbis intellexerunt
pastores rudes ac simplices, quod Christus diceretur & esset verbū dei, quod dominus ostendit
nobis .i. natum esse iam notificauit. ⌊Et venerunt festinantes,⌋ quia feruentes erant in dei &
pueri nati amore, desiderabantque feruide, tam magnum, nouum videlicet Christum natum cō
spicere, cuius maiestatem ex angelici exercitus apparitione, & testificatione & gratulatione pē
sabant. Gaudebant quoque de totius mundi saluatione iam imminēte, & scripturaꝝ impletio-
ne, sed & ad greges suos quos sine custode reliquerant, redire velociter satagebāt, ideo festina
bant. Itaque & nos Christū cum festinatione, i. diligenter ac feruēter q̄ramus, quem nemo cum

ad pecora sua, quę oues fuisse dicuntur, quamuis forte & alia pecora fuerunt, sicut & filij Iacob
A diuersarum specierum pecora custodiebant, & tamen in Genesi pastores se ouium nominant,
⌊glorificantes,⌋ id est gloriosum confitentes seu magnifice honorantes, ⌊& laudantes deũ,⌋
pro beneficijs suis, de quibus subiungitur, ⌊in omnibus⌋ magnalibus dei, ⌊quę audierant⌋ ab Gene. 34
angelo, exercituq; angelico de Christi natiuitate, &c. ⌊& viderant⌋ proprijs oculis in Bethle
hem, ⌊sicut dictum est ad illos.⌋ Hoc potest referri ad id quod ait, glorificantes & laudantes
deum, vt sit sensus, ꝙ deum glorificabãt, atq; laudabãt, sicut dictũ ẽ ad illos, id ẽ sicut audienti-
bus eis angeli sancti fecerunt, dicendo: Gloria in altissimis deo. Potest quoq; referri ad id quod
ait, quę audierãt, eritq; sensus, ꝗd glorificabãt atq; laudabãt deũ in oibus quæ audierãt & vide
rant, sicut dictum est ad illos, id est eo modo viderant, sicut ab angelo fuit eis prædictũ, & ideo
deum laudabant, quia sic esse inuenerunt. ¶ Postremo, quod pastores corpo-
raliter peregerũt nos spiritualiter faciamus, hortemur nos mutuo, dicẽtes: Eam⁹ vsq; Bethlehẽ
.i. per deuotam & affectuosam considerationem vniamus cor nostrum loco, in quo natus est Zach. 9
Christus, & mentaliter intueamur, quantam paupertatem & humilitatem ꝓ nobis assumpsit
rex gloriæ, simulq; grati beneficijs eius verbo & opere, ipsum veraciter imitando, & cum an-
gelicis spiritibus ardenter ac reuerenter laudando. Subinde circumcisionẽ Christi Euãgelista
describit. ⌊Et postq̃ consummati sunt⌋ .i. impleti ⌊dies octo⌋ à natiuitate Christi cõputãdo
seu includendo, tam natiuitatis q̃ circũcisionis diẽ ipsius, ⌊vt circũcideret puer,⌋ infantulus Ie
sus, de quo loquitur Esaias: Puer natus est nobis. Lyra, vt, tenet hic cõcomitanter, quanq̃ etiam
teneri posset aliquo modo causaliter, qm̃ tãta est dignitas saluatoris, vt ad ipsum & ad gesta ip Esaię 9
B sius tẽpora ordinent, ꝙ de tẽporibus quibus vixit in seculo isto specialiter dici potest, ⌊vocatũ
est nomẽ eius Iesus,⌋ quod interpretatur saluator, ad insinuandũ quod ipse esset verus mundi
saluator, oẽs in se credentes generaliter & cõplete atq; finaliter à morte peccati, interituq; in
ferni eripiens, & ad cœlestem felicitatem perducens. Vnde in Matthæo, cum angelus dixisset
ad Ioseph: Vocabis nomen eius Iesum, causam nominationis adiecit, dicẽdo: Ipse eñ saluum Matt. 1
faciet populum suum à peccatis eorum, de quo Esaias scribit: Domin⁹ posuit in eo iniquitatẽ
omnium nostrum, cuius liuore sanati sumus. Et in Actis Petr⁹ inquit: Non est aliud nomẽ da-
tum hominib⁹ sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde quod aliqui in veteri testamen
to vocati sunt noĩe isto, vt Iosue, qui alio noĩe dictus est Iesus, & Iesus filius Iosedech, fuit alia
ratione & in figura Iesu Christi. Iosue quippe saluauit filios Israel à Chananæis, & Iesus filius
Iosedech pontifex Iudæorũ fuit vnus reducentium eos de Babylone, quæ fuerunt particulares
& imperfectę liberationes, figurantes liberationẽ perfectam à Iesu Chr̃o peractã. Itaq; nomẽ
istud Iesus fuit Christo nouum & propriũ prout impositũ est ad designãdam liberationem cõ
pletam, ad quod multi allegant illud Esaiæ: Vocabitur tibi nomen nouũ, quod os domini no-
minauit. Verumtamen hoc ad literam dicitur de ecclesia seu synagoga ad Christũ conuersa,
nõ de Christo, quamuis possit aptari ad ipsum. ⌊quod vocatum⌋ .i. expressum & ꝓnũtiatũ seu
vocari cõmissum ⌊est ab angelo,⌋ nam apud Matthæũ angelus legitur dixisse ad Ioseph: Vo
cabis nomẽ eius Iesum. Et idem ait ad virginem sanctam, ⌊priusquam in vtero conciperet⌋
id est in ventre Mariæ virgineo de spiritu sancto. Ait enim angelus ad eam: Ne timeas Ma
ria, Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomẽ eius Iesum. Recteq; dicitur, quod
C vocatum est ab angelo, non impositũ, quia iam ante à deo fuit impositum, qui præordinauit
Christum ita vocandum, & per angelum ac Mariam & Ioseph ita vocauit eundem, quemad
modum Christus per Esaiam testatur. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ
recordatus est nominis mei. ¶ Præterea (vt aliqui dicunt) Iesus dicitur saluator. Primo, à po
tẽtia saluandi, sicq; conuenit sibi nomen hoc ab æterno, videlicet secundum suam diuinitatem,
qua ab æterno habuit potestatem saluandi. Secundo ab habitu saluandi, & sic impositum fuit
sibi ab angelo, & competit ei à primo suæ conceptionis instanti, in quo secundum humanita-
tem suam accepit gratiam tam perfectam, qua postea fecit & pertulit ea, per quę actualiter mũ
dum sanauit. Tertio ab actu saluandi, sicq; vocatum fuit nomen istud in circũcisione, & com-
petit Christo ratione suæ passionis, in circumcisione autem primo sanguinem suum fudit pro
nobis. Insuper intuendum, quod saluare competit Christo secundum vtranq; suam naturam,
quia secundum diuinitatem cõpetit ei authoritatiue & principaliter, secũdum humanitatẽ ve
ro instrumẽtaliter, vt supra dictum est plenius, ideo secũdum vtrãq; naturam Iesus potest vo
cari. Siquidem de deo vno ac trino scriptum est in Abacuc: Ego autem in domino gaudebo &
exultabo in deo Iesu meo. Sed nunc tractatur de nomine isto, prout competit Christo secũdũ
naturam humanam. ¶ Deniq; secũdum Epiphanium, pluribus de causis Chr̃s voluit circum-
cidi. Primo, vt ostenderet se veraciter incarnatum, non phantastice seu apparenter, vt Mani-
chæus confinxit. Secũdo, vt monstraret ꝙ corpus suũ diuinitati consubstantiale non esset, vt
Apollinaris rudissime dixit. Item ad declarandũ, ꝗd non detulit illud de cœlo, vt Valentinus as
seruit. Rursus & tertio, ne Iudæi haberent occasionem contra Christum, dicendo quod legem

offerrent,pręsentarent,seu consecrarent⌊eum domino⌋hoc est deo patri seu deo trino ac sim
A plici,quia & sibiipsi secundum quod deus est,quia offerri cōpetit ei secundum humanitatem
⌊sicut scriptum est in lege domini,⌋ videlicet in Numeris & Exodo, ⌊ quia omne masculinum
adaperiens vuluam⌋id ē,primo eam nascēdo aperiēs,hoc ē,omne primogenitum tam in homi Nume.18
nibus quam in pecoribus⌊sanctum domino vocabitur⌋.i.cōsecrabitur deo,ita quod ei offere Exod.13
tur,mancipatúq; erit quasi ad ipsum specialiter pertinēs. Vnde per Moysen dominus ait fre- Numeri.3
quēter. Ex quo percussi omne primogenitū Aegypti tam in hominibus quam in iumentis,sancti
ficaui mihi omne quod primo aperit vuluam in Israel tam in hominibus quam in iumentis.
Vnde sanctificatio illa fuit deputatio quædam rerum illarum ad deum,cuius magnificentia in
rebus illis præsentabatur,in quantum commemorabant occisionem primogenitorum Aegypti.
¶Primogenita autem diuersimode domino consecrabantur.Si enim fuerūt de tribu Leui &
maculam non habebāt,deo iugiter ministrabant in templo quando fuerūt adultę ætatis,quā-
uis post oblationem mitterentur in domo parentum.Si vero fuerant de aliqua aliarum vnde-
cim tribuum Israel ex oblatione fuerant dei,sed quinq; siclis redimebantur.Si autem erant pri
mogenita pecorum,& animalia munda,domino offerebantur,nec redimebantur , sed sacer-
dotum erant,videlicet ad vsum eorum.Quod si immunda fuerunt, redimebant seu in aliud cō-
mutabātur,vt primogenitum asini in primogenitum bouis,vel occidebant, vt primogenitū
canis.Quoniam ergo Christus fuit de tribu Iuda,constat quod quinq; siclis redimebat⌊& vt
darent,⌋hoc est etiam ideo tulerunt Iesum ad templum , vt offerrent pro ipso & matre eius.
⌊hostias secundum quod dictum est in lege domini⌋in Leuitico , vtpote⌊par turturum aut
B duos pullos columbarum.⌋ Offerebaturq; vnus turtur deo in holocaustum,alius pro peccato,q Leui.12
cessit in vsum sacerdotis orantis pro muliere quæ sic purgabatur . Hæc quoq; fuit oblatio pau
perum,nam diuites agnū offerebant,ex quo patet paupertas Mariæ & Ioseph. Verūtamē Ma
ria à parētibus suis hęreditatē bonā suscepit,nec dubiū,quo tres Magi in die Epiphaniæ ptiosa
Christo dona obtulerint,sed pfectissima virgo inspirante ei spiritu filij sui, omnia tenuissime ne
cessitati,hoc est,parcissimo victui atq; tegumēto,superflua per se,vel potius per manus Ioseph Marci.3
erogauit egenis.Nec reor quod peregrinationi suæ cum Iesu & Ioseph in Aegyptū aliquid no
tabile seruauerit ,vel tantam de crastina habuerit curā,quippe cuius spes in deo pfectissima fu
it,& q̄ nouerat se Christum dei sapientiā ac prouidentię omnipotentem secum habere in filium.
Circa hęc exclamat Cyrillus:O profunditatē sapiētiæ & sciētiæ dei,offert hostias, qui per sin
gulas hostias honorat cum patre,figuras legis custodit veritas,qui legis est conditor vt de⁹,le- 1.Cor.5
gē custodit vt homo.¶Iosuper ait:Videndum quid ista designent.Nimirum inter aues loqua- Rom.12
cissima est turtur,columba vero est animal mansuetum,sicq; per vtrunq; Christus exprimit,
qui perfectæ mansuetudinis fuit,& suis sermonibus mundum conuertit, Vnde ad eius passio-
nem præfigurandum,columba & turtur oblatæ occidebantur.Iterum per columbā simplici
tas, siue(vt dictum est) mitias,per turturem castitas designatur. Turtur nanq; si semel perdide
rit coniugē,aliā ex non requirit.Ideo secundū Athanasium iussit deus bina offerri,quoniam cor
corpore & anima homine existente, duplicem poscit à nobis deus castitatem , ac mansuetu-
dinem,videlicet animæ & corporis.Alioquin erit homo hypocrita,gerens tegumētū occultæ
malitiæ.Amplius autē non absq; mysterio Euangelista turtures & colūbas diuersimode ex-
C primit,dicēs: par turturum aut duos pullos columbarum non par columbarum . Turtur nanq;
in omni sua ætate castum est animal,columba vero in perfecta ætate valde est luxuriosa,ideo
decuit eam offerri in illa ætate,in qua luxui non est apta,puta in iuuentute,ideo dicit,pullos co
lumbarum ad innuendū quod lasciuia deo displiceat.
¶Postremo,Lucas nō exprimit determinate,quid Maria & Ioseph obtulerint , an scilicet par
turturum aut duos pullos columbarum,quia redit in idem quicquid horum obtulisse dicant.
Per vtrunq; enim eorum inopia designat,& res per vtrunq; illorum figurata deo est placita.
¶Subinde describit qualiter à testibus fide dignissimis Christus in præsentatione præfata testi
monium habuit.⌊Et ecce⌋ Per demonstratiuum hoc,ecce,insinuatur magnum notabile, at
tentioneq; dignum esse quod subditur⌊homo,⌋ Non enim hic homo dicitur ab eo quod in
hominibus communiter præualet , quod est sensualitas, iuxta quem modum Apostolus Co-
rinthijs scribens:Cum sit inter vos zelus & contentio,nonne homines estis? sed prout homo 1.Cor.3
dicit ab eo quod in homine extat præstantius,& quod in sapientibus præualet , quod est ratio
& pietas,iuxta id quod dicit Apostolus:Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi,cu
ius verbi iste est sensus:Si pro quia,secundum hominem,id est,rationabiliter ad bestias.hoc ē,
cōtra homines bestiales ac perfidos pugnaui,id est,disputaui Ephesi,hoc ē,in ciuitate q̄ Ephe
sus nominatur. Vnde humanum vocamus,quod rationabile ē & pium . Hinc quidam homi-
nem quasi describendo hominem affirmant . Homo ē animal mansuetum natura , erectum
statura , discretumq; ratione , ⌊erat in Hierusalem,⌋ quæ sancta ciuitas dicitur,quoniam ibi Mat.18
erat templum,& viguit cultus diuinus,studiumq; legis ac prophetarum , præsertim, quoniam

Christus ibidem in templo oblatus est, prædicauit, miracula fecit, passus est, & sanguinē fudit
& deinde spiritum sanctum misit, ibi demū primitiua ecclesia sanctissime vixit, [cui nomē Sy D
meon] & inter sacerdotes fuit famosus atq; grandæuus. [Et homo iste iustus] Iustitia quę est
virtus cardinalis ac specialis, qua vnicuiq; datur quod suū est, itemq; iustitia, quæ est virtus ge-
neralis & virtualiter omīs virtus, quia omni virtute fuit ornatus, fuitq; præcipuę charitatiuus ac
iustus, quia nō propriū priuatumq; commodū, sed bonū commune, & generalē omniū desiderauit salutē, [& timoratus] timore casto, sancto, ac filiali, qui timet dei offensam, & clemētissimū deum vt patrē inhonorare abhorret. De quo in ecclesiastico scriptum est: Nihil melius, q̃
timere deum. Et timor dei super omia se posuit, de quo ait Psalmista: Timete dominum om-
nes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus deum.

¶Quāuis ergo hic Symeon cunctis polleret virtutibus, tamen in iustitia & timore fulsit pręcla
rius, secundū quod quilibet sanctorum dicitur in aliqua virtute amplius splenduisse. Propter
quod de vnoquoq; cantatur: Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legē excelsi. Vnde &
Paulus: Vnusquisq; (inquit) suum donum habet à deo. Ideo de his duabus virtutibus speciali-
ter commendatur. Itaq; iustus fuit ad proximū, timoratus ad deum.

¶Deniq; timor retrahit à peccato hominē, quēadmodum scriptum est: Per timorē declinat
vnusquisq; à malo. Ideo per timorē impleuit quod dicitur: Declina à malo. Iustitia autem bo-
num prosequitur, per quam impleuit quod additur, & fac bonū, [expectans] hoc est, certis-
sime affectuoseq; sperans, ac præstolans, [cōsolationē Israel] id est, Christi aduentum, & libe-
rationē, ac spiritualē consolationē, quam ex Christi aduētu, consequerent Iudæi, videlicet redē
ptionē à peccatis, à diabolo, ab inferno, atq; æternæ adeptionē salutis. Aliqui aūt Iudæi carna- E
les putabant Christū venturū, vt erueret eos de omī subiectione, qua alienis Gentibus ac prin-
cipibus subdebātur, vniuersaq; mundi regna ipsis subijceret, quasi in hoc felicitas humana cō
sisteret, vel ob talem liberationē agendā Christus esset promissus, & nō potius ad liberandum
genus humanum ab originalis reatu peccati, & de omī ferocitate diaboli. Talem ergo consola
tionē Symeon iste nō expectauit, vt etiā Gregorius Nissenus testatur: [& spiritus sanctus erat
in eo] non solum per essentiam, præsentiam, & potentiam, quomodo in omī est creatura, nec
solum per charitatē & gratiā qualemcūq;, prout est in omī eo qui est in statu salutis, seu in cha
ritate, quę vita est animæ, sed per gratiam eminentē, & charitatē ardentē, secundū quod est in
viris heroicis seu perfectis. Habuit quoq; gratiam prophetiæ, vt statim dicetur: [Et respōsum
acceperat à spiritu sancto non visurum.] Hoc est, non passurum seu experturum, [se mor-
tem] Visus namq; pro quolibet sensu accipitur, [nisi prius videret] oculis corporalibus atque
mentalibus [Christum dominū.] Qui est omniū dominus, etiam secundū naturā humanam
omī creaturæ prælatus, vel Christum domini, hoc est, vnctum secundum humanitatem à do-
mino deo patre seu tota superbeatissima trinitate.

¶Porro idem significāt, Messias hebraice, Christus græce, & vnctus latine. Symeon itaq; si-
cut & cęteri patriarchæ, prophetę ac sancti veteris testamēti maximo flagrabat desiderio Chri
sti venturi seu eius aduētus. Propter quod Christus ait Apostolis: Beati oculi qui vidēt quę vos
videtis, dico eñi vobis, quia multi reges & prophetæ voluerūt videre q̃ vos videtis & nō vide
runt, idcirco frequēter atq; ardēter orabant pro Christi aduētu præsertim Symeō iste, qui ex
scripturis veteris testamenti agnouit instare Christi aduētū, vnde pro merito suæ deuotionis fa
cta est sibi reuelatio cœlestis à spiritu sancto, vel immediate à spiritu sancto illuminationem F
internam, vel angelo mediante, secundum quod propheticæ reuelatiōes communiter angelo
rum ministerio factæ sunt, vt sanctus Dionysius docet.

¶Deniq; quamuis opera sanctæ Trinitatis sint indiuisa, tamen reuelationes huiusmodi appro
priantur spiritu sancto, quoniam ei appropriantur bonitas, charitas, liberalitas, quibus dona-
tiones directe procedunt. [Et venit in spiritu] hoc ē, spiritus sancti instinctu, quo reuelāte in
tellexit adesse horam impletionis, promissionis sibi factæ de Christi aspectu [in tēplum. Et cū
inducerent puerum Iesum parentes eius] in templum, scilicet Maria & Ioseph, quorum vnus
tunc tulit Iesum, & puto quod mater. Cur autem Ioseph parens seu pater Christi vocetur, ex
pressum est [vt facerent secundum consuetudinē legis pro eo] offerēdo (vt dictum est) par tur
turum aut duos pullos columbarum, redimēdoq; puerum quinq; siclis, vt dictū est, [& ipse]
Symeon, affectuosissime, deuotissime, reuerēdissime, ac iucundissime [accepit eum in vlnas su
as] hoc est, inter brachia sua, quamuis se contactu sancti sanctorum putaret indignum, sed ve
hemēs amor rationē deuicit, & ad vnionem, amplexumq; impulit [& benedixit deum] hoc est
laudauit, gratias egit, & sequens canticum cecinit pro impletione diuini promissi & cæteris be
neficijs dei, itemq; quia iam plus accepit quam sibi fuit promissum. Promissum siquidē sibi fu
it, quod Christum videret, & iam non solum vidit, sed brachijs strinxit, portauit, contrectauit,
& puto quod & osculatus sit infantem dulcissimum, [& ait: Nunc] postquā tuū promissum
impleuisti, Christū mihi monstrando vt promisisti, [dimittis,] .i. statim dimittes, vel supplico,
vt di-

vt dimittas me⌊ ſeruum tuum⌋ non ſeruitute ſeruilis timoris, qui metuit pœnam magis quã
A dei offenſam ſeu culpam, de quo ait Saluator apud Iohannem: Seruus non manet in domo in
æternum, filius autem manet in domo in æternũ. Et alibi: Iam non dicam vos ſeruos, ſed ami
cos, ſed ſeruum ſeruitute filialis timoris, cui ſeruo ait Saluator: Euge ſerue bone & fidelis, Mat 25
intra in gaudium domini tui. ⌊domine⌋ deus pater ſeu Trinitas deus, ⌊ ſecundum verbum tu
um in pace⌋ hoc eſt, à mundi huius inquietudine, tribulatione, & vitijs eripi, quieſcere, ſeu mor
tis ſomno ceſſare, & in lymbo Patrum, ſinu'q Abrahæ repauſare in dulci ſpe, cũ certus ſim ci
to per Chriſtum inde educi, ad gloriam'q transferri. Sic ergo dimittis me in pace, ſecundum
verbum tuum, hoc eſt, ſecundum quod mihi dixiſti, quod mortẽ nõ experirer, niſi prius Chri
ſtum viderem, per quod inſinuaſti, quod Chriſto viſo mox obdormirem in dño ⌊ quia vi-
derunt oculi mei⌋ exteriores & interiores ⌋ ſalutare tuum ⌋ id ẽ Chriſtum ſaluatorẽ qui dicitur
ſalutare tuum, quia per ipſum decreuiſti mundum ſaluare, omnium'q ſalutẽ conſtituiſti in eo,
de quo fertur in Pſalmo: Notum fecit dominus ſalutare tuum. Vnde & in Geneſi Iacob patri- Geñ.49
archa teſtatur: Salutare tuum expectabo domine, cui ſalutari loquitur pater p Eſaiam: Dedi Eſaiæ 49
te in lucẽ gẽtiũ, vt ſis ſalus mea vſq ad extremum terrę. Hoc ſalutare Symeon corporaliter ac
intellectualiter vidit. Chriſtus nanq in vna pſona eſt deus & homo, ideo dum homo videba
tur oculo corporali, eodẽ oculo videbatur & deus, quamuis non ſecundũ diuinitatẽ ipſius, imo
ſecundum Ambroſium dum caro videtur, videtur & verbum. Hinc quod apud Iohannẽ ha-
betur: Deum nemo vidit vnquam, de deo ſecundum diuinitatis eſſentiam dicitur. Ioha. 1

¶ Inſuper oculo interiori vidit Symeõ ſaluatorem, quia p fidẽ cognouit ipſius diuinitatẽ, eius
quo'q humanitatem intellectualiter conſiderauit, & quod à verbo eſſet aſſumpta, penſauit.
Hinc de Chriſto ſcriptum eſt in Baruch: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus con-
uerſatus eſt. Item'q Eſaias: Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt ⌊ Quod para- Eſaiæ 52
B ſti⌋ hoc eſt, per incarnationẽ videri & agnoſci aptum feciſti, ſeu manifeſtare diſpoſuiſti ac de
creuiſti ⌊ ante faciem omniũ populorum ⌋ id eſt, in conſpectu hominũ vniuerſorum ſeu clare
cunctis hominibus, non ſolum Iudæis, ſed etiam Gentibus, ſic tamẽ, vt ſit diſtributio accom- Dani. 7
moda, ſeu pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum, iuxta quem modum in Da- 1. Timo 6
niele legitur: Omnes populi tribus & linguæ ſeruient ei.

¶ Deus ergo pater vnigenitum ſuum in diuinitate, incõpræhenſibilẽ atq inacceſſibilem lucẽ
inhabitantẽ per hoc fecit hominibus manifeſtum viſibilem & cohabitantẽ, quod cum huma- Eſaiæ 52
næ coniunxit naturæ in vnitate perſonæ, quod ab Eſaia prædictum eſt: Parauit dominus Ioha. 1
brachium ſanctum ſuum in oculis omnium Gentium. Brachium enim domini eſt vnicus fili- Lucæ 1
us dei patris, p quẽ pater oĩa fecit, ſicut & digitus dei eſt ſpiritus ſanctus, per quem cuncta re Pſal 79
uelat, de quo brachio ait Pſalmiſta: Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Pater Pſal 18
ergo parauit ſalutare hoc añ faciẽ omnium populorũ, quibus per Apoſtolos ꝑdicatus eſt Chri Pſal.97
ſtus, iuxta illud Pſalmi: In omnem terrã exiuit ſonus eorum. Et rurſus: Viderunt omnes ter- Eſai 52
mini terræ ſalutare dei noſtri, & quod in Eſaia habetur: Videbunt omnes fines terræ ſalutare
dei noſtri. Quamuis interea Chriſtus ita paratus ſit ante omnium faciem populorum, aliter tñ
quantum ad Iudæos, & aliter quo ad Gentes. Propter quod ſubditur: ⌊ Lumẽ ad reuelationẽ
Gentium ⌋ hoc eſt, ſalutare ſeu Chriſtum paraſti ſic, vt ſpecialiter ſit lumen Gentilium, ſeu ad il
luminationem eorum, qui veri dei cognitione, & cultu priuati, idola coluerunt ac dæmones, ſed
Chrũs per ſuos diſcipulos reduxit illos ad veri dei cognitionem, amorem & cultum, imo per
interiorem ſuam illuminationem hoc potius fecit, ſine qua exterior Apoſtolorum prædicatio
nihil inueniſſet, ſed & Trinitas deus merito conuerſationis, paſſionis'q Chriſti tantam dedit gẽ
tilibus gratiam, ideo Chriſtus paratus & datus eſt lumen ad reuelationem ſeu illuminationem
Gentilium, qui ſedebant in tenebris perfidię, erroris ac omnium vitiorum. Vnde in Eſaia domi
C nus proteſtatur: Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Eſaiæ 55

¶ Inſuper paraſti ſalutare hoc, ⁊ gloriam plebis tuæ Iſrael⌋ id eſt, ad hoc, vt ſit gloria Iſraelitic ę
plebis, quæ fuit ſpecialiter plebs dei, vt plenius dictum eſt ſuper illud: Viſitauit & fecit redem- Lucæ 1
ptionem plebis ſuæ. Hoc eñ eſt plebi illi, quantum ad eos qui crediderunt, ex ea præcipua
prærogatiua, exaltatio, honor, & gloria, quod vnigenitus dei ex ea incarnari elegit, ad eam per
ſonaliter venit, propter eam primo ac ſpecialiter deſcẽdit, ſecundum quod loquitur dominus: Matth. 15
Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.

¶ Inſuper fuit in gloriam plebis ſuæ Iſrael, quia per ipſum ſancti veteris teſtamenti in lymbo
detenti, adepti ſunt beatificę gloriam viſionis. Deni'q Chriſtus tam Iudæis quam Gentibus fu
it lumen & gloria. Omnes eñ electi per ipſum ſunt illuſtrati, & cunctis gloria eſt, quod dei fi-
lius humanam naturam aſſumpſit. Nihilominus per approbationem dicitur Lumen Genti- Ioha.4
um & gloria Iudæorum. Propter quod ait Iohannes: Salus ex Iudæis eſt.

¶ Poteſt autem hic quæri, quomodo Symeon templũ ingreſſus, cognouit puerum Ieſum, quem
ante non vidit? Ad quod facile reſpondetur, quod eodem ſpiritu reuelante, quo cognouit eſſe
venturum

venturum,& forte aliquod signum sensibile fuit sibi diuinitus prænũtiatum,quo cognosceret
puerũ,sicut Iohãni Baptistæ deus prædixit: Sup quẽ videris spiritum descendentẽ & manentẽ
Ioha 1 hic est,&c. Forsitan nanq; vidit diuinum quendam splendorẽ in vultu pueri adorãdi. De quo
aliquando verum fuit dicere: Hic est infans vnius diei & deus æternus.
¶Postremo,quilibet nostrum canticum istud dicere in propria potest persona, loquendo ad
deum patrem seu Trinitatem. Nunc in tempore gratiæ huius dimittis seruum tuum domine,
secundum verbum tuum in pace,hoc est,in pectoris tranquillitate quam mihi donasti,me mo
do(vt spero & oro)quiescere gratiose permittes ac facies,ne turber aut ruam,sed in pace in id-
ipsum dormiam & requiescam,atq; in omni aduersitate,tẽtatione,& inquietudine,mens mea,
Psal,4. quieta & fixa persistat in te,secundum verbum tuum, hoc est, prout in te plene sperantibus
promisisti,quibus tuam defensionem vbertim in scripturis promittis, iuxta illud in Psalmo,
Psal,90 Quoniam in me sperauit,liberabo eum,protegam eum,quoniam cognouit nomẽ meum&c.
Quia viderunt oculi mei,interiores per fidem,per sapientiæ donum,per scripturarum doctri-
nam,per sacramentales species,variosq; supernaturales tuos effectus, salutare tuum, quia his
modis iam Christum cognoscimus. Cætera verba cantici huius aliam interpretationem non
flagitant. ¶Conuenientissime demum statutum est canticum istud in completorio dici,quia
tunc cum præcipua pace interna deo vacare, ad stratumq; ire, ac obdormire,& Christum in
pectore nostro quasi sepelire debemus, omni tentatione,auersione, & culpa prorsus exclusis.
Tunc ergo canticum istud compendiosum atque dulcissimum deuotissime proferamus, &
qualiter Symeõ beatissimus Christum in brachijs strinxit, ac cætera quæ dicta sunt contige
runt intentissime recordemur, & quæ Symeon corporaliter fecit,spiritualiter peragamus.
¶Præterea,aliqui in primo huius cãtici versiculo p dñm intelligunt Christum,ita quod Syme
on puerum Iesum quẽ inter brachia complectebatur,deum,ac dominum nominauit,tuncq; p
salutare domini intelligeret incarnationis mysterium,vel assumpta humanitas,per quã seu quã
velut per instrumentũ ac mediũ verbum æternum operatum est mundi salutem, Gentiũ illu- B
minationem, Iudæorumq; glorificationem. Vel salutare hoc esset salus seu redemptio tũc fien
da per Christum,quam Symeon spiritu prophetali præuidit.
¶Postremo de hac Christi in templo præsentatione prædictum fuit in Psalmo: Suscepimus
deus misericordiam tuam in medio templi tui,sed & apud Malachiã,cũ de Christi præcursore
Psal.47. dominus protulisset: Ecce (inquiens) mitto angelum meum, protinus de Christo adiecit: Et
Malac:3. statim veniet ad templum suum dominator,quem vos quæritis,& angelus testamenti quẽ vos
vultis. Itaq; & nos puerum Iesum brachijs fidei,charitatisq; apprehendamus, deosculemur,
stringamus ad pectus,imo in pectoris secretissimo collocemus,dicentes cũ sponsa,iuxta illud:
Canti:.1 Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Verũ qui hoc agere
cupit ac debet,oportet vt commune bonum Ecclesiæ cordialiter optet,quærat,& oret,atq; à
spiritu sancto agatur,& carnali consolatione contẽpta,spiritualem dumtaxat expectet. Non
enim in deo delectari valet synceriter, cui oblectamenta carnis aut seculi placent, vel qui in
vanis cogitationibus gloriatur. Adhuc autem canticum istud post celebrationem seu com-
munionem & hora mortis iam proxima aptissime dicitur. Quemadmodum considerand
sensum eius patescit.
¶Hoc quoq; sciendũ, quod duplex est benedictio, videlicet consecrationis vel donatiõis &
laudis. Benedictione consecrationis seu donationis maior benedicit minori,& deus creaturæ,
Hebre. 7 iuxta illud Apostoli ad Hebræos: Sine vlla cõtradictione quod minus est à maiore benedicit.
Vnde benedictio qua deus benedicit creaturę,est collatio munerũ eius,& multiplicatio corun-
dem. Benedictione aũt laudis minor benedicit maiori,quamuis sępe etiam & econtra,sicq; Sy
Psal.33 meon benedixit deo. Et in Psalmo cãtamus: Benedicã dominũ in omi tẽpore. [Et erãt pater
eius] videlicet Ioseph q dicit pater Christi, qa nutricius,& quia ob famã virginei matris cõser
origenes uandam,pmissus est ęstimari pater Chri. Circa quod loquitur Origenes: Qui altius aliquid F
inquirit potest dicere quoniam generationis ordo à Dauid vsq; ad Ioseph deducit,ne videret
ipse Ioseph frustra nominari,quia non fuit pater saluatoris,attamẽ vt generatiõis ordo locũ ha
beret,pater dñi appellatus est,rursus quoniam Ioseph vere fuit vir Mariæ,cuius Christus fuit
veraciter filius,Christus magis proprie dicitur filius Ioseph,q̃ si esset aliunde, seu ex alia con-
iuge adoptatus, [& mater eius] qui cum patre & spiritu sancto,vnus est deus æternus,omni
potens, & immensus, mater eius qui omnium est creator, quem vniuersi angelicorũ spirituũ
Apoca,4 ordines incessanter adorant, [mirantes] non admiratione dubitationis,sed reuerentię& cõ
gratulationis, [super his quę dicebantur de illo] hoc est, de magnalibus atq; magnificis lau
dibus de puero Iesu prolatis. à parẽtibus præcursoris, ab angelo exercituq; angelico, a pasto-
Luce.2 ribus quoq; & Symeone. Itaque mirabantur quod de eo qui in tanta paupertate ac humili-
tate aduenit,tam altissima dicebantur, quod scilicet esset salutare dei patris & omnium domi
Acto.17 nus, lumen Gentium, gloria Iudæorũ, mundi saluator, vnigenitus dei, verusq; deus. Mirabant
quoq;

quoq; non parum se electos ad tãtum mysterium,& quod mundi thesaurus eis eēt cõmissus.
L Et benedixit illis.J.s.parentibus Iesu Christi L Symeon.J Cõsuetudo enĩ fuit sacerdotibus le
A gis benedicere parētibus infantē intēplo offerētibus cum hostibus debitis & benedictio illa vi
detur fuisse imp̄catio boni,qua sacerdos expetebat seu imprecabatur eis bona à deo.Formam
tamē benedictionis illius nõ habemus expressam vt dicitur,sed forte fuit illa,aut similis illi, de
qua in Numeris habetur:Locutus ē dominus ad Moysen & Aaron,dicēs:Sic benedicetis filijs
Israel,Benedicat tibi dñs & custodiat te, ostēdat dñs faciē suam tibi,& misereatur tui. Cõuertat
dñs vultum suum ad te,& det tibi pacem.Veruntamē reor quod Symeon speciali omino be-
nedictione benedixerit Mariæ & Ioseph,vtpote benedictione laudis beatos & benedictos eos,
dicēdo:Dignitatē nanq;,electionē,& gratiam illorum,etiam ipsemet vehementissime miraba
tur,Nihilominus eis benedixit,quia maior fuit sacerdotali officio,quamuis nõ sanctitate & me
rito,saltem quo ad Mariã.Maior autē officio benedictionē largitur.Vere equidē beatus fuit il
le Ioseph,qui ad tantam secretam fuit admissus,qui sponsus & custos virgineæ matris,genitri
cisq; dei esse electus fuit ac meruit,qui dei patris filium deũ incarnatũ nutrire,tractare , deferre
cohabitantē,imo & obediētem ac ministrãtem habere fuit prœordinatus,nēpe(vt infra habe-
tur)Iesus fuit subditus illis,haud dubium quin Mariæ & Ioseph L Et dixit ad Mariam matrem
eius:J ad quam prophetico spiritu loquitur de futuris potius quam ad Ioseph,q̃ sciebat quod
vera esset genitrix Chri,Ioseph aũt nutricius & minister dumtaxat. L Ecce positus est hic J
hoc est,puer iste quē brachijs stringo,per assumptã humanitatē datus,situs atq; à deo statutus
est L in ruinam J id est,perditionē L & resurrectionem J hoc est,saluationem L multorũ in Israel J
hoc est,plurium Israelitarum.
¶Christus nanq; p̄ suam incarnationem,p̄dicationē,vitam, ac passionē fuit multis Iudæis cau
sa salutis,de quibus in Iohãne ipse ait:Ego scio quos elegerim.Multis quoq; & pluribus Iudæ
is per præfata fuit occasio excæcationis,& transgressionis,& damnationis , quibus in Iohãne
loquitur:Vos non estis ex ouibus meis.Hinc denuo:In iudicium(inquit) ego in hũc mũdũ ve
B ni,vt qui nõ vidēt, videant:& qui vident,cæci fiant.Vbi per vidētes intelligũtur illi,qui sapiē
tes & magni fuerũt in oculis suis,seculariterq; prudētes,quales p̄cipue fuerũt sacerdotes & scri-
bæ,quos cõstat pro maxima parte obtenebratos esse atq; dãnatos.
¶Porro p̄ nõ vidētes intelliguntur idiotę,humiles & simplices,quorum multos Christus illu
minauit,vt fuerũt Apostoli,cæteriq; discipuli,quibus & spiritum sanctum infudit.Hinc quoq;
in Matthæo ait cum gaudio:Confiteor tibi pater,quia abscondisti hæc à sapiētibus & prudē
tibus,& reuelasti ea paruuis.Generaliter autē loquēdo,Christus venit in ruinam omnium re-
proborum seu incredulorum,& resurrectionem electorũ fidelium.Verũtamen nõ vniformi-
ter venit,seu positus est in ruinam & resurrectionē,quia in ruinam reproborum est positus oc
casionaliter & indirecte,in resurrectionē vero electorum causaliter & directe.Sic nãq; positus
est in ruinã,quomodo deus dicit hominē indurare.Nunc itaq; sermo est de ruina peccati,quę
est ipsamet culpa,& de dãnatiõe æterna,quæ est effectus culpę & incredulitatis,sc̃dm illud Sal
uatoris:Qui nõ credit,iam iudicatus est,quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei. Nunc etiã
sermo est de resurrectiõe spirituali,qua homo p̄ baptismũ & pœniam ac gratiã dei à pc̃ō re-
surgit. Vnde ait Apostolus:Surge qui dormis,& exurge à mortuis.Itē Psalmista:Ideo nõ re-
surgũt impij in iudicio.quod de resurrectiõe à pc̃ō in iudicio discretiõis rite exponit, quanquã
& de futura resurrectiõe corpali felicis immutatiõis accipi possit,q̃ erit effectus dñicæ passiõis,
seu meriti Christi,dicēte Apostolo:Quoniamq̃dem per hominē mors,& p̄ hominē resurre-
ctio mortuorũ.Sic ergo in illorum ruinam Christus est positus,de quibus Paulus testat:Prædi
camus Christum,Iudæis q̃dem scandalum,Gentibus autē stultitiã.In illorũ vero resurrectio
nē positus,de q̃bus Paulus adiecit.Ipsis vero vocatis,hoc est,electis Iudæis & Græcis prædi
camus Christum dei virtutem & dei sapientiam, L & in signũ cui contradicetur..J¶Signum
tripliciter sumitur:Primo,pro iudicio alicuius significatiuo,vt circulus designat potũ venalē.
C Sc̃do,pro miraculo,sc̃dm quod in Iohanne loq̃tur Christus:Nisi signa & prodigia videritis,
nõ creditis.Tertio,pro vexillo quo in bello milites vnius partis ab alterius partis militibus dis-
cernunt,sicut in Psal.Posuerũt signa sua signa,& nõ cognouerũt.Itaq; iuxta primã signi acce
ptionē,sensus est:Positus est Christus in signum.i.ad euãgelicæ veritatis doctrinã insinuandã
seu proponendam,cui à multis cõtradicetur,vel verbo,vel opere,vel modo vtroq;.Inobedien
tes nãq; Christiani ope cõtradicũt.Iuxta secũdã acceptiõem,sensus est:Positus est in signũ .i.
miraculũ,quia & ipso Christo homine de virgine nato,mirabilius quid est,omnia q̃ de Chri-
sto narrat scriptura,signũ est,hoc est,miraculum cui contradicetur à perfidis vniuersis,vt quod
mater virgo est,quod in vnitate personæ sit deus & homo,quod veraciter resurrexit,ita Ori
genes exponit. Iuxta tertiam acceptionē,per signum intelligit crux Christi seu fides crucis,q̃
signo distinguunt serui Christi à seruis diaboli,dum signum istud ab illis honorat ac frontibus
primitur,ab illis contemnitur.

¶Postre-

¶Postremo, exponi potest de signo pacificationis, vt sit sensus: Positus est in signum fœderis
& reconciliationis seu pacis inter deum & homines, quia videlicet factus est mediator dei & ho-
minum, & figurabatur per arcum, de quo loquitur dominus in Genesi: Arcum meum ponam in D
1. Tim. 2 nubibus, & erit signum fœderis inter me & terram. Christus autem signum est fœderis memora-
Gene. 3 ti non significatiue solum, sed & causaliter, dicente Apostolo: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque
Ephe. 2 vnum. Et de nouo: Pacificans, per sanguinem crucis suæ, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra.
Colo. 1 [Et tuam ipsius, o Maria, animam pertransibit gladius.] Hoc est amarissimus dolor compas-
sionis, quo anima tua implebitur, cum videris filium tuum occidi, & persecutiones pati, imo virgo bea-
ta frequenter ante Christi passionem præ cogitanda quanta ille esset passurus amarissime affligе-
batur, qui dolor cœpit in ea in Christi infantia, de qua re in reuelationibus sanctæ Brigidæ multa
Psal. 56 credibiliter scripta sunt. Iste est gladius spiritualis de quo fertur in Psalmo: Lingua eorum gla-
Psal. 58 dius acutus. Et: Gladius in labiis eorum. Ibi tamen accipitur gladius pro causa doloris. Sic ergo
Psal. 104 gladius pertransiit animam virginis gloriosæ, quomodo de Ioseph in Psalmo cantatur: Ferrum
pertransiit animam eius, hoc est, dura afflictio. Ambrosius per gladium intelligit verbum seu sapienti-
am. Vnde & Paulus ad Ephesios: Accipite (ait) gladium spiritus quod est verbum dei. Itaque sen-
sus est: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, id est, intellectum tuum intime illustrabit verbum
vel sapientia mysterii crucis, ita quod illud non ignorabis, sed præcognitio passionis filii tui tua
intima penetrabit. Hanc quoque interpretationem, tangit vir illustrissimus sanctus Paulinus episco-
pus in sermone seu epistola ad beatum Augustinum, & allegant ad hoc Ambrosius & Paulinus
illud Apostoli ad Hebræos, Viuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi-
ti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Verumtamen hoc ad literam de increato sermone,
verbo æterno, vnigenito patris inducitur, vt textum intuenti patescit. [Vt reuelentur ex multis cor-
dibus cogitationes.] Verbum istud intricatum est, referrique potest ad particulam immediate
præhabitam, vel ad id quod dixerat Symeon: Positus hic est in ruinam &c.

¶Ex hoc ergo quod Christus venit in quorundam salutem, & ad aliquorum maiorem damnationem
occasionaliter, vt dictum est, item ex passione ipsius, compassioneque matris eius factum est, vt multo-
rum hominum cogitationes quæ ante latebant, reuelarentur, id est, per quosdam effectus aliis pro-
derentur ac declararentur. Ex dictis enim ostensum est, quis bonis cogitationibus deum quæsierit, qui E
in Christum crediderit, quis eius aduentum syncere optauerit, quis etiam temporalia quærens, promissaque
putans in Christi aduentu, in eum tam pauperem, tam humilem & abiectum credere spreuerit.

¶Denique tempore passionis Iudæi cogitationes suas quas de Christo habebant, manifestauerunt, dum
pro maxima parte negando ipsum, dicebant verba quæ in Euangelio scripta, aliqui vero manebant
extantes, sicque suas de Christo cogitationes pandentes, secundum hunc sensum dictio, vt, tenetur con-
comitanter non causaliter, quia non ideo venit, & passus est Christus modo præfato, vt talis cogita-
tionum manifestatio fieret, sed illa sequuta est per modum euentus. Vel sic, vt reuelentur, hoc est, in
confessione seu humili sui ipsius accusatione aperiantur ex multis cordibus peccatorum cogitationes
iniquæ, quæ ante confessionem latebant, sed merito passionis Christi data est, & datur homini-
bus gratia confitendi salubriter, sicque dictio illa, vt, teneri potest causaliter aliquo modo, non ideo passus
est Christus, vt hominibus hanc gratiam mereretur. Ita exponit Origenes, dicens: Cogitationes ma-
læ in hominibus erant, quæ propterea reuelatæ sunt, vt occideret eas, ille qui pro nobis mortuus est.

¶Postremo, fideles passionem Christi & compassionem Mariæ cordialiter attendentes, mox se de
suis vanis cogitationibus reprehendunt, easque promunt modis prætactis. Consequenter recitatur te-
stimonium Christo impartitum a fœmina sancta. [Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de
tribu Aser.] Tam determinate describitur propter veritatis certificationem, & vt ab aliis quæ simi-
li nomine vocabantur, distinguatur. Aser autem fuit vnus duodecim patriarcharum filiorum Iacob. [Hæc
processerat in diebus multis,] hoc est, diu vixit, & virtutibus magis processit, quam annis, quoti-
die augens merita sua, [& vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua,] id est, a tempore quo
eam adhuc virginem sumpsit in coniugem. [Et hæc vidua] fuit & mansit [vsque ad annos octogin-
taquatuor.] Vnde propter senium suum honorabilior, fideque dignior fuit. Scriptum est enim
in Leuitico: Coram cano capite consurge, & honora personam senis. Iob quoque ait: In antiquis est
sapientia, & in multo tempore prudentia. [Quæ non discedebat de templo,] non quod ibi sine interru- F
ptione permanserit, & omnia corpori necessaria egerit quod statim subditur. Hæc ipsa hora superue-
niens. Itaque dicitur, non discessisse de templo, quia omni hora opportuna, imo frequenter præ cæteris
ibi fuit sicut de homine multum deuoto & diu in ecclesia perdurante dicimus, quod semper est in
ecclesia. Sic & Christus testatur: Oportet semper orare. [Ieiuniis & obsecrationibus seruiens]
deo, cui soli latriæ seruitus est reddenda, [nocte ac die,] hoc est, competentibus imo & diuturnis
atque frequentibus vicibus diei noctisque.

¶Porro, obsecratio proprie ponitur species orationis, quia deum inuocamus per commemo-
rationem alicuius sacri, vt cum dicimus: Per passionem tuam libera nos Christe, vel propter bo-
nitatem tuam me adiuua. Ieiunium autem ad orationem disponit, sobriam, ac vigilem men-
tempre

tem præstando, vitia carnis, somnolentiã, loqcitatẽ, pigritiãq; pellendo, quæ oĩa ex edacitate
nascũtur. Ad illuminationẽ quoq;, omnisq; gratię incrementũ ieiuniũ cõfert, Quanta autem sit
virtus orationis atq; ieiunij, constat ex eo ꝙ de pessimo gñe dæmoniorũ asserit Chrũs. Hoc
A genus in nullo põt exire, nisi in oratione & ieiunio. ¶ Insup vidua ista plena fuit omni virtute, Math. 9
sed ideo de istis duobus virtutũ actib⁹ specialiter cõmẽdatur, qa in eis magis excreuit ac fulsit,
de Symeone habitũ est, cur specialiter timoratus ac iustus vocetur. Vnde ꝑ lõga ieiunia & fre-
quentes ac feruidas orationes gratiã prophetiæ ascendit, Nã per vtrũq; mens eleuatur ad deũ,
per ieiuniũ quidẽ dispositiue ac mediate, per orationẽ aũt directe, formaliter & immediate, per
quæ duo etiam peccata præcipue auferũtur, sicq; aĩa purificatur & sanctificatur, instarq; spe-
culi tersi peruij & politi capax fit sapientiæ copiosæ & illustrationis propheticæ, tanq̃ amica & Psal. 50
cõsiliaria creatoris, cui deus incerta & occulta sapientiæ suæ reuelat, iuxta illud Sapientiæ: Sapi- Sapien. 5
entia in animas sanctas se transfert, amicos dei, & prophetas cõstituit. Si ergo & nos à vitijs
emũdari, cõcupiscentias refrenare, in gratia & virtutibus crescere, dæmonibus ꝓualere, desuper
illustrari & sanctificari optamus, ieiunijs & orationibus indesinẽter & feruide insistamus, à tẽ
plo dei nõ recedamus q̃tũ ratio id ꝑmittit, vel mẽte nõ abeamus. Obsecratio aũt est feruẽtior,
potior, magisq; impetratiua spũs orationis, ideo obsecrationi instandũ est, sicut est illud Psal-
mistæ. Secundũ misericordiã tuã memento mei tu, propter bonitatẽ tuã dñe. ⌊Et hæc⌋ beatis- Psal. 24
sima Anna ⌊ipsa hora⌋ diei purgationis Mariæ, qua Symeon tenebat puerulum Iesum in vl-
nis, ⌊superueniens⌋ .i. tẽplũ spiritu sancto monẽte ingrediens, quoniã spiritu sancto reuelante
cognouit quis eẽt & quid ageretur in tẽplo, ⌊cõfitebatur domino⌋ .i. Chr̃m quem vidit præ-
sentẽ laudauit, eiq; gratias retulit, quod iuxta prophetarũ oracula ad mũdi redẽptionem iã de
scendisset. ¶ Est autẽ duplex cõfessio, scilicet laudis & culpæ. Prima confessione cõfitemur
dei bonitatem, & bñficia eius, de qua loquitur Chrũs: Cõfitebor tibi pater. Secunda vero cõfi Matt. 11
temur propria mala. Deniq; verba Annæ nõ sunt seriatim descripta, forte quia quantũ ad sen
sum satis coincidebãt cũ verbis Symeonis ac Zachariæ supra descriptus. Nam & ipsa felicissi-
B ma Anna tantæ extitit senectutis, quod cum Symeone nõ immerito optauit dissolui viso iam
Chr̃o, eiusq; aduentũ expectare cum patribus sanctis in lymbo, & loquebatur de illo, scilicet
de Christo & eius aduentu bñficijs atq; mysterijs. Vnde patet, q̃d paulo ante ꝑ dñm intelliga
tur ad literam Chrũs, ⌊omnibus q expectabãt redẽptionẽ Hierusalem.⌋ Per Hierusalẽ Iudęę
Metropolim tota regio vel plebs Israelitica designatur. Oĩbus ergo qui deuote optabãt ac
præstolabãtur liberationẽ populi Israel à iugo peccati & potestate diaboli, Anna hæc testa-
batur Chr̃m iã aduenisse, & populũ Israel totũq; seculũ liberatuꝝ nũc esse, intelligendũq; est
de oĩbus quibus opportune seu cõuenienter poterat loq. ⌊Et vt ꝑfecerũt omnia secũdũ le-
gem dñi⌋ .i. postq̃ Maria & Ioseph omnia peregerũt, quæ secũdũ ꝓcepta legis ad ritũ puri-
ficationis spectabãt, videlicet filiũ in tẽplo offerẽdo, eũq; quinq; siclis redimẽdo, hostias quoq;
immolãdo legales, q̃uis ad nullũ istoꝝ (vt dictũ est) tenerentur, ⌊reuersi sunt in Galilæã,⌋ vi-
delicet ⌊in ciuitatem suã Nazareth⌋ quæ dicitur vrbs eoꝝ, quia habitauerũt ibidẽ anteq̃ ve-
nirẽt ad Bethlehem, Chrũs quoq; in Nazareth fuit cõceptus. ¶ Præterea secũdum Origenem,
Bedam, multosq; alios ꝓtermittit hoc loco Lucas quædã, quæ à Matthæo Euangelista nouit Matt. 2
descripta, q̃ño .s. Iesus post hæc fit in Aegyptũ translatus, ne ab Herode occideretur, & post Math. 2
mortẽ Herodis reductus sit, tũcq; cœperit Nazareth habitare. Itaq; secũdũ istos, anteq̃ Ma-
ria & Ioseph cum Iesu venirent in Nazareth in Aegyptum profecti sunt, dicuntq; aliqui, ꝙ in
Bethlehem à Hierusalẽ redierũt, & à Bethlehem in Aegyptũ ꝓgressi sint. Alij probabiliter di-
cũt, ꝙ à Hierusalem nõ redierũt in Bethlehem, qa ob nullã causam à Nazareth venerũt ad Be
thlehem, nisi propter descriptionẽ, vt patuit, idcirco expedito illo negotio, reuertentes à Hie-
rusalem non ad Bethlehem, sed ad Nazareth redierũt, in qua velut in ciuitate patriæ, mansio-
nisq; suæ libentius morabãtur, & postea ex illa vrbe angelo nunciãte in Aegyptũ fugerũt. Cæ
teri quasi mediã viam tenentes affirmant, ꝙ à Hierusalem cœperunt reuerti in Nazareth, atq;
C in via angelus loquutus est ipsi Ioseph, vt cũ matre & puero fugeret in Aegyptũ. Veꝝ quic-
quid horum dicatur, verum est quod Euãgelistæ singuli aliqua hincinde omittũt, quæ ab alijs
nouerunt iam scripta vel spiritu reuelante describenda viderunt: sic tamen, vt narrationis seu
descriptionis suę serie continuata, quasi nulla ꝓtermisisse videantur, quę alterius Euãgelistę pen
sata descriptione, quo loco transilita sint, diligens lector inueniet. ⌊Puer aũt⌋ scd̃m ꝙ homo
⌊crescebat⌋ ætate & corporis quantitate, qui secundũ ꝙ deus æternus est atq; immensus, ⌊&
confortabatur⌋ robore corporali scd̃m incremẽti mensuram, q̃uis oĩ momento poterat tan
tam corporis fortitudinem assumere & habere quantum iussisset seu voluisset vt deus, vel etiã
vt homo comprehensor scd̃m superiorem suæ animæ portionem, vt deitate fruentem. Tanta
eñ extitit beatitudo animæ Christi ꝙ redundasset in corpus ipsius, dando illi quatuor dotes
corporis glorificati, nisi dispensatiue deus hoc distulisset, vt in epistola ad Dioscorum asserit
Augustinus. Insuper Christus vt homo confortabatur, ⌊spiritu⌋ .i. in anima sua à spiritu

⌊venerunt iter diei⌋.i. vnius diei iter fecerũt à Hierusalem recedendo,⌊& requirebant eum in
A ter cognatos & notos.⌋Cum enim in fine primi diei tã Maria q̃ Ioseph aduerterent q cũ nul-
lo ipsorũ esset vel redisset Iesus,nõ mediocriter solicitabantur,idcirco die sequenti eũ in vtroq;
comitatu,præsertim inter cognatos & vicinos seu notos & familiares diligentissime require-
bant⌊& nõ inuenientes eũ⌋inter illos,ad insinuandum,q carnalis amor atq; propinquitas,so
cietasq; humana plurimũ impedit à vocatione diuina,inuẽtioneq; Christi,⌊regressi sunt i Hi
erusalem⌋tertia die,⌊requirẽtes eum⌋in ea,vbicũq; putabãt spem esse q inueniret. Quo eñ
plus diligebant,eo vigilantius & abũdantius quærebãt dilectũ,quia(vt ait Gregorius)vis amo
ris multiplicat intentionẽ,& studium inquisitionis.⌊Et factũ est post triduũ,⌋vtpote quarto
die,⌊inuenerũt illum in templo,⌋nõ in theatro,foro,ludorũue loco, vt pueri solent inueniri,
ad innuẽdũ,q filiũ dei q̃rere & inuenire optantes,tẽplũ,oratoriũ,ecclesiã,seu locũ cultui dei cõ
tẽplationiq; aptũ ingredi debẽt,nõ spectaculorũ aut tumultuũ loca,imo sicut q libenter est in
ecclesia propter diuina,filius dei credit adpotiuus,tanq̃ libenter cõsistens in domo patris cęle-
stis:sic q in tabernis & locis vanitatũ libẽter est,diaboli filius reputat,⌊sedentẽ in medio docto
rũ,⌋ad designãdum,q pueri,imo & cæteri debent se doctoribus applicare,à q̃bus in virtutib9
atq; sciẽtijs valeãt informari,scdm illud Eccli:Si videris sensatũ,statim euigila ad illũ. Et iterũ: Eccli. 6
In multitudine presbyterorũ sapientũ sta,& sapiæ illorũ ex corde cõiungere, ⌊audientẽ illos,
& interrogãtem.⌋Audiuit doctrinã illorũ,nõ vt aliquid disceret siue proficeret, sed vt iuxta
prolata ab illis cõgruenter nõ extranee interrogaret,& qa inter hoies cõuersans,hũano,decen-
tiq; modo habere se debuit,itemq;, vt exẽplũ p̃staret simplicibus,p̃sertim pueris & iunioribus
B q̃uis peritis,vt magistros & seniores audire potius curent,q̃ docere præsumãt,nec vana osten Iacobi 1
tatione se iactẽt,p̃sertim cũ scriptũ sit:Sit ois homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquen- Iacob. 3
dum. Et iterũ:Nolite plures magistri fieri frẽs mei,scientes quia maius iudicium accipitis. Ita-
q; postq̃ illos audiuit,quæstiones Christus proposuit,vt illos instrueret,atq; ad dei laudationẽ
induceret. ¶Deniq; hic disciplinæ rectus est ordo. Primo,diligenter audire,deinde circa audi Eccli. 32
ta pertinenter inquirere,iuxta illud Ecclesiastici:Audi tacẽs simul & quærẽs,& pro reuerentia Prouer. 18
accedat tibi bona gr̃a,quo contra nõnulli nõ expectata responsione tentãt obijcere, seu nõ au
dita ad plenum obiectione incipiũt respondere,nõ attendẽtes illud Prouerbiorũ:Qui pri9 rñ-
det anteq̃ audiat,stultum se esse demõstrat & cõfusiõe dignũ. Præterea in Ecclesiastico scribi
tur:Postq̃ audias, non respondeas verbum,Quæ aũt fuerint Christi quæstiones atq; respõsa,
Euãgelista nõ exprimit,arbitror tamen q aliqua circa sua mysteria atq; aduentũ suũ spectan
tia fuerit sciscitatus,vt daret eis agnoscendæ veritatis occasionem.⌊Stupebant autẽ⌋.i. vehe-
mẽter mirabantur⌊oẽs qui eũ audiebant,⌋q scilicet in puero tantæ ætatis esset sapiẽtia,elo-
quentia,maturitas,cõstantia tãta, p̃sertim tamen de sapiẽtiæ eius eminentia. Nã subditur,⌊sup
prudẽtia⌋eius intus manẽte,& sumitur hic prudentia pro sapiẽtia, vel notitia scripturarũ,⌊&
responsis eius⌋per quæ sua interior prudẽtia patefiebat. vnde elicitur,q sicut Chrũs propo-
suit eis quæstiones, sic viceversa,sed ipsi ei tam prompte ac sapiẽter respõdere nequibãt,vt eis
ipse. Ex eodẽ equidem sapiæ fonte procedit apte interrogare,cõuenienterq; respõdere.⌊Et vi
dẽtes admirati sunt⌋ .i. cuncti q aderãt huic disputatiõi,& corporalr puerũ illũ intuebant q̃
facete,modeste,reuerẽter se habuit,intellectualr quoq; videbant q̃ sapiẽs esset,admiratiõe reple
C ti sunt,q puer ille doctores ætate,studio,atq; hũana instructiõe prouectas tã incõparabilr su-
peraret,cuius simile nunq̃ viderãt & forte nec audierãt, cũ sit cõtra vel supra cursum & ordinẽ
rerũ. ¶Præterea q̃rit,cur Chrũs duodecimo ætatis suæ anno sapiam suã sic orsus ẽ declararet
Ad q̃d Græcus respondet,qa duodecimo anno penes hoies discretionis ratio p̃fici solet, vnde
nõ antea fecit hoc,ne phantasticũ aut diabolicũ putaret. Potest q̃q; dici(vt tangit Ambrosius)
q̃a duodenari9 aplorũ numerus fuit ad p̃dicationẽ Euãgelij eligẽdus. At vero affectuosissima
atq; p̃issima mater viso vnico ac supcharissimo filio suo,tãto amplius est gauisa q̃ de eius amis
sione plus fuit tristata, verũtamen eũ alloqui nõ p̃sumpsit, q̃diu vidit eũ cũ doctoribus occupa
tũ,sed puer matrẽ adesse cõspiciẽs actu illo cõpleto venit ad eã, q̃ mox maternis cõcussis visce
ribus & p̃ gaudio lachrymãs,fiducialr,humilr,dulciter & affectuose,tanq̃ mater ait ad ipm.⌊Fi
li quid fecisti nobis sic?⌋& est verbũ hoc nõ quasi increpatio,sed quasi pia & amorosa cõquæ
stio,seu auida inquisitio,expendum. Noueras nẽpe beatissima virgo filiũ suũ esse deũ & homi
nem,nec posse peccare,nec sine ratiõabili causa quidpiã agere,ideo sciscitat. O fili quid.i. cur fe
cisti nobis sic,nobis ignorantibus in Hierusalẽ remanẽdo ac p hoc tantã nobis tristitiã ingerẽ
do,q̃a noueras de tua absentia taliter affligẽdos. O felicissima,incomparabilisq; Maria,q̃ vni-
genitũ p̃ris æterni tã vere ac cõfidẽter filium vocat.⌊Ecce ego & pr̃ tu9⌋putatiu9,⌊dolẽtes,⌋
de tua absentia,⌊q̃rebamus te⌋.i.cũ grãdi dolore, cuius, doloris causam glossa assignat,q̃a time-
bant,ne q̃d puero in infantia facere molitus fuit Herodes,alij puero iã prouectioris ætatis infer
rẽt, videlicet Archelaus & alij. ¶Sed nõne sapiẽs virgo cognouit,q puer ideo venit,vt in virili
ætate pro mũdi salute crucifigeret? Et rñdendum,q vtiq;, nihilominus metuere potuit,ne pu

ero qui ad patiendū venit aliqd aduersitatis accideret, q̄uis sciret sibi hoc cōtra ipsius volunta-
tatē nō posse accidere. Denique Origenes circa hoc subtiliter scribit: Cur (inquit) quærebant D
puer cū dolore, an ideo, ne forte perierit siue errauerit? Absit. Nunq̄ enī fieri potuit, vt pditum
formidarēt, quē dnm eē cognouerāt, & quē Maria se de spiritu sancto concepisse perpendit,
sed q̄modo tu, dū scripturas legis, q̄ris i eis sensum cū dolore & q̄dam tormento, nō q̄d scriptu-
ras errasse arbitreris, sed qm̄ veritatē quā cōtinēt nescis, & inuenire q̄ris, sic illi q̄rebāt Iesum ne
forte eos relinquēs ad alia demigrasset, & q̄d magis puto, ne forte reuersus esset ad cœlos, cum
ei placuisset iterū descēsurus. Itaq; & nos dū peccādo amiserimus Iesum, ptin' cordialiter do-
leamus, & cū solicitudine ac mœrore eū quæramus, nec dissolute & negligenter ptranseamus,
Deuter. 4 vt illi qui quærūt, nec tamē eū inueniūt. Vnde in Deuteronomio habetur: Cum quæsieris
dnm deū tuū, inuenies eum, si tamē toto corde quæsieris eū, & tota tribulatione animæ tuæ.
Tāto enī plus de perpetratiōe peccati & Chri amissiōe dolore debemus, q̄ de tēporaliū & cor-
poraliū pditiōe, q̄to malū culpæ peius ē malo pœnæ, & q̄to salus æterna seu incōmutabile bo-
num maioris est bonitatis ac dignitatis q̄ trāsitoria vniuersa. Nihilominus multi cæca & mise-
ra mēte plus de transitorioꝝ ablatione, q̄ de gratiæ ac salutis pditione tristātur. ⌊Et ait ad il-
los: Quid est q me q̄rebatis?⌋ quasi dicat: Necesse non fuit me taliter quæri, cum tanta mœsti-
tia. Quibus verbis non increpat eos quasi culpabiles, qa nec male egerūt q̄rendo, sed charitati-
ue & pie insinuat, q aliter quærēdus potius fuit, & q melius ac sapiētius facere potuissent, q̄ fe-
Math. 26 cerunt, ita quærēdo inter cognatos ac notos, quēadmodū Christi voluntas, de qua dixit: Pa-
Philip. 2 ter, non quod ego volo, bona fuit: & tamē qua dixit, sed quod tu, melior fuit. Hinc subditur: E
⌊Nesciebatis⌋ quasi dicat, Vtique perpēdere potuistis, ⌊quia in his q̄ patris mei sunt,⌋ id est, in
cultu & templo patris æterni, ⌊oportet me esse⌋ qui veni ad hoc vt secundū formam serui q̄
accepi, patrem meum cælestem indefinenter honorē. Vnde apud Iohannē Christus ait de pa-
tre: Quæ placita sunt ei, facio semper, tanq̄ dicat: Primo sui à vobis in tēplo non inter cogna-
Iohā. 8 tos quærendus cæteris paribus, vel aduertere poteratis, q non nisi in diuinis essem moratus.
Hoc tamen pro tūc nō tenebant cōsiderare, sed paulatim proficere debuerunt. Et Christus
his verbis interrogat eos, nō vt reprehendat quasi peccantes, sed vt instruat aliqua ignorātes,
vt moris est his q ex præcipua charitate loquūt. ⌊Et ipsi non intellexerunt verbū quod locu-
tus est eis.⌋ Non est putandum ignorasse eos, præsertim Mariā, q patrē intellexerit deum pa-
trem æternū, sed plene non intellexerunt, qd Christus per ista verba prætenderet, hoc est, per
quē modū assereret se esse oportere in his q̄ patris sunt, vtpote quantū ad locū & tēpus, aliasq;
circūstātias, & q̄ ad actus determinatos, qa & verbū hoc multipliciter intelligi potuit, & Ma-
ria nō ignorauit filium suū indefinenter deo patri, actibusq; diuinis intentū, sed quādo, quali-
ter, q̄ties oporteret eum eē in tēplo, nō ita præuidit distincte. ⌊Et descēdit cū eis, & venit Na-
zareth.⌋ à qua cū illis ascēdit Hierusalē, de qua ascensione sua ad festiuitatē legalē p Zachariam
de seipso prædixit, dicēs: Vadam etiā ego. Nam paulo ante ibidē habetur. Hæc dicit dns ex-
ercituum. Vsquequo venient populi & habitēt in ciuitatibus multis, & vadant habitatores v-
nusquisq; ad alteꝝ, dicētes: Eamus & deprecemur faciē domini. Quibus mox subditur: Va-
dam etiā ego. s. dns exercituū qui loquit ista. Non enī Zacharias de seipso hoc ait quod super
Zach. 8 Zachariā clarius demonstraui, ⌊& erat subditus illis,⌋ q̄niam sicut in seipso humillimus fuit vt
homo, sic vsq; pfectum in exterioribus humiliauit seipsum non solum matri, sed & nutricio & F
ministeo se subdens, secundū naturā assumptā & legē quam de honoratiōe parentum de-
Philip. 2 dit, impleuit nō necessitate, sed dignatione & pietate. Non enī cōmuni legi fuit astrictus, aut de
Math. 5 nececessitate præcepti subiectus, sed supra legē, non solū scdm diuinitatē, sed & scdm humani-
Marci. 7 tatē, vt à verbo æterno assumptā & toti creaturæ prælatam.

¶ Denique, secundum gradus diuersos potestatis altioris determinādus est obedientiæ gradus.
Ideo potestati in spiritualibus, præsidēti in illis est obediendū, præsidenti aūt in regimine rei-
publicæ, in talibus est obediendū, similiter præsidenti in regimine domus atq; familiæ, in tali-
b' obediendū est à domesticis. Christ' aūt simpliciter superior fuit suis parentibus, quibus tū
parebat & humillime atq; promptissime seruiebat, dans oībus nobis, præsertim iunioribus,
obedientiæ ac humilitatis exemplū, & vt nō solū carnalibus, sed & spiritualibus patribus ac se-
Ephe. 6 nioribus obedeamus, dicente aplo: Filioli obedite parentib' vris p oīa. Debent aūt filij parē-
tibus honorem reuerētiæ, sicut in assurgendo, honorē obedientiæ in omittēdo seu faciendo, dū-
modo nō sit impeditiuū salutis, itēq; honorē subuētionis necessariæ, pro loco & tpe. Hac ergo
Chri humilitate vehemētissime supbia nostra cōfundit, rebellio nostra dānat, dū superioribus
nostris nō obtēperamus, qa dns vniuersoꝝ, q etiā secundū naturam assumptā & verbo vnitā,
dignior, deoq; charior est toto vniuerso, nō solū pauperi matri, sed & fabro obediuit lignario.
⌊Et mater eius cōseruabat oīa verba hæc⌋ i. verba & facta filij sui, in corde suo, tanq̄ optima
ac docilissima sapiētiæ æternæ discipula, sapiētiæ capacissima ac auidissima, quicquid filius
eius de cætero fecit aut dixit, cum summa veneratione pensauit ac inde eminenter profecit,

non

non vt puerũ vel viri duntaxat, sed vt deũ illum attendens, vnde nec ipsa nec Ioseph, sine debi
ta reuerẽtia ei aliquid iniungere cõsueuerũt. ⌊Et Iesus proficiebat ætate,⌋ qa tempus quod si
A bi accreuit, fructuosissime expẽdebat, ⌊& sapiã & grã apud deũ & hoĩes⌋.i. veraciter coram
deo & hoĩbus, deũ in oĩbus pura cõscientia honorãdo, & proximos ædificãdo, suam sapiam,
perfectionẽ & grãm eis paulatim manifestãdo, scdm φ ætate processit, vt per hoc ad dei ho-
norẽ & gloriã prouocarent. Denitq quo ad deũ, sufficit bona cõscientia, sed propter hoĩes exi
gitur bona fama, exẽplarisq vita, q̃ qui negligit, scdm Augustinũ, crudelis est. Propter q̃d in
Ecclesiaste legit: Melius est nomen bonum q̃ vnguenta ꝓciosa. Et alibi: Curam habe de bono
noĩe. Apostol⁹ quoq: Prouideamus (inquit) bona nõ solũ corã deo, sed etiã coram hoĩbus. Et ali
bi. Honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. ¶ Postremo iam diligentius intuendũ, quo Chri-
stus ꝓfecit sapiã & gratia. Ad q̃d intelligendũ oportet aduertere, q̃d cũ Christus sit deus & hõ
in vnitate ꝑsonæ, duplex fuit in eo sapientia. s. increata, quæ est ipsummet verbũ æternũ ac di-
uina essentia, & creata, & ista sapientia Christi creata multiplex fuit. Vna dicit beatorũ, q̃ à pri
cipio creationis aĩæ suæ, ipse scdm animam vt deo fruentẽ oĩa cognouit, in verbo seu in diui-
na essentia, sicut beati in patria, imo multo excellentius eis. Insup fuit in aĩa Chri à suæ creatiõis
principio sapiã indita seu infusa, qua cognoscit res p proprias earũ spẽs sibi concreatas, suæ q
aĩæ cõnaturales & proportionatas. Nulla eñ naturalis ꝑfectio defuit aĩæ Christi. Vnde quẽ-
admodum (scdm Augustinũ) verbũ æternũ seu deus à principio indidit mẽtibus angelicis in-
telligibiles rerũ spẽs, p quas cognoscunt res cognitione vespertina, ꝑter cognitionẽ matutinã,
q̃ res cognoscunt in verbo, sic verbũ aĩæ Christi sibi vnitæ indidit spẽs intelligibiles naturales.
Præter has sapiẽtias seu scientias ponunt quidã theologi in anima Christi sciam acquisitam seu
experimẽtalem, quã sanctus Thomas primo negauit esse in aĩa Christi, sed postea I tertia par
te retractat hoc, & asserit talẽ scientiã in Christo ponẽdam, quia (vt ait) nihil eorũ defuit Chri
sto, quæ deus in natura humana plantauit, ideo Chrũs habuit intellectũ agentẽ, eiusq operati
onem. Operatio aũt intellectus agẽtis est, à phantasmatibus intelligibiles spẽs abstrahere, atq
B in intellectu eas possibili ponere, vt tertio de anima dicit. Itaq in intellectu possibili aĩæ Chri
fuerunt spẽs intelligibiles ab intellectu agẽte illi impressæ, quod est scientiã acquisitã, quã qui-
dã vocãt experimẽtalem, in Christo consistere, q̃ habetur p modũ humanũ, naturaleq: lumen,
de quo ad Hebræos ait Apostolus, loquẽs de Christo: Didicit ex his q̃ passus est obedientiã. Et
sumit ibi discere pro experiri, Chrũs nanq non didicit ab aliis scientiam acquisitã, sed per pro
priã adinuentionẽ eam adeptus est. Hæc scdm Thomam in tertia parte inducta est. Ex quib⁹
ostendit, q̃d Chrũs in nulla sapiã seu scientia ꝑnominata profecit, quantũ ad habitũ illius, nisi i
scientia acquisita. Fuit quoq aĩa Christi indesinẽter æque ꝑfecta in actu sapiẽtiæ beatorũ, ac sa
pientiæ inditæ seu infusæ, vnde in nulla eorũ profecit, nisi quã tum ad manifestationẽ, sed i actu
ac habitu sapiẽtiæ acquisitæ profecit, scdm ponentes illã in ipso. Insuper fuit in aĩa Christi ab
incarnationis exordio grã habitualis, tanta, tamq ꝑfecta, vt p ipsam, & de plenitudine eius vni
uersis fidelibus, qui mẽbra eius vocant, influere possit spũalem sensum ac motũ virtutũ viuifi-
cũ, quemadmodum caput influit mẽbris motũ naturalẽ ac sensum. Hinc grã habitualis & gra
tia capitis ponit scdm rem, vna, eadẽq Christo, in q̃ enã secundũ rem nunq̃ profecit, sed secũ
dum manifestationẽ duntaxat, imo gratia illa tãta fuit & est in Christo, q̃d mẽs creata maioris
gratiæ capax nõ est. Ponit q̃q in Christo gratia vnionis, q̃ secũdũ quosdã ẽ ipsm eẽ incarnatum
verbi, humanitati Christi cõmunic[illegible] Aliqui tñ affirmant, q̃d gratia vnionis i Christo sit q̃d
creatũ, sed illi gratiã vnionis aliter sumũt. Vnde diuersitas horũ cõsistit in verbis. Itaq qm hu-
manitati Christi à pricipio suæ creationis cõmunicata ẽ hypostatica vnio cũ verbo æterno, q̃d
ẽ sup omne donũ creatũ, etiã extunc ei data est plenitudo gratiæ & donorũ sapiæ [illegible]
beatitudinũ q̃q & fructuũ imperfectionẽ in sua ratione nõ includentium.

¶ ENARRATIO. CAP. III. ANNO AVTEM quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. Arti. VIII.

C Q Vemadmodum Christi annuntiationem, conceptionẽ, natiuitatem cir-
cũcisionem, nominationem, pueritiam descripturus Euangelista præmi
sit de præcursoris annuntiatione, cõceptione, cæterisq prædictis: ita nũc
de Christi prædicatione, baptismo, & gestis scripturus, præmittit de præ
dicatione, baptismate, factisq præcursoris, quia præambula & accessoria
sunt ad Christi documenta & gesta. ⌊Anno aũt quintodecimo imperij
Tiberij Cæsaris,⌋ q Octauiano Imperatori, cui⁹ & filiã habuit cõiugẽ, in
ĩperio immediate successit. Octauian⁹ aũt annis quinq̃gita septẽ regna-
uit, & anno q̃dragesimosecũdo imperij ei⁹ nati sunt Christ⁹ & ꝓcursor eius, sicq quidecĩ annis
sub Octauiano i mũdo hoc cõuersati sunt, & quintusdecim⁹ annus ĩperij Tiberij fuit tricesimus
annus ætatis Chri ac ꝓcursoris, q̃ ãno gesta sunt, q̃ paulo post describũt, ⌊ꝓcurãte⌋.i. p modũ

Procuratoris regēte, ⌊ Pontio Pilato Iudæā. ⌋ Dicūtq; aliqui, q̄ Pontius fuit proprium nomen eius, Pilatus vero agnomē. Alij probabilius asserūt, q̄ propriū eius nomen fuit Pilatus, Pontius aūt vocatus sit à Pontio insula, in qua stetit, q (scd̄m Bedā) duodecimo anno imperij Tyberij ad regendā Iudæā ab Imperatore hoc missus est. Iudæa q̄q; hic sumitur non pro toto regno Iudæorū, sed pro ea parte Iudęæ, q̄ fuit Archelai, vt statim dicetur, ⌊ Tetracha aūt Galilææ ⌋ existente ⌊ Herode ⌋ Antipa, q̄ decollauit Iohannē, fuitq; filius Herodis qui occidit infantes. D

¶ Porro, Tetrarchia dicitur quarta pars regni, à tetra q̄d est quatuor, & archos quod est princeps, vnde Tetracha vocat̄ princeps quartæ partis regni. ⌊ Philippo aūt fratre eius ⌋ existente ⌊ Tetrarcha Itureæ & Traconitidis regionis, ⌋ q̄ duæ prouinciæ reputabātur quarta pars regni totius Iudęæ, q̄d fuit regnū Herodis Ascalonitæ patris fratrum istorum. Deniq; iste est Philippus, cuius vxorem, puta Herodiadem, abstulit ei frater suus Herodes Antipas, quem ob hoc increpauit Iohānes, ⌊ & Lisania ⌋ existente ⌊ Abilinæ ⌋ .i. prouincię sic vocatę ⌊ Tetrarcha. ⌋ Lisenias secundum Bedā fuit filius Herodis Ascalonitę. Iosephus vero affirmat, q̄d fuit nepos ipsius, vtpote filius Ptolomęi cuiusdam ex Alexandria sorore pręfati Herodis quod verius credit. Beda aūt nomen filij forsitan extense accepit, prout nepotes alicuius filij eius dicuntur.

Marci. 6 ¶ Pręterea aduertendum, q̄d Herodes Ascalonita sex habuit filios, quorum tres ipse adhuc viuens occidit, ipsoq; mortuo, tres reliqui filij eius, videlicet Archelaus, Herodes Antipas, & Philippus contendebant de regno patris habendo. Tandem Octauianus Imperator de senatus cōsilio regnū Herodis Ascolonitę defuncti, diuisit in quatuor partes, dans duas Archelao, puta Iudęam & Idumęam, tertiam vero Herodi Antipę, videlicet Galilęam, quartam Philippo, vtpute Ituream & Traconitidem regionē. Archelaus demum decimo sui dominij anno apud Imperatorem de tyrannide accusatus, à principatu depositus est, atq; in exilium relegatus, & ex tunc vna pars principatus sui, scilicet Iudęa, cœpit per procuratores & officiales Romanorum administrari, quorum quintus legitur fuisse Pilatus, ⌊ sub principibus sacerdotum Anna & Caipha ⌋ non q̄ isti duo simul pontifices fuerint, sed Annas pontifex fuit anno quo pręcursor orsus est pręedicare, Caiphas autem anno quo passus est dominus. Tempore autem intermedio
Math. 3 inter hos duos pontifices fuerunt & alij tres sibi inuicē succedētes, videlicet Ismahel, Eleazar
Iohā. 14 & Symon. ¶ Refert eqdem Iosephus, q̄d tunc sub imperio Romanorū, sacerdotiū fuit irreuerēter venale, ita quod pręceptis legis de successione pontificum, p vim & ambitionem cessantibus, nulli honor pontificatus, vitę vel generis merito prestabatur. Vnde Valerius Gracchus Anna à pontificatu remoto, Ismahelē filiū Baphi designauit pōtificem, q̄ post modicū temporis abiecto, Eleazarū Ananiæ pōtificis filiū subrogauit, quē post annū amouit & Symoni Camphi filio episcopatū tradebat, q nō plus q̄ per annū pōtifex existēs successorē accepit Iosephū, qui & Caiphas dictus est, Itaq; de his duobus facit Euāgelista (alijs omissis) mētionem, q̄a ad Christi magis ptinēt passionē ac psequutionē, frequentius q̄q; dicūtur sibi in pōtificio successisse, & q̄ affinitate cōiuncti fuerūt, ⌊ factū est verbū dn̄i sup Iohānem Zachariæ filiū in deserto. ⌋ ¶ Ecce q̄ solēniter describit Euāgelista tempus, q̄ diuina reuelatio facta est pcursori de prædicādo ac baptizādo. Et cur hoc, nisi propter reuerētiā & magnificētiā eius, cuius ille fuit annuntiator, videlicet Christi? Deniq; iuxta Origenem in libris prophetarū, vbi cōmemoratur tēpus reuelationū eis factarū, solū Iudæorū describitur regnū, q̄m sermones prophetarū ad solos fiebant Iudæos. In descriptiōe vero euāgelicæ reuelatiōis ac prædicatiōis q̄ toti mundo fuerat nūtianda, imperiū Romani dominatoris, q [illegible] orbi videbat̄ dominari, describitur, quia tamē & Iudæis fuerat euāgeliū prædicādū, describūtur & Tetrarchiæ eorū, imo quoniam Chrūs quē Iohānes pdicaturus fuit, rex & sacerdos seu pōtifex est, tēpus pdicatiōis Iohannis rectę p regnū & pontifices est descriptū. Itaq; factū est verbū dn̄i sup Iohānem, .i. diuina iussiō facta est Iohāni, siue p solam inspirationem internā, angelicā vel diuinā, siue p exteriorem angelicā apparitionē & alloqutionē, vel p imaginariā visionē. Non em̄ determinat Euangelista q̄uo factū sit verbū dn̄i istud sup Iohānē, nec exprimit an in vigilia vel in somno, nec dubium quin an̄ hoc tēpus diuinæ illuminatiōes, inspiratiōes, & alloquutiōes frequenter sint factę beatissimo pręcursori, sed nunc primo facta est sibi pceptio exeundi de deserti secreto, & veniedi in publicū, ad pdicādū ac baptizādū, ⌊ & venit in oem̄ regionē Iordanis ⌋ .i. ad loca Iudææ circa fluenta Iordanis. Q̄m em̄ gratia baptizādi aduenit, loca aquis propinqua accedere debuit, ⌊ pdicās baptismū pœnitētiæ in remissionem peccatorū. ⌋ Hoc dupliciter explanatur. Primo de baptismo Christi. Secūdo de baptismo Iohānis, Primo modo iste est sensus, Prædicās, .i. de proximo futurū ac dandū annuntians, suscipiēdūq; hortans Christi baptismū, quē Chrūs p apl̄os, cæteros discipulos suos dedit. Nō em̄ psonaliter baptizauit, sed discipuli eius eo iubente, vt patet in Iohanne: Dicitur quoq; baptismus Christi, quoniam eum instituit, & à F
Matt. 3 merito eius efficaciam habet, gratiamq; sortitus est, sicut & cætera legis euāgelicæ sacramenta. Itaq; Iohannes auditoribus suis prædixit instare Christi baptismum, vt infra, in isto habetur capitulo & in Matthæo & Marco. Dicitur autem baptismus Christi, baptismus pœnitentiæ, quia

quia adultis nō datur nec prodest, nisi pœniteant. Propter quod in Actis Petrus ait Iudæis: Pœ-
nitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine Christi Iesu in remissionē peccatorū.
A Nec obest quod ait Ambrosius: Baptismalis gratia nō requirit gemitum, neq; planctum, quia Actu. 2
de infantibus loquitur, vel de pœnitentia exteriori q̄ dicitur punitio mali, vel satisfactione pro pec-
cato, nō de pœnitētia interiori q̄ est displicētia, seu detestatio culpæ. ¶ Insup baptismum istū
prædicauit in remissionē peccatorū, docendo, q Christi baptismus peccata deleret, gratiamq;
cōferret. Secundo exponitur de baptismo Iohannis hoc, est de baptismo quem dedit, quē p-
dicauit, quia ad eum accipiendum plebē admonuit, q baptismus pœniæ dicitur, q a q̄s baptiza-
uit, ad pœniam hortabatur, & qui baptismum illum accipiebant, sua peccata confitebantur, sicq; se
pœnitere monstrabant. Rursus ad hoc baptizauit, vt baptismū suscipientes, per illam lotionem
in aqua ad cordialem contritionem & humiliationē prouocarentur, sicq; ad suscipiendum de
uote baptismum Christi, & gratiam eius disponerent. Sic quoq; baptismus Iohānis fuit in re-
missionem peccatorum, non causaliter aut directe, sed dispositiue seu præparatorie, quia per
modum prætactum baptismus Iohannis aptauit, præparauitq; homines ad Christi baptis-
mum, vt infra dicetur. Primo modo exponit Gregorius, dicēs: Baptisma q̄d peccata solueret,
quia dare non potuit, prædicabat, vt sicut incarnatū patris verbū præcurrebat verbo pdicatio-
nis, ita baptismū pœniæ quo pctā soluuntur, pcurreret suo baptismate, quo pctā solui non pos-
sent. Consequenter prædicatio & doctrina Iohannis testimonio confirmatur prophetico, vt
credibilior cōprobetur. L sicut scriptum est in libro sermonū Esaiæ prophetæ. ⅃ i. sicut Esaias de Esaiæ 40
Iohanne pdixit, q beatissimus Esais tā luculēter ac plene Christi atq; ecclesiæ mysteria præ-
nūciauit, sed & de Christi pcursore vaticinatus est tā aperte, vt nō solū propheta, sed & Euā-
gelista dicēdus sit, cuius librū Lucas rite appellat librū sermonū, propter eloquentiā eius senten-
tiositatē, itē ob libri illius magnitudinē qui numero capitulorū cæteros excedit prophetas.
Quid aūt ibi scriptum sit, subditur: L Vox clamantis in deserto. ⅃ Per vocē intelligi potest ser- Iohan. 1
mo Iohānis. Vel ipsemet sanctus Iohānes. Primo igitur sensus est: Vox clamātis. i. doctrina,
B pdicatio, seu sermo Iohānis, in heremo prædicātis est iste q subditur: L Parate viā dñi. ⅃ i. Chri
sto oim dño, disponite, facite, parate, pbete mediū veniēdi ad vos p fidei ac gr̄æ infusionem,
hoc est, obstacula gratiæ, impedimēta virtutū, videlicet obliquitates vitiorū, seu peccata cūcta
abijcite, ad fidem & gratiā vos parate, pœnitētiā agite, q̄d in vobis est facite, L rectas facite se-
mitas eius. ⅃ i. pcepta, consiliaq; diuina, p quorū obseruationē itur ad deū pure & irrepræhen
sibiliter adimplete. Istæ sunt viæ dñe ex parte nostri. i. viæ p quas aptamus nos ad dei aduētum,
videlicet ad suscipiendam gratiosam inhabitationē ipsius, vel virtutes & gratiā eius, à peccato
recedere, & bonū peragere, de quibus duabus vijs fertur in Psalmo. Declina à malo & fac bonū. Psal. 33
¶ Porro, viæ dñi ex parte ipsius p quas venit ad nos sunt misericordia & iustitia, de quibus cā- Psal. 24
tamus: Vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas, itē charitas & liberalitas eius quæ ad miseri-
cordiā reducūtur. Semitæ aūt propriæ nominantur itinera secretiora & cōpēdiosiora. Viæ ve-
ro itinera apertiora & magis cōmunia. Idcirco per viam intelligi possunt præcepta, per semi-
tas aūt consilia, q̄ directius ducūt ad deū. De quibus in Prouerbijs scriptū est: Viæ eius. s. dei,
viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ, atq; in Psalmo: Vias tuas dñe demonstra mihi, Prouer. 3
& semitas tuas edoce me. Insup sicut corporalis via paratur, quando corporale mediū fit, seu Psal. 24
pficitur, p quod de vno loco ad aliū procedatur, sic spūalis hæc via dei paratur dū p cōtritionē à
malo recedit, & actioni virtuosæ insistit, sic eñ deus venit ad nos dona gr̄æ infundendo aut in
fusa pficiendo. Secundo per vocē intelligitur ipse præcursor, quemadmodum apud Iohannem
q̄rentibus Iudæis. Tu quis es? Respondit: Ego vox clamātis in deserto. Dicitur enim vox p simi
litudinē ratione sui officij, quia vt vox ordine naturæ prior est verbo, sic Iohānes Christū præ
cessit. Itē sicut vox rem significatā notificat, sic Christū Iohannes monstrauit. Rursus, sicut
vox sonat & trāsit, & verbū inaudiētiū corde relinquit, ita Iohannes prædicando sonuit, & p
martyriū ad patres descendit, sed Christum in terra atq; in credentiū corde deseruit.
C ¶ Postremo, sicut verbū & vox simul sunt tpe, & tñ vox pfato modo prior est verbo, sic Chri
stus & Iohannes, simul in mundo vixerūt, & tñ Iohannes modico tpe Christum pcessit natiui
tate, pdicatiōe, baptizatiōe ac passiōe. Verūtñ sicut verbū mentale prius est voce in eo qui lo-
quitur, sic Chrs scdm q̄d est verbū pris æterni, fuit & est prior Iohāne. Dicitur q; Iohānes vox cla
mantis. i. Chri, seu spūs sancti p ipm loquētis. Deus eñ loquebatur per ipsum, sicut & Paul' ait:
An experimentum q̄ritis eius qui in me loquitur Christus? L Oīs vallis implebitur. ⅃ i. oñe cor hu
mile donis gr̄æ copiose ditabitur, humilitas eñ ad oēm virtutē & grām pparat mētē, sicut sup- 2. Cor. 13
bia ad oñe pctm. Et sicut stillicidia à cacuminibus mōtiū descēdūt ad bassitudinē valliū, imo
quo valles sunt profundiores eo abundantior in eis colligitur aqua, sic charismata spiritus
sancti relictis superbis ad humilium corda descendunt, atq; in eis quiescūt, & tāto exuberātius
colligūtur, q̄ deo profundius substernunt. L & oīs mōs. ⅃ i. supbus & alijs eminens L & collis. ⅃
hoc est, supbus minor siue inferior, L humiliabitur. ⅃ i. à deo spernetur, deprimetur, damnabitur,

Hoc est, quod loquitur Christus: Omnis qui se humiliat exaltabitur: & qui se exaltat, humilia-
bitur. Hinc Petrus: Humiliamini (inquit) sub potēti manu dei, vt vos exaltet in tpe visitatiōis.
In Iob quoq; legitur: Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et in Ecclesiastico: Deus supbis resi- D
stit, humilibus autem dat gratiam. ⌊Et erunt praua⌋ hoc ē, corda vitiosa conuertentur & fiēt
⌊directa⌋ hoc ē iusta, & secūdum rectitudīoē æquitatis dirigentur ⌊& aspera in vias planas⌋
.i. feroces, rebelles, distortiq; moribus erunt obedientes & simplices, ita φ verbū dei ingredieē
ad eos faciliter & indurati p grām mollificabunē. Hæc per ṗdicationē Iohānis fieri inceperūt,
qa multos cōuertit. Deiñ p Chři discipulorūq; eius euāgelizationē cōpleta sunt.
¶ Insup per valles intelligi queunt corda carnalium, p terreoā affectionē depssa, quę per diui-
norum amorē impleta sunt. Per montes vero & colles corda vanorū, per mūdanam vanitatē
erecta, quæ per propriæ defectuositatis illuminatam recognitionē humiliata sunt, in primo sal
uatoris aduentu. ¶ Porro, offuse quidam Iudæi inductam Esaiæ authoritatē de vallium im-
pletione &c. corporaliter nimis, ruditerq; exponunt, affirmantes in aduentu Messiæ, terrā pe-
nitus complanandā vt Iudæi per orbē dispersi, sine difficultate itineris expeditius confluant ad
Iudæam, quod sup Esaiam plenius exprobaui. Rabbi Moyses quoq; hoc reprobat. Verūta-
me qdā catholici ita exponūt ad lřam de terræ complanatiōe p montiū depssionē, & vallīū
eleuationē seu impletioōē, referendo scripturā hāc ad secundum Christi aduētum, circa quē
terra dicitur complananda ⌊& videbit omnis caro⌋ .i. omnis homo, ⌊salutare dei,⌋ hoc est,
Christum per quē secundum quod homo est, deus pater seu trinitas genus humanū saluauit,
dicēte Apostolo: Deus erat in Christo mūdū recōcilians sibi. ¶ Deniq; Christum in mundo
hoc conuersantē oīs homo, id ē, aliq de omni genere hoīm corporalr aspexerūt, quia & mul
ti Gētiles sic eum intuiti sunt, præsertim in die Palmarū, quando pharisæi dixerunt: Ecce to-
tus mūdus abijt post eū, sicq; est hic distributio pro generibus singulorum, non p singulis ge
nerū, sicut in Iobele dňs ait: Effundam de spiritu meo sup oēm carnem. Et Esaias inqt: Cada-
uera virorū præuaricatorū erūt ad satietatē visiōis omni carni. Ex quibus locis id etiā innote-
scit, φ in scripturis frequenter ponit pars pro toto, & caro pro hoīe. ¶ Spūaliter vero per fidē
& sapiæ donū multo plures in toto mūdo viderūt, & cōtēplati sunt saluatorē, quēadmodū de E
Gētilibus cōuersis vaticinatus est Esaias: Quibus nō est annūtiatū, viderūt: Et qui nō audierūt
cōtēplati sunt. De qua visiōe ad Hebręos scribit Apřs: Videmus Iesum propter passionē mor
tis gloria & honore coronatū. Aliqui aūt referūt verbū istud ad scdm Christi aduētum in quo
oīs caro .i. electi & reprobi Christū videbūt in solio maiestatis, ac sede iudicij, iuxta illud Apo
calypsis: Ecce venit cū nubibus, & videbit eū oīs oculus, sic exponit Beda sequēs Gregoriū su-
mēs distributionē eius quod dicit omis caro pro singulis generū. Veruntñ vltima particula au-
thoritatis hic ab Euāgelista allegata, videlicet, videbit omis caro salutare dei, in Esaia cū ṗce-
dētibus verbis quæ in Esaia scripta sunt, scdm translationē Hieronymi nō habet quantum ad
formā verborū, tñ quo ad sensum satis ibi includit, cū dicit: Et reuelabit gloria dñi. Cuius sen-
sus est: Filius dei ostēdet. Eterī filius gloria přis vocat, quēadmodū scriptū est: Filius sapiēs glo
ria přis ⌊Dicebat aūt ad turbas quæ exibāt vt baptizarent ab eo. De quibus in Matthæo le-
gitur: Tūc exibat ad eū Hierosolima & oīs Iudæa, & oīs regio circa Iordanē. ⌊Genimina vi-
perarum⌋ hoc est, filij serpentum, videlicet hoīm venenatorū, calliditate criminibusq; plenorū,
de quibus seu qualibus dňs ait Ezechieli: Subuersores & increduli sunt tecū, & cū scorpionibus
habitas, hoīes quippe noībus bestiarū exprimunt, qa illarū proprietatē sequunt, idcirco astuti
& callidi pungitiui, nociui, recte serpētes seu viperæ nominant, ⌊quis ostēdit vobis fugere à ven
tura ira?⌋ .i. à districto dei iudicio, & dānatiōe æterna. Tanquā dicat: Ita impie vixistis & secu-
re peccastis quasi diuinā possetis effugere vltionem. ¶ Præterea aduertēdū φ in turba illa fue-
runt aliqui boni ac pœnitētes, ṗsertim vulgares, qui recta intētiōe venerūt, vt baptizarent, aliq
quoq; peruersi & ficti, qui nō ex deuotiōe sed malignitate venerūt. Quantum ergo ad primos
possunt hæc verba esse commēdatio pœnitētiū quos nominat genimina viperarū, nō φ patrū
suorū sequant malitiā, sed in laudē filiorū proferat, quod cū sint filij iniquorum, nihilominus be
ne se habeāt, quibus & dicit: Quis ostēdit vobis fugere à ventura ira? Id est, quis docuit vos pę F
nitere, & vitam corrigere, atq; ad baptismū venire, p quæ æterna vitat damnatio? Quasi dicat:
Non à vobisipsis nec à patribus vestris, sed à pietate & gratia dei, hoc accepistis. Ita exponit
Ambrosius: Quantum vero ad malos sont verba hæc increpatio impœnitentiū, secundū sen
sum prætactum & illi fuerunt Pharisæi & aliqui Sadducæi. Vnde in Matthæo legitur: Vidēs
Iohannes multos Pharisæorū Sadducæorū venientes ad baptismū suum, dixit eis: Progenies
viperarū, quis demonstrauit vobis fugere à vētura ira? ¶ Deniq; secūdū Origenem: Vipera vt
fertur marem coeundo necat fœtusq; vipere, exeundo matrē occidit scisso vtero eius, In vindi
ctam quodammodo genitoris sui perempti. Itaq; patricida est proles viperea, talesq; erant Iu
dæi qui přes suos spūales atq; doctores interficiebāt. Consequenter increpatis & in periculo
dānatiōis cōstitutis, proponit compēdiosum cōsilium. ⌊Facite ergo fructus dignos pœniæ⌋

Hoc est

hoc est actus pœnitentiales interiores & exteriores peragite, secũdũ exigẽtiã seu mẽsurã mul
A titudinis, magnitudinisq́ culparũ vestrarũ, videlicet intus cordialiter de peccatis dolendo, ore
plenarie cõfitẽdo, & opa satisfactoria ppetrãdo, tanto vtiq amplius atq pfectius, quo plura
& maiora extãt peccata. Contritio quippe (secũdum Hieronymum) debet æquari peccato, vt
secũdum mẽsuram grauitatis & numerositatis peccati, ac magnitudinẽ delectationis, seu cõ-
placẽtiæ illicitæ, sit mẽsura interni doloris seu displicẽtiæ de peccato. Operũ quoq pœniten-
tialiũ & afflictionis spontaneæ si assit opportunitas seu facultas. Itaq pœnitentia debet esse fru-
ctuosa, vt veniat ex charitate, aliter enĩ nihil meretur. Propter quod Antiochus rex frustra r. Mach. 6
pœnituit, nec veniã impetrauit, quoniam ex solo seruili timore deũ orauit atq pœnituit, vt in Hebre. 12
libro Machabæorũ habetur: De Esau quoq ait ad Hebræos apostolus, q nõ inuenit pœniten
tiæ locũ, quãquã cũ lachrymis inquisisset eũ. Insup debet eẽ operosa, quantum ad opa satisfacto-
ria, laboriosa & afflictiua, itẽ cõdigna, vt cõmẽsuretur quãtitati, qualitatiq́ culpæ.
¶ Sed cum peccatũ ex ea parte qua fit cõtra deum maiestatis & sanctitatis immẽsæ, sit enor-
mitatis, quodammodo infinitæ, quomodo valet quis cõdigne pœnitere aut satisfacere pro
peccato? Et respondẽdum, q propria hoĩs potestate nõ potest, nec inquantum actus sui ex libe
ro procedũt arbitrio, sed adiutorio Christi inquantũ meritum eius suis mẽbris p charitatẽ & sa
cramẽtũ pœnitẽtiæ cõmunicat, sicq́ in virtute meriti Chri actus pœnitẽtiales dño offeruntur,
itẽq inquantũ actus tales procedũt ex charitate infusa, & actuali motione spũs sancti in omi
actu meritorio cõcurrẽte, q spũs sanctus est motor dignitatis immẽsæ. Sicq actio pœnitentiæ
virtuosa ex parte huius principij cooperãtis habet proportionatam efficaciam, & adæquatio-
B nem bonitatis, cõtra prauitatem peccati. Itẽ dici põt, q cõtritio & satisfactio æquari debent
offensæ, seu culpæ æqualitate proportionis, vt pote p respectũ ad hominis possibilitatem, non
æqualitate æquiparentiæ. Propter qd dici solet, q totus mũdus pro vno pctõ mortali de con-
digno satisfacere nequeat, propter infinitã eius q peccato offendit dignitatem, sed deus vltra
posse hominis nõ reqrit. Cũq homo debitã diligẽtiã facit, deus quasi cõdignũ qd reputat fa
ctum, tã infinita est pietas atq dignatio eius. [Et ne ceperitis dicere, patrem habemus Abra-
ham] hoc est, de carnalis propaginis nolite nobilitate frustra confidere, inaniter supbire, stul-
te vos iactare, quasi hoc sufficiat ad salutem, qa de viri sancti ac magni patriarchæ semine nati
estis. Nouerat sanctus Iohãnes, q carnales illi Iudæi de carnis propagine tumuerunt, q. s. de
patriarcharũ ac prophetarũ semine descendissent, cũ tamen ex hoc eorũ pctã plus grauarẽtur,
quia q de sanctioribus patribus descenderũt, eo grauius peccauerũt, illorũ virtutes nõ imitãdo,
nec deo gratias referẽdo. Vnde nil cõfert carnalis generositas, nisi cõsimilibus studijs fulciatur
vt ait Cyrillus: Idcirco vanũ est extolli de bonis prædecessoribus, & deficere ab eorũ virtuti-
bus. ¶ Deniq (secũdũ scripturas) imitatores fidei atq iustitiæ patriarcharũ ac prophetarum,
potius appellant illorũ filij, quam filij solũ carnales, imo tales censentur indigni vocari filij il-
lorũ sanctorũ, dicẽte apostolo: Nõ qui semen sunt Abrahæ, hi omnes filij. Vnde carnalibus Iu
dæis loqtur Christus apud Iohãnem: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, quod quia nõ Roma. 9
impleuerũt, adiecit. Vos ex patre diabolo estis. Cur aũt inaniter inde gloriari nõ debeãt, sub t. Iohã. 8
dit: [Dico enĩ vobis, quia potest deus de lapidibus istis suscitare] i. procreare seu ad esse dedu
cere, [filios Abrahæ,] Quod tripliciter intelligi potest & verificari, primo, per lapides intell
ligẽdo ipsa saxa à Iohãne ad oculũ demõstrata, qui (vt cõmuniter fert) monstrauit illos duo-
C decim lapides qs Iosue fecit asportari de siccato fundo Iordanis, cũ deus Iordanis alueũ desic Iosue 4
casset, & filij Israel p illũ transissent, vt in Iosue narratur: Per filios vero intelligendo hoĩes iu- Hester. 3
stos, qui fidem & pfectionẽ Abrahæ assequẽdo, spũales eius filij essent. Etenĩ de9 omnipotens,
qui cũcta de nihilo fecit, naturas rerũ cõmutare & in se inuicem cõuertere facillime põt. Secũdo
per lapides intelligendo Gentiles à Iudæis vehemẽter cõtemptos, q instar lapidũ spũaliter du
ri, impoliti, seu incircũcisi, ac steriles erãt, & idola muta, lapideaq́ colẽdo illis conformati fue-
runt, secũdum illud Psalmistæ: Similes illis fiant q faciũt ea, & omes q cõfidũt in eis. Tertio, p Psal. 113
lapides intelligẽdo saxa præfata seu alia, & per filios Abrahæ intelligẽdo carnales filios eius.
¶ Sed forte mirũ apparet, quõ fieri id potuerit aut possit, præsertim cũ tempore illo Abraham
obierit, & carnales filij ex carnali semine propagẽtur, nihilominus deus cuius potestas est pe Danie. 7
nitus infinita, hoc pluribus modis põt. Primo, qm vnũ existens in aliud subsistens, trãssubstan
tiando põt cõuertere, sicut qtidie peragit in altari, sicq́ lapides in Iudæos tunc, seu nũc existen
tes cõuertere quiuit & valet. Insuper potuit Abraham resuscitare, & lapides in semen eius con
uertere, & hoc pluribus modis, sed de isto pertranseo, quia ad curiositatẽ pon9 q̃ deuotionem
pertinere videtur. Porro quoad secũdũ sensum deus verba Iohãnis impleuit, quãdo p Apo
stolorũ prædicationẽ innumerabiles in toto mũdo gẽtiles cõuertit, quemadmodũ Esaias in li
bro suo admirãs & gratulans ait ad eum: Ecce gentẽ quam nesciebas, vocabis, & Gẽtes quæ nõ Esaiæ 55
cognouerunt te, ad te currẽt. Per Zachariã quoq cũ vnigenitus dei de sua incarnatiõe dixis-
set: Lauda & letare filia Sion, qa ecce ego venio & habitabo in medio tui, adiecit, Et applica-
buntur

buntur gentes multæ ad dñm in die illo, & erunt mihi in populum de quibus ad Galatas Apo
Galat. 3 stolus: Qui (inquit) ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. De carnalibus vero incredulisq́ Iudæis, in D
Apocal. 3 Apocalypsi inducitur: Dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ.

¶ Consequēter aliā causam adducit, cur de generis nobilitate se iactare nō debeāt. [Iam enim securis ad radicē arboris posita est.] Quidā per securim intelligūt, mortē seu mortis sniam quæ hominē de præsenti vita præscindit, p radicē aūt intelligunt Adam, à quo totū genus humanū, vel Abrahā, à q̄ plebs Iudæorum, velut à radice exorta est, p arborē vero intelligūt genus humanū, vel Israeliticā plebē. Quādo aūt Iohannes hęc dixit, iam Adam q̄ Abrahā per mortē erant de hac vita sublati. Per hoc patuit posteros eorum similiter esse tollēdos, citoq́ morituros, secū-
2. Par. 20 dum illud: Dies nostri quasi vmbra sup terrā, & nulla est mora. Alij p securim intelligūt rigorē diuinæ æquitatis, p securim psonā seu vitā cuiuslibet hominis, p radicē hominis fundamentū seu firmitatem, vt sit sensus: q rigor seu vltio diuinæ iustitiæ, posita est, seu imminet homini peccatori, vt funditus eum disperdat ac dānet, nisi pœniteat, quēadmodū in Ecclesiastico legit: Nisi pœniam egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hoim. Et in Deuteronomio: Ait dñs deus, ipse est deus fortis, reddēs odiētibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non differat protinus restituēs eis quod merētur. Item p radicē intelligi pōt natiuitas hominis, p securim trāsitus vitę præsentis à natiuitate incipiēs, p arborē homo. Itaq́ securis ad radicē arboris est posita, quoniā à natiuitatis exordio homo ad mortis occasum tēdit cōtinuo. Siquidē nox quasi vnus carpētator vnā vitæ præscindit medietatē diesq́ aliam, & tandē necesse est hominē velut arborē cadere, & vtiq́ sicut Salomon ait: Si ceciderit lignū ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq́ loco ceciderit ibi erit, hoc est, dum homo moriēdo defecerit atq́ transierit E ad regnum cœlorum quod per austrum, in quo calor solaris est fortior. Vel ad infernū qui aquilonis nomine designat, quia ibidem frigus intentius est, in altero horum locorum æternaliter permanebit. Hinc ait Bernardus: Si vis scire quo casura sit arbor, ramos ascende, & quo ponderosior ramorum est copia, illuc casuram non dubites. Rami arboris sunt desideria hoīs, in q̄ si carnalia desideria præponderēt, ad inferos cadit, si spiritualia, ad cœlos volabit.

¶ Postremo, scd'm Origenē & Cyrillum, sanctus præcursor prędictis verbis prophetauit populo Iudæorum de propinquo imminere interitum, captiuitatē, dispersionē, & damnationē, propter eorum infidelitatē, atq́ duritiā, ex quibus verbis cōminatorijs infert Iohānes. [Omnis ergo arbor] hoc est, quicunq́ homo viator ratione vtens [quæ non fecerit fructum bonum] id est actū virtuosum & meritoriū si adsit facultas [excidetur] hoc ē, ab electorum cōsortio auellet, atq́ in hora mortis tollet [& in ignē] æternę damnationis [mittet] sicut de reprobis ait Psalmista:
Psal. 139 In ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Christus quoq́ in Iohanne loquit: Si quis in
Iohan. 15 me nō manserit, mittet foras sicut palmes, & arescet, & colligēt eum, & in ignē mittēt & ardet.

¶ Ex his verbis ostendit, q sola boni omissio sit pctm mortale, hoiemq́ condēnet, quādo videlicet p eam pręceptū affirmatiuū negligit, pręcepta aūt affirmatiua obligāt semp, sed nō ad semp, sed ad tēpus aptū ac debitū, & dum in illo opus iussum omittit mortale pcm est, siue de interiori siue de exteriori opatione accipiat. Hinc in Matthæo inqt Saluator: Seruū inutilē p-
Matth. 25 ijcite in tenebras exteriores. Vnde & Christ' in die iudicij nō phibet se increpaturum dānaturumq́ reprobos, nisi propter bonorum omissionē, dicēdo: Esuriui, & nō dedistis mihi māducare.

¶ Deniq́ hoc valde terribile est potissimū accidiosis. Nam si sola omissio æterno igne punit, F vitiosa actio quid meret? Si sterilitas cōdemnat, continuata impietas, fœda delectatio, affectuosa peccati prosequutio, quam dire torquebit? Id quoq́ pensandum, quod sunt quædam arbores quæ nullum fructum producūt, p quas ociosi & accidiosi signant, quibus Iudas apostolus in sua ait canonica: Hi sunt in epulis suis cōuiuantes sine timore, arbores autumnales era-
Osee 9 dicatę, bis mortuæ. Quibus competit illud Ozee: Radix eorum exiccata est, fructū nequaq̄ faci-
Matth. 6 ent. Et rursus: Abijciet eos dñs deus meus, quia nō audierūt vocē eius. Aliæ sunt arbores fructū
Iob. 20 facientes, sed inutilem per quas designant hypocritæ, de quibus loquit Christus: Receperunt
2. Tim. 3 mercedem suam. Vnde in Iob legit: Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Alij arbores fructum faciūt malū p quas notant hæretici, quibus competit illud Apostoli: Impij proficient in prius, errātes & in errorē mittentes. Aliæ fructū proferūt bonū, p quas virtuosi signant. Circa hęc ait Chrysostomus eleganter, cū dicit: Nō faciēs fructū, adijcit bonū. Officiosum enī hoc est animal, s. hoiem deus creauit, & naturale est ei exercitiorum instātia, ociū vero innaturale. Obest enī inertia etiā cūctis corporis mēbris. Nulli aūt tm̄ vt animę, ipsa nāq́ cū naturaliter sit cōtinuo mobilis, otiari nō patitur. Quam fructuosa aūt fuerit prædicatio ꝓcursoris mox subdit: [Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?] i. Cum tā rigorosæ nos increpasti, & tm̄ nobis instes periculū, quod das cōsilium euadēdi mala q̄ cōmi- paris? Turba hæc scilicet vulgus, vidēs immobilē æquitatē, rigorosissimam sanctissimamq́ vitā Iohannis, & quod in omnibus nihil nisi eorum salute intenderet, verbis eius credidit, atque ex
Actu. 2 eis vehemēter compuncta ac territa est, idcirco petiuit consilium, sicut & in Actibus: Iudæi

ex verbis Petri cõpuncti dixerũt Apostolis : Quid faciemus viri fratres? Sed pharisæi & scri-
bæ nequaquam ita fecerũt, nec petierunt ex corde salutis cõsiliũ, quo patet quod literati, & in
A sua scientia gloriantes, difficilius corriguntur, q̃ idiotæ ac simplices, imo stolidi illi ac sapientes
in oculis suis, frequẽter irridẽt idiotas qui cõuertũtur, quẽadmodum apud Iohannẽ doctores Esaiæ 5
Iudæorũ dixerũt: Nũquid aliquis ex principibus credidit in eũ? scilicet, in Iesum Christũ, aut Iohann. 7
ex pharisæis, sed turba hæc quæ nõ nouit legẽ, maledicti sunt. ⌊Respondens aũt, dicebat illis:
Qui habet duas tunicas⌋ hoc est, quodcũq; indumentũ superfluum, ⌊det nõ habenti, ⌋ i. indi-
genti, ⌊Et qui habet escas⌋ supfluas, id est, quodcũq; aptum pro alimẽto siue sit bladum, siue
panis, vel aliquid simile, ⌊similiter faciet⌋ hoc est quod sibi & suis necessariũ nõ est, pauperi-
bus largiatur. Non solũ charitas, sed & ordo diligẽdi est in ꝑcepto, vt homo sup oĩa diligat
deũ, deinde seipsum, deinde proximos, secundũ quod magis vel minus sibi cõiuncti sunt, aut
maior est ratio eos amandi, ideo debet homo primo sibi ipsi necessaria ministrare, deinde q̃d Deuter. 6
super est, necessitati indigẽtibus cõmunicare secũdum quod sibi fieri rationabiliter vellet, si in Matt. 22
simili esset penuria. Nã & fraterna charitas hoc requirit. Deniq; verba ista Iohannis attẽdẽda
sunt valde, imo & formidãda ac obseruanda. Si enĩ quod necessitati superfluit de vestimẽto, ci-
bo & potu, & similib⁹, pauperib⁹ ẽ misericorditer impartiẽdũ ac dãdũ, q̃d in diuino iudicio re
sponsuri sunt, q̃ tot vestimẽtis ꝑtiosis seu curiosis, non necessarijs abundãt, qui tot ferculorum
genera sibi quotidie parant, qui tantã sibi pecuniã aggregãt. Pauperibus vero ꝑmodicum, &
non nisi siccũ panẽ impendũt? Quod si de patrimonio proprio, seu possessione propria sic a-
gere tam impiũ est, atq; dãnabile, quis eloqui queat quam sacrilegũ, ac dãnosum consistat, de
patrimonio crucifixi, de bonis ecclesiæ, quæ sunt eleemosynæ pauperũ, pretiosa, curiosa, su-
perflua, vestimẽta habere, delicate ac splẽdide epulari, pauperibus aut parũ, aut nihil præstare,
præsertim cũ teste beato Bernardo in Epistola ad quẽdã canonicũ: Quicquid de talibus bo-
nis vltra simplicem victũ & vestitũ tenetur, furtũ est, sacrilegiũ ac rapina, imo sanctus Hiero-
nymus de omnibus gñaliter dicit : Quicquid humano vsui necessariũ est, pro vna tunica, habã
B dum est totũ residuũ superfluum, & pauperibus erogandũ. Aliena enĩ rapere cõuincitur, qui
superflua retinere probatur. Ambrosius quoq; & Basilius asserũt vestẽ, pecuniã, calciamentũ
& alimentũ, quæ tibi superfluunt, nec tamen pauperibus tribuuntur, iniuste, & velut furto aut
vi ablata possideri, nec possidẽtis esse, sed egenorũ. ¶Præterea finis corporaliũ bonorũ est,
bonũ spirituale, præsertim vera felicitas vel saltem profectus in dei obsequio atq; virtutibus
animæ, prout diuina lex præcipit. Bonitas aũt mediorũ ad finem, ex ipso fine attenditur, sicut
medicina in tantũ est vtilis, in quantũ cõfert ad sanitatem, quã si impediret, mala, superflua, &
inutilis indicaretur. In tantũ ergo bona corporalia, vt vestis, cibus, ac alia reputanda sunt lici-
ta, bona, atq; vtilia, inquantum proficua sunt ad spirituale profectũ, ad dei obsequiũ, ad vitam
æternam, à quibus vtiq; spiritualibus bonis, abundãtia corporaliũ impedit, potissimum si quis
eis plus vtatur quam expedit, ad hoc quod anima deo deseruiat, & eius ꝑcepta custodiat. Ideo Lucæ 12
ꝙ necessitati superfluit, egẽtibus dandũ est, sicut apostolus loquitur: Habentes victũ, & q̃bus te- 1. Cori 9
gamur, his contẽti simus. In Prouerbijs quoq; Salomon ait : Tribue tantũ victui meo necessa- Prouer. 30
ria. Hinc ait Gregorius: Quoniã tunica magis necessaria est quam palliũ, ad fructũ dignum pœ-
nitẽtiæ pertinet, vt nõ solũ exteriora quæq;, sed etiam valde nobis necessaria .i. vtilia diuidere
cũ proximis debeamus, videlicet tunicã qua vestimur, & escã qua sustẽtamur. Quia enĩ in le- Matthæi
ge scriptũ est: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum, minus proximũ amare cõuincitur, qui non Lucæ 10
cũ eo in necessitate illius etiã ea quæ sibi necessaria sunt, ꝑtitur. Quibus verbis cõcordãs Ba- Gala. 5
silius. Ex his (inq̃t) docemur ꝙ ex omi quod affluit supra proprij victus necessitatẽ, tenemur
erogare illi, qui nõ habet, propter deum, qui quæcũq; possidemus, largitus est. Vnde Tobias
inquit: Quomodo potueris ita esto misericors. Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue, si parum Tobiæ 4
tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. ⌊Venerunt aũt & publicani, vt baptiza
rentur⌋ à Iohanne. Publicani secundũ Bedam dicuntur vectigaliũ seu rerũ publicarũ exacto-
C res vel cõductores. Itẽ, qui per negotia lucra seculi huius sectãtur, sicq; publicani vocati sunt,
quia de rebus ad rempublicam pertinentibus se intromiserunt, quorum multi ad prædicatio-
nem Iohannis se emendauerunt. Propter quod apud Matthæum: Christus principibus sa-
cerdotũ & pharisæis loquutus est: publicani & meretrices præcedẽt vos in regnum dei, q̃a cre
diderunt ei, puta Iohanni, ⌊& dixerũt: Magister, quid faciemus?⌋ Non dixerunt quid scie-
mus, sed quid faciemus, quia non auditores, sed factores legis iusti sunt apud deũ, & sciẽtia si-
ne vita virtutũ, obest magis q̃ prodest. E contrario faciunt multi maxime clerici, quærũt enĩ,
quomodo hoc aut illud intelligemus, q̃uo arguemus? ⌊Et dixit ad eos: Nihil amplius q̃ cõsti-
tutũ est vobis faciatis⌋ hoc est. non plus exigatis quam præfixum est vobis a iure, seu domi-
nis quorũ tributa leuatis. Hoc ideo dicit, quoniam tales solẽt plura exigere quam iustum est e-
is, vt quod amplius leuant, eis clam maneat. ¶Deniq; nullus nostrũ legẽ sibi præstitutam seu
metas suæ potestatis, vel officij trãsgredi debet, ne præsumptiõis sit reus maleq; audax, sed
quod si

quod sibi incũbit, obseruet, nec aliena inuadat, iuxta illud Prouerbiorũ: Ne trãsgrediaris ter-
Proue. 22 minos antiquos, quos posuerũt patres tui. In Deuteronomio quoq; scriptũ est: Nõ transfe-
Deute. 19 res terminos quos fixerunt priores in possessione tua. Quo contra in libro Iob de violentis
asseritur. Alij terminos transtulerunt. ⌊Interrogabãt aũt eum & milites⌋ Qui sub Romano D
rum Imperio militabant, ac rẽpublicã & patriam defendebant, ⌊dicẽtes: Quid faciemus &
nos?⌋ Secundum Origenem tres fuerunt ordines interrogantium Iohannẽ: Vnus turbarũ.
Secundus publicanorũ. Tertius militum. Iohannes autem cuilibet ordini proportionatũ de-
dit responsum. ⌊Et ait illis: Neminem concutiatis⌋ opprimẽdo, corporaliter affligendo, in-
iuste terrẽdo, ⌊neq; calumniã⌋ id ẽ, fraudulẽter iniuriã faciatis, innocentes in causam trahen-
do, seu quempiam mendaciter accusando. ⌊Et cõtẽti estote stipendijs vestris⌋ hoc ẽ mercede
seu retributione vobis ab imperatore vel vicarijs eius præfixa pro exercitijs militiæ, q̃bus pro
defensione reipublicæ laboratis, nec vltra quicq̃ ab aliquo extorqueatis. Porro (secundũ Au
gustinũ cõtra Faustum Manichæum) sciebat Iohãnes eos qui militabãt non esse homicidias
sed ministros legis, nõ vltores iniuriarũ suarũ, sed salutis publicæ defensores, alioqui respõderet
eis, Abijcite militiã, militiã istã deserite, neminẽ percutite, vulnerate, psternite.

¶ Prætérea ponderanda est sapientissimi præcursoris discretio quomodo cuilibet ad se acce-
dẽti, secundũ illius capacitatẽ, dispositionẽq; loq̃tur. Siq̃dem publicanos ac milites, q̃ maiori
bus solent vitijs implicari quam vulgus, primo à malis coercet & facilia eis proponit præce-
pta, docens eos primo recedere à peccatis illis, ad quæ proniores esse noscuntur, vt eos sic pau
latim etiã ad bona agẽda, suaq; alijs misericorditer cõmunicanda induceret. Hinc dicit Chry-
sostomus: Volebat Iohannes publicanos & milites ad maiorẽ perfectionẽ traducere, sed quo
Esaiæ 42 niam nondũ erãt ad illã idonei, minora proponit, ne si maiora proferret, non illis intenderẽt, &
o m. 15 his etiã priuarentur. Hanc discretionẽ sequamur, & iuxta Esaiæ oraculũ, calamũ quassatum non
Eccle. 26 cõteramus, nec linũ fumigãs extinguamus, sicq; implebimus illud apostoli: Debemus nos firmi
ores imbecillitates infirmorũ portare, & nõ nobis placere, hoc ẽ, quod alibi legit: Recupera pro
ximum tuum. ⌊Existimante autẽ populo & cogitantibus omnibus⌋ ad baptismum Iohannis
veniẽtibus, imo & alijs multis, ⌊de Iohãne⌋ ne pro an ⌊forte ipse esset Christus⌋ ad quod opi
nandũ inducebantur ex cõsideratione mirabilium quæ circa eius conceptionẽ & natiuitatẽ ac E
ciderant, quia de senibus ac sterili matre angelo prænuntiante fuit exortus, & quia tam stricti-
ssime atq; sanctissime vixit, itẽ propter prædicationis eius excellẽtiã, ac baptismatis nouitatem,
Mat. 28 & quoniã de generosa stirpe descendit, scilicet sacerdotali, quæ regiæ tribui cõmuniter fuit ad-
mixta. Iterum, q̃a tunc apud Iudæos fuit publica fama de Christi aduentu iam facto propter
verba Symeonis & Annæ atq; Magorũ & propter Herodis tyrannidẽ in infantes, quorum
omniũ memoria iam renouabatur. Imo adhuc multi vixerũt, qui illa audierant siue cõspexe-
rant. Hæc intantum mouerũt Iudæos, quod etiam principaliores de Hierusalem miserunt sa-
Iohan. 3 cerdotes & Leuitas ad Iohannẽ, vt interrogarẽt eum. Tu quis es, sicut in Iohanne habetur:
⌊Respondit Iohãnes, dicens omnibus.⌋ Secreta nanq; cordis illorũ spiritu sancto reuelante co
gnouit. Vel quod homines talia de ipso opinarentur ex præfatorũ legatorũ interrogatiõe co-
gnouit, seu aliunde percepit seu perpendit. ⌊Ego quidẽ baptizo vos in aqua⌋ hoc est corpora
vestra materiali elemẽto intingo, mẽtes autem vestras directe non purgo, nec donis gratiæ or
no, ⌊venit autem fortior me post me⌋ id est, Christus post me per natiuitatẽ ex virgine ma-
tre mundum istum intrauit, iamq; in proximo est vt post hanc meam manifestationem ipse
vobis oĩbus manifestetur, per meam testificationẽ ac demonstrationem, & per propriam eius
Matth. 3 prædicationem atq; miracula, qui secundũ suam diuinitatẽ est fortior me infinite, tanquã de-
us oĩpotens, cuius immensa est potestas, secundum assumptam quoq; ipsius humanitatẽ, da-
ta est ei omnis potestas in cœlo & in terra, maiorq; fuit & est virtus, dignitas, & perfectio eius,
q̃ omniũ creaturarũ pariter acceptarũ, quia nõ ad mensurã datus est ei spiritus, & quoniã hu-
manitas eius personali seu hypostica vnione vnita est verbo, ita quod in eodem esse in q̃ verbũ
patris æternaliter est subsistens, ipsa quoq; est à principio incarnatiõis subsistat, ⌊cuius non
sum dignus soluere corrigiam calciamẽtorum eius.⌋ ¶ Ad literã loquebatur sanctus Iohannes
iuxta communẽ modũ loquẽdi, quo aliq̃s volens se alteri maxime humiliare, asserit se indignũ F
ferre diligare calceos eius. Vnde gloriosus humilisq; Baptista, quantum se Christo inferiorem
senserit plene effari nõ valẽs protulit verba hæc. In quo profundissima eius patet humilitas,
q̃a cum talis ac tãtus ab oĩbus reputaretur, non erubuit se tantum publice coram omnibus
deprimere, humiliare ac minorare. Vnde clarescit, quod reputatione, reuerentia, ac laudi-
bus hominũ nullatenus flectebatur. At vero indignũ se perhibet ad soluendũ corrigiã calcia-
mentorũ Christi, cõsiderãdo se secundũ naturalia tãtũ, & quo ad id quod habuit à seipso. Itẽq;
loquẽdo de dignitate absoluta, qua aliq̃s dicitur ad aliquid dignus simpliciter. Inquantum
vero plenus fuit tot charismatibus spiritus sancti & mouebatur in omnibus ab eodem, dignus
fuit mereri etiã vitã æternã: præsertim loquendo de dignitate proportionis, vtpote secundũ
modũ

modũ possibilitatis humanæ, secundũ quẽ modũ deuotus sacerdos dignus est corpus & san-
A guinem Chr̃i cõsecrare ac sumere, alioqui communicandũ nõ esset, cũ dicat Ap̃lus: Qui man-
ducat & bibit indigne, iudicium sibi mãducat & bibit. Rursus verba Iohãnis intelligenda non
sunt quasi Christus vsus sit calciamentis, cũ & discipulis q̃s misit ad prædicandũ prohibuerit ea.
Ipse aũt cœpit facere & docere, idcirco (vt dictum est) verbũ Iohannis sc̃dm morem generalis
prouerbij est sumendum. In tali nanq; sermone, sensus literalis est, non semper ille qui imme-
diate per verba signatur, sed interdum qui per similitudinẽ insinuat, aut per res verbis expres-
sas significatur, vt eum in Hieremia & Ezechiele asseritur: Qui comederit vuam acerbam, ob-
stupescent dentes eius. Postremo, verba hæc à Gregorio & Beda mystice exponunt, intelligẽ-
do p calciamenta Christi eius humanitatem, q̃ verbi persona induta est, per prdẽ diuinitatem:
p corrigiam vero hypostaticã vnionẽ hũanitatis cũ verbo: sicq; Iohannes insinuat se idoneũ
atq; indignũ hanc vnionẽ plene exponere, q̃ & angelicæ mẽtis capacitatẽ trãscẽdit. Ipse vos
baptizabit in spũ sancto & igni. In Iohãne habet, q Iesus nõ baptizauit, sed discipuli eius. Ita-
q; sensus est, Ipse Chr̃s baptizabit vos p suos discipulos, ita q erit principalis baptizator. Rur-
sus Chr̃s baptizauit, i. intus à culpa animam lauit in spũ sctõ, i. virtute & gr̃a spũs sancti, videli-
cet gr̃am spũs sancti infundendo, p quam culpa auferẽ & aĩa decorat, imo sic trinitas tota seu
Chr̃s vt deus baptizat, sed & discipuli Chr̃i & sacerdotes ecclesiæ vsq; ad p̃sens baptizant in
spũ sctõ, videlicet virtute & gr̃a spũs, tanq̃ instrumẽtales baptizatores, mũdatoresq; baptizato-
rũ instrumẽtaliter, cooperãtes ad sancti spũs infusionẽ, culpæ deletionẽ, & aĩæ iustificationem.
Nõ aũt datur baptismus in spũ sancto, q̃si in forma baptismi sufficiat exprimere spm̃ sanctũ,
B imo sic datur, In noĩe patris & filij & spũs sancti. ¶ Sed cũ apud Iohãnem dicat saluator: Nisi
quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ potest introire in regnũ dei, cur ait p̃cursor, baptiza-
bit vos spũ sctõ & igni, & nõ potius spũ sancto & aqua, cũ aliud nõ sit renasci, prout ibi accipit,
q̃ baptizari? Et respõdendum, q p̃cursor nõ exprimit aquam, q̃m intendit assignare differen-
tiam sui baptismi, qui fiebat in aqua, à baptismate Christi atq; excellentiã baptismatis Christi,
idcirco nõ nominat elemẽtum in quo fiebat. Vnde & ignẽ nõ sumit pro solito igne materiali,
imo secundum Hieronymũ, per ignẽ intelligit spm̃ sctm̃, qui ignit seu charitate mentem inflã-
mat, sicq; coniunctio, &, tenetur expositiue. Chrysostomus & Beda per ignẽ intelligunt tenta-
tionis & tribulationis feruorẽ seu acerbitatem, quibus electi in hac vita purgantur, dicente Apo-
stolo: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Quidã per ignem cha-
ritatis feruorem intelligunt, ad quem ordinatur Christi baptismus. Charitas eñ operit multi-
tudinem pctõrũ, & tanq̃ optimus ignis cõsumit vitiorũ rubiginem. Sunt qui per ignem intelli-
gunt sensibile atq; visibile signũ, in quo spũs sanctus frequenter dabatur baptizatis in primiti-
ua ecclesia, vt apostolis in igneis linguis, prout in actibus apostolorũ de hoc plura legunt. Po-
stremo nõnulli per ignem intelligunt purgatorij pœnam, in qua post hanc vitam purgantur
qui cum reatu discedunt, quemadmodũ Corinthijs scribit Apostolus: Vniuscuiusq; opus qua-
le sit, ignis probabit. Et iterũ de purgando loquens: Ipse (inqt) saluus erit, sic tamen, quasi per i-
gnem: Cuius ventilabrum in manu eius. Per ventilabrũ, quod est instrumentum q̃ blada
purgant paleas abijciendo, significatur iustũ Christi iudicium, seu iudicãdi potestas atq; senten-
tia, q̃ est in manu, i. in actu seu exequutione suæ iustitiæ, vel in potestate ac promptitudine ei9,
quemadmodũ apud Iohannem Chr̃s inquit: Pater omne iudiciũ dedit filio, & iudiciũ istud cõ-
C petit Christo secundũ q̃d deus est per authoritatem primam ac principalem, sed secundũ for-
mã serui assumptã cõuenit ei vt instrumentaliter exequenti ac iudici cõstituto, quemadmodũ
in actibus apostolorũ Petrus testat: Ipse est qui cõstitutus est à deo iudex viuorũ & mortuorũ,
Et permũdabit, i. perfecte purgabit aream suã, i. militãtem ecclesiam, in qua nunc simul
miscẽtur electi ac reprobi, sicut in area simul ponũtur frumentũ & palea. Vnde & synagogæ
loquitur Esaias: Tritura mea & filia areæ meæ quæ audiui à dño, nũtiaui tibi. Hanc p mundati-
onẽ faciet Chr̃s plene in die nouissimo, q̃n loco & p̃mio separabũtur boni & mali, q̃n etiam
electi q tunc aliqd purgandũ habebũt, in igne conflagrationis purgãdi dicunt, saltem illi q tũc
viui reperientur atq; in illo igne morient & cum alijs resuscitabũtur. ¶ Quotidie demũ purgat
deus hanc aream tripliciter. Primo, dum per ecclesiasticam cẽsurã q̃dã de ecclesia sacer-
dotali castigatione ejiciuntur. Scd̃o, dũ impij de hac vita tollunt. Tertio, dũ electi in vita p̃sen-
ti p aduersa ac alijs modis à suis emũdantur peccatis, Et cõgregabit triticũ, i. electos & vir-
tuosos, solidosq; fructus eorũ, in horreũ suũ, i. cœleste susceptaculũ beatorũ. Paleas autẽ,
i. reprobos, mẽte inanes, instabiles, omniq; passionũ seu concupiscentiarũ ac vitiorũ impulsu
volubiles, cõburet, i. incendet ac puniet, non consumet, igne inextinguibili, infernali &
æternali, de quo in fine dicturus est impijs, Ite maledicti in ignem æternum, de quo scriptum
est in Esaia: Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur, Et Iudith: Dominus
omnipotens iudicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit rm̃ ignẽ & vermes in carnẽ eo-
rũ vt vrãt & sentiant vsq; in sempiternũ. In Iob q̃q; de transgressorẽ asseritur: Ager (inquiẽs)

vt viator, orauit vtiq; & pro se. ¶ Cur aūt voluerit Christus baptizari & q̄ fuit forma baptis-
mi Iohannis, itē an baptizati baptismo Iohānis erāt rebaptizādi, de octo quoq; generibus ba
A ptismatis secundū Damascenū, & de quinq; generibus baptismatis scdm Gregoriū Nazanze-
nū, hoc loco p̄tereo, qm̄ sup Matthæū inde loquutus sum. ¶ Præterea q̄ri hic p̄t, q̄d ibi nō tetī
gi, an s. Iohānes sub eadē forma verboꝝ baptizauit Christū, qua alios. De hoc nihil inueni cō
scriptum, & arbitror, ꝙ sicut oīno alia fuit ratio baptizatiōis Christi q̄ alioꝝ, sic in baptizatio- Actu. 19
ne Chri Iohānes vsus nō sit cōi forma baptismatis, q̄ fuit secundū doctores. Ego te baptizo in
noīe venturi. Vnde in Actis Paulus testat Iohānes baptizabat populū, dicens, In eum qui ven
turus eēt, vt crederēt, hoc est in Iesum. Hinc acceptio baptismi Iohānis dicitur fuisse protesta-
tio credendi in Christum. Vnde patet ꝙ talis forma ad Christū nō cōgruebat saltem vniuo-
ce. Insuper sub qua forma verboꝝ baptizauerit Christū: vel, an sine forma verboꝝ baptizaue Psal. 113
rit puto incertū. L apertū est cœlū. J non reali apertione, scissione seu diuisione cœlestiū corpo-
rum, q̄ incorruptibilia affirmantur, sed scdm apparētiā quādā qm̄ tantus desup splēdor sup
Chr̄m apparuit & descēdit, vt cœlū videret apertū seu reseratū, sicut & sæpe fulguris magni appa
ret. Rursus cum deus in cœlis habitare & esse dicat, tūc cœlū aperiri narrat, dum deus per sub
iectam creaturam descendit & apparet hoībus, nouo modo operās circa eos, quemadmodū i
Christi baptismo accidisse, mox subdit, L & descēdit spūs sanctus corporali specie sicut colū-
ba in ipm. J Itaq; spūs sanctus verus, incōmutabilis & in circūscriptibilis deus, scdm se seu i p Matt. 3
pria natura nunq̄ mouetur, neq; descendit, sed dicit descēdisse, quia columba ipsum represen- Marci. 1
tans descendit, & super Christum mansit, q̄a super caput ipsius sedit, sicut in die pentecostes se Lucæ 3
dit sup apostolos in igneis linguis, i per hoc ꝙ igneæ linguæ ipsum repræsentātes, eiusq; grati Iohan. 1
am figurantes sup apostolos consederunt. ¶ Cur aūt in specie columbæ spūs sanctus descen-
derit, Respondendū, q̄a p̄prietates colūbæ tā spūi sctō appaeēti, q̄ Chr̄o, sup quē apparuit po
tissimum cōpetunt. Aitem Cyprianus in libro de vnitate ecclesiæ. Est aūt columba simplex &
læta animal, non felle amaꝝ, non morsibus sæuū, nō vngulæ laceratione violentū. Hospitia
B humana diligere, vnius domus consortiū nosse solēt colūbæ, cū generant filios simul sedēt, vo-
lando quoq; sibi cohærent, cōi conuersatione vitam degunt, osculo oris cōcordiā pacis osten-
dunt. Itaq; p columbā bona simplicitas, spūalisq; gaudiū, suauitas, innocentia, concordia, di-
lectio, vnio designant, quæ oīa spūi sancto conueniunt, & aliqua horum ei appropriant, vide-
licet suauitas, dilectio, pax, gaudium. Deniq; spūs sanctus sup Christum baptizatū descendit,
non ꝙ tunc cœpit esse in eo, vel ꝙ gratia aucta est, sed ad manifestandū excellentiam, dignita-
tem, & gloriam Christi, & vt Iohānes illas populo propalaret, p̄stando quid vidisset, q̄d & fe-
cisse narrat in Iohanne, quo legit: Testimonium phibuit Iohannes, dicēs: Quia vidi spm̄ descē
dentē, & mansit sup eū. Itēq;: Ego vidi, & testimonium phibui, quia hic est filius dei. Secundo
vt Iohānes baptista de Chr̄o & efficacia baptismatis eius plenius instrueretur. Paulatim nāq;
proficere habuit in diuinoꝝ notitia. Propter q̄d ait in Iohanne: Ego nesciebam eū, sed q me
misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quē videris spm̄ descēdētē, hic est qui baptizat i
spū sctō. Tertio, quoniā tunc potissimū decuit Christi innocentiā, puritatē & simplicitatem
declarari, quādo ipse se peccatoribus magis forinsecus in licitis cōformauit. Qm̄ ergo tempore
suæ baptizationis inter peccatores Iohānē accessit, vestimenta disposuit, nudus manibus se sei
ui supposuit, baptismū ab eo suscepit, in quibus oībus se peccatoribus cōformauit, nō tamen vt
talibus, idcirco tūc maxime decuit eius innocentiā, sanctitatem & synceritatē ostendi, ꝙ per co
lumbæ descensum, Iohānisq; p̄dicationem pactū est, ne Chr̄us peccator vt alij putaret. Et q̄a
tūc tantū se humiliauit, decuit eum tūc tam p̄clarissime sublimari, sicut & tēpore passionis qn̄ se
summe exinaniuit, p maxima miracula tunc secta est clarificatus. Quarto, ad insinuandū, ꝙ p
Christi baptizationem data est aquis vis purgatiua peccati, & ꝙ baptismate Christi baptiza-
tis spūs sanctus infunditur, cœlesteq; regnū aperitur. Christus etenim sua baptizatione, nostrā ba
ptizationē scdm modū ab ipso institutū p̄figurauit. L & vox de cœlo facta est: Tu es filius me
C us dilectus. J ¶ Vox ista de cœlo facta asseritur, q̄a cœlesti virtute in aere est prolata. Siquidem
ab angelo est formata in p̄sona dei patris, quemadmodum in Iohāne Christus dixit: Pater cla
rifica filium tuum, vbi mox subditur, Venit ergo vox de cœlo, dicēs: Et clarificaui, & iterū cla-
rificabo. Quo audito, turba asseruit tonitruū factū esse, alij dicebant, Angelus ei loquutus ē. Et
secundū expositores, illi alij veritatē loquuti sunt, quia videlicet in persona patris angelus dixit
hoc. Hinc in Christi baptismo dicit, pater apparuisse in voce, nō quia in ea sit visus, sed q̄a au
ditus. Et conuenienter in voce apparuit, ad pandendum, ꝙ dicendo genuit vnigenitum filium
suum, qui est verbū æternū, ore patris æternaliter, intellectualiterq; p̄olatum. Itaq; dixit: Tu
es filius meus dilectus, filius vtiq; consubstantialis, coæternus, & coæqualis, non minor, aut pu
ra creatura, vt mētitus est Arrius sceleratus. ¶ Deniq; pater Christū secūdum diuinitatem non
minus diligit q̄ seipsum, imo superardētissimo, supersuauissimo, penitusq; infinito diligit eum
amore, cum infinitæ sit bonitatis ac pulchritudinis, & quia totum quod habet cōmunicat filio.

testimonium desuper factū & per prædicationem Iohannis, deinde per verba & opa Iesu cœ-
A pit patere & cōprobari q̄pluribus ꝙ Iesus est Christ⁹ in lege promissus, & per consequens ex
virgine natus, iuxta quod Esaias prædixit: Ecce virgo concipiet. ⌊qui fuit Heli⌋ .i. q Ioseph fuit
filius Heli. Sed videtur contrarium, quia apud Matthæum dicitur filius Iacob. Ad quod respō Esaie. 7
detur, ꝙ fuit filius Iacob vere secundum carnalem propagationem, sed filius Heli secundum le Math. 1
gis institutionem. Heli nanq; accepta coniuge, mortuus est absq; prole, ideo frater eius Iacob
iuxta legis præceptum sumpsit coniugem illius in vxorē, vt fratri suo defuncto semen seu pro
lem procuraret, genuitq; ex ea Ioseph, qui secundū legem vocatus est filius Heli, quoniam lex Deut. 25
præcepit, vt fratre vxorato sine liberis defuncto, frater eius seu propinquus vxorem eius acci-
peret, filiumq; ex ea natum defuncto ascriberet, ne nomen eius deleretur ex Israel. De hoc &
alijs multis quæ hoc loco & in varijs huius voluminis locis possent induci, prætermitto, quia Matt. 1
super Matthæū plura inde cōscripsi. ⌊q fuit Neri⌋ .i. q Salathiel fuit filius Neri.
¶ Circa quod quæritur, quomodo verum sit hoc, cum in Matthæo Salathiel dicatur filius Ieco
niæ? Dicendum, ꝙ Ieconias fuit naturalis pater istius Salathiel. Neri autem fuit pater eius lega
lis seu per adoptionem actiuam. ⌊qui fuit Nathan, qui fuit Dauid⌋ id est Nathan fuit filius Da
uid. Qualiter hoc intelligendum sit, & de quo Nathan istud dicatur diffuse ac diligenter pro-
sequutus sum super Matthæum. ¶ Porro à Salathiel vsq; ad Dauid fuerūt reges quos Lucas
non ponit, sed Matthæus, Lucas vero personas priuatas commemorat, Matthæus eñi versa-
tur principaliter circa Christi regnum seu regiam dignitatem, Lucas vero circa sacerdotium
eius. Insuper à Dauid vsq; ad Abraham Lucas ascendendo, & Matthæus ab Abraham vsq; ad
B Dauid descendendo, easdem personas & sub eisdem nominibus exprimunt, vnde de expositio
ne huius particulæ textus satis super Matthæum dictum existimo, ⌊qui⌋ .s. Seruch ⌊fuit⌋ fili- Gene. 11
us ⌊Ragau.⌋ Iste Ragau in trāslatione Hieronymi dicitur Reu, vt in Genesi patet, ⌊qui⌋ .s. Sa
le ⌊fuit⌋ filius ⌊Caina, qui fuit Arphaxat,⌋ id est qui Cainā fuit filius ipsius Arphaxat. ¶ Con
tra istud videtur quod in Genesi legitur, Arphaxat genuisse ipsum Sale, nec Cainā exprimitur
ibi, nec interponitur. Idem quoq; habetur in lib. Paralip. Cur autem Lucas ponit Cainā inter
Arphaxat & Sale? Ad quod ab aliquibus respondetur, ꝙ Arphaxat adhuc viuēs adoptauit ne
potem suum Sale, ideoq; eius filius appellatus est, ꝙ Cainā fuit pater naturalis præfati Sale. Alij
putant, quod Sale fuit filius adoptiuus ipsius Cainā & naturalis filius ipsius Arphaxat. Itaq; in
hoc omnes cōcordant, quod vnus istorū duorum fuit pater naturalis istius Sale, alter aūt pater
eiusdem legalis seu actiue adoptatiuus. Septuaginta vero interpretes ponunt hunc Cainā in-
ter Arphāxat & Sale, quorū translationem sequitur Lucas, quia suis temporibus tota ecclesia ea
vtebatur, ⌊qui⌋ scilicet Sem ⌊fuit⌋ filius ⌊Noe,⌋ quem Sem Hebræi putant fuisse Melchise-
dech, & quod vixit vsq; ad tempora Isaac. Nam in Genesi scribitur Sem vixisse annis sexcen
tis, propter quod (vt dicunt) Melchisedech dicitur fuisse absq; patre & matre, non quia nō ha-
buit, sed ob nimiam eius senectutem, & quia scriptura parētes eius sub nomine Melchisedech
non describit, ⌊qui fuit⌋ filius ⌊Noe, qui fuit filius Lamech.⌋ Iste est Lamech descendens de
stirpe Seth, vt patet in Genesi. Fuit aūt & alter Lamech de genere Cain, qui & interfecit ipsum
Cain, & bigamiam incepit, quemadmodū fertur in Genesi, ⌊qui⌋ Lamech ⌊fuit⌋ filius ⌊Ma
thusale.⌋ Iste Mathusale omnibus senior fuit, quoniam vixit annis nongentis sexagintano-
C uem, obijtq; ante diluuium anno eodem quo inundauit, secundum Hieronymum, ⌊qui⌋
Mathusaleh ⌊fuit⌋ filius ⌊Enoch,⌋ de quo Iudas scribit in sua canonica. Prophetauit autem
de his septimus ab Adam Enoch. Vnde patet, quod septimus fuit post Adam per descensum
à Seth. ¶ Quocirca quæri potest, quia si Enoch septimus fuit ab Adam, videtur Noe decimus
extitisse, siquidem inter Enoch & Noe fuerunt Mathusale & Lamech, sed Petrus apostolus 2. Petri
in sua canonica dicit, Noe fuisse octauum, sic eñi legitur: Deus octauum Noe præconem iusti
tiæ custodiuit? Et respondendū, quod Enoch dicitur septimus ab Adam per inclusionem vtri
usq; extremi, videlicet tam ipsum Adam, quam Enoch connumerando. Noe vero octauus p Eccli. 44
exclusionem vtriusq; extremi. Iste est Enoch, de quo scriptū est in Ecclesiastico: Enoch tran
slatus est in paradisum, vt det gentibus sapientiam. Itemq;: Nemo nat⁹ est in terra q̄lis Enoch.
Et in Genesi: Ambulauit Enoch cum deo & non apparuit, quia transtulit illum dominus. De-
niq; ipse est qui cum Helia venturus est & ꝑdicaturus contra Antichristi fallacias, quemadmo-
dū in Apocalypsi ꝑdicit Iohannes. Cuius beatissimi Enoch ꝑconia in lib. Sapientiæ, & ad He
bræos plenius continentur, ⌊qui⌋ Cainā ⌊fuit⌋ filius ⌊Enos.⌋ Iste est alius à Cainā supra di
cto, ⌊qui⌋ Enos ⌊fuit⌋ filius ⌊Seth.⌋ Iste Enos fuit homo magnæ deuotionis. Vnde in Gene-
si habetur: Iste cœpit inuocare nomē dñi, quod non est intelligendum quasi pater eius Seth &
Adam non inuocauerint deum, sed quia Enos cū præcipua deuotione coluit deum, ⌊qui⌋ .s.
Seth ⌊fuit⌋ filius ⌊Adam.⌋ Vnde nato Seth, dixit Eua: Posuit mihi deus aliud semen pro Abel
quem occidit Cain, vt patet in Genesi, ⌊qui⌋ scilicet Adam ⌊fuit⌋ filius ⌊dei,⌋ non ita, sicut,
ipse fuit pater Seth, qui non fuit dei filius naturalis, cum hoc vnigenito dei sit proprium,

ſed fuit filius dei ratione creationis,& quõ manibus dei de limo terræ plaſmatus eſt quantum ad corpus, quantum vero ad animam factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem dei. Vnde & filius D
eius per ſimilitudinem imitatiuam vocatur, quoniam intellectualis, rationaliſq; creatura, quo creatori extat ſimilior, eo plus competit ei nomẽ & ratio filij, quantũ ad deum, iterum fuit fili⁹ dei per gratiam adoptionis, tanquã prædeſtinatus. Quamuis eñ trangreſſus ſit, tamen pœni-
Ioſue 13 tuiſſe atq; deinceps virtuoſe vixiſſe, non dubitatur. Vnde & in Ioſuæ maximus dicitur, ait nãq; ibi ſcriptura: Adam maximus ibi ſitus eſt, hoc eſt ſepultus in ſpelũca, videlicet duplici, i qua Abraham quoq;, Iſaac & Iacob ſepulti ſunt. ¶ Circa præhabita quæritur, cur Lucas generationem Chriſti deſcribit à poſterioribus aſcendendo, Matthæus vero à prioribus deſcẽdẽdo. Et reſpondendum, q; Lucas tractat de Chriſti generatione quodammodo ſpũali, & prout p eam ad deum reducimur. Propter quod incipit ſtatim poſt Chriſti baptizationem, quia in baptiſmo ſpũaliter regeneramur, atq; ad deum reducimur. Talis autem reductio ſeu regeneratio fit per gratiam aſcendendo. Matthæus vero tractat de Chriſti generatione & genealogia, ſecundum quod per carnis aſſumptionem deſcendit ad nos, quod factum eſt per carnalis propagationis deſcenſum. Hinc quoq; Lucas plures perſonas ponit inter Ioſeph & Abraham, q̃ Matthæus, quia triplices partes inducit, videlicet naturales ac legales & adoptiuos. Etenim filiatio adoptiua ſpũalis cenſetur. Matthæus vero non niſi carnales ſeu naturales patres cõmemorat. Inſuper Lucas non ſiſtit in Abraham ſicut Matthæus, ſed aſcendit vſq; ad Adam, q̃a p Chrũm deũ reducti ſunt, quicũq; à principio mũdi ſaluati ſunt, quia oportuit eos aliquo modo habere fidem de Chr̃o, videlicet explicite ſiue implicite. Ex his demũ reddit ratio, cur Lucas in generatione quã texit, nullã interſerit fœminã, cũ tamen Matthæus quaſdam admiſceat E
.ſ. Thamar, Ruth & Bethſabee. Matthæus quippe carnalẽ Chr̃i ad nos deſcẽſum determinat, in quo mulieres concurrunt. Lucas autẽ de generatione iſta pertractat ſecundũ quod p eã ad deũ aſcendimus, quẽ aſcenſum mulieres impediũt magis q̃ iuuant. Hinc rurſus Matthęus deſcribendo Chriſti generationẽ, in omnibus vtitur verbo hoc, genuit. Lucas aũt verbo hoc, fuit, q̃a Matthęus nõ ponit patres & filios, niſi ſecundũ veram ac realem generationẽ, demptis
1. Cor. 15 Ieſu & Ioſeph quo ad ſe inuicem comparatis. Lucas vero ponit non ſolum patres per carnalẽ generationẽ, ſed etiam patres legales & adoptiuos. Deniq; quoniam (teſte apoſtolo) nõ prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Matthæus qui deſcenſum Chriſti ad nos per carnalem deſcenſum deſcribit, conuenienter Euangelium ſuum à Chriſti generatione exorſus eſt. Lucas autem qui ſpũalem aſcenſum prætendit, Chriſti genealogiam ſcribere cœpit poſt deſcriptionem baptiſmatis eius, volens oſtendere, quomodo per Chriſtum efficimur filij dei, quod agitur per baptiſmum.

¶ ELVCIDATIO CAP. IIII. IESVS AVTEM plenus ſpũ ſancto, regreſſus eſt à Iordane. Arti. X

Conſequẽter proſequitur Euangeliſta opera Chriſti, & primo quõ maieſtatem ſuã declarauit, ſuperando diabolũ. [Ieſus aũt plenus ſpiritu ſctõ, regreſſus eſt à Iordane.] Multi ſunt gradus plenitudinis ſpũs ſancti ſeu gratiæ eius. Nam & Iohannes Baptiſta dicitur ſpũ ſancto repletus in vtero matris, & de apoſtolis legitur: Repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto, & poſtea F
Actuũ. 2 de Stephano ſcriptum eſt: Cum eſſet Stephanus plenus ſpũ ſctõ. Itaq; vna eſt plenitudo ſpũs ſancti, ſeu gr̃æ quæ dicitur plenitudo proportionis ſeu cõparationis, ſecundum quam dicitur aliquis plenus gr̃a vel ſpiritu ſancto, quãtum ad ſuam pertinet menſuram ſiue ætatem, vel comparatione aliorũ. Alia dicitur plenitudo ſufficientiæ, qua aliqui dicunt apoſtolos & Stephanum atq; cõſimiles fuiſſe repletos ſpiritu ſancto. Veruntamen quoniam tales fuerunt viri heroici atq; perfecti, etiam quantum ad opera ſupererogationis, p obſeruantiam conſiliorum præcipuam, videtur illorũ plenitudo dicenda plenitudo abundantiæ. Alia eſt aũt plenitudo prærogatiuæ, quæ fuit in virgine benedicta, cui dictum eſt: Aue gr̃a plena, hæ plenitudines accipiunt augmentum du
Lucæ, 1 rante hac vita, qui & virgo glorioſa profecit quotidie in charitate & gr̃a, cæteriſq; virtutibus. Quarta vero ponit plenitudo ſuperabundantiæ, qua Chriſtus vt homo fuit plenus ſpũ ſancto, omniq; gratia, dono & virtute ipſius. Deniq; in tantum fuit plenus ſpũ ſancto & donis ipſi⁹, q̃d tota animæ ſuæ capacitas fuit repleta, ita quod in habitu gratiæ ac virtutum nunquam profecit, vt declaratum eſt clarius articulo ſeptimo. Hæc autem plenitudo propria eſt Chriſto homini cui datus eſt ſpiritus non ad menſuram, videlicet qua datus eſt alijs, vt in Iohãne ſcrib. ¶ Quæritur, an Chriſtus ſecundũ diuinitatem, ſeu vt verbum æternum fuit plenus ſpiritu ſancto? Et reſpondẽdum, q; ſecundũ Damaſcenum, cæteroſq; theologos, quælibet diuina & increata pſona eſt in alia p circumince ſſionẽ, ita q; pr̃ totus eſt in filio & ecõtra, ſimiliter ſpiritus ſanctus ẽ tot⁹ in patre & filio, pater quoq; & filius in ſpũ ſancto. Nam & quælibet diuina pſona ẽ

na est incircumscriptibilis & immensa. Itaq; iuxta hunc sensum dici posset Iesus, vt deus plenus
A spū sancto, ita quod spūs sanctus totus, & plene omnino in ipso est. In rationalibus vere crea-
turis dicit spūs sanctus esse p dona sua. Vnde sicut illis dari asserit, quibus grā suę munera in-
fundunt, sic illi ferunt pleni spū sancto, q eius grā & virtute infusa replent. Itaq; Iesus baptiza-
tus Iohanne discessit regrediēs à Iordane in quo fuit iam baptizatus ⌊& agebat spū⌋ hoc est,
à spū sancto inducebat seu mouebat ⌊in desertum⌋ hoc est, in solitudinē quæ est aptissimus lo-
cus ad illa exercitia, propter quæ Christus desertum ingressus est. Itaq; agi sumit hic eo modo
q ad Romanos ait Apostolus: Quicunq; spū dei agunt, id est, mouent, regunt, seu dirigunt, hi Roma. 8
filij dei sunt. ¶ Pręterea, Christi humanitas fuit instrumentū seu organum spūs sancti, imo toti
us superbeatissimæ Trinitatis in opeꝛ indiuisæ operantis per illam, præsertim tamē dicit fuisse
instrumētum verbi à quo fuit assumpta. Vnde sicut corpus nostrum est instrumentū imme-
diatum animæ coniunctum & proprium animæ nostræ, sic Christi humanitas fuit verbi ani
matum, vnitum, immediatum ac propriū instrumentū. Idcirco Christus vt hō in omnibus a
gebatur seu mouebat à verbo æterno, seu à seipso secundū quod deus est. Itaq; agebatur à spū
in desertū quod fuit inter Hiericho & Hierusalem ⌊qdraginta diebus⌋ i. tot diebus ibidē spū Matth. 4
agēte pmansit. Loquitur aūt Lucas de die naturali quæ noctē includit. Est enī spaciū vigintiq Iohan. 11
tuor horarum. Matthęus vero loquens de die artificiali ait, q Chr̄s fuit seu ieiunauit in deser-
to quadragita diebus & totidē noctibus de quo etiā die ait Saluator: Nonne duodecī sunt ho-
ræ diei? ¶ Circa hæc multa sunt intuenda. Primo, cur Christ⁹ q peccare nō potuit, nec publico
impediri à bonis, nec solitudine adiuuari, ingressus est heremū. Et respondendum, q Christus
B nō solum voluit omnem pfectionē implere, sed insup diuersas spēs gradus & modos pfectiōis Lucæ 5
pfectę cōuersatiōis ostēdere & docere. Hinc in pueritia cū mr̄e & eius ministro moratus est,
fuitq; subditus eis vt cōuersationē sub obediētia spūalis pr̄is seu matris exēplariter demonstra-
ret & efficaciter approbaret. Deinde ingressus est solitudinē, vt heremiticæ ac anachoriticæ
vitæ præberet exemplū & solitariā vitā ope commendaret. Scd̄o, vt instrueret nos, quod ad
pœniam peragendam contemplationisq; apicem adipiscendum, solitarius præcipuæ confe-
rat locus, præsertim desertum in quo sensualium delectationum desunt obiecta, vt supra pleni
us dictum est, vbi ostendebat, cur Iohannes Baptista ad desertum confugit, tertiam causam tā Matt. 4
git Euangelista Matthæus, dicēdo: Ductus est Iesus in desertum, vt tētaret à diabolo. Sed nō-
ne & extra quiuit tētari? Cur ergo hoc ait Matthæus, nisi vt innuat quod Iesus propter certas
causas voluit singulariter, hoc est acerrime atq; fortissime tētari à dæmone & quasi manu ad
manū cōtra eum confligere? Quarto, ingressus est desertum protinus post baptismum testi-
moniumq; Iohannis, imo post tam sublime testimonium dei pr̄is ac spūs sancti de ipso, vt for-
mam præstaret vitādi laudem humanam, & oēm gloriam vanam, quatenus & nos laudari,
aut honorati, quæramus latere, & optemus nesciri. Quinto, post baptismum statim introijt he
remum, volēs docere tunc potissimum debemus custodiæ cordis insistere, profectuiq; spūali
vacare cum aliquam specialem à deo purificationem, & gratiam sortiri fuerimus, ne deo ingra
ti reddamur, & tanto grauius offendam⁹, q ampliorē pauloante misericordiam cōsecuti era-
mus, pēsantes illud Apostoli: Impossibile est eos qui sunt illuminati & gustauerunt donū cœ- Hebre. 6
leste, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœniam. In qua authoritate impossibile pro difficili Apocæ 3
C secundum vnam expositionem accipit. Iohānes quoq; in Apocalypsi: Tene (inquit) quod ha
bes, ne alter accipiat coronā tuā. Sexto, vt in solitudine pro nostris peccatis corpus suum absti
nēdo affligeret, atq; in alijs se actibus satisfactorijs exerceret. Puto equidē q ibidē mundi pec
cata copiose defleuerit, & pro nostra salute iugiter pces fuderit ⌊& tētabatur à diabolo⌋ Scd̄m
Origenem toto tempore quadraginta dierum illorum tētabat, & quæ fuerint tētamenta, nesci
mus, q loco forsitan prętermissa sunt, qa maiora erāt q̄ vt l'ris crederent. Veruntamen verbum
hoc Origenis pie accipi debet, psertim cū beatissimi Euāgelistæ Matthæus & Lucas tres tēta-
tiōes q̄s ibi passus est Christus cōmemorent. Basilius quoq; sentire videtur, q̄d cōpletis quadra
ginta diebus ieiunij, sit tētatus. Ait nanq;: Christus p quadragenam intētatus mansit. Nouerat
enī diabolus q ieiunabat & non famescebat, ideoq; non audebat accedere, & istud Euāgelicæ
veritati magis consonum reor, quia in Matthæo dicit: Cum ieiunasset quadraginta diebus & Math. 4
quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tētator dixit. Vnde apparet, quod consum
mato ieiunio, & visa famæ ipsius, tentator aggressus sit eum. Hinc aliq expositores affirmant
quod esuries Christi fuit diabolo tētādi occasio.

¶ Denique sicut pro nostra salute vnigenitus dei dignatus est incarnari, circumcidi, baptizari,
& crucifigi, ita etiam & tentari. Primo vt nobis virtutem & gratiam triumphandi in omni tē-
tatione promereret. In omnibus nanq; q̄ egit ac pertulit, nobis promeruit. Secundo, vt nos ad
sustinenda omnia tentamenta animaret & prouocaret. Membra quippe & famuli domino
suo capiti debēt libenter, & proportionabiliter cōformari. Tertio, ne quis fidelium in tētationi
bus quantumlibet grauibus constitutus pusillanimitate deijciatur aut à deo se suspicet relictū,

a iiij dum &

rum & vnigenitus dei grauiter est tẽtatus. Quarto, vt formam resistẽdi atq; vincẽdi nobis mõ
straret. Vnde in qualibet tẽtatione scripturam obiecit diabolo. Quinto, vt potestatẽ tẽtatoris D
debilitaret, nosq; ab omni tentatione erueret.

¶ Insup in hoc potissimũ incomphẽsibilẽ suam dignationem & humilitatẽ ondit, qd à dęmo-
ne ita tẽtari dignatus est, ita vt duceret seu assumeret à diabolo de loco ad locũ. Itaq; in omi tẽ
tatione Christũ fiduciaser inuocemus, vt virtute & merito suę tẽtatiõis nos roboret superareq;
faciat, qa & Apls loquit ad Hebręos: Debuit Chrus p oia fratribus assimilari vt misericors fie
Hebre. 2 ret & fidelis põtifex ad deum. In quo em passus est ipe & tẽtatus, potẽs est eis qui tẽtant auxilia
ri. Christi ergo dignationẽ & humilitatẽ sectemur omni indignatiõe supbiæ refutata. [Et ni-
hil manducauit in illis diebus] hoc ẽ, intra quadraginta hos dies nullum sumpsit corporeũ ali
mentum. Non ergo ieiunauit vt nos, qui quotidie semel reficimur. Quod autem cõtra diabo-
lum dimicaturus voluit primo abstinere, patefecit, quod volẽtibus dæmonum tẽtamẽta pro-
sternere opus sit carnem suam à voluptatibus gustus & tactus abstrahere, quemadmodum ait
Apostolus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et rursus: Qui autem sunt Christi,
1. Cor. 9 carnem suam crucifixerũt cum vitijs & cõcupiscentijs.
Galat. 5 ¶ Pręterea, desertum aptissimus locus est pœnitẽdi, orãdi, & contẽplandi, & hoc ordine, quo-
dam, quoniam abstinẽdo pducit homo ad grãm orõnis deuotę, p orõnem vero ad grãm con-
templatiõis syncere, atq; p tria hæc ad alioꝝ instructionẽ, prædicationẽ, gubernationẽ, aptis-
simus reddit, vt sic grãm, sapiãm, & feruorem, quos in abscõdito desup sumpsit, alijs p ignea
atq; idonea verba communicet & proponat. Vnde Christus mox alijs prædicaturus ad nos
exẽplariter instruẽdos. Primo in solitudine, ieiunio, orõni, & cõtemplationi vacauit, instruens E
aliorum rectores, prædicatores, prælatos, vt in primis seipsos in prædictis exercitẽt, sicq; sancte
conuersando mereant à deo grãm efficaciter prædicandi ac fructuose cegẽdi, vt. s. verba quæ
proferũt nõ ex arido corde, sed ex gustu interno, ex charitatis ardore, ex spũali experiẽtia pro-
Psal. 144 fluant, iuxta illud Psalmi: Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, [& consumma-
tis illis esurijt] hoc ẽ, post quadraginta dierum finẽ Chrus statim famã perpessus est, & forsitã
magnũ ad profectũ & cõmodũ nostrũ. Nã ea quæ propter nos passus est in abundãtia passus
est ex magnitudine charitatis ad nos & ob multiplicẽ fructũ nobis inde manantẽ. Hinc Chri-
stus ait in Psalmo: Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter ole-
Psal. 108 um, hoc est, olei defectum. Et denuo: Humiliabã in ieiunio animam meam.
Psal. 34 ¶ Deniq; Moyses & Helias tanto tpe ieiunarunt, vt Christus, nihil edẽtes neq; bibẽtes, nec ta
mẽ esurijsse legunt, quãuis postea esurijsse credant. Noluit aũt Chrus diutius ieiunare q̃ præfa
ti eius ministri, ne diabolus de eius dignitate maiorem æstimationẽ acciperet, itemq; propter
mysticam rõnem, quoniam quadragenarius numerus pœnię congruit, constat etem ex deona
rio quater accepto, sicq; designat hominis ex quatuor elemẽtis compositi castigationẽ cũ ob-
seruatiõe decalogi, scdm quatuor Euãgelioꝝ doctrinã, & rursus, qm tot diebus ieiunãdo offeri
mus deo decimas dieꝝ anni scdm Gregoriũ, cui & aliaꝝ rerum decimas offerre præcipimur
¶ Insuper vt singularitatẽ & ostẽtationẽ doceret vitãdã. Esurijt aũt nõ ex infirmitate aut necessi
tate naturę, sed diuina dispẽsatiõe ac propria voluntate. Licet em in cõmuni loquẽdo mirũ,
& supnaturale sit hominẽ tanto tpe sine omi edulio & potu subsistere, nihilominus in Christo
mirabilius fuit, q postea esurijt, q̃ quod interim nil comedit. Ad qd intelligẽdum scire oportet F
q post resurrectionẽ futurã corpora beatoꝝ erũt aiabus glorificatis pfectissime, ad imperiũq;
subiecta, ita q ex redundãtia beatitudinis aiaꝝ in corpa, erũt corpa illa quatuor dotibus de
corata, videlicet claritate, agilitate, subtilitate, & impassibilitate. Cũ ergo aia Chri fuerit à princi
pio suę creationis præ cũctis creaturis intellectualibus pexcellẽter deo fruẽs atq; beata quoad p
miũ essentiale. cõstat q ex redũdãtia beatitudinis suæ in corpus poterat pseruari, & pseruata fu
isset ab omi passiõe corporisq; incõmodo, nisi deo sic ordinãte, dilata atq; suspẽsa fuisset redũ-
dantia illa vsq; ad tps, videlicet vsq; ad resurrectionẽ. Nõ ergo indiguit alimẽto, nisi ea volũta
te q̃ redundãtiam illam suspẽdit. Itẽq; famẽ assumpsit vt verã in se humanitatẽ ostẽderet, Vt p
famis suæ panalitatẽ magnã nobis grãm saturitatẽq; aiæ mereret. Omis quippe afflictio eius
nobis meritorie extitit. Rursus, vt diabolo occasionẽ tẽtandi se exhiberet, quẽadmodũ fortissi
mus pugil aduersariũ prouocat ad cõgressum. Hinc asserit Glossa: Fames Chri pia fraus est, ne
diabolus eũ tentare caueret. Fraus itaq; fuit fames illa nõ qsi nõ fuerit vera fames, sed qm diuini
tatem celauit, dæmonemq; fefellit. At vero ex hoc q diabolus Chrm post babtismũ atq; ieiuni
um tẽtare aggressus est, innotescit q tũc potissimũ nitit hominẽ impedire ac vincere cũ viderit
eum incepisse profectũ, & aliquo feruẽtiori proficiendi desiderio inflãmatũ. Ideo in Ecclesia
stico docet: Fili accedẽs ad seruitutẽ dei, sta in iustitia & timore, & prępara animã tuã ad tẽta
Eccli. 2 tionem. Ex hoc aũt q nõ legit Christũ tẽtasse, nisi cum desertũ ingressus est, designatur, qd il-
los præcipue conat deijcere, qui studẽt pfectioni, soliq; deo, omi hoim relicta frequẽtia vacare
nitunt. Hinc secundum doctores solitaria vita scilicet quæ est penitus solitaria, & extra cœno-
biium

biam seu congregationem aut societatẽ, prriculosa est, potissimũ imperfectis. ¶ Postremo, per illud qđ cõpleto mirabili ac longo ieiunio Christũ aggressus est dęmon, ostendit quod virtuo sos ac religiosos etiã tũc de spũalibus vitijs tentare molit, cũ eos carnalia viderit vitia superasse.
A Nunquam ergo securi ac improuidi simus, sed timorati semp & circunspecti, quẽadmodũ in Eccõ scriptũ est: Nisi in timore dñi tenueris te instanter, cito subuertet domus tua.
¶ Consequenter describit tẽtatiõis processus: [Dixit aũt illi diabolus:] Diabolus iste à multis fert fuisse primus ille apostata angelus, qui Lucifer dicit. [Si filius dei es] Nouit diabolus ꝙ in scripturis tã hoies virtuosi q̃ angeli sancti appellent filij dei. Cum ergo loquit Chro: Si filius dei es, intendit de vnigenito filio pris æterni, an. s. Christ⁹ sit vnicus ille, naturalisq; filius dei, de cuius incarnatiõe, aduẽtu, & passiõe sciuit diabolus prophetas esse locutos. Diabolus quoq; nõ dubitauit de Iesu sanctitate, sed de eius vera diuinitate. [dic lapidi huic] hoc est, propria authoritate, præcipe præcipiẽdoq; age. [vt] lapis hic ante te iacẽs [panis fiat] hoc ẽ, cõuertat in panẽ. Primo tẽtauit diabolus Chrm de vitio gulæ, & mutatiõe lapidis in panẽ, quia videbat ꝙ Christ⁹ esurijt, sicq; magis dispositus esset ad panis affectum ac tale miraculũ. ¶ Deniq; nõ tentauit Christũ in primis de aliquo manifeste inhonesto, turpi seu vitioso, quia sanctitatẽ eius pẽsauit, ideo nõ cõfidebat, ꝙ ad tale aliquid posset eũ statim inducere. Locut⁹ est etiã dęmõ multũ astute. Nõ enĩ dixit: Roga deũ vt lapidẽ cõuertat i panem, vel pete à me, vt ego hoc faciã, sed ait, dic, id est, solo imperio seu imperiali verbo hoc fac. Cognouit nãq; tentator, quod taliter rerum naturas mutare dno sit proprium, de quo ait Psalmista: Ipse dixit & facta sunt. Cui in libro Sapiæ dicit: Subest tibi cum volueris posse. Itaq; cogitauit tẽtator, si sic poterit lapidem in panẽ cõuertere, sciam quod vnigenitus dei sit verusq; deus, quod si non poterit, patebit mihi quod purus sit homo. ¶ Porro, in Matthęo legit Christo dixisse: Dic vt lapides isti panes fiãt. Aut ergo Lucas ponit singulare pro plurali, aut Matthęus plurale pro singulari, quorũ vtrũq; sæpe fit in scripturis. ¶ Pręterea secundũ Ambrosium ex eo quod diabolus explorando & tẽtando loquit Christo: Si filius dei es, constat quod nouerat filiũ dei vẽturum, sed hũc esse Iesum
B non æstimauit propter infirmitatẽ corporis quam in ipso perpendit. Chrysostomus vero affirmat, quod diabolus audiuit angelos deo gloria in Christi natiuitate cãtantes. Angelũ quoq; pastoribus annuntiantem, quia natus est vobis hodie Saluator, q est Christus dñs, itemq; qđ vidit tres Magos puerum adorantes. Symeonem qq; & Annam ac Iohannem Baptistam Iesu Christo testimonia phibentes, & prophetia etiã Danielis de numero hebdomadarũ agnouit tẽpus aduentus Christi impletum, ex aliorum quoq; oraculis prophetarum cognouit qđ Chrs sit deus, ex qbus oĩbus vehemẽter putauit quod Iesus esset Christus vnigenit⁹ dei.
¶ Porro, ex alia parte vidẽs eum inter populares & pctõres baptizatum & fame cõfectũ, dubitauit & fluctuauit q̃modo talis posset esse deus, ideo veritatẽ explorans, dicebat: Si filius dei es. Hinc & alij quidam dicunt, ꝙ diabolus humilia in deo nõ potuit credere. ¶ Sed circa hæc verba dubitatiões nõ paruæ occurrũt. Cum enĩ diabolus tantæ sit subtilitatis atq; sciæ, certissime noscit angelos sanctos nunquã mẽtiri, imo mẽtiri nõ posse. Si ergo audiuit præfata angelorum testimonia, de Christi natiuitate pacta, viditq; quod puerum illum Magi adorauerũt, quẽ angelus asseruit esse Christum, nequaquã dubitauit, quin Iesus fuerit Christus. Rursus sicut ex dictis prophetarũ cognouit dei filium incarnandum, sic qq; ex eisdẽ sciuit eum pro mundi salute passurum, imo ignominiosissima morte necandũ. Hoc enĩ in Esaia & in psalmo qui incipit: Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti, apertissime fuit prædictum. Itaq; apparet, quod nõ ideo æstimasset Iesum non Christũ, quia abiecta sustinuit. Præsertim quoniã sciuit Chrm inter homines conuersaturum, atq; in magna paupertate victurum, prout in Zacharia & Baruch dictũ erat, imo tẽpore passionis Christi, vidẽs ineffabilem patientiam Christi, suggessit vxori Pilati vt persuaderet Pilato: Nihil tibi & iusto illi. Propter hæc & multa similia quæ possem inducere non video, quid ad hanc difficultatẽ soluendam aptius valeat responderi, nisi quod nono de ciuitate dei caplo vicesimoprimo asserit Augustinus: Dæmonibus (in
C quit) Iesus Chrus tm̃ innotuit quantũ voluit. Tantũ aũt voluit quantũ oportuit, i. expediẽs fuit, hoc est, quãtũ tumidis innotescendũ fuit. Innotuit qq; eis non p id quod est vita æterna & lumẽ incommutabile, sed p quædam tpalia suæ virtutis effecta seu opa, & occultissimæ signa p̃sentiæ quæ angelicis mẽtibus etiam malignorum spirituum potius quam infirmitati humanæ possunt esse conspicua. ¶ Deniq; quando ea Christus paululũ supprimenda iudicauit & aliquãto altius latuit, tunc dubitauit de illo dæmonum princeps, eumq; tẽtauit, an Christus esset explorãs quãtũ se ipse tẽtari pmisit vt hominẽ quẽ gerebat ad nostræ imitatiõis tẽperaret exẽplũ. Ex his beati Augustini eloquijs elucescit, quod dæmõ tãtam de Christo notitiam habuit, quantam Christus permisit. Vnde & arbitror, quod diabolus ex prædictis & alijs varijs verbis, factis, signisq; Christi certitudinaliter atq; stabiliter cognouisset Iesum esse Christum si Christus hoc permisisset, potissimum quando Christus postea aperte docuit se esse dei vnigenitũ, verumq; deũ, atq; hoc ipsum per miracula soli deo possibilia confirmauit. Talia quippe diabolũ

diabolum nõ latuissent, si Christus permisisset. Nihilominus Christus dicitur aliqua fecisse, ne
diabolus cognosceret eum iam natũ, & tamẽ quędã illorũ nõ fuerãt talia, quin si Christus pmi
sisset diabolus illis nõ obstãtibus cognouisset Christũ iam natũ, & Iesum eẽ Chrm. cõmuniter
etenim dicit, q̃ voluit matrẽ suam quamuis virginẽ esse sponsatam viro, ne matris virginitas D
pateret, & diabolo, sicq̃ virginis filiũ agnosceret Chrm, & tamẽ desponsatiõe illa nõ obstante
diabolus sua naturali industria bene explorasset, atq̃ nouisset, an mater Iesu existeret virgo, vt
doctores euidẽter ostẽdunt, vnde q̃ hoc latuit dęmonẽ, fuit ex hoc q̃ diuinitus fuit prohibitus
nec explorare pmissus. Sic ad propositũ dico, q̃ testimonia angelorũ hoĩmq̃ sanctorũ pręfata
de Chro tm̃ innotuerũt diabolo quãtũ deus voluit & pmisit, cuius moderamine factum est vt
diabolus sępe sic fluctuaret ex cõsideratiõe diuersorũ circa Christũ eiusq̃ actus. Hęc tam plį
xe inserui, q̃a inferius sępe locũ habebunt, dum inquiret qualiter dęmones & Iudęi nouerant
Iesum esse Chrm. ¶ Postremo & illud notandũ, q̃ Augustinus astruit Christũ à principe dę
monum esse tẽtatum. Vnde cõiter fertur à Lucifero tentatus, quodq̃ victus ille à Chro sit
in infernũ detrusus, nec exiturus nisi in Antichristi aduẽtu, cuius ille possessor erit in oĩbus &
director. ⌊ Et rñdit ad illum Iesus: Scriptum est ⌋ in Deuteronomio: ⌊ Non in solo pane viuit
Deuter. 4 homo ⌋ hoc est, non solo corporeo alimento homo indiget, subsistit, & sustẽtat, ⌊ sed in omni
verbo dei ⌋ id ẽ, p diuina verba seu sacrę scripturę eloquia, vel p internas dei inspiratiões, seu
allocutiones secretas. ¶ Itaq̃ sicut homo quantũ ad corpus & cõseruationẽ in vita naturę in
diget nutrimẽto corporeo: sic quãtũ ad animã & q̃ ad adeptionẽ seu cõseruationẽ in vita grę
indiget verbo dei quod rite asserit animę cib᷒. Hoc nãq̃ spũaliter verbũ dei facit in anima q̃d
panis aut alius cibus materialis corporalr agit in carne. Materialis etenim cibus restaurat deper
ditũ, cõfortat naturã, ad debitã quãtitatẽ perducit, in vita cõseruat, sic verba diuina mentẽ ad
pœnitentiam ducunt, quia deperdita tpa, & omissa bona recuperant, interiores animę vires cõfor
tat, scd̃m illud Machabęorũ: Iudas singulos armauit nõ hasta & clypeo, sed optimis sermoni
bus & exhortationibus. ¶ Insup verbũ dei ad debitã spũalis profectus mẽsurã seu quantitatẽ
perducit, nunc hortãdo, nũc cõminãdo, nũc blandiẽdo, nunc iubẽdo, nũcq̃ consulẽdo, quẽad
modum ait Apostolus: omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docẽdum, ad arguẽdum,
ad erudiẽdũ ĩ iustitia, vt pfect᷒ sit hõ dei ad omne opus bonum. ¶ Postremo, cõseruat animã E
in vita grę actibusq̃ virtutum, & breuiter verbum dei mortem peccati, videlicet errores, pas
siones, & vitia, omneq̃ malum extirpat, & ad oẽm disponit confert, inducit virtutẽ, consolat,
Psal. 18 illuminat, dirigit, dicẽte Psalmista: Lucerna pedibus meis verbũ tuũ, & lumẽ semitis meis. Et
rursus: In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum, sicut in oĩb᷒ diuitijs. Hinc in libro Sapię le
gitur: Non natiuitatis fructus pascũt hoĩes, sed sermo tuus dñe eos q̃ in te credũt cõseruat. Vi
ct᷒ diabolus in prima tẽtatiõe aggredit aliã, tẽtans Chrm de ambitiõe & auaritia, sciẽs q̃ multi
qui vitia, gustus, & tactus, seu gulę, atq̃ luxurię fugiũt, ambitiõe & auaritia superant ac pereũt.
⌊ Et duxit illum diabolus ⌋ Matthęus asserit, q̃ assumpsit eũ, vnde aliqui putãt, q̃ volando p
aerem eum portauit, quod non videt, pręsertim, quia cõiter dicit, & verisimile est, quod dia
bolus in forma humana, imo in specię hoĩs religiosi seu heremitę Christum in prima tẽtatiõe
accessit, vt eum p simulatã sanctitatẽ citius falleret, & hanc spẽm in secunda tẽtatione seruasse
videt, in qua adhuc sub specie boni Christum tẽtauit, & hoc dico de secũda tẽtatione scd̃m or
dinẽ quo Matthęus tres tẽtationes has recitat. Matthęus etenim hanc quã Lucas scd̃o loco cõ
memorat tertiam ponit, in qua diabolus ostẽdit se esse malignum, vt verbaba ei᷒ declarãt, ⌊ &
ostẽdit illi oĩa regna orbis terrę ⌋ .i. quędã regna de oĩbus mũdi regnis, vel oĩa regna ostẽ
dit ei, nõ ad oculum corporalẽ, sed intellectualẽ, spẽs, & dispositiones regnorũ ei proponẽdo,
seu concupiscibilia illorũ commemorãdo. ¶ Porro scd̃m Theophilum, ostẽdit ei oĩa regna
in phãtasia, & forte p phantasiam intelligit Theophilus imaginariã visionem. Chrysostomus
vero imaginat, q̃ regna viciniora ostẽdit illi ad visum quãtum fieri potuit, cętera, quodã indi
cio, velut si quis cũ aliquo stans, digitum versus diuersa mũdi plagas extẽdat, dicẽdo: Ecce ibi
Francia, ibi Italia. Huic modo videt lra amplius consonare, ideo enim duxit Chrm in altum
mõtẽ, vt tẽtationi congrueret loc᷒. Cęteras autẽ ostẽsiones potuisset fecisse in valle, sicut ĩ mõ
te. Hęc ergo Christo ostẽdit ⌊ in momẽto tẽporis ⌋ .i. valde celeriter seu breuissimo tẽpore, F
non in instãti saltem quantũ ad omnia q̃ offensionem illã circumstabãt. Ideo autem tã mul
ta obiecta pariter sibi ostendit, vt fortius appetitũ eius mouerent atq̃ allicerẽt. ⌊ & ait illi: Tibi
dabo potestatẽ hanc vniuersam ⌋ hoc ẽ, omnium regnorum istorũ potẽtiam, fortalicia, popu
losq̃ tibi subijciã, & mũdi monarchã te procreabo, seu oĩm horũ regẽ constituã, ⌊ & gloriã ⌋
delicias, famã, honorẽ ⌊ illorum ⌋ ita q̃ oẽs te reuerebunt, & delectaberis de tua possessione oĩ
bus tibi subiectis, ⌊ quia mihi tradita sunt. ⌋ Hoc mentitur diabolus, q̃uis aliquo modo verbum
Iohan. 14 hoc possit verificari, psertim, quia & Chrus in Iohãne vocat diabolũ hui᷒ mũdi principẽ, & de
eodẽ scribit apostolus: De᷒ (inquiẽs) huius seculi excęcauit mẽtes infideliũ. Si ergo p regna in
telligant habitatores regnorũ, pręsertim iniqui illi traditi sunt diabolo, hoc ẽ, iusto dei iudicio
permissi

permissi sunt diabolo subijci,& tētari, vinci, possideri, seu captiui teneri ab eo, secundum illud
A Apostoli: Resipiscant à laqueis diaboli à quo captiui tenent ad ipsius voluntatē. Vnde & rex
impiorū vocat, iuxta quod in Iob habet: Ipse est rex sup vniuersos filios supbiæ, imo isti veri
ns dicunt seipsos diabolo tradere p hoc qd sponte ei consentiūt. Si aūt per regna intelligant re
giones, vrbes, opes, similes'q; possessiones habitātium sup terram, talia sicut & ipsi hoīes genera
liter tradita sunt diabolo, nō ad ius dominādi ac possidendi, sed ad vsum tentandi, sicut & san-
ctus Iob dæmoni traditus fuit, dicente dño ad Satan: Ecce in manibus tuis est. ⌊& cui volo do
illa.⌋ Hoc rursus mēdaciter protulit, nec mirum, cum de ipso dicat Saluator: In veritate nō ste
tit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendaciū ex proprio loquit, quia mendax est &
pater eius. Verūtamē pmissione diuina diabolus frequenter cooperat ad obtinenda terrena ac
mundi dominia. Propter quod dicit Ambrosius: Ambitio diabolicæ subiacet potestati. ⌊Tu
ergo si adoraueris coram me,⌋ hoc est, si meipsum suppliciter adoraueris me præsente ⌊e-
runt tua omnia⌋ regna mundi. Ecce quāta & quam inueterata ac indurata diaboli pompa.
Olim ppter supbiā suā pulsus ē cælo, qm̄ dixit: Similis ero altissimo, & nunc rursus vult ei assi
milari, requirendo sibi impendi cultum soli altissimo congruentem ac debitum, imo hoc quæ-
rit ab eo qui vere altissimus est, quod quamuis diabolus certitudinaliter nō sciret, quod scilicet
ille cui hæc dixit, esset altissimus, tamē suspicabatur hoc ipsum saltē in prima tētatione, sic'q; po
suit se in periculo postulandi adorationē ab altissimo & præferendi se illi. Tanta est impudētia
diaboli, auiditas'q; ipsius ad diuinos honores ex intollerabili eius superbia nascēs, cuius impie-
tatē ac cæcitatē multi superbi & ambitiosi sequūtur, prout sapiens asserit: Imitant illum q sunt
B ex parte illius. ⌊Et respōdens Iesus dixit illi. Scriptum est⌋ in Deuteronomio: ⌊Dominū de
um tuum adorabis⌋ cui tanquam altissimo, principi ac maximo benefactori, propria'q; virtu-
te saluare potēti, debetur summus, singularis'q; honor, videlicet latriæ cultus, interior atq; exte
rior. Cum ergo diabole sis creatura nō deus, cur adorari exquiris? Interdū tamē adoratio sumi
tur pro honore seu reuerentia duliæ, sic'q; creaturis impendit. Vnde frequenter in scripturis
legunt quidam homines vel angelos adorasse, vt Iosue angelum, & Nathan propheta David
regem. ⌊& illi soli seruies.⌋ Si hoc de seruitute latriæ accipiatur, sicut expositores cōmoniter su
munt, palam est quod soli deo seruiendum sit seruitute latriæ. ¶Porro latria virtus est, q̄ deo
cultum cærimoniam'q; impendit, Dulia vero est virtus quæ psonis creatis debitum seu decētē
impēdit honorē. Si aūt verbum præfatum de quacunq; seruitute intelligat. Sensus est, quod so
li deo seruiendū sit propter se atq; finaliter, ita vt quicquid seruitutis exhibeat creaturis, totū
ad dei referat honorē, & propter eius ordinationē ac volūtatem agat, vt cum homini ministra
mus, non tam homini, quam deo in hoīe obsequamur. Hinc Samuel ait: Præparate corda ve-
stra dño, & seruite illi soli. ¶Consequēter secundū ordinem huius narrationis ponit tenta-
tio tertia quæ fuit de superbia, iactantia seu gloria vana. ⌊Et duxit illum in Hierusalem.⌋ Quia
etem̄ voluit Christum tentare, de arrogātiæ vanitate, duxit eū ad ciuitatem totius Iudææ me
tropolim seu pricipalē vbi maior fuit occasio seu fortius incitamentū appetendi laudem huma
nam, ⌊& statuit eum supra pinnaculū templi⌋ hoc est, supra planū quoddam deambulatoriū
quod fuit supra templū vel portā ipsius, in q sacerdotes sedebāt cū populo pdicarēt. Ibi enim
solitus fuit magistros Iudæorū ad multiplicem inducere vanitatem. ¶Porro de modo q̄ duxit
C Christum, an scilicet volauit secū per aerem, an duxit eū manu ad manū, an tulit eū in brachijs
vel sup humeros scripsi sup Matthæum. Origenes vero hic ait: Sequebat plane Christus, quasi
athleta ad tētationē spōte proficiscēs, & quodammodo loquens: Duc me q vis inuenies me in
omnibus fortiorē. ⌊Et dixit illi: Si filius dei es⌋ .s. scd̄m sensum expositū ⌊mitte te hinc deor
sum⌋ .i. de loco hoc alto teipsum pcipita in cōspectu astantiū, vt videntes te sine læsione cadere
aut sine casu volare, admirent te'q; collaudent, & magnus de cætero habearis ab oībus, q tam
diu quodammodo latuisti, nec timēdū est tibi. ⌊Scriptum est enī: Quia angelis suis mādauit de
te⌋ .i. angelis sanctis deus pater commisit & iussit, vt tibi impēdāt quod subditur ⌊vt conser-
uent te⌋ .s. ab omni læsione seu nocumento pseruēt, hoc quod fuit cōtra diabolum, ipse dolose
subticuit. Sic enī ait Psalmista: Vt custodiant te in oībus vijs tuis. Ideo diabolus vanū pci-
pitium suggerēs de vijs obmutuit, ne sua fraudulētia panderet. ⌊& quia in manibus tollēt te⌋
.i. suis potestatibus & actibus te fulciēt & defendent, seu corpaliter ferēt, si fuerit opportunū,
⌊ne forte offendas ad lapidem pedē tuū⌋ .i. ne aliqd tibi impedimentū aut nocumentū obui
et aut resistat. ¶Hanc scripturam apparenter tñ imptinēter atq; ad falsum intellectū allegat
diabolus. Primo, qm̄ psalmus ille et scriptura hæc allegata, nō loquitur ad literam de Christo,
sed de membris eius electis fidelibus secūdum Hieronymū. Christus autē angelorū custodia,
seu auxilio non egebat, præsertim, qui & comprehensor fuit secundum superiores animæ vires &
cunctis angelis altior atq; potentior, non solum vt deus, imo etiā secūdum naturam humanā,
propter suppositalē vnionē eius cū verbo. ¶Insuper scriptura illa intelligenda nō est quasi ele
cti in vita hac p angelicā custodiam à malis pœnæ seu aduersitatibus & tormētis præseruentur,

vel eri

Vel eripiantur, quamuis, quādoq; hoc accidit: Multæ enim tribulationes iustorum, sed à ma-
lis culpæ pserum & etiam ab aliquibus corporalibus nocumentis per angelos custodiunt. D
¶ Circa hūc locū loquit Origenes: Vnde tibi diabole scire, quod ista scripta sunt? Nunquid
legisti prophetas, aut diuina eloquia? Legisti qdem, non vt ipse ex lectione eo℞ melior fieres,
sed vt de simplici litera eos qui amici sunt literæ interficias. Scis quia si de alijs voluminibus lo
qui eis volueris, nō decipies. Vide autem quomodo diabolus & in ipsis testimonijs versipellis
est. Vult enim minuere gloriam Saluatoris, quasi indigeat auxilio angelo℞, offensurus pedem
nisi illo℞ manibus subleuet. Hoc enim testimonium non de Christo, sed de sanctis generali-
ter scriptum est: Non enim indiget angelorum auxilio, qui maior est angelis, quin potius disce
diabole, quod nisi Iesus adiuuaret angelos, offenderent pedem suū. Quare aūt siles quod sequi
tur: Super aspidem & basiliscū ambulabis, nisi quia tu es basiliscus, tu draco, tu leo? Hæc Orige
nes. ⌊Et respōdens Iesus, ait illi: Dictum est⌋ Deo loquente per Moysen in Deuteronomio:
⌊Nō tentabis dominum deum tuum⌋ Hoc protulit Christ' non appellando se deum diaboli,
quamuis esset eius creator deus ac dñs, nec increpando directe diabolū, de hoc quod Christū
creatorē suum tētare aggressus sit. Non enī voluit insinuare diabolo deum se esse, sed iste ē sen
sus: Non tentabis dñm deum tuum, hoc est: O homo qcunq; nō psumas deū tētare.
¶ Porro deū tentare est absq; necessitate de eius sapientia, prouidētia, vel potestate experimen
tum accipere, vt pote omittēdo quod aliunde habet vel pōt. Multipliciter quoq; homo sic ten-
tat deū. Primo inquirendo, seu experimētum sumēdo de sapīa eius, an. s. oñia sciat, vel de pro
uidētia eius, an humana gubernet, vel seruientibus sibi assit, quemadmodū in Exodo de filijs Is
rael scriptū est: Tentauerūt deum dicentes: Est ne dominus in nobis, an non? Vel de deo oīpotē E
tia dei scdm illud Psalmistæ: Tentauerūt deū in cordibus suis, & male locuti sunt de deo, dixe
runt: Nunquid poterit deus parare mensam in deserto? ¶ Insup istud fit indebite experiendo
voluntatē dei, vt illi qui volunt experire, an deus infra determinatū tempus eos velit liberare,
ita quod postea eius auxiliū nō expectēt, nisi interim eis subuenerit, iuxta illud Iudith: Qui estis
vos, qui tētatis dñm? Posuistis vos tēpus miserationis dñi, & in arbitrio vestro diem constitui-
stis ei. Rursus hoc agitur indebite experiendo quid homo possit apud deum, & hoc diabolus
Chr̄o suasit. Hæc ergo vitāda sunt, q̄diu habet quis aliud quod faciat & q no sibi prouideat seu
veritatē cognoscat. Quod si nō habuerit, seu aliūde adipisci nequiuerit, tūc fiducialiter se cōuer
tat ad deū, quēadmodū scriptū est: Cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus resi
dui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Qm̄ itaq; à pinnaculo templi vsq; ad terram fuit descē
sus p gradus, pręcipitare se de pinnaculo ptinuisset ad dei tentationem. ⌊Et consummata oīni
tētatiōe⌋ iam dicta, nā & cæterę tentatiōes reducunt ad istas, estq; in tribus his tentamentis o-
mniū materia delictorum scdm Ambrosiū atq; origo vitio℞ cuncto℞ scdm Glossam. Iuxta il-
lud Iohannis: Omne q̄d est in mūdo concupiscentia carnis est & concupiscentia oculo℞, & su
perbia vitæ, ⌊Diabolus recessit ab illo⌋ Tanq̄ victus & fine optato frustratus, quia incertus p-
mansit de Christi diuinitate, & an esset Messias in lege promissus. ⌊Recessit aūt ⌊vsq; ad tps⌋
quia & postea rursus eū tētauit, dū Iudæos ad eius psecutiones induxit, maxime autē tempore
passionis per vasa sua. s. per hoīes prauos eū impugnauit, imo & tūc Christū accedere ausus est
quēadmodū in Iohāne p testat: Venit ad me princeps mūdi huius, & in me nō habet qcquam.
¶ Deniq; hostis antiquus etiā nos sępe ad tps itētatos relinqt vt interim vana securitate torpo- F
re seu ocio resoluamur & tepescamus, sicq; improuise ac subito rediēs facilius nos prosternat.
Itaq; indesinenter custoditi simus, ac circunspecti & ab oñi tētatione erepti mox aliā pstole-
mur, & cōtra aciam vitiorum semp stemus parati virtutibusq; armati, quēadmodū Augusti-
nus hortatur: Perseuera vsq; in finē, quia tētatio pseuerat vsq; in finē. Insup aliq dicūt, q dæ-
mo ab hoīe semel victus nūq̄ amplius tētat eundē, vel saltē nunq̄ de cætero tentare eū de eodē
pctō. Quibus obuiare videt, q Euangelista hic ait, videlicet, q diabolus recessit à Christo vsq;
ad tēpus, quo innuit q post modū rursus tētauerit eū per se aut per suos ministros. ¶ Postremo
de hac triplici Christi tentatiōe & ordine eorundem plura dici hic possent, quæ qa super Mat-
thæum conscripsi, nunc prætereo.

¶ Prosequutio expositiōis huius capituli quarti à loco q̄ dicitur: Et egressus est Ie-
su in virtute spūs in Galilæam Art. XI

CHristi actio nostra phibet instructio. Igit qualis debeat esse doctor & prædicator ver
bi cęlestis ex hoc processu vitę Chr̄i ostēdit. Non enī orsus est prędicare, nisi circa
tricesimū ætatis suæ annum & post baptismū, itē post heremiticā conuersationē,
& abstinentiā dæmonisq; superationē, ad innuendū q̄d pdicator & doctor debet
esse maturę ætatis, & à vitijs emūdatus. Peccatori enī dixit deus: Quare tu enarras iustitias me
as? Erit q̄q; virtutibus exercitatus, vt primo faciat quod alios docet, sicut de Christo dicitur
in Actis: Cœpit Iesus facere & docere. Tentamenta etiam diaboli & carnis petulantiam debet
vicisse, sicut Apostolus loquitur: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne alijs præ-
dicans ipse reprobus efficiar. Vnde de Christo iam dicitur: ⌊Et regressus est Iesus⌋ Hoc ē,

post tentamenta atq; ieiunia eius in deserto, rediit ad hoies, vt quod ipse fecit, eos doceret, ⌊ in virtute spũs, ⌋ id est in magna potestate spũs sancti, per quam cœpit operari miracula. In vir-
A tute quoq; spũs, id est plenus omni virtute & dono spũs sancti. Et quamuis hac potestate atq;
virtutibus plenus extiterit in anima ab incarnationis exordio, tamen nũc scribitur in virtute spiritus esse regressus, quia post reditum à deserto cœpit sanctitatem atq; potentiam suam abundantissime manifestare. Itaq; virtus spũs nominatur spũalis virtus operatiua signorum quę datur à spũ sancto. Vnde in libris Regũ legitur, spũs Heliæ requieuisse sup Helisæũ. ¶ Porro Christi secundum quod deus est & spũs sancti vna est virtus, vna omnipotẽtia, & quo ad hoc Christus increata ac propria virtute fecit miracula, quæ virtus toti superbenedictæ trinitati cõmunis est, cui cõpetit operari miracula authoritatiue, imperialiter ac principaliter, iuxta illud: Benedictus dñs deus Israel, qui facit mirabilia solus. Præter hanc increatã virtutẽ fuit in Christo
secundum naturam assumptam virtus seu potestas super omnẽ creaturam, de qua alibi ait: Da Psal. 71
ta est mihi omnis potestas in celo & in terra, quæ fuit potestas creata & data à spũ sancto, imo Math. 28
à tota supergloriosissima trinitate, de qua videt nunc potissimum loqui Euãgelista. ¶ Præterea Augustinus in libro de ciuitate dei mouet quæstionẽ, an sancti fecerunt miracula per aliquã virtutẽ existẽtẽ in eis, cõcessamq; eis diuinitus, ita q effectiue cooperati sint in miraculosis effectibus, sicq; posset de Christo inquiri, an pter potestatẽ increatam diuinam fuit in eo virtus creata miraculorum productiua, potestq; dici, quod ad agenda miracula sufficiat in eo ponere duplicem virtutem seu potestatem pfatam. De potentia vero aĩæ Christi, an habuit omnipotentiam, & qualem potentiã habuit respectu immutationis creaturarũ, & quantũ ad propriũ corpus, itemq; quo ad executionẽ propriæ volũtatis, loquit sanctus Thomas in tertia parte, qst. xiii. & infra forte tanget. Itaq; regressus est ⌊ in Galilæam, ex q̃ fuerat oriundus, & de qua iterat ad Iohannis baptismũ, ⌊ & fama exiit p vniuersam regionem ⌋ Galilææ ⌊ de illo, ⌋ propter sapientiam, eloquẽtiam, sanctitatem, & miracula eius, quæ cœpit tũc agere. Arbitror q̃q;, q testimonium præcursoris tam pclarum atq; credibile fecit eũ non parũ famosum, quod multi Ga
bus tam congruenter aspici & audiri, sicut in naui stans, vbi & nemini dorsum vertit in faciē
atq̧ in omniū stetit aspectu. ¶ Præterea aduertendū, q̄ Lucas nō seruat hic ordinē rei ge-
stæ describēdo historiā, ita q̄ litera ista nō cōtinuatur ad literā immediate præcedētē, in qua
prædicta ibi signa narrātur: nam socrus Petri quæ ibi sanata describit, fuit curata post voca- Matt. 8
tionē Petri & Andreæ ad Christi apostolatū, vt ex Matthæo & Marco mōstratur. In illa aūt Lucæ 4
vocatiōe Petrus nauim omnino reliq̄t, nūc vero in isto capitulo post verba inducta recitat vo Marci 1
catio Petri, Iohānis, & Iacobi ad Christi apostolatum, vt aliqui dicūt. Vel ad eius familiaritatē,
& quendā discipulatū, vt alij potius arbitrātur. ¶ Porro ex hoc ostenditur maxima Christi di-
B gnatio, māsuetudo & pietas, q̄ Petrum pro tam parua re, tam modeste, humiliterq̧ rogauit,
cui præcipere habuit, docēs prælatos vt proniores sint ad monēdum q̄ ad præcipiendum, ma
gisq̧ cupiāt diligi q̄ timeri. Sed ecōtrario agūt stulti ad præcipiendū procliues, & gladiū sine Ezec. 34
causa idonea extrahētes. q̄bus p Ezechielem deus improperat: Cum austeritate imperabatis
ouibus meis & cū potētia, ⌊& sedēs in naui docebat de nauicula turbas.⌋ Nauim nunc vocat
nauiculam, qm̄ parua erat, & nauigiū egenorū. Verba aūt p̄dicationis Christi Euāgelista non
exprimit nec, sicut omnia eius prodigia aliq̄ Euāgelistarū in particulari prosequitur: Tanta ve
ro de eius documētis atq̧ miraculis Euāgelistæ scripserūt, quātū ad ædificationē ecclesiæ, ad
fidei cōfirmationē, ad salutē fideliū sufficere nouerāt, inspirāte ac moderāte spū sancto. Hinc
est q̄ sæpe de obseruatiōe ordinis in historica recitatiōe gestorū, signorumq̧ Christi non cu-
rant, quia ad prædicta agēda, nil refert quid in reipsa præcesserit, aut q̄d primo narretur. ⌋Vt
autē cessauit loqui. ⌋ Volēs pauperē nauiculæ dñm præmiare pro obsequio iam narrato, ⌊di
xit ad Symonem, duc in altum⌋ .i. nauē remotius amoue à littore ad profundiora aquæ loca,
sicq̧ altum pro profundo accipitur, sicut in Iohāne: Puteus altus est, atq̧ in psalmo: Veni in Psal. 68
altitudinē maris. Vel ideo ait: In altū, qm̄ aqua plus distans à littore altior est, q̄ quæ ripæ pro-
pinquior est, vt in libro de sphæra ostēdit, ⌊& laxate retia vestra in capturā⌋ .i. ad capiēdos
pisces ea explicate. ait aūt singulariter Petro: duc, quia hoc ab eo solo fieri quiuit. Pluraliterq̧
adiungit, laxate, quia hoc à pluribus fieri aptius potuit. ¶ Mystice autem per Petrū perfectio
res signantur, ad quos præcipuæ pertinet, in altum ducere .i. profunda scrutari mysteria. Per
adiutores Petri signātur inferiores prælati, ad quos retia spectat laxare .i. connexa ordinare,
verba ad aliorū cōuersionē extendere. ⌊Et respōdēs Symon, dixit illi: Præceptor⌋ .i. tu o dñe
qui tantæ es authoritatis, vt merito appelleris p̄ceptor, cui & protinus est parendum. ⌊Per to-
tam noctē laborātes⌋ ad pisces capiēdos ⌊nihil⌋ .i. nullum piscē, ⌊cæpimus⌋ q̄d quamuis na-
C turaliter accidere potuerat, sicut & sæpe fit, diuina tamē tūc dispēsatione sic euenisse apparet
vt Christi potestas p sequēs miraculū clarius emicaret, & alij magis confirmarētur ad fidem.
⌊In verbo aūt tuo⌋ .i. propter tuū præceptū. Vel, in verbo tuo .i. ex spe adimpletionis iussio
nis tuæ. ⌊laxabo rete⌋ cū adiutoribus meis similiter agentibus. In q̄ promptitudo obedientiæ
sancti Petri probatur, p̄sertim quia secundū naturā videbat infructuosum retia laxare, cū non
appareret spes naturaliter capiēdi pisces. ⌊Et cū hoc fecisset, cōcluserunt⌋ Symon & socij e-
ius ⌊pisciū multitudinē copiosam⌋ In quo docemur q̄ fructuosum sit obedire, queadmodū eti-
am Petrus laxauit rete ad piscandum, Christo iubēte nō obstante q̄ añ in tāto conatu ac tpe
nil cœpisset. Sic prælati, doctores & prædicatores iuxta sacræ scripturæ p̄ceptū seu exhortati
onem laxare debent spūale rete, hoc est, coordinatas documentorū propositiōes ad aliorū in-
structionē, profectū, seu cōuersionem proponere, cū fiducia gratiæ, atq̧ auxilij dei, sicq̧ sæ-
pe deo agēte multas conuertēt, in quibus ante nil profecerūt, ⌊Rumpebatur aūt rete eorū.⌋
hoc est

hoc est, partim rumpi cœpit, non tamē aliquis excidit piscis quod etiam miraculum fuit, L & annuerunt socijs qui erant in alia naui ⅃ videlicet Iacobo & Iohanni, L vt venirent ad eos ⅃ na uigio, L & adiuuarent eos ⅃ Annuerunt autē, id est, nutu vel signo, nō verbis insinuauerūt eis, D
vt subuenirēt, quia præ admirationis magnitudine loqui vix poterāt, & præ Iesu reuerentia vix loqui audebant, sic & spirituales pastores videlicet prælati & prædicatores cum se viderint omnes ad portum securitatis ac finē beatum nō posse pducere, quos de hoc seculo nequā velut ex procellosissimo mari iam aliqualiter abstraxerūt, atq; ad pœnitentiam induxerunt, alios viros idoneos debent in adiutores quærere, inuitare, assumere, vt conuersos & pœnitentes custodiant, inflamment, perficiant. Sed quidam præsumptuosi & superbi sunt nimis, atq; de proprijs viribus & virtutibus fatue confidentes, alioꝝ auxiliū sibi necessarium, non arbitrātes, cū tamen seipsos regere insufficientes probentur L & venerūt ⅃ socij illi, L & impleuerunt ⅃ nō illi soli, sed simul cum Petro ac suis L ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur ⅃ quo patet, ꝙ valde onerosa & copiosa piscium multitudo simul extitit capta. Sic pluribus verbū dei cōcor
Prouer.18 diter prędicātibus, & iuxta propria verba viuentibus, plurimi conuertuntur, Propter quod Salomon ait: Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas munita. ¶ Porro nauiculæ sunt particulares ecclesiæ, quæ plurimis conuersis pene merguntur, dū in ipsis recenter conuersis manent ꝗdam prioꝝ vitioꝝ reliquię & pronitates ad malū ac passiones, in quibus & alij sæpe periclitāt, qui nondū ita perfecti sunt, vt illorum imbecillitates æquanimiter valeant tolerare. L Quod cū videret Symon Petrus, procedit ad genua Iesu, dicens: ⅃ Honor enim virtuoso debetur, ideo sicut censuit Iesum esse maximæ virtutis ac sanctitatis, sic exhibuit ei reuerentiam grandem, nam & ante istud miraculum credidit Iesum eē Chr̄m, quando videlicet, Andreas dixit ad eū; Inuenimus Messiam qui dicitur Christus, adduxitq; eum ad Iesum, vt in Iohāne habetur.
Iohan.1 Vnde & viso isto miraculo aucta fuit in eo hæc fides. L Exi à me, quia homo peccator sum domine ⅃ id est, tibi assistere, adesse, cohabitare indignus sum, qa homo fragilis ac peccator, ac seruus inutilis, tu aūt tam potens, tam sanctus ac dn̄s, Itaq; ex magnitudine miraculosi effectus maiestatem causæ pensauit, & quia opposita iuxta se posita clarius innotescunt, ꝗ Petrus Christi virtutem excellentiamq; magis attendit, eo propriam culpam ac paruitatem euidentius in E
tellexit, atq; humilius fassus est. Hinc Christū à se exire rogauit, non eum indignanter repellens, sed ex profundissima humilitate honorans, nec tamē spiritualem eius præsentiam seu gratiæ
Matth.8 opē à se esse optauit, Vn̄ in isto similis fuit Centurioni dicenti: Domine, non sum dignus vt in
Luc.7 tres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. De hoc quoq; spirituali præsentia semper optāda ait Gregorius: Si te peccatorem consideras necesse est, vt à te dn̄m non repellas. L Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant ⅃ hoc est vehemens admiratio ex omni parte, atq; totaliter occupauit corda istoꝝ ex consideratiōe tanti prodigij, cuius admirabilitatem tanto certius nouerant, ꝗ in arte piscatoria exercitatiores fuerunt. Vn̄ & Christus eoꝝ infirmitati cōdescēdens, p tale miraculū voluit eos allicere ꝗd ad eoꝝ officiū magis spectabat quantum ad facti materiam, sicut
Matt.2 & Magos astronomiæ intentos per stellā apparentē adduxit. Deniq; tam repentina piscium tot īnumerabiliū captio, fuit prorsus mirabilis.

¶ Quæri quoq; potest, quomodo tot pisces ibi adunati extiterint? Ad quod facile respondetur ꝙ Christus diuina sua potestate pisces subito & de nouo creare, seu ex diuersis locis colligere potuit, quos item angelico ministerio potuit illico adunare. At vero sicut Petrus viso hoc signo, nihil meritis suis ascripsit, neq; inaniter gloriatus est, sed totum se humiliauit, & Christo grates rependit, eiusq; præsentia se fatebat indignum, ita dum prælatus, aut prædicator, seu exhortator, multos aut quosdam conuerterit, totum diuinæ pietati attribuat, & gratias agens nullatenus extollat, imo indignissimum arbitret, vt per eum spiritus sanctus talia operet & domino se prosternat. Ex hoc quoq; ostenditur magnitudo deuotionis, feruorisq; Petri, ꝙ ipse solus ad genua Iesu prolapsus cum tamen alijs senior esset L similiter aūt Iacobum, & Iohānem filios Zebedæi, qui erant socij Symonis ⅃ in piscando circundedit stupor nō tamen corruerūt ad genua Iesu, quamuis ipsius essent cognati. Sic quoq; omnē rite pensantem meri- F
to admirationis stupor adimplet, dum ab ipsis Christi Apostolis viris idiotis atq; simplicibus consideras totum quodammodo mundum tam cito conuersum ad tam arduam legem, tamq; incomprehensibilem fidem, quod omni pene miraculo maius reputatur miraculum, in quo & facta olim miracula quasi in suo relucent effectu. Vnde nec opus est ea frequētius iterari, quamuis deus ex sua superimmensa clementia multoties iterauerit ea, ad excitandā hominum tarditatem, qui præterita non aduertunt, nec inchoationem & processum Ecclesiæ subtiliter intuentur, atque ad confutandam hæreticorum infideliumq; aliorum insaniam.

L Et ait ad Simonem Iesus, ⅃ qui sicut se Christo singulariter humiliauit, sic meruit singulariter consolari ab eo. Cor enim contritum & humiliatum deus non despicit, sed exhilarat, & confortat. L Noli timere, ⅃ immoderato timore, ex cōsideratione tuæ paruitatis & cul-

præ ex

pe, ex contemplatione quoq; signi huius & excellentię meę, vt ideo petas me exire à te, sed in
consideratione pietatis & grę meę respira & gaude, hoc etiam omnibus nobis implendum est,
⌊ex hoc erīs⌋ .i. cito post tempus istud. Vel, ex hoc .i. post istud piscationis officium rursus ex
A hoc .i. huius tuę obedientiæ ac reuerentiæ mihi exhibitę stuporis, humilitatisq; merito, ⌊homi
nes eris capiēs⌋ .i. prędicator & apostolus efficieris, ita φ exemplo, sermone, miraculis, oratio
nibus multos conuerties, & intra ecclesiam colliges, sicut intra sagenam colliguntur, detinētur-
q; pisces. Nam & ipsa ecclesia comparatur sagenę, Christo dicente: Simile est regnum cœlorū
sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Retia autem apostolorum, &
prædicatorū fuerunt instrumenta ac media quibus homines cōuerterūt, videlicet exemplaris
vita, miracula, pdicationes & preces. Iuxta hanc similitudinem dñs in Hieremia loquitur: Ecce
ego mittam piscatores multos & piscabuntur eos. ⌊Et subductis ad terram nauibus,⌋ suis, de
quibus prædictis, ⌊relictis omnibus, quæ ibi habebant, videlicet nauibus & nauium instrumen-
tis, captisq; pisciculis. Vel, relictis omnibus hominibus qui ibi tunc aderant, ⌊sequuti sunt eū.⌋
Corporaliter eñ comitati sunt Christum, & mente deuota ei adhæserunt. ¶Sed soli Petro di-
ctum est, eris homines capiens, cur Iohannes quoq; & Iacobus sequuti sunt Christum? Insup
hoc loco non scribitur, φ Christus vocauerit eos ad sequendum se. Itaq; aduertendum q̄d
triplex fuit discipulorum istorum vocatio. Vna & prima ad solam Christi notitiam, quæ p Io
hānē describitur. Secunda fuit ad Christi familiaritatem. Tertia ad apostolatū, quæ p Matthę
um & Marcū refert. De secūda autem iam mentio facta est. Aliqui tamen dicunt, φ ista, de qua
nunc Lucas scribit, sit eadem cum illa, quam Matthæus & Marcus enarrant. Sed glossa apertè
hic contradicit: Nondum (inquit) Petrus ad apostolatum eligitur, sed ei prædicitur, φ aliquan
do sit eligendus, & istud verius reor, quia (vt dixi) hoc loco non legitur Christus alicui discipulo
rum istorum dixisse, vt se sequeretur. Præterea in Matthæo & Marco habetur, quod primo I
uenit Petrum & Andream, quibus & dixit: Venite post me. Deinde progressus pusillum, inue-
nit Iacobum & Iohannem cum patre eorum in naui, vocauitq; eos. Hic ergo habet, quod Io-
B hanne & Iacobo ingressis ad Petri nauigium, loquutus sit Petro hæc verba, & tunc pariter iue
runt cum Christo, sed & infra loquitur Lucas de illa vocatione, de qua Matthæus & Marcus.
Vnde, quod hoc loco dicitur, omnibus relictis, Christum sequuti, intelligendum est, quod ex
reuerentia Christi ad spacium iuerunt cum eo, nam & ideo secundum quosdam naues redu-
xerunt ad terram, quoniam ad eas intendebant reuerti. Porro Augustinus in libro de consen
su Euangelistarum tangit vtrunq; modum dicendi nullum determinans. Sciendum quoq; φ
in Iohanne aliquid huic miraculo simile scriptū est, quomodo scilicet discipuli isti post Chri-
sti resurrectionem vno impetu concluserunt centum quinquagintatres magnos pisces, & ibi p
miraculo adducitur, quod cum tanti essent, non est scissum rete. Hic vero ad insinuandum aliud
miraculū, fertur, quod rete rumpebatur, & nauiculę pene demergebantur, cum tamē pisces nō
elaberentur. Vnde per piscationem, de qua ait Iohannes, signatur collectio electorum intra
triumphantem ecclesiam, in qua nulla scissura est, nullumq; periculum. Per istam vero col-
lectio credentiū intra ecclesiam militantem, in qua boni malis miscentur atq; diuersa occurrūt
pericula, hæreses & schismata. ¶Deinceps narratur leprosi curatio. ⌊Et factum est cum esset I
vna ciuitatū,⌋ videlicet in Capharnaum, ⌊& ecce vir plenus lepra,⌋ id est multum leprosus,
ita quod lepra toto corpore fuit diffusa ac patens. ⌊& videns Iesum⌋ oculis exterioribus & i-
ternis, quia maiestatem & sanctitatem eius credidit ac pensauit oculo mentis, qui est intellect⁹
seu ratio, de cuius visu loquitur Christus Philippo: Qui videt me, videt & patrem. Et alibi: Bea
ti mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, ⌊& procidens in faciem,⌋ id est solo tenus se p
sternens, tam propter Christi dignitatem, quam propter curationis affectum, feruentem, ma-
gnamq; suam indigentiam, sperans se tanto celerius exaudiendum atq; curandum, quo humi
lius, syncerius q; rogaret, ⌊rogauit eum dicens.⌋ Apud Matthæum habetur, quod adorauit eū,
quod Athanasius de oratione latriæ exponit, dicendo, quod leprosus credidit Iesum esse vni-
C genitum dei, non creaturā, sed deum verum. Secundum Ambrosium vero, quod in faciem
corruit, humilitatis extitit ac pudoris. ⌊Domine si vis, potes me mundare⌋ id est de potestate
tua non dubito, quin curare me possis, si velis. Nec exprimit clarius quid affectat, quia ex sua
prostratione satis innotuit, & quoniam coram Christo plura loqui in conspectu turbæ erubu-
it. Rursus, quoniam corporalis infirmitas saluti animæ non repugnat, quemadmodum culpa,
imo frequenter salubris est, ideo eius medela non est multum importune & absolute quærenda,
sed beneplacito dispositionis diuinæ totum est committendum cum humili propriæ affe-
ctionis interpretatione, vt si curari quæramus, dummodo sit ad dei honorem, & nostram sa-
lutem, & quicquid fecerit deus, complaceat nobis. ⌊Et extendens Iesum manum, tetigit eum,
dicens.⌋ Sicut eñ pro nostra salute corpus assumpsit, ita per illud nostram est salutē operatus.
¶Vnde quem sine attactu curare potuit, tetigit. Primo, ad suæ pietatis, humilitatis, ac digna-
tionis magnitudinem ostendendam, quia hominem solo aspectu horrendum non abhorruit

tangere. Secūdo, ad nostram instructionem, videlicet ne corporaliter languidos & deformes spernamus, imo si opus est foueamus, portemus, tāgamus, cū omni cōpassionis affectu. Tertio vt p corporalē cōtactū spiritualē designaret attractum, videlicet q̄ illi vere ab omni culpa D
mūdātur, quos ipse per dona & gratiā suæ charitatis tangit ac visitat. Quarto, vt se verè assum psisse corpus ostenderet, ad cōfutationem perfidiæ impurissimi Manichæi. ⌊Volo,⌋ & quod subditur passiue legendum est, scilicet ⌊mundare,⌋ hoc est, præcipio vt à lepra munderis. Denique Christus voluit, iussit, & fecit hoc signū diuina & increata volūtate ac potestate, tanq̄ per causam simpliciter primam principalem & authoritatiuā. Volūtate quoque humana ac ptāte creata & supernaturali voluit, iussit & fecit hoc tanq̄ per causam secūdariā, instrumētalē & sub authoritatiuā, seu minus principalē, cui cōueniebat pcipiendo operari miracula, nō eo modo vt volūtati ac potestati diuinæ, imo quo ad illā fuit instrumētalis, sed qa oīs creatura fuit subiecta etiā voluntati ac potestati Christi creatæ, & qa deus per illā taliter instituit operari. Vnde & aliqui leguns, quasi iubēdo fecisse miracula, nō q̄ sua, sed diuina hoc agebāt virtute. ⌊Et confestim lepra discessit ab illo,⌋ id est in momēto seu instantanee periit & cessauit. Diuinæ etenim potestati cū sit infinita competit agere in instanti cū placet & dicere Christi efficax fuit, Augustino quoque testante, idem est rem fieri deo volente & agente. ¶ Quæri, quomō dicat
Matt. 8 Lucas factum hoc signū in vrbe, cū Matthæus scribat, quemadmodū Christo descendēte de monte, leprosus iste ipsum accesserit, sicque sanatus & postea legitur Chrūs ibi introisse Capharnaum. Ad quod aliqui dicunt, q̄d leprosus iste cœpit in via accedere, vt refert Matthæus, sed ī vrbe curatus est. Matthęus tamen propter compēdiū prosequitur eius curationē anteq̄ Christi ingressum in Capharnaū narret. Non enī Euāgelistæ in omnibus semp ordinē loci ac temporis determinate obseruāt, recitando quæ gesta sunt, sed quod principale est promunt, & id de quo vis non est determinare non curant. ⌊Et pcepit illi, vt nemini diceret.⌋ Non absolute phibuit leproso beneficium sibi impensum manifestare ac dicere, nam subditur: Sed vade, ostende te sacerdoti. Voluit ergo vt primo sacerdoti se præsentaret, ne si sacerdotes ante illius aduentū perciperent eū à Iesu curatū, ex inuidia recusarēt eū tanq̄ curatum admittere, vt dicit Chrysostomus, item vt doceret saluator vanā laudē esse vitandā, nec ea iactemus, quæ tamen E
aliunde satis apparent, quemadmodum istud factū seipsum declarauit, & coram multis fuerat factum, ⌊sed vade ostēde te sacerdoti, & offer⌋ ideo, gratias referēdo ⌊pro emūdatione tua⌋ tibi exhibita, ⌊sicut præcepit Moyses in testimonium illis,⌋ id est quemadmodum Moyses iussit curatis à lepra, vt sacerdotibus se præsentarent in testimonium illis, hoc est quatenus sacerdotes testarentur ac iudicarent illos vere esse mūdatos, & posse inter homines conuersari. Iussit equidem deus per Moysen, vt curatus à lepra, tortam panis duosque turtures, olei quoque sextarium deo offerret, iuxta ritum ibidem descriptum. ¶ Denique Christus tanq̄ nouæ & euāgelicæ legislator ac veteris legis perfector & consummator sæpe legem dignanter impleuit, ostendens legem sanctam atque diuinam fuisse, sæpenumero eā ad literam nō seruat, sed authoritatiue transcendit. Vnde & leprosum hunc tetigit, cum tamen in Leuitico tangere leprosum esset prohibitum, quāuis illud præceptū daretur secundū communē statū ac cursum hominū, obligaretque eos qui à leprosis poterāt maculari magis q̄ eos mundare, nec obligaret eos qui ex
Leuit. 14 singulari gratiæ dono leprosos possent sanare, quēadmodū & tangere mortuum fuit prohibitum, & nihilominus Helias ac Helisæus super mortuos incubuerunt, quos suscitauerunt, vt liber Regum testatur. Insuper Christus misit leprosum hunc post curationem ad sacerdotem, ne sacerdotibus occasionem contra se irrationabiliter daret, & sacerdotibus propter honorem ordinis deferendum doceret, item vt eis causam credendi in ipsum offerret.

¶ Mystice vero hoc egit, ad insinuādum, q̄ in euangelica lege quicunque lepra animæ, id est peccato p cōtritionem curatus est, nihilominus debeat sacerdotibus confiteri, & eius iudicio stare tēpore opportuno, si poterit. Postremo, si iste leprosus pro corporalis lepræ emundatione Christo tam humiliter se prostrauit, quāto magis nos pro spiritualium nostrarū purgatione leprarū, videlicet passionū & vitiorū expulsione Christo nos prosternere atque humillime supplicare debemus. cū lepra hæc spiritualis, incomparabiliter peior, nocentiorque existat q̄ corporalis. F
⌊Perambulabat autē magis sermo de illo⌋ id est fama virtutū, ac sapientiæ Christi quotidie latius diffundebatur vno alteri referente quid viderit, & Christo quotidie plura prodigia operante, atque in omnibus irreprehensibiliter se habente, ac sapientissime prædicante facundissima venustate. Ideo factum est quod subditur. ⌊Et conuenerunt turbæ multæ, vt audirent eū⌋ informari salubriter cupientes, ⌊& curarentur ab infirmitatibus suis⌋ corporalibus, non quod omnes illi fuerunt corporaliter ægri, sed quoniam inter eos multi tales fuerunt, sed & plures eorum deuote ad Christum profecti sunt, vt eius sermonibus ad emendationem vitæ perdocerentur, sicque à spiritualibus curarentur languoribus. ⌊Ipse autem secedebat in desertum, & orabat,⌋ non quod frequentia, tumultusque hominum eum in aliquo à dei contemplatione, interiorique exercitio impedirent, sed ad nostram instructionē hoc fecit, vt post occupationes vi-

nes vitæ actiuæ, post exercitia exteriora, hominũq́ frequẽtiã ad secretiora loca cõfugiamus, in
A quibus cõtemplatiuę exercitiis vitæ liberius atq́ stabilius intẽdamus, animas nostras discutia-
mus, & quicquid culpæ incurrerit defleamus, ibi quoq́ in abscondito à pietate obtineamus di
uina gratiarũ charismata ampliora, quæ redeũtes ad publicũ aliis cõmunicemus, sicut Petr⁹ lo 1. Petri 4
quitur: Vnusquisq́ sicut accepit grãm, in alterutrũ illã administrantes. Chrũs quoq́ tã actiuã
q̃ cõtemplatiuã vitã verbo & factis docere, fundare & ap pbare volebat, & pfato suo abscessu
docuit pdicatores, imo & oẽs deuitare hominũ applausus ac adulationes.

¶ Prosequutio expositionis huius capituli à loco: Et factũ est in vna dierum & Iesus sedebat docens in domo. Arti. XIII.

DEinceps recitatur aliud Christi miraculum, non tam magnum in se, quam magni-
fice ac mirabiliter factum. ⌊Et factum est in vna dierum,⌋ conuersationis & præ-
dicationis Christi in seculo isto, quo tẽpore fuit vere spiritualis dies, fulgor, seu cla-
ritas in credentium cordibus, qui tunc à Christo sole sapientiæ atq́ iustitiæ illumi Iohan. 9
nabantur, quemadmodum in Iohanne ait: Quãdiu in mundo sum, lux sum mũdi. ⌊Et Iesus se
debat docens in domo⌋ quadã ciuitatis Capharnaũ, vt Marcus exprimit. Sedere autẽ docto-
ribus congruit atq́ iudicibus. Christus aũt omniũ doctorũ ac iudicũ doctor & iudex est. ⌊Et
erant pharisæi sedẽtes & legis⌋ Mosaicæ ⌊doctores,⌋ videlicet scribæ, ⌊qui venerant ex om-
ni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalẽ,⌋ quæ fuit metropolitana vrbis Iudęæ, propter q̃d
specialiter nominatur. Iã aũt famosus factus fuit Iesus in terris præscriptis, vnde scribæ & pha
risæi cupiẽtes certificari an res ageretur à deo, venerunt ex omni castello habitationũ suarũ,
B ad considerandũ & obseruãdũ opera Christi, vel etiã quidã eorũ, ad insidiandũ & calũniandũ
moti inuidia, quia eis relictis, totus populus ad Iesum cõflueret. Porro quod ait, ex omni castel Danie. 7
lo, accipiendũ est sub distributione accõmoda. Vel hiperbolice dictũ est, ad insinuãdũ, q́ ex
valde multis castellis venerũt, ⌊& virtus domini⌋ .i. potestas Christi, ⌊erat⌋ parata atq́ ido-
nea ⌊ad sanãdũ eos,⌋ tã spiritualiter à pctis q̃ corporaliter ab ęgritudinibus eos q indigebãt.
Increata quippe Christi potestas omnipotens est, virtus quoq́ eius creata hæc potuit tanquã
causa instrumentalis ac meritoria. Potest autẽ per virtutẽ Christi, sanatiuã misericordia vel sa 1. Cori. 1
pientia, charitas seu vis operatiua signorũ intelligi, sed & ipsemet Christus per virtutẽ dñi in-
telligi potest, dicente Apostolo: Prædicamus Christũ, dei virtutẽ & dei sapientiã. ⌊Et ecce,⌋
cũ dicitur ecce, innuitur notabile seu cõsideratione dignũ esse quod fertur, ⌊viri portantes in le
cto hominẽ qui erat paralyticus,⌋ erantq́ quatuor viri illũ portantes secundũ Marcũ. Paraly
sis vero aufert naturalẽ mẽbrorũ calorẽ, motũ, progressum, mobilitatẽ, spiritumq́ vitalẽ, ope
rationes animæ per corpus deferentẽ. ⌊Et quærebant eũ inferre & ponere ante eũ,⌋ .i. coram
facie Christi, quẽ tantæ credebant clemẽtiæ atq́ potẽtiæ, q́ viso tã miserabili ægro, misereret
eius, eũq́ sanaret. ⌊Et non inuenientes qua parte eum inferrent prę turba.⌋ Domus enim ple Marci 2
na fuit hoĩbus, imo & plures foris steterũt, vt Marc⁹ docet, in quo patet, q́ cũ maxima auidita
te concurrerunt ad Iesum, potissimũ propter eius miracula, quæ abundantissime ac potentissi-
me operabatur, ⌊ascenderunt super tectũ,⌋ quod in illis partibus planũ esse solebat, ita q́ sæ-
pe hoĩes ibi sedebant ad cõfabulandũ, ⌊& per tegulas⌋ .i. per aperturã factã in tegulis tecti q́
nudauerunt, ⌊submiserunt,⌋ forte cũ funibus ⌊illũ⌋ cũ lecto ⌊in medio⌋ hominum qui aderã- Matt. 9
C ⌊ante Iesum. Quorũ fidẽ vt vidit⌋ interiori mẽtis intuitu, & sumitur hic fides pro elicito atq́ in
terno fidei actu, ⌊dixit⌋ paralytico. ⌊Homo, remittunt tibi peccata tua.⌋ in Matthæo legitur
Christus dixisse, Confide fili. Vnde secundũ Augustinũ, vtrũq́ Christus tunc dixit. ¶ Deniq́
quia hic dicit, q́ Christus vt vidit fidẽ illorũ, dixit infirmo, Remittuntur tibi peccata tua, cõstat
q́ merito fidei portitorũ illorũ ignouit infirmo. Magna nempe fuit fides illorũ, ita q́ actus eius
redundare quiuit in aliũ, & deus ex sua clementia merito vnius alteri suffragatur, imo cũ Chri
stus sit liberalissimus merita supplicũ transcendens ac desideria, frequenter plus largitur q̃ peti
tur, sicut & huic paralytico primo contulit animæ sanitatem, quamuis nec ipse nec eum portã
tes aliud postulare intenderent, q̃ corporis sospitatem. Dei nanq́ perfecta sunt opera. Pro-
pter quod generaliter credit Christus omnes sanasse in anima quos sanauit in corpore. ¶ Sed
cũ ad iustificationẽ exigat mot⁹ liberi arb. in adultis, q̃ão Chrs huic pctã dimisit, qui remissio-
nẽ illã nõ intẽdebat neq́ petebat, præsertim cũ Augustinus teste sit: Qui creauit te sine te, nõ iustifi
cabit te sine te: Et respõdẽdũ, q̃d Chrs ex sua pietate & etiã merito fidei portitorũ infudit pa
ralytico quandã displicẽtiã de ipsius peccatis, seu cõtritionẽ vel attritionẽ de eis anteq̃ peccata
dimisit eidẽ. Insuper quia hic æger longa inualitudine pro suis peccatis fuit afflictus (nam &
paralysim propter peccata sua incurrit secundũ Bedam), ideo Christus pronus fuit ad sanan-
dum eũ mente & corpore, pręsertim quia æger iste aliqualẽ habuit fidẽ potẽtiæ Christi, reci-
piendæq́ sanitatis, vt Glossa fatet. Dicit autẽ Ambrosius: Magnus dñs qui aliorũ merito igno
scit aliis, & dum alios approbat, aliis relaxat errata. Si grauium peccatorum diffidis veniã, adhi
be precatores, adhibe ecclesiam, quæ pro te precetur, cuius contemplatione quod tibi nega-

 te do

re dominus possit, ignoscat. Postremo, si paralyticus iste pro tunc forte sine mortali fuit pecca
to, tunc quod dictũ est ei, remittunt tibi peccata tua, intelligendũ est de venialibus, vel etiam D
de mortalibus quo ad remissionẽ pœnarum. ⌊Et cœperũt cogitare scribæ & pharisæi, dicen-
tes intra se, ⌋qa timore turbæ nõ audebãt hęc publice loqui, scdm Chrysostomũ. ⌊Quis ẽ hic
qui loquit blasphemiã? ⌋ .i. qui sibi vitiose vsurpat ꝙ dei est. Blasphemat eñ qui creaturę ascri
bit quod dei solius est, vel irreuerenter & false profatur de deo. Quia ergo putabant Iesum nõ
esse deum, & solũ deum posse peccata dimittere, ideo Iesum in prolatione dicti sermonis blas
Leui 24 phemasse, imo & morte meruisse senserunt, qa secundũ legẽ, blasphemi occidebant, & com-
muniter lapidabãtur. ⌊Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? ⌋ Quemadmodũ eñ in
omni peccato deus offendit, & lex eius infringitur, sic eius duntaxat est peccata dimittere, ita
Esaiæ 43 ꝙ macula culpæ tollatur. Nam si homo homini iniuriam illatam dimittat, propter hoc macu
Iob. 14 la culpę seu iniquitas nõ aufertur ab anima, nisi & deus indulgeat, qui per Esaiam loquit: Ego
sum qui deleo iniquitates tuas. Cui in Iob dicitur: Quis potest facere mundũ de immundo cõ-
ceptum semine? Nonne tu qui solus es? ¶ Præterea aduertẽdũ quod diuersis diuersimode cõ
petit dimittere seu relaxare peccata. Deo eñ hoc competit principali ac propria authoritate.
Christo autẽ secundũ naturã assumptã cõpetit hoc merito singulari, & etiam vt causæ instru
mẽtali generali & excellenti, itemq; authoritate cõcessa, sacerdotibus vero cõpetit vt causę mi
nisteriali, sed & sacramẽtis baptismi ac pœnitẽtiæ conuenit auferre peccata quadã instrumen
tali concausabilitate, gratiæ autẽ formaliter. Postremo aũt scribæ & pharisæi hi, iuxta Apsto-
lum, habuerunt quendã zelũ dei, sed non secundum sciam, quia indiscretus fuit zelus eoꝝ, imo E
Rom. 6 ex lege & prophetis ac ipsis Christi operibus, ex verbis q̃q; & actibus pcursoris, iam aduertisse
debuerant Iesum eẽ Messiã, & etiã verũ deũ, sicut ex scripturis veteris testamẽti ostendit. ⌊Vt
aũt cognouit Iesus cogitationes eoꝝ, ⌋ quas vt deus ab æterno cognouit, secundũ humanitatẽ
quoq; assumptam eas cognouit ab exordio creationis animæ suæ, sicut & cætera vniuersa prę
sentia, præterita & futura. Omnia eñ quæ deus scit scientia visionis, sciuit anima Chri à prin-
cipio incarnationis, sed iam voluit manifestare se eas cognoscere, ⌋ respondens dixit ad illos:
Quid cogitatis mala in cordibus vestris? ⌋ æstimantes me blasphemasse, & me deum non esse,
1 Re 16 sed hominem purum. Itaq; Christus secreta cordiũ intuendo ac propalando, diuinitatem suã
Iob. 24 demonstrat. Quamuis eñ homines per reuelationẽ diuinam possint hæc agere, tamẽ per pro
priam sapientiã ista peragere deo est proprium, de quo scriptum est: Dominus intuetur cor.
Et Iob: Nulla te (inquit) latet cogitatio. Atq; in psalmo: Scrutans corda & renes deus. ⌊Quid
est facilius dicere ⌋ .i. dicẽdo efficere, ⌊dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambu-
la? ⌋ quasi dicat, Vtrunq; istorũ est solius diuinæ & infinitæ potẽtiæ, quia sicut peccata dimit-
tere deo est proprium, sic paralyticum hunc curare propria potestate, authoritatiuo imperio,
subito ac pfecte non nisi increatæ dei congruit potestati. Attamẽ peccata dimittere bñ maius
in se est q̃ sanare paralysim, sed pfacto modo eã curare æqualis potẽtiæ est, sicut culpam laxa-
re. ⌊Vt autẽ sciatis ⌋ p sensibile opus, ⌊quia fili' hoĩs potestatẽ habet in terra dimittẽdi pecca
ta, ⌋ habitantibus sup terram. Sciebãt aũt hi, ꝙ Iesus p filiũ hominis intelligeret semetipsum,
⌊ait paralytico, ⌋ Hic interponit Euangelista propter intelligẽtiam clariorẽ. Chrũs etenim di
xit. ⌊Tibi dico ⌋ .i. efficaciter iubeo ⌊surge ⌋ sine alioꝝ auxilio, vtpote mea gẽte iam sanatus,
⌊tolle grabatũ tuum, & vade in domũ tuã ⌋ .i. in testimoniũ tuæ integerrimæ ac subitaneę cu F
rationis tolle lectũ tuum vsq; ad propriã domũ, qui paulo ante teipsum ferre nequibas. ⌊Et cõ
festim surgẽs coram illis. ⌋ Mox eñ vt Chrũs præcepit omnino curatus est, quia diuinæ & in-
finitæ potẽtiæ competit agere in instãti. ⌊tulit lectũ in quo iacebat, & abijt in domũ suã, ⌋ quę
in Caphanaũ fuisse putat, ⌊magnificans deũ ⌋ .i. dei maiestatẽ protestans, & sua curatione ostẽ
dens atq; magnifice laudans, ac grãs Christo agẽs, quamuis forte nondũ cognouerat, ꝙ Iesus
existat deus. Et stupor apprehendit oẽs, ⌋ hoc ẽ vehemẽs admiratio præsentes inuasit. ⌊& ma
gnificabant eũ ⌋ .i. magnũ ac omnipotentem confitebant & collaudabant, ⌊& repleti sunt ti
more, dicẽtes, quia vidimus mirabilia hodie. ⌋ ¶ Porro, admiratio oritur dum magnũ, rarum,
insolitum aut inopinatũ quid accidit cuius causa nescit. Hi ergo quia Christi omnipotentiam
ignorabant, de magnificis eius operibus vehemẽter admirati sunt. Et quãuis tantũ miraculum
libẽter ac delectabiliter viderint, saltẽ vulgares, nihilominus timore partim seruili, partimq;
reuerentiali impleti sunt, quia ex tanto prodigio magnitudinẽ diuinæ potẽtiæ, sanctitatẽq; do
mini Iesu peosantes, suam mox fragilitatẽ & culpam clarius aduerterunt, imo quasi coacti sunt
intueri, quia opposita iuxta se posita clarius elucescũt. Ex tali consideratione orta est formido
vltionis diuinæ iustitiæ, & reuerentialis pauor ad authorem miraculi. De hoc supra dictum
est. Quamuis autẽ Christus vnum solum miraculum fecerit istum curando, vidẽtes tñ profes
si sunt mirabilia se vidisse, qa in vno hoc facto multa mirabilia cõcurrebãt, & ipse modus agẽ
di pclarissimus ac mirabilissimus fuit, ꝙ .s. tam imperialiter, authoritatiue, ac subito infirmissi-
mum viꝝ curauit & confortauit, ꝙ scribas ac pharisæos tã velociter ac publice cõfutauit, ꝙ se

creta

creta cordis eorum tedarguit. At vero secundum quosdam pluraliter dixerunt, mirabilia pro pter duplicem infirmi illius curationem.s.corporalem ac spiritualem. Veruntamen spũalem A illius curam corporalibus oculis non viderunt. An vero eam fide intuiti sint, certum apparet, quod illi qui verbis Christi crediderunt factã talẽ curationem considerauerũt. Spũaliter, per paralyticum intelligit quilibet accidiosus & luxuriosus, quia sicut paralysis membra immobilia reddit, sic accidia vires animæ & corpus à del obsequio & motu virtutum retardat, & ad ea q̃ veræ salutis sunt quasi insensibilem efficit hominem, quod & luxuriam facere certum est. Quẽ admodum autem spũalis lectus hominis virtuosi ac feruidi est pax interna, castigatio carnis, constantia mentis: sic lectus talis hominis pigri & lubrici est carnalis voluptas, seu repausatio corporalis. Talem itaq; paralyticũ, qui per seipsum proficisci ad Christũ non valet, quia charitate & virtutibus non viuificat, necesse est à pastoribus, prædicatoribus, doctoribus, seu veris amicis ad Christũ deferri, vt orent pro languido squalente ac spũaliter mortuo, diuinæ pietati illum offerentes curandum. Cunq; turba carnaliũ hominũ impedimentũ accedendi præstiterit, tectum ascendant, id ẽ alta contẽplationis considerando, quẽadmodũ sapientia dei omnia cernant, nec perseueranter pulsantes repellat: sicq; p regulas.i. per talium considerationũ vias infirmum diuinæ clemẽtiæ represẽtẽt conspectui, quorum fidẽ deus conspiciens, miserebitur misero, iubebitq; ei vt lectum quo iacuit, tollat.i. carnalem quietem ac voluptatem cordi suo superimponat per tanti peccati pœnitẽtialem memoriam, deplorationem, & castigationem, & vadat in domum suam, id est, ad requiem spiritualem & pacem mentalem, seu paradisum cœlestẽ, quẽadmodum scriptum est: Conuertere anima mea in requiem tuã. Anima vero peccatrix nõ pœnitẽs, in peccato p consensum sedet, per continuationẽ seu actũ iacet, per consuetudinem dormit, ita vt Paulus eam excitare cupiens, clamet: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Porro cum alij talẽ pctõris conuersionẽ conspexerint, mirabunt, dicentes: Hæc mutatio dexteræ excelsi.i. potestatis & gr̃æ sublimis dei, implebunt quoq; timore, eo quod ipsi similẽ pœnitentiam non egerint neq; assumant, cum tamen eisdem vel alijs similibus sint impli- B cati excessibus. ¶ Post hæc Lucas describit Matthæi apostoli vocationẽ, cõuersionẽ, ac deuotionẽ. ⌊Et post hæc,⌋ videlicet curato paralytico in Capharnaum & verbis Christi ibi habitis, iamq; præscriptis cõpletis, ⌊exijt⌋ Iesus de loco quo acta sunt illa, ⌊& vidit,⌋ visu corporali, imo & amplius visu interiori per pietatis cõpassionẽ & charitatis affectũ, ⌊publicanũ⌋.i. virũ publicis negotijs deditũ, vtpote vectigalia seu tributa leuantẽ, ⌊nomine Leui,⌋ qui alio noĩe vocabat Matthæus, eratq; Matthæus nomẽ eius vulgatũ pro tẽpore quo telonearius fuit. Vnde ipsemet Euangelista Matthæus ista describens, Matthæũ ex humilitate se nominat, Lucas aũt & Marcus ipm̃ honorantes Euangelistã atq; apostolũ, tacito noĩe eius priori, Leui eum appellant, quia hoc nomẽ non fuit ei ita assuetũ in pristino suo officio ⌊sedentẽ ad teloneũ⌋.i. ad mẽsam seu locum, vel in domo vbi vectigalia cõputabant vel soluebant. Porro quod ait, sedẽtem, intelligi potest dupliciter. Primo, quod tunc situ corporali sedit ad huiusmodi mẽsam, locum seu actũ. Secundo iuxta commune modũ loquẽdi quo sedere accipit pro manere, vel esse alicubi, quemadmodũ in Chronicis scribunt pontifices tot vel tot annis in episcopatu sedisse, Et Moyses in Deuteronomio: Sedistis (inquit) in Cades Barne multo tempore. Sic igit sensus ẽ, vidit eũ sedẽtẽ ad teloneũ.i. tali officio intendentẽ seu insistentẽ, ⌊& ait illi: Sequere me,⌋ Christus non solũ secundũ quod deus, sed etiam secundũ quod homo omni creaturæ prælatus verbũ hoc dicere potuit, non solũ hortãdo vel cõsulendo, sed & præcipiẽdo, magisq; iussit Matthæũ ad spũale sui imitationẽ seu mẽtis conuersionẽ & sanctã cõuersationẽ, q̃ ad corporalem sequelã, tamẽ ad vtranq; imitationẽ eũ vocauit, sed ad corporalẽ propter spũalem. ⌊Et relictis omnibus⌋.i. vniuersis rebus suis & opibus, ⌊surgẽs⌋ à loco quo forte corporaliter sedit dũ vocabatur à Christo, vel à pristina conuersatione iniqua & à terrenis affectibus, ⌊secutus ẽ eũ,⌋ videlicet Christũ per mentis conuersionẽ & corporis gressum. Statim etenim vt Christũ audiuit se inuitantẽ cõpunctus est corde & vitã emẽdare proposuit, iuxta Christi doctrinam, sic C incepit ire post eũ. Christus nanq; qui foris vocauit verbo sonante, intus traxit gr̃a aspirante, Voluntatẽ eñ Matthæi mox immutauit, inclinauit, & inflãmauit p inspirationẽ occultã, gratiamq; infusam Ideo Matthæus non egit incaute Christũ statim sequẽdo, vt sceleratus mentitur Porphyrius, nec simile fuit de consentiẽdo ipsi Christo & hoĩbus alijs. Matthæus quoq; tanta de Christi sanctitate, potestate fama, miraculisq; audiuit, q; ei securissime cõsentire mox rationabiliter potuit, sicut & Helisæus statim sequebat Heliã, vt in libris Regũ habet, ⌊& fecit ei,⌋ videlicet Christo ⌊& discipulis eius conuiuiũ magnũ Leui⌋.i. Matthæus ⌊in domo sua⌋ in quo patet liberalitas Matthæi & reuerentia eius ad Christũ, qui in corde Matthæi omni honore fuit prædignus, ideo exhibuit ei solemne conuiuiũ. ¶ Sed si Matthæus Christũ statim fugiens secutus est, cunctis quæ habuit derelictis, quõ fecit ei in domo sua grande conuiuiũ? Respondẽdũ secundũ expositores, q; nec in Matthæo, nec in psenti cap. obseruat ordo tẽporis in recitatione huius historiæ, Nã Matthæi vocatio diu præcessit curationẽ paralytici, de quo sta

 tim

Lucæ 6 tim præhabitū est, imo præcessit sermonem Christi in monte de beatitudinibus & reliquis do
cumētis. Sequēti nanq; capitulo legit, ꝙ Iesus ascendēs in montē ante sermonē præfatū voca
uit ad se discipulos suos, & ex eis elegit duodecim apostolos, quorum Matthæus extitit vnus. D
Quod ergo hic scribit de vocatione Matthæi, p recapitulationē inserit. Quod aūt de cōuiuio
eius adiungit, secundū rectū historiæ ordinē connectit ei quod de paralytici curatione indu-
ctū est. Insup secundū multos expositores, Matthæus ad primū Christi verbum statim sequu
tus est eū. Postmodū aūt de licentia Chri simul cū Chro & eius discipulis ad domū suā reuer-
sus est, dispositurus (vt credit) de suis negotijs, & de officio suo dñis suis rationē forsan datur⁹.
⌊Et erat turba multa publicanoꝝ & alioꝝ qui cum illis⌋. i. cum Iesu & eius discipulis ⌊erant
discumbētes.⌋ Isti publicani & alij qui in Matthæo peccatores vocant, fuerunt Matthæo fa-
miliares & noti, tanq̃ eiusdē secū officij, qui eius conuersionē videntes, venerūt ad eū, q̄si valedi
cturi eidē, vel eius exēplo Christū audire & assequi cupiētes, quoꝝ etiā multos inuitauit Mat-
thæus de Christi p̄sentia & sua cōuersione exultans, aliosq; p̄fatos cōsolari & exhilarare deside
rans, vel potius occasione conuiuij ad Christum viamq; salutis adducere gliscens sicut & fecit.
⌊Et murmurabāt pharisæi & scribæ dicētes ad discipulos,⌋ scilicet Christi. ⌊Quare cum pu
Mat. 9 blicanis & peccatoribus mādu catis & bibitis?⌋ In Matthæo legunt dixisse, Quare cū publica
Marc. 2 nis & peccatoribus māducat & bibit magister vester, similiter in Marco, sed sensus redit ī idē,
quia cum discipulis māducantiū vnus & principalis extitit Chrūs. Denique in talibus q̄ Euange
listæ à multis prolata describūt, & in describendo differre vident, probabile est, ꝙ aliqui pro-
ferentiū, vsi sunt hac forma verboꝝ, alij alia, & secundū hoc Euangelistæ diuersimode referūt,
quamuis in re ipsa summe cōcordent. Itaq; scribæ & pharisæi in proprijs oculis magni, & sua
æstimatione cæteris meliores. Scribe etem̄ specialiter de scientia, pharisæi vero de religione tu
mebant, publicanos & peccatores in tantū spernebant, ꝙ dedignabant manducare cū eis, vn-
de & Christū eiusq; discipulos de tali cōmanducatione redarguebant. Habuerunt quippe in
ordinatū & rigidū dei, legisq; zelum, & false non vere iusti fuerunt, quia (vt ait Gregorius) ve
1. Cori. 5 ra iustitia compassionē, falsa iustitia dedignationē habet. ¶ Præterea argui posset, ꝙ pharisæi &
Proue. 23 scribæ iuste sint moti, cū de pctōribus Paulus scribat Corinthijs: Cū huiusmodi nec cibū su- E
Psal. 100 mere. Et Salomon in Prouerbijs: Ne comedas (inquit) cū hoie inuido. Et Psalmista: Superbo
(ait) & insatiabili corde cū hoc nō edebam. Sed ad has atq; consimiles authoritates dicendum
ꝙ peccatores idurati & pertinaces, de quoꝝ correctione spes non apparet, vitandi sunt, præci-
pue imperfectis, qui ab illis facile infici possent. Si aūt peccatores indurati non sint, sed de eoꝝ
emendatione spes videat, vitandi non sunt, præsertim ab his qui possunt seu quorum est eos
corrigere. Ideo Christus qui peccare non potuit, eos vitare non debuit, imo ex magnitudine
charitatis & pietatis se eis sic applicabat, etiā in vescendo, vt sua collatione, apparatu & exēpla
ritate eos traheret ad salutē. ¶ Sed cur scribæ & pharisæi ista nō potius loquuti sunt Christo, q̄
discipulis eius? Ad quod reor dicendū, quia verebant confutari ab eo, sicut paulo ante confuta
uerat eos, aut similes eis in paralytici cura. Dicit aūt Ambrosius, ꝙ Christus cum publicanis &
peccatoribus manducando non prohibet nos etiam cū gentibus inire conuiuium. ⌊Et respon
dens Iesus,⌋ qui (vt in Matthæo asserit) audiuit verba scribaꝝ & pharisæoꝝ, ⌊dixit ad illos⌋
scribas ⌊& pharisæos,⌋ q magistrū magis q̄ discipulos arguere intendebant. ⌊Non egent qui
sani sunt medico.⌋ ¶ Hoc vno modo exponitur tanq̃ ironice dictū cōtra scribas & pharisæos,
qui se iustos iactabant, Tanq̃ dicat, Ideo vobiscum non edo neq; vos visito, quia vestra æstima
Gene. 3 tione sani mente, iustiq; estis. Sic in Genesi ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, ⌊sed
qui male habēt,⌋ hoc est publicani isti ac peccatores, qui se peccatis vulneratos mēte fatentur,
indigent, & indigere se recognoscunt præsentia mea, qui animaꝝ sum medicus. Secundo ge-
neraliter accipi potest, ꝙ sani secundū quod tales non indigent medico formaliter dicto, scili-
cet secundum quod medicus, siue de sano & medico loquamur corporaliter siue spūaliter, quo
niam medicus secundū quod talis ordinatur ad infirmitatū & vulneꝝ curationē. Denique Chri-
stus secundū vtrāq; suā naturā est spūalis medicus animaꝝ, quia secundū diuinitatē dimittit &
aufert peccata, quæ animaꝝ sunt vulnera per principalē authoritatē, grāmq; & virtutes infun F
dit, per increatā potestatē & creationē, sed secundū assumptā humanitatem curat peccata, p̄-
statq; gratiaꝝ charismata, tanq̃ causa instrumentalis ac meritoria, itaq; tota sua in mūdo hoc
conuersatio, persequutio & passio fuit hominibus meritoria & vulneꝝ animæ curatiua. Om-
nia em̄ fecit & pertulit propter nos, nec de essentiali præmio aliquid sibi promeruit. Hoc ergo
prouerbio pulchre edocuit Chrūs se ad peccatores cōuertēdos venisse, idcirco se eos nō debe
re vitare. Postremo, quāuis oēs indigeāt Christo, inquātū est creator ad subsistendū, & inquā-
tū est cōseruator ad permanendū, & inquātū est grē dator ad bñ viuendū, nullus tñ indiget eo,
inquantū est medicus, nisi q male habet. ¶ Deinde Chrūs prouerbiū istud applicat ad seipsum
⌊Nō em̄ veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiā,⌋ quod dupliciter explanat. Primo
quasi ironice, dictū aduersus pharisæos & scribas, ꝙ scilicet Chrūs ideo eos & eis similes nō vocet,
quia

quia iustos se vane præsumant. Attamen Christus tales aliquo modo vocauit ad viam salutis
eos increpando, docẽdo, hortãdo, sed nõ vocauit eos per salutarẽ salutis consecutionẽ, seu con
A summate & efficienter, quẽadmodũ etiã nõ redemit præscitos seu reprobos, quamuis pro omi
bus mortuus sit, oẽs q̃ rede merit sufficienter, scilicet quãtum in ĩpo est. Per pc̃tõres vero intel 1. Petri 2
ligunt qui vere se pc̃tõres fatent, & corrigũt, de quibus Christus testat Venit filius hoĩs quære Lucæ, 19
re & saluũ facere q̃d perierat. Secũdo exponit specialr̃ de vocatiõe ad pœniam, qui nõ nisi pec
catoribus cõpetit, & proprie pc̃tã mortalia respicit, idcirco ad eam Chrũs nõ venit vocare iu Matt. 9
stos secundum quod tales sunt, sed pc̃tõres quibus sacr̃m pœnię est secunda post naufragiũ ta
bula scd̃m Hieronymum. Hinc notanter adiunxit Euãgelista in pœnitentiam.
¶ Postremo, de mystica significatione conuiuij Christo per Matthęum exhibiti nunc transeo,
quia super Matthæum duplicem inde expositionem induxi.
¶ Deniq; scribę & pharisæi de phabita interrogatiõe ac murmuratiõe sua instructi, cõuicti, cõ
fusi, aliã introducũt instãtiã. ⌊At illi dixerũt ad eũ⌋ puta ad Iesum ⌊Quare discipuli Iohãnis⌋
Baptistæ ⌊ieiunãt frequenter⌋ obseruãdo ieiunia legalia & aliqua supaddendo scd̃m ordinati
onẽ Iohãnis, quẽadmodũ ex speciali deuotiõe fiũt opa bona, ad superogationẽ spectantia ⌊&
obsecratiões faciũt⌋ diuturnis ac frequentibus oronibus insistendo. Est aũt proprie obsecratio Danie. 9
quando cum alicuius sacri cõmemoratiõe, seu per, vel propter q̃d sacr̃m format petitio, vt Da
niel inquit: Propter temetipsum deus meus inclina aurẽ tuam & audi, itẽ cum dicimus: Per pas
sionẽ utam salua nos Christe, & hoc dr̃ efficacissimũ genus oronis. Similiter & pharisæi ieiu Matt. 9
nant frequẽter & obsecrant, quẽadmodum autẽ in Matthæo habet, discipuli Iohãnis quæstio
nẽ hanc proposuerunt. Vnde secundum Augustinum libro de consensu Euangelistaꝝ. Oẽs
isti concordes fuerunt sic inquirendo & certatim se coniunxerunt in interrogando, ⌊tui autem
edunt & bibunt.⌋ i. discipuli tui bene se reficiunt. Veruntamẽ non est putãdum, quod iussa le
gis ieiunia, aut debitas orones omiserint sed patrẽ in abscondito exorabant, ideo eoꝝ oratiões Matt. 6
alijs non tam copiose innotuerunt, nam vt Christus vt infra habet, loquutus est eis, Oportet
B semp orare & non deficere. Itaq; iuxta Chr̃i doctrinam breuibus & frequentibus quasi iacula
torijs pcibus intendebãt. Hinc Christus in verbis sequentibus nõ fatet eos non obsecrasse, sed
nõ ieiunasse frequenter Quibus ipe ait: ⌊Nunquid potestis filios sponsi⌋ hoc est discipulos me
os qui sunt spirituales filij mei, nam & ipsi Apostoli, de quibus nunc sermo à Christo baptiza
ti credunt secundum Augustinum, à Christo quoq; p euãgelicæ legis sapientiam fuerũt spiritu
aliter regenerati seu innouati & educati, atq; p gratiã eius renati ⌊quamdiu cũ illis est spõsus⌋
per corporalem psentiam tanquam magister & pater ac dominus, ⌊facere ieiunare.⌋ Frequen
ter & afflictiue, tanquam dicat: Non potestis eos ad hoc ratiõabiliter coarctare nec decet. Quã
diu enim taliter sponsum scilicet Christum habent præsentem, tẽpus est lætitiæ spiritualis, gau
dij nuptialis & alacritatis.
¶ Porro tẽpus huius alacritatis & gaudij. s. tempus gratiæ cœpit in Christi incarnatiõe, in qua
sibi in vtero virginis tam humanam naturam quam ipsam ecclesiam iunxit ac desponsauit. A tẽ
pore autem transgressionis primoꝝ parentũ vsq; ad incarnatiõis fuit tẽpus tristitiæ & mœro
ris, tẽpusq; lugendi ac ieiunandi, itaq; Christus seipm nominat spõsum, de quo dixit Psalmo Psal. 18
graphus: Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. De quo spõso in Canticis cãticoꝝ
Salomon vaticinat, alluditq; Christus his verbis ei quod apud Iohannem ait Baptista de Chri
sto: Qui habet spõsam sponsus est, amicus aũt spõsi, q stat & audit vocẽ eius, gaudio gaudet p
pter vocẽ spõsi. Vnde & Christus cõuenienter ita loquutus est corã discipulis præcursoris, qua
si in memoriam eis reducens verba à magistro eoꝝ prolata ante hanc q̃stionẽ. Dicit autem Iohann 3
Cyrillus: Saluatoris nostri in hoc seculo demonstratio nihil aliud fuit quam quædam festiui
tas intelligibilis q̃si quãdam spõsam copulãs illi naturã, vt quondam sterilis efficeret fœcunda,
cuius sponsi filij sunt q ab eo p euãgelicam disciplinã vocati sunt. ⌊Veniẽt aũt dies cum ablat⁹
fuerit ab eis spõsus⌋ Isti fuerũt dies quãdo occisus & sepultus est Christus, & dies quidã sequẽ
C tes. Die enĩ passiones Iudæi abstulerunt Apostolis sponsum, die aũt ascẽsionis Christus seipm
abstulit eis quantum ad corporalẽ præsentiam, quemadmodũ in Iohãne: Exiui (inqt) à patre, Iohan 16
& veni in mũdum, iteꝝ relinq̃ mundum, & vado ad patrẽ. Quãtũ vero ad spũalẽ & inuisibilẽ
diuinitatis psentiam & gratiæ inhabitationẽ, Christus cũ fidelibus iugiter manet, imo & quo
ad psentiã sacramẽtalẽ, prout in Matthęo pollicet: Ecce ego vobiscũ sum cunctis diebus vsq; Mat. 28
ad consummationẽ seculi, ⌊tunc ieiunabunt in illis diebus⌋ nam & in triduo sepulturæ fuerũt
mœstissimi, nec cibus eos delectabat corporeus. Postea quoq; primitiua ecclesia in Hierusa
lem in summa vixit sobrietate, imo post paucos annos à Christi passione fuit ibidẽ in grandi
inopia, vt in eplis suis Paulus testat, qui etiam ad Corintheos de se suisq; ait: In oĩbus commẽ
damus nos, sicut dei ministros, in fame & siti, in ieiunijs multis.
¶ Præterea Augustino testante, duplex est ieiunium, vnum in tribulatione ad propitiandum
deum pro peccatis, aliud in gaudio cum tanto minus delectant carnalia, quanto spiritualiũ

maior sagina est. De primo autē ieiunio dixit Christus filios sponsi non debere ieiunare spon
so eis præsente. Secundum quoq; ieiunium in Apostolis extitisse, præsertim recepto spū san-
cto certissimū est, quando vt in Actis asserit: Omnes qui credebant, erant pariter, & sumebant D
cibum cum exultatione & simplicitate cordis. ⌊dixit autē & similitudinem ad illos⌋ per quā
ostendit quod discipulis suis non fuit subito, seu ante sponsi ablationem magnum ieiuniū im-
ponendum. Similitudo autē & exemplificatio ad clariorē intellectum præcipue conferūt. Et
quoniam Iudæa in medio Syriæ est, & pars Palæstinæ secundum Hieronymum atq; Chryso
stomum, Syris autē & maxime Palæstinis consuetudinariū seu familiare ē ad oīne verbū para
bolam applicare secundum Hieronymum, Christus quoq; bonæ illorū consuetudini se cōfor
mans, p totum euangelium frequēter similitudines seu parabolas iungit. ⌊Quia nemo⌋ hoc ē,
nullus rōnabiliter agens, ⌊commissuram⌋ id ē, particulam panni, ⌊à vestimēto nouo immit-
tit in vestimētum vetus⌋ hoc est, qui vult vestē veterē resarcire seu reformare, nō sumit à no-
ua veste frustum panni quo vetus vestimentū reformet, ⌊alioquin⌋ id est, nisi ita se habeat &
istud obseruet ⌊& nouum vestimētū rumpit⌋ illud frangendo p subtractionem necessariæ si-
bi partis, ⌊& veteri vesti non conuenit commissura à nouo⌋ id est, portio panni à noua veste
subtracta, quoniam tam dissimiles partes panni in vno non bene stant indumento.

¶ Per hoc Christus insinuat, quod simili modo his qui assueti sunt, quotidie vsq; ad plenum co
medere, nō congruat statim in ipso cōuersionis eorum principio abstinentiā magnā iniūgere.
Tales autē fuisse suos discipulos innuit Christus, sed paulatim ad pfectiora ducendi sunt, vt gu
stata spūali dulcedine, fortiores sint ad corporis afflictiōes, nec statim in conuersionis suæ ini-
tio per excessiuum rigorē terreant ac deijciant. Quo etiā confessores docent, ne noniter pœni
tentibus & cōfitentibus pœnīas nimis graues iniungāt, ne illi resiliāt. Ita & mystice in homine
commisceri nō debent act⁹ veteris nouiq; hominis, quia iuxta Ambrosiū: Discolor vestis spō
so Christo nō placet, qui p Hieremiā ait: Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi. Venite
congregamini ad deuorādum eam, sed exuenda est omnis vetustas vitiorum, ac nouitas in-
duenda virtutum, dicēte Apostolo ad Ephesios: Deponite secūdum pristinā cōuersationē ve
terē hominē, qui corrumpit secundum desideria erroris, renouamini autem spiritu mentis ve E
stræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est.

¶ Insup secundā Christi similitudinē ad idem inducit. ⌊Et nemo⌋ prudēter agēs, ⌊mittit vi-
nū nouū in vtres veteres⌋ i. in vasa antiqua propter eorum debilitatē ⌊alioquin⌋ id ē, si oppo
situm egerit fundendo mustum in vetera vasa ⌊rumpit nouum vinū vtres⌋ hoc ē, vasa talia p
suam fortem ac violentam ebulitionem cōstringit, ⌊& ipsum vinū⌋ vtribus antiquis infusum,
⌊effundetur⌋ vasis confractis ⌊ac vtres⌋ vetusti ac debiles ⌊peribunt⌋ quia rumpunt, ⌊sed vi
num nouum in vtres nouos⌋ & fortes ⌊mittēdum est, & vtraq; cōseruant⌋ videlicet, cōtinens
& contētum seu vinum & vasa. Similiter vult saluator quod discipuli sui adhuc carnales, rudes,
ac fragiles ardua virtutum exercitia in principio suæ cōuersionis ferre non poterāt, sed inno-
uandi ac confortādi erāt statim post Christi resurrectionē ac ascensionē p spūs sancti infusio-
nem, quo facto idonei fuerunt ad oīa. Itaq; spūalis feruor atq; pfectio & abstinētia, nouo vi
no comparant, quia mentē optime alunt, roborant, exhilarāt, & bonæ famæ respergūt odore.
Impfecti aūt & fragiles vtribus comparant veteribus, quia si ab eis magna exigat pfectio prot
sus deficiunt. Tales autē adhuc fuisse Apostolos probauit eorū fuga à Christo dum caperetur,
& trina negatio Petri. Hinc in religione habēt nouicij annum probationis, quo vires suas ex-
periātur, & successiue ad pfectiora ducātur. Hinc de indiscreto laboratore p Hieremiā scriptū
est: Quia plus fecit quam potuit, idcirco perijt. Et Paulus ait: Rationabile obsequium vestrum.
Hoc est, quod in Ecclesiastico Salomon loquitur: Noli esse iustus multum, neq; plus sapias quā
oportet, ne obstupescas. Quod totum ideo dicitur, vt indiscretio euitetur, & paulatim ac ordi-
nate studeamus proficere. Veruntamē omnipotentia dei, & gr̄a eius communibus legibus nō
artantur. Vnde non nulli sicut & ipse Paulus apostolus subito gratia dei tam mirabiliter præue
niuntur atq; implentur, vt statim in conuersionis suæ exordio inter perfectos habeant compu
tari, quemadmodum & Iohannes Baptista in pueritia sua. F

¶ Postremo, similitudo tertia additur ⌊Et nemo bibens vetus vinum statim vult nouū⌋ hoc ē,
non subito cōuertit se ad bibendum tantummodo mustum, ⌊dicit enim, vetus⌋ vinum ⌊me-
lius est⌋ nouo, quia communiter ita est, & quamuis ita non esset, tamen frequenter apparet, sic
ei qui assuetus est bibere vinum vetus. Difficile quippe est assueta relinquere, cum similitudo si
cut & habitus sit, quasi altera natura, propter quod consueta plus placent. Ita vult Christus, q̄d
discipuli sui à pristina consuetudine, non erant repente ad oppositum transferendi, sed paula-
tim perficiendi. Hinc & ipsi scribæ & Pharisæi literali scripturarū intelligentia assueti, spūales
Christi doctrinas capere non valebant, Carnales quoq; non statim spiritualia dulciter sapiunt,
quamuis in se dulcissima comprobentur. Vnde ea quæ dei sunt in principio difficulter adim-
plent, quæ habituati in bonis delectabiliter prosequuntur.

¶ Expositio

¶Expositio Capituli Sexti. Factum est aũt in sabbato secundo primo &c.

A Art. XIIII



Er totum Euangelium edocet, quomodo scribæ & maxime pharisæi, qui vole-
bant cæteris religiosiores cẽseri, cum tamen hypocritæ essent, insidiati sint Chri
sto & eius discipulis, quia videbant populum ad Christũ eis relictis cõfluere, pro
pter quod inuidia torquebant. Vnde in principio huius capĩs ponit alia cauilla-
tio callidorũ illorũ. ⌊Factum est autẽ in sabbato secundo, primo.⌋ circa quod scribit
Theophilus: Iudæi oẽm festiuitatẽ sabbatum nuncupabant, quia sabbatum reqes interpretat.
Multotiẽs aũt cõiungebat in Parasceue, id est, sexta feria festiuitas, & vocabant Parasceuen sab
batum propter festũ, deinde principale sabbatum immediate sequẽs dicebãt secundũ primũ,
quasi secundum à præcedentis diei festiuitate, primũ aũt quasi principale respectu illius. Vel se-
cundum Isidorum abbatem, ideo dicit secundo, quia secundum erat pascha, primum autẽ azy-
morum. Cum nanq Iudæi immolarẽt pascha de sero, sequenti die festũ azymorum celebra-
bant, & sic debere intelligi, probat Isidorus, quia Apostoli (vt statim dicetur) vellebant spicas
& manducabant, quia tunc spice flectunt à fructu, videlicet illis in locis. ⌊cum transiret Iesus per
sata,⌋ videlicet per itinera trita, sita inter segetes agri, ⌊vellebant discipuli eius spicas⌋ remouẽdo
illas à granis ⌊& manducabant grana, cõfricãtes eas manibus⌋ id est, spicas manibus suis con
fricãtes, vt sic grana extraherẽt ex spicis & pallea. Habebant enim grandẽ esuriẽ, & alimẽta se
cum non detulerũt, allegatq Beda verba Marci Euãgelistæ quod tantus fuit turbarum ad Chri
stum concursus, quod discipuli spacium manducandi non habuerũt. ⌊Quidam autem phari-
B sæorum dicebant illis:⌋ liuore non zelo æquitatis accensi. ⌊Quid facitis, quod nõ licet in sab
batis?⌋ Pharisæi isti instar inuidorũ passiões suas colore iustitiæ palliabant, proni ad increpan
dũ & sua increpatiõe propriã imperitiã ostẽderũt, quia præceptũ dei obseruatiõe sabbati nõ recte in
tellexerunt, vt cõsequenter ostendit Saluator. ⌊Et respondens Iesus⌋ Eius enim fuit discipulos Matt. 12
suos simplices ac humiles à peruersis illis defendere. Veruntamen apud Matthæum & Marcum
legũtur pharisæi Chr̃o obiectionẽ istam fecisse, sed quia multi fuerunt, probabile ẽ quod qui-
dam eorum Christo, quidam vero discipulis eis ista locuti sint. Chrũs autem pijs & mitibus Esaiæ 42
suis discipulis impleuit, quod per Esaiam de Christo prædictum est: Iudicabit in iustitia pau Hiere. 23
peres, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ, ⌊dixit: Nec hoc legistis, quid fecit Dauid &
q cum eo erant, quomodo intrauit in domum domini⌋ hoc est in tabernaculum domini in No
be vrbe sacerdotum. Ista historia primo libro Regum habet, quemadmodum Dauid Saulem
fugiens, venit ad Abimelech pontificem in Nobe, & fame laborans, petijt à pontifice cibum pro
se & socijs suis, cumq pontifex non haberet nisi panes, quibus solis sacerdotibus vesci licebat se
cundum legem, dedit eos Dauid & eius ministris, nec tamen transgressus est legem, quia necessi-
tas fuit ibi sufficiens causa dispensationis. Hoc est quod subdit: ⌊& panes propositionis sum-
psit⌋ Dauid à pontifice & manducauit, ⌊& dedit his qui cum ipso erant⌋ hoc est, socijs suis ad
manducandum.

¶Porro panes propositionis dicebantur duodecim panes, qui quolibet sabbato calidi pone-
bantur super mensam in tabernaculo domini ⌊quos non licebat manducare, nisi tantum sacer
dotibus.⌋ vt in Leuitico habetur, quod intelligẽdum est, excepto articulo necessitatis, & eui-
C dentis vtilitatis. Sic enim & cæteræ leges intelliguntur. Vbi autẽ vera necessitas aut euidens vti
litas adest, laudabiliter dispensatur, quæ si defuerint, non erit dispensatio, sed dissipatio iuris, ita
quod nec dispensator, nec dispensatiõe vtens coram deo iudice excusatur, quemadmodũ summi
pontifices Leo & Gelasius scribunt. ⌊Et dicebat illis⌋ Christus scilicet pharisæis ⌊quia⌋ id ẽ
quod ⌊dominus est filius hominis etiam sabbati⌋ quasi dicat: Ego filius hominis cum sim do
minus, sabbati omniumq dierum ac temporũ, potestatẽ & authoritatẽ plenariã habeo dispẽ-
sandi circa sabbati obseruationẽ, ideo authoritate mea mei excusant discipuli. Quibus verbis
Christus suã diuinitatẽ ac maiestatem fatet, quia dominari tẽporib' proprie soli competit deo,
quanquam Christus secundum assumptam naturam omni prælatus sit ac dominans creaturæ
per authoritatẽ concessam, participatamq potestatem. Christi quoq authoritate celebritas ces
cessauit iam sabbati & prima feria facta est celebris. ⌊Factum est autẽ & in alio sabbato, vt in-
traret synagogam & doceret⌋ Cur Christus præsertim in sabbatis ac synagogis docuerit &
multa signa effecerit, sæpius dictum est: ⌊Et erat ibi⌋ puta in synagoga ⌊homo & manus eius
dextera⌋ fuit ⌊arida⌋ id est, contracta, ⌊Obseruabant autẽ scribæ & pharisæi si sabbato cura-
ret⌋ hoc ẽ, infirmum quẽpiã supnaturaliter sanaret. ⌊Vt inuenirẽt vnde accusarẽt eum⌋ Ec-
ce peruersitas infinita, & quomodo animã infelicẽ excæcat detestanda inuidia, ita vt homo inde
deterior et, vñ merito ædificaret. Inuidia quippe oĩa etiã bene gesta eius quẽ odit, facit sinistre
interpretari, imo inuidus proponit oĩa facta eius quẽ odit obfuscare, inficiare, deprimere, quæ
ritq vias quibus hoc impleat. Sic pharisæi & scribæ humani honoris percupidi, infatigabili-
ter scrutabantur, qualiter verba & facta Chr̃i, quem oderant, apparenter coram hominibus re

proba

probarent. Illorum ergo vilissimũ vitemus rancorem illud sapiẽtiæ implentes. Nec cum tabescẽte inuidia cõmunicabo, & fortia bona facta aliorum quæ imitari non possumus aut nõ satagimus, diligamus, atque laudamus, nosipsos cõparatiõe illorum humiliantes. D

¶ Porro sup illud vt accusarent eum cõiter dicũt expositores vt accusarent eũ de trãgressione sabbati, si curaret vel de crudelitate & impotẽtia si nõ curaret. Verũtñ ex Chri verbis elicit, ꝙ nõ intẽdebãt eũ accusare, nisi de trãgressiõe sabbati si curaret, nã hãc eorum intẽtiõem cõsequẽter redarguit. [Ipse vero sciebat cogitatiões eorum] Insidiosas ac fraudulẽtas aduersum se [& ait homini qui habebat manũ aridã: Surge & sta in medio] Vt miraculũ cũctis clarius pateat, & inuidorum infamia aptius cõfutet, itẽ vt intuẽtes cõtractũ, magis ei cõdoleãt. [Et surgẽs stetit. Ait ãt ad illos Iesus: Interrogo vos] nõ ex ignorãtia, sed ex prudentia, vt vestrã insipientiã malitiã que ostendã & corrigã. [Si] .i. an [licet sabbato benefacere] videlicet opus pietatis & charitatis egẽtibus impartire, [an male] Et certum est, ꝙ nõ liceat, nec vnq̃ agere male, & an licet [animã saluã facere, an pdere?] certũque est ꝙ liceat saluare & nõ pdere. Christus ãt corpus miraculose curaturus sciscitat & de aiæ salutificatione, qa quos sanauit in corpe, sanauit & mente, pctã tollẽdo, & grãm infundẽdo. Insup corporũ curam ad animarum ordinauit salutẽ.

Matt. 12 ¶ Porro scdm Matthæum & Marcum pharisæi interrogauerũt Chrm, an curare liceret in sabbato. Lucas vero inducit Christũ illos hoc interrogasse. Ad quod in libro de cõsensu Euãgelistarum Augustinus rñdet, ꝙ pharisæi primo pposuerunt hãc q̃stionẽ, Christus ãt illorum insidias intuẽs, iussit hoiem cõtractũ stare in medio, & tũc illorum quæstionẽ repetijt, vt ad eã cõuenientius rñderet. Itaque sua quæstione ac prouidẽtia illorum præuenit calũniã, confudit versutiã, imperitiamque monstrauit. [Et circunspectis omnibus] Cum ira cõtristatus sup cæcitate cordis illorum, vt dicit in Marco: Fuit enim in Chro ira p zelum, rõnis iudiciũ nõ præueniens, sed ex eius assumpta imperio, [dixit homini] quia pharisæi & scribæ nõ responderũt. [Extẽde manũ tuam] aridã dexterã, [Et extẽdit, & restituta est manus eius] .i. sanitati & vsui naturali est reddita. Chri aũt facta operosissima erãt, ideo eodẽ momẽto quo iussit: Extende manum tuam, sanata est. Neque enim valebat extendi, nisi cõtractiõe seu ariditate sua ablata. In quo patet eminẽtia potentiæ Chri tam imperiãtis ac instãtaneæ supnaturaliter operãtis, quod nõ nisi diuina fieri potest virtute, quia & si interdum p naturam & artẽ curet cõtractus, nõ tamẽ vtique in instãti aut solo imperio, qa naturã & artẽ in talibus cõstat successiue nõ instãtaneæ opari. [Ipse aũt] Scribæ & Pharisæi [repleti sunt insipiẽtia] id ẽ, stultissimis cogitationibus, errore, inuidia, prauis cõsilijs, quia inde facti sunt peiores, vnde debuerant fieri meliores, nec tam imperiosum miraculũ potestati ascripserunt diuinæ, sed rõnabili informatiõe Christi acquiescere noluerũt, qa vt in Matthæo legit, multũ gratiose ac euidẽter illorum ignorantiam declarauit dicẽdo: Quis erit ex vobis homo qui habeat vnam ouẽ, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne leuabit

Exod. 20 eam? Quanto magis est homo melior oue? Quibus verbis ostendit saluator quod illi nõ intellexerũt veraciter præceptum de sabbati obseruatiõe. Non enĩ quemlibet actũ exteriorem in eo prohibuit p Moysen deus, sed dixit: Omne opus seruile nõ facietis in eo, & si sæpe indeterminate omne opus prohibere videatur, intelligendũ est de omni opere seruili, vt cũ in Exodo scribit: Septimo die non facies omne opus.

¶ Quo circa sciẽdum ꝙ ab opibus seruilibus sabbato fuit vacandũ, vt spũs hoĩs libere deo vacaret. Opus aũt tripliciter fert seruile. Primo, seruitute culpæ, vt actus peccati, & à tali ope feriandũ seu abstinendũ fuit & est, cunctis diebus. Secũdo, seruitute fortunæ, vt opus mechanicũ à quo sabbatis diebusque festiuis fuit vacãdũ, q̃d scriptura magis proprie vocat opus seruile. Tertio, seruitute naturæ, vt opus corporis sustẽtatiõi deseruiẽs, & à tali aliquãdo abstinẽdũ, interdũ nõ, qa aut fuit opus nõ ĩpediẽs liberã dei vocationẽ, sed adiuuãs, vt itineratio parua, & à tali nõ fuit sabbato aut festis cessandũ, aut impediẽs, & tũc vel fuit opus tale necessariũ, seu nõ, si non, tunc fuit, hinc abstinendũ, si fuerit necessariũ, aut potuit præueniri, aut differri, aut non, si potuit, fuit abstinendũ, si nõ potuit, tũc fuerat faciendũ, idcirco à pparatiõe ciborum abstinẽdũ fuit in sabbato, nõ aũt ab impugnantiũ hostiũ expugnatiõe, seu repulsione vel defensione. Pro- F

2. Mach. 2 pter q̃d in libris Machabæorum legunt statuisse Iudæi, vt cõtra hostes sibi sabbato occurrẽtes pugnarent. [Et colloquebant ad inuicẽ, quidnam facerẽt de Iesu] hoc est: Quid mali ei irrogarent. Ecce quanta malitia, quia pro maximis beneficijs intenderũt mala, imo pœnã mortis repẽdere

Marci 3 iuxta illud Matthæi: Exeuntes pharisæi conciliũ fecerunt, quomodo eũ perderent, id est, occiderẽt, & in Marco fertur, quod cum Herodianis inierũt consilium.

¶ Sed mirũ videt, ꝙ Iesus hoĩm amator tãta illorum scãdala q̃ præscierat, nõ vitabat. Ad q̃d rñdet ꝙ scãdalũ pusillorum vitãdũ est, salua triplici veritate, videlicet vitæ, doctrinæ, iustitiæ, vt qñ opus bonum nõ est de necessitate pcepti, sed de abundantia superogatiõis. Scãdalũ vero pharisæorum vitandũ nõ est, vt ideo bonũ superogatiõis omittat vel differat, qñ taliũ scãdalũ nõ ex infirmitate vel excusabili ignorãtia, sed ex malitia orit, ita vt ex dilatiõe correctio speretur.

¶ Postremo, de hac pharisæorum atque scribarum impietate, Psalmista in Christi persona prædixit:

Locutus

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa,& sermonibus odij circumdederunt me. pro eo vt me
diligerēt,detrahebāt mihi. Et: Posuerūt aduersum me mala ꝓ bonis. Hoc & in Iohanne Chrūs Psal. ●
A testat: Vt impleat(inquiēs)sermo qui in lege eoꝝ scriptus est,quia odio habuerūt me & patrē Iohan. 15
meum gratis. ¶ Spiritualiter ꝑ hominē cuius dextra aruit,intelligunt hi qui ad male agen
dū sunt expediti,ad bona opa impotentes,vel potius accidiosi atq; nolētes. Per manū nēpe vis
operatiua exprimitur,sicq; sinistra vocat vis ista vt mali actiua. Dextera vero inquātum bono-
rum est opeꝝ productiua. De talibus in Hieremia habet: Sapiētes sunt vt faciāt mala, bene aūt
facere nescierūt. Et Esaias: Væ(inquit)qui potētes estis ad bibendum vinū,viri fortes ad mis-
cēdam ebrietatē,& opus dñi nō respicitis. Tales etiā inter religiosos & clericos multi inueniunt
qui in diuini cultus obsequio mox lassant,oscitant,& festinant, seu exeunt,in confabulationibus
vero & commodis corpis fortes & alacres cōspiciunt,in quibus gřa non dominat naturæ , nec
virtus peccato, vt exigit aut expedit ad salutē. Iuxta hanc tropologiam ꝑ Zachariam de ne-
gligēte pastore tēporalia spūalibus præferente asserit: O pastor & idolū derelinquens gregē,
brachium eius ariditate siccabit,& oculus eius dexter tenebrescēs obscurabit. Tali itaq; pctori
à bonis cōtracto, atq; ab aqua salutaris sapiētiæ arido, ꝑcepit Christus, surge, id est, per pœnitē
tiam à peccati ruina resurge, iuxta illud Apostoli: Surge qui dormis, & exurge à mortuis , sta
in medio, id est, publice pœniteas, & bene age, atq; in grā ꝑseuera, & alijs exemplarē te exhibe,
qui publice es transgressus, & aliquos scandalizasti, secundum illud Apostoli: Sitis sine quærela in
medio nationis peruersæ , verbum vitæ continentes, ⌊ extende manum tuam.⌋ ad opera bo
na potentiā tibi concessam efficaciter applicata, iuxta illud Prouerbiorum: Manum suum ex-
tēdit ad pauperē. Frequēter aūt cōtingit vt Christo ita iubēte & gratiam impendi peccatori
præstante peruersi peccatoris conuersionē vidētes, homini deuoto ꝑ cuius instructionē Chrs
peccatorem ita conuertit, indignent & insidient.
¶ Cōsequenter describit Apostolorum electio. ⌊ Factum est aūt in diebus illis⌋ Quibus Chri
stus in mundo prędicauit & miracula egit. Veruntamē quod subdit & narrat hic non statim
B cōtigit post ꝑfata immediate dicta ac gesta, sed ante, videlicet priusquam Christus fecit sermo
nē in mōte, vnde quod de Apostoloꝝ electiōe hic scribit recapitulatio dicit. ⌊ exijt in montem
orare.⌋ videlicet in monte vbi fecit sermonē de beatitudinibus, ac cæteris euāgelicę legis præ-
ceptis atq; cōsilijs. ⌊ & erat pnoctans in oratione dei⌋ Christus nō verbis dūtaxat, sed rebus si-
gnis & actibus nos istruxit. Cur itaq; oraturus recessit ab alijs? Imo & à deuotis discipulis & as-
cēdit in montē, atq; tā diu orauit, totū vtiq; propter nostrā instructionē, subuētionē, & salutē
egit. Nam Chrs qui etiā scdm formā seruilē assumptā peccare nō potuit, nec impediri à bono
imo nec ꝑ aliquod aduētitium ad deuotiōis augmētū iuuari, quippe q confirmatus in bono, &
cōprehensor fuit scdm animæ portionē supremā, tantaq; virtutū ꝑfectione ab incarnatiōis
exordio adornatus, quod in eis nunq̄ in seipso profecit, sed solum quantū ad manifestationem.
Recessit ergo ab alijs oraturus, vt doceret nos suo exemplo, quatenus & nos deuotius oraturi,
ꝑcibus in peruatis discedamus ab alijs, vt deo liberius, stabilius, quietiusq; vacemus. Hinc & mō
tem cōscendit, quia & talis loci situs prouocatiuus est eleuatiōis internæ ad deū, dū inde creatu
ræ dei ex omni parte abundantius cōspiciuntur, ex quaꝝ intuitu creatoris, considerat, amatur,
honorat, atq; in admiratione habet maiestas. Rursus oraturus montem conscendit ad innuē
dū q̄ oms orans infima, & terrena debeat obliuisci, cœlestia cōtemplari, apicē mētis ascēdere
& in supremo cordis consistens deo intendere, infixa ac libera puritate. Quēadmodū in Iohā
ne Chrs testat: Veri adoratores patrem adorabūt in spiritu & veritate.
¶ Insup in orōne puigil pnoctauit, vt doceat nos nō solum in die, sed horis quoq; nocturnis
orōnibus sanctis insistere, atq; in eis diu ac feruide ꝑmanere. Insup electurus Apostolos orōnē
tā diuturnā præmisit, ad instruendū q̄ canonicis ꝑlatoꝝ electiōibus orōnes deuotissime sint
præmittendę. Vt aūt Chrysostomus ait: Tempus nocturnū deuotioni & orōni est aptius, q̄a
tūc tenebræ, quies, silentium, aspectus stellaꝝ, cōpunctionē inducūt. Hinc Hieremias monet:
C Consurge, lauda in nocte in principio vigiliaꝝ, & effunde sicut aqua cor tuum ante conspe-
ctum dñi dei tui, leua ad eum manꝰ tuas. Ideo ait Psalmista: Præuenerūt vigilias oculi mei. Et Esaie. 26
rursus: In die tribulationis meæ, deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & nō sum de
ceptus. Et Esaias loquitur deo: Anima mea desiderauit te in nocte . ⌊ Et cum dies factus esset,
vocauit discipulos suos ⌋ Qui prope montē mā̄serunt seu cōuenerūt, ibiq; Christi præstolabā
tur præceptum. ⌊ & elegit duodecim ex ipsis⌋ vt essent principales præ cæteris, ad prædicatio
nem euangelicæ legis præcipue ordinan ac dirigendi. ⌊ quos et Apostolos vocauit.⌋ Aposto
lus nanq; est nomen officij, sicut Propheta et angelus secundum Gregorium. Apostolus au-
tem dicitur quasi missus vel post missus, quia à Christo missi sunt prædicare, et post suam re-
surrectionem misit eos ad prædicandum per totum orbem. ¶ Deniq; secundū Ambrosiū
aduertendū est, cœleste consilium, quia non sapientes, non diuites, nō nobiles, sed publicanum
et piscatores quos dirigeret, elegit, ne diuitijs, aut potentiæ , nobilitatisve authoritate traxisse
mundum

mundum ad fidem videretur, vt veritatis ratio non disputationis gratia præualeret. Deinde Apostolorum nomina exprimit, ne quis alium audeat inscribere Apostolorum à Christo tunc institutorum cathalogo, quamuis & postea aliqui diuinitus sint constituti Apostoli. Vt Mat- D
thias, Paulus, Barnabas, & Syleas. L Symonem quem cognominauit Petrum, ⅃ Secundum Bedam non in hac electione vocauit eum Petrum, sed longe ante quando Andreas duxit Sy-
Act. 1 monem fratrem suum ad Iesum, cui Iesus tunc dixit: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur
Actuū. 9 Petrus, vt Iohannes describit.

¶ Sed huic obuiare videtur illud Marci: Imposuit Symoni nomē Petrus, & loquitur ibi Marcus de ele-
Iohann. 1 ctiōe Apostolorum. Ideo alij dicunt, quod illud Iohannis scriptum: Tu vocaberis Cephas, non fuit præ-
Marci 3 sentis nominis impositio, sed futuræ impositionis nominis huius prænuntiatio. Videtur autem & aliter posse dici, Petrus namque interpretatur firmus, vel obediēs seu principalis. Cephas quoque interpretatur principalis. Cum itaque in Iohāne scribitur Cephas quod interpretatur Petrus, sumitur Petrus vt interpretatur principalis, sicque tunc impositum est ei nomē Petrus, hoc est, nomen quod tantum valet vt Petrus secundum hanc Petri interpretationem, qui tunc dictus est Cephas. Postea autē vocatus est Petrus, prout Petrus interpretatur firmus siue obediēs, iuxta quem modum Christus alibi ait ad eum: Tu es Petrus, id est, firmus, & super hanc petram, hoc est, firmā demū fidei confessionem ædificabo ecclesiam meam. Ex hac immutatiōe nominis Petri, qua qui ante apostolatum vocatus est Symon, in electione ad apostolatum dictus est Petrus inducta est consuetudo, quod dum quis efficitur papa, aliud sibi nomen imponit, ad designandum specialem immutationem, quod qui alijs rector & pastor præficitur in alterum melioremque virum debet mutari. Sed vtinam in peiorem & arrogantiorem non mutetur, sicut & Saul, cui tamen prædictum fuit: Mutaberis in alterū virum. L & Andream frēm eius, Iacobum, & Iohānem ⅃ Quos tunc vocauit Boanerges, hoc est filios tonitrui, propter altisonā prædicationē eorum. Isti fuerunt consanguinei Christi, videlicet, filij Mariæ vxoris Zebedæi, quæ fuit soror Christiferæ Mariæ, Philippū & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphei filium, qui dictus est Iacobus minor, quia vocatione posterior Iacobo fratre Iohannis, vocatus est etiā frater domini seu Christi, quia corporis dispositione & forma ei simillimus fuit, quem propter eximiam suā sanctitatem Apostoli successo spiritu sancto ordinauerunt Hierosolymitanum primū Christianorum ibi episcopum, L & Symo- E
nem qui vocatur zelotes ⅃ i. Chananæus. Chana enim dicitur zelus L Iudam Iacobi ⅃ minoris frēm, qui in Matthæo vocatur Thaddæus, & secundum Hieronymū vocabatur etiā Lebbæus, quod dicitur corculus, id est, diligēs sui cordis custos. Isti duo videlicet Symon & Iudas fuerunt frēs Iacobi minoris & filij Mariæ vxoris Alphæi sororis virginis gloriosæ, vt in passionali sanctorum habetur L & Iudā Ischarioth qui fuit proditor ⅃ hoc est traditor Christi, quem licet saluator præcognosceret traditorem futurum, elegit tamē eum in Apostolum, propter futuram illius malitiam & ingratitudinē nō desinens agere quod suæ exitit bonitatis, præsertim, quia ex proditoris huius malitia sciuit, potuit & voluit magnum bonū elicere (vtpote scripturarum) de sua traditiōe impletionē, & suæ ineffabilis pietatis ostensionē, quod, s. illum fecit sibi tam familiarem atque Apostolum, à quo se præuidit tradendū, de quo in Iohanne dixerat: Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? L Et descendens cum illis ⅃ Duodecim Apostolis de superioribus locis montis, L stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius ⅃ quo verbo ostenditur quod multos habebat discipulos, nam & præter Apostolos, designauit septuaginta duos discipulos,
Iohan. 6 misitque eos binos ad vrbes ad quas ipse fuit venturus, vt infra habetur, sed & alios multos habebat discipulos, quorum aliqui sæpe recesserunt ab eo, nec eum amplius sequebantur, sicut in Iohanne habetur. Iohannes quoque scribit, quod Ioseph ab Arimathia fuit discipulus Christi, quamuis occultus metu Iudæorum, L & multitudo plebis copiosa ab omni Iudæa & Hierusalem ⅃ Quæ fuit Iudææ metropolis, ideoque nominatim exprimitur, L & maritima ⅃ hoc est, à regione sita circa mare quod secundum Bedam & Glossam non intelligitur de mari Galilææ proximo huic loco campestri, quia hoc magnum non esset, quod de illis locis venissent ad Christū sed intelligendū est de magno mari in quo Tyrus & Sydon poterant cōprehendi. Vnde & subditur: L & Tyri & Sydonis ⅃ hoc est copiosa harum vrbium gentilium multitudo. Ex quo F
claret quod maxima fuit Christi fama, quæ etiam Gentiles ex diuersis ac remotis locis attraxit, L qui venerant vt audirent eum ⅃ i. eius doctrina seu prædicatione instruerentur, atque proficerent, & forte non pauci curiositate quadā attrahebantur, cupientes illum aspicere & audire de cuius sapientia & eloquentia, potestate & signis tanta audierant, L Et sanarentur à languoribus suis ⅃ Qui languidi erant, qui comparatione aliorum pauci fuerunt L & qui vexabantur à spiritibus immundis ⅃ hoc est obsessi à dæmonibus L curabantur ⅃ i. virtute Christi liberabantur ab illis, Christus namque solo imperio expulit dæmones.

¶ Porro in eo quod dicitur, spiritibus, tangitur subtilitas naturæ dæmonum quorum peruersitas culpæ insinuatur, cum subditur, immundis, abusus quoque potentiæ seu praua operatio eorūdem exprimitur cum dicitur, vexabantur, quorum & refrenatio designatur, cum additur, curabantur.

L Et oēs

[Et omnis turba quærebat eum tangere.] Non solum infirmi, sed & alij confidentes eius tactu ab aduersitatibus tueri, à peccatis mundari, gratiæ participes fieri, seu aliquod beneficium consequi, imo secundum Marcum Marci 3 certatim & copiose irruebant in eum vt tangerent eum, cuius causa subiungit, [Quia virtus de illo exibat.] i. potestas, virtus & sanctitas in ipso consistens se in operationem extendit & præclaros effectus produxit. Itaque virtus de Christo manauit, non quod eadem numero virtus de ipso prodierit, aliosque intrauerit, sed quia potestas Christi alijs efficientiam suam impressit, quemadmodum effectus dicitur à causa procedere, & causa in effectum exire, puta per influentiam quandam. [Et sanabat omnes] infirmos, imo & eos qui corpore sani erant, ab animarum vulneribus, i. peccatis sanauit, dummodo ex parte illorum defectus non erat, sed quod in se fuit effecerint, ad quod agendum atque ad gratiam sortiendam dispo fuit Christi contactus quidam illorum pia quadam præuentione suæ misericordiæ, virtute ac merito eius. Specialiter autem loquitur Euangelista de miraculosa corporaliter infirmorum curatione, sed quoniam Christus eos sanauit in anima quos corpore curauit, vt sancti testantur, verum istud de vtraque sanatione accipitur. ¶ Circa quod quæritur, de qua Christi virtute hoc intelligatur, & quomodo humanitas Christi ad miraculosos effectus cooperabatur? Verum hæc quæstio superius sæpe tacta & aliqualiter est soluta, quæ nunc diffusius, clariusque soluenda est. Itaque miracula propriissime dicta, totam naturæ creatæ virtutem, facultatem seu authoritatem transcendunt, ideo certum est, quod sola illius potestate qui totius naturæ creator ac institutor est, fiant, tanquam virtute principaliter operante. Propter quod Psal. 71 ait Psalmista: Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus. Nihilominus sancti, tam angeli quam homines multa leguntur fecisse miracula, certumque est precibus & meritis hominum sanctorum deum frequenter signa fecisse, ita quod homines ad illa meritorie cooperabantur. Sed difficultas est, an cooperati

B sint causaliter per aliquam virtutem in eis consistentem diuinitus datam, ita quod illa potestas sit non principalis, sed instrumentalis causa effectus miraculosi. Hanc quæstionem Augustinus. xxij. de ciuitate monet, & indeterminatam reliquit. Gregorius vero libro dialogorum eius solutionem tangere videtur, dicendo, deo mente deuota adhærentes, cum rerum necessitas postulat, mira quæque aliquando faciunt ex prece, interdum ex potestate. s. diuinitus eis concessa. & hoc probat ratione, quoniam per gratiam adoptionis datur hominibus fieri filios dei, quod maius est quam facere signa, quod sæpe & malis conceditur. Ergo hominibus virtuosis videtur dari potestas operatiua instrumentaliter miraculorum. Denique Petrus oratione præmissa suscitauit Tabitam, Ananiam vero & Zephoram coniugem eius occidit, Actu. 9 non prece, sed increpatione eorum præmissa. Insuper in sermone de angelis dicit Gregorius, quod aliqui Acto. 5 electorum vi acceptæ potestatis miracula operentur, ita vt ad illum angelorum pertineant chorum per quos signa & miracula fieri solent. Ad idem arguitur, quoniam inter dona gratiæ gratis datæ ponuntur gratia sanitatum & operatio virtutum seu miraculorum. Quemadmodum ergo aliqua dona gratiæ gratis datæ ab Apostolo enumerata, videlicet sermo sapientiæ, sermo scientiæ, prophetia, donum linguarum, ponunt aliquod reale seu quandam virtutem in anima, ita de gratia faciendi miracula dicendum videtur. Insuper secundum doctores sacramenta nouæ legis efficiunt quod designant, ita quod quædam virtus in eis consistit ac ponitur instrumentaliter atque causaliter cooperatiua ad producendum gratiam sacramentalem, vel saltem dispositionem ad eam, puta characterem, cum tamen sacramenta ista in sensibilibus rebus consistant. Multo amplius apparet, quod in animabus sanctorum sit virtus quædam instrumentali concausalitate ad productionem miraculorum concurrens atque cooperans, quod quidam concedunt, quorum aliqui asserunt, quod virtus ista non insit sanctis fixe seu permansiue vt habitus, sed per modum dispositionis, passionisve transeuntis, quemadmodum prophetia, propter quod non semper ad libitum possunt miracula operari. Contra

C quod aliqui dicunt, quod licet virtus ista eis inesset vt habitus, non tamen oporteret concedere, quod facere possent miracula quoties vellent, eo quod virtus ista sit instrumentalis, quæ non agit nisi mota à principali virtute. Sed de hac re possent plurimæ difficultates moueri, & rationes pro vtraque parte adduci, quas disputantibus committendas potius puto. Insuper istam virtutem in sanctis ponentes dicunt quod ipsa tanto plus atque sublimius sit in Christi humanitate ponenda, quanto illa potius est instrumentum seu organum diuinitatis seu verbi æterni quam sancti & sacramenta, cuius scilicet verbi æterni ipsa est organum immediatum, animatum, coniunctum ac proprium, sicut corpus meum est instrumentum animæ meæ. Alij autem sancti sunt diuinitatis instrumenta separata, communia, sicut securis est instrumentum artificis. Iuxta istam positionem verbum Euangelistæ prædictum, videlicet virtus de illo exibat & sanabat omnes, non solum de diuina & increata Christi virtute miracula principaliter operante, sed & de supernaturali eius virtute creata, prædicta, miraculorum instrumentaliter productiua intelligi potest, & istud pro intelligentia sequentium de Christi miraculis valet.

¶ Prosequutio expositionis huius sexti capituli. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Articulus. XV.

ET ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.] Quamuis Christus omnibus loqueretur, oculos tamen corporales in discipulos suos specialiter dirigebat, ad insinuandum, quod ea, quæ prædicaturus fuit eis, potissimum conuenirent atque inessent, item ad innuendum, quod eos alijs proponeret in exemplum, & quia doctrinæ suæ erant cæteris capaciores. Rursus ad ostendendum specialem suum amorem ad ipsos, atque vt eos arctius sibi attraheret, dum in

omnium præsentia tam amarose ac reuerenter se ad ipsos habebat, per quod etiam alios ad su
um discipulatum incitauit. ⌊Beati pauperes.⌋ ¶ Quæri hic potest, an iste sermo sit idem cum D
illo qui à Matthæo describitur, cuius quæstionis prosequutionem ac solutionem omitto, quia
super Matthæum hinc scripsi, id vero sciendum, quia quæstio capitulo ac sermone recitat Lu
cas, Matthæus gloriosus Euangelista tribus capitulis multo plenius atque diffusius scribit, & ser-
mo ille quē tribus illis describit cap. vocatur sermo domini in monte, super quem Augustinus
specialem librum composuit, in quo sermone continetur, & datur lex euangelica, & quicquid
Matt. 5 ad optimos mores, Christianæque vitæ pertinet perfectionem, de quo quidem sermone quia
super Matthæum prolixe cōscripsi, nunc breuius pertransibo. Lucas itaque non nisi quatuor be
atitudines exprimit, quarum primam ponit eandē quam Matthæus, sed breuius, siquidem in Ma
thæo habetur, Beati pauperes spū, hic dicitur, Beati pauperes, quod dupliciter explanatur. Pri
mo, de voluntaria paupertate propter deū sponte assumpta, desiderata, vel cōplacente, qua ter-
Lucæ, 14 renæ opes seu temporalia, quantum congrue fieri potest, spernuntur vel abijciuntur, vt mens
deo & contemplationi liberius atque perfectius vacet. Vnde & Christus ait: Qui non renunti-
at omnibus quæ possidet, non potest meus eē discipulus. Tanto etenim perfectius & expeditius
anima intendit supernis ac vni super omnia necessario, quanto minus circa plura & tēporalia
occupatur, dispartitur, distrahitur. Secundo exponitur, Beati pauperes. i. humilesque in oculis suis
parui, defectuosi, seu indigentes sunt, potissimū intuitu dei, qui nihil boni se à se habere fatentur
& omne bonum deo ascribunt, ⌊quia vestrum est regnū dei.⌋ Quia Christus in discipulos vi
sum direxit, idcirco ad eos verbum hoc dirigit. ¶ In qualibet autem beatitudine duo ponūtur.
Primū est per modū meriti. Secundū per modū præmij merito correspondētis. Itaque postquam E
Christus proposuit meritū, dicēs: Beati pauperes spū, vtpote qui præfato modo terrena desp
ciunt, vel seipsos humiliant, proportionatū & consonū subiungit mox meritū, quia vestrū est
Lucæ 14 regnū dei. i. opulentia felicitatis æternæ, altitudo regni cœlestis. Præfatæ etenim paupertati il
la opulētia correspōdet, & humilitati illi sublimitas ista, quēadmodū Chrūs ait: Qui se humiliat
exaltabit. Rectissime quoque cœlestiū bonorum possessio, contemnētibus propter deū temporalia
Matt. 5 bona, promittit. Deinde secunda beatitudo subiungit, quæ à Matth[illegible]itur q̄rta. ⌊Beati qui
nunc esuritis.⌋ Cū beatitudo sit exclusiua pœnæ atque miseriæ, mirū quod Chrūs esurientes & flē
tes ac persequutionē patiētes asserit esse beatos. ¶ Sed aduertendū, q̄d duplex est beatitudo, vi-
delicet viæ & patriæ. Beatitudo viæ est actus meritorius beatitudinis patriæ. s. actus virtuosus,
quod meritū est & dispositio ad felicitatē patriæ. Itaque esurientes, flētes, aduersa patiētes, pauperes,
& cæteri, quos Chrūs nūc asserit esse beatos, beati sunt iā in re, loquēdo de beatitudine viæ suntque
beati in spe, loquēdo de beatitudine patriæ. Porro q̄d ait, Beati qui nunc esuritis. Primo expo-
1. Cori. 9 nitur de corporali esurie, prout est actus virtutis, videlicet abstinētiæ, qua quis sponte propter
Gala. 5 deū corpus suū castigat, affligit, & quodāmodo necessaria subtrahit ei, sicut ait Apl'us: Castigo
corpus meū & in seruitutē redigo. Et iterum: Qui aūt sunt Christi, carnē suā crucifixerūt cū vitijs
& cōcupiscentijs. Beati sunt quoque qui ex defectu alimentorum esuriunt, dūmodo hoc propter
deum patiēter sustineant, vel propter eum tantā elegerūt inopiā, vel propter eum alimētis pri
uati ab impijs, sicut de multis martyribus legit, Ista ergo esuries à Christo fert beata, quia est
dispositiua ad grām, introductiua ad gloriam, satisfactoria pro peccatis & delectationibus in-
ordinatis, specialē quoque illuminationē & sapiæ infusionē meretur à deo, quemadmodum Da F
Danie. 1 niele & socijs eius infudit dominus sapiam magnam, eo q̄d abstinentiæ operā contulerūt, vt le
Esaiæ 28 gitur in Daniele & in Esaia inquirit, Quem docebit dominus sciam, & quē intelligere faciet au
ditum? Vbi protinus respondet: Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere, hoc est eos qui carnales
spernunt delicias, & sensualitatē per abstinētiam ac cætera virtutū exercitia rationi subijciunt.
Ideo scriptū est: Qui amat vinum & pinguia, nō erit sapiens. Secundo exponit de spūali esurie
qua quis iustitiā cordialr appetit, prout iustitia est virtus generalis, omnisque virtus. Sic spūaliter
esurire est quotidianum profectum in omni virtute optare, dei honorationem in omnibus de
siderare, omnium reformationē ac perfectionem intime affectare, quod venit ex charitate &
Philip. 3 zelo iustitiæ. Esuriamus ergo iustitiam istā, nec vnquā satis iustos nos esse putemus, sed omni
hora satagamus proficere, cum & Apl'us dicat: Ego nō arbitror me apprehēdisse, & quæ retro
sunt obliuiscens, in anteriora extendēdo meipsum. Huius aūt beatæ esuriei præmiū subdit, ⌊quia
Psal. 16 saturabimini.⌋ i. bonis spūalibus replebimini, præsertim donis gloriæ in patria, dicēte Psalmista:
Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ibi nēpe tota capacitas ac desideriū animæ adimplentur &
tota eius potētialitas ad actū perfecte reducit, per hoc q̄d deū clare per speciē cōtemplat, ipso-
que fruitur. Vnde quicquid scire vel habere cupit, scit & habet, quod potissimū erit post corpo-
rum glorificationem. Denique etiam in præsenti taliter esurientes aliqualr saturant charismati-
bus grārum & panē sacramentali, cum & Psalmista loquatur: Benedic anima mea domino, qui re
plet in bonis desideriū tuum. Et denuo: Timete dñm omnes sancti eius, quoniā nihil deest ti-
mentibus eū. De his quoque q experiri solēt q̄ dulcis est dñs: Memoriā (inquit) abundantiæ sua-
uitatis

uitatis tuæ eructabunt. Talis aũt ructus nõ nisi de saturitate seu plenitudine quadã venit sc̃d̃m
Bernardũ, imo sæpe tãto dilectiõis feruore, tãta cõtẽplationis admiratiõe & synceritate, tanto Psal. 144
A diuinæ supsuauissimęq; bonitatis dulcore desup gratiose implẽtur, vt nec ipsimet ferre ꝑualeãt,
sed mẽte & corpe deficiãt & succũbãt, obrigescãt & langueãt, q̃d expertus fuit, q dixit: Defe-
cit caro mea & cor meũ. Et Hieremias: Factus est (inq̃t) sermo dñi in corde meo quasi ignis Psal. 72
exæstuãs, & defeci ferre nõ sustinẽs. Verũ abũdantia ista nõ est cõtinua neq; simpliciter plena,
quia interrũpitur sæpe, & ad facialẽ supbenedicti dei intuitionem, eiusq; indeficientẽ beatificã
fruitionem oĩs talis aspirat cum aplõ clamãs: Infelix ego hõ, qs me liberabit de corpore mor Rom. 7
tis huius? Seq̃tur beatitudo tertia, q̃ etiã à Matthæo tertia ponit. [Beati q nũc fletis,] i. vestra Mat. 5
vel alioꝝ pctã charitatiue & dolorose deplangitis, vel desiderio patriæ cœlestis huius exilij in
colatũ deploratis, vel Chri passionẽ meditãdo ex eius compassione lugetis. Est demum & al-
ter nobilissimus ac felicissimus fletus, nõ ex aliqua aduersitate, pęna aut tristitia manans, sed ex
syncerissima quadã cõplacẽtia supdeliciosissimi dei dũ in alta cõtẽplatiõe deus cũ singulari qua
dã claritate ac synceritate ostẽdit se intellectui cõtẽplantis, ita q̃ sinus mẽtis, & apex affectus
mox totus aperit, expanditur, absorbet, in tã supincõparabili, supq̃ pulcherrimoq; obiecto, & aĩa
ineffabilem cõplacentiã cõcipit & habet in eo, atq; ex hoc dulces p oculos guttæ funduntur;
[quia ridebitis,] i. internam cõsolationem, cordialẽq; iucunditatem in patria pro præmio sus-
cipietis. Non ergo de vana & exteriori risu hoc dictum est, sed de alacritate & lætitia spũali, dẽ
qua in Prouerbijs fertur de forti muliere: Ridebit in die nouissimo. In Iob q̃q;: Implebit os tuũ
risu, & labia tua iubilo. Hæc merces boni ploratus etiam in vita hac inchoatur, in his qui cum
Psalmista dicere possunt deo: Secũdũ multitudinẽ doloꝝ meoꝝ ĩ corde meo cõsolationes tuę
lætificauerũt animã meã. Et rursus: Quã magna multitudo dulcedinis tuę dñe. Itẽq; cum aplõ
Benedictus deus q consolatur nos in oĩni tribulatione nostra. Et denuo: Sicut abundãt passio-
nes Christi in nobis, ita per Christũ abũdat cõsolatio nostra. Clementissimus etenim dñs etiã in
præsenti seruulos suos cõsolari & lætificare dignatur frequẽter & abũdãter, eos videlicet qui
B præfatis luctibus se affligunt, q oĩne carnale oblectamentũ despiciunt, iuxta illud: Renuit con
solari aĩa mea, memor fui dei & delectatus sum. Præterea cõnotandũ, q̃ Chrũs in his duabus
beatitudinibus addit nũc dicendo: Beati q nũc esuritis, Beati q nunc fletis, ad insinuandum, q̃d
tẽpus vitæ præsentis sit tps pœnitẽtiæ ac mœroris, qa in valle lachrymarum, in carcere atque
exilio conuersamur & innumerabilia extãt pericula. Sequitur beatitudo quarta, q̃ in Matthęo
ordinat octaua. [Beati eritis cũ vos oderint hoĩes] propter veritatẽ & iustitiã vestrã seu aliã
quãcũq; virtutẽ & gratiã. Sic aũt odire nõ cõuenit nisi vitiosis hominibus. Vnde homo acci
pitur hic in malo, videlicet quantum ad id q̃d hoĩes cõmuniter magis sequũtur, q̃d est, sensua
litas, passionesq; eius, iuxta quẽ modũ ait apl̃us: Cũ sit inter vos zelus & cõtentio, nõne hoĩes
estis? Et iterũ: Si hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem, cũ tamẽ alibi protestet: Ego per Gala. 1
oĩnia oĩbus placeo. Præterea sicut amare est alicui bonũ velle, ita odire est alicui malum vel-
le. De tali odio ait Chrũs discipulis: Si mũdus vos odit, scitote qa me priorẽ vobis odio habu-
it. Et alibi: Eritis odio oĩbus hoĩbus propter nomẽ meũ. Et cũ separauerint vos à sua socie- Iohan. 15
tate quasi indignos eoꝝ cõsortio, iuxta illud Prouerbioꝝ: Abominãtur impij iustũ; Et rur- Luce 6
sus: Viri sanguinũ oderunt simplicẽ. Vnde in Iohãne habetur: Cõspirauerũt Iudæi, qa si quis Iohann. 9
cõfiteretur Iesum esse Christũ, extra synagogã fieret, & exprobrauerũt cõuitia & imprope-
ria irrogãdo, iuxta illud Petri: Si exprobramini in noĩe Christi, beati eritis. Et ad Corinthi-
os scribit apl̃us: Maledicimur & benedicimus, [& eiecerint nomẽ vestrũ] i. nomẽ & famã,
quibus Christiani vocamini. Vel, nomẽ vestrũ .i. vos ipsos execrantur tanq̃ pessimos, oĩnino
impetuose expulerint, [propter filiũ hominis] .i. ob id q̃d in me creditis, vel mihi obeditis.
& secũdum mea præcepta aut cõsilia viuitis. Itaq; quicũq; hæc patitur propter iustitiam aut
virtutẽ, patitur propter Christũ. Nõ est aũt magnum hæc pati propter proprias culpas, imo
cauendũ ne taliter patiamur. Ideo in prima sua canonica loquit princeps Apostoloꝝ: Quæ
C est gratia, si peccãtes & colaphizati suffertis, si aũt benefacientes sustinetis; hęc est gratia apud
deũ. Et iterũ ait: Nemo vestrũ patiatur vt homicida aut fur. Pręterea quamuis Christus beatos
appellet eos q odiuntur & ꝑdicta patiuntur aduersa, nõ tñ propterea optare debemus, vt a-
lij nos odiãt & infestẽt, pſertim inquantũ talia habẽt rationem peccati, imo hoc eẽt charitati
contrariũ, desiderare alioꝝ ruinam. Sed ideo Chrũs hæc dicit, vt in aduersis patiẽtiam incon-
cussam seruemus, ne propter alioꝝ odiũ & psequutionẽ viam iustitiæ relinquamus. [Gau-
dete in illa hora & exultate,] id est, dum ista patimini in eisdẽ gaudete interiori iucunditate;
& exultate exteriori lætitia, vt corde & corpore seu appetitu intellectiuo ac sensitiuo lætemi-
ni, iuxta quod scriptum est: Cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ viuum. Exultatio quip-
pe quasi extra saltatio dicitur, dum gaudium internum redundat in corpus, viresq; sensitiuas;
ita q̃ ex abundãtia interioris delectationis signa lætitiæ foris monstrãtur. Hoc fecerunt apo-
stoli, iuxta illud Actuũ: Ibant gaudẽtes à cõspectu cõsilij, quoniã digni habiti sunt pro nomi- Acto. 5.

d ij de Ie-

ne Iesu contumeliam pati. Et beatissimus Andreas ap̄lus crucem eminus videns: Gaudens (in-
Iacobi 1 quit) venio ad te, ita vt tu gaudens suscipias me. Hinc Iacob⁹: Omne gaudiū existimare fratres
cum in diuersas tentationes incideritis. ⌊ecce eñ merces vestra multa est in cœlo. ⌊ Ideo tali- D
ter gaudere & exultare debetis, quia pro tēporalibus istis persequutionibus, præmium copio-
Esaiæ 64 sum in regno cœlesti habebitis, de quo præmio Esaias & Paulus testant: Quod oculus non vi
1. Cor. 2 dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ ꝑparauit deus electis. Hoc vtiq̄ pr
mium tam multum est, vt innumerabile appellet, tam ꝑtiosum vt inconparabile asserat, tā ma
gnum vt inæstimabile sit, tam diuturnum vt interminabile existet. Quę enim beatitudo æterna,
prout beatitudo dicitur status omnium bonorum aggregatione perfectus. Hæc est vna ratio
gloriandi in aduersis, propter q̄ ait Ap̄lus: Id quod in præsenti est momentaneum & breue
tribulationis nostræ, æternū gloriæ pondus operat in nobis. Insup in aduersis gaudere debe-
mus, quia ꝑ aduersitatū sustinentiā antiquis & ꝑcipuis sanctis assimilamur, ideo addit saluator,
⌈ Secundū hæc eñ faciebant prophetis patres eoꝝ. ⌋ .i. ꝑfatis modis ꝑsequuti sunt eos, odiēdo,
abijciēdo, exprobrādo, carnales ac impij patres Iudęoꝝ tp̄is huius, à q̄bus & vos discipuli mei
Acto. 7 estis aduersa passuri. Ideo in actis loquit Stephanus eis: Dura ceruice & incircūcisi cordibus &
auribus, vos semper restitistis sp̄ui sancto, sicut & patres vestri. Quem prophetaꝝ nō sunt per-
sequuti patres vestri? ¶ Itaq̄ ex his saluberrimus Christi verbis, hortamētis & promissionibus,
Matt. 24 discamus aduersa ęquanimiter ferre, in eisdē cordialr gloriari nec fatigari, sed vsq̄ in finē inal
ate persistere, nō solū propter causas iā tactas, sed ꝑsertim, quia ꝑ hoc deū potissimū honora-
mus, dū omne aduersum lætanter ꝑferimus, eo q̄ deū frequenter inhonorauimus atq̄ offendi
mus, quem quanto syncerius, perfectiusq̄ diligimus, eo pc̄tā nostra plus displicēt nobis, & om
nem aduersitatē ac pœnam atq̄ cōfusionē propter ea libentius sustinemus, vt deo sup altissi-
mo aliq̄ saltē recōpēsatio fiat. Itē quia ꝑ aduersa à vitijs expurgamur, ad grām ꝑparamur, i om
ni virtute proficimus, Chr̄o propter nos passo assimilamur, futura tormēta euadimus, imo mi
Psal 90 sericordia & protectio dn̄i in tribulationibus potissimū prona est subuenire, sicut ait in psalmo:
Hebre. 12 Cum ipso sum in tribulatione. Hinc ad Heb. monet Ap̄lus: Per patientiā curramus proposi-
tū nobis certamē, aspiciētes in authorē fidei & cōsummatorē Iesum, q̄ proposito sibi gaudio E
sustinuit crucē. Recogitate eū qui talē sustinuit à pc̄tōribus aduersus semetip̄m contradictionē,
vt nō fatigemini animis vestris. Nōdū eñ vsq̄ ad sanguinē restitistis. ¶ Cōtemplandū est hic
quemadmodū filius dei, q̄ venit reprobare gloriā mūdi, eiusq̄ pfectū docere cōtēptū, ꝑducta
quatuor ponit, beatificat, & cōmēdat, q̄ maxime cōtrariant his quatuor q̄ mundani hoīes po
tissimū quærūt & amāt, atq̄ in q̄bus felicitatē suā cōstituūt, quoꝝ primū est, Affluētia diuitioꝝ, q̄
multoꝝ fomētū est vitioꝝ, cōtra quā ait saluator: Beati pauperes. Secūdū est carnaliū deliciaꝝ
possessio, cōtra quā loquit Chr̄us: Beati q̄ esuritis. Tertiū est ludoꝝ, iocoꝝ & vanitatū dissolu-
tio, cōtra quā dicit: Beati q̄ fletis. Quartū est tpaliū bonoꝝ, seculariūq̄ fauoꝝ procuratio, con
tra quā ꝑdicat: Beati eritis cū vos oderint hoīes, &c. ¶ Postremo hæc q̄tuor à Chr̄o inducta,
q̄tuor virtutibus cardinalibus coaptant, puta pauptas tēperātiæ, q̄ superflua resecat: esuries iusti
tiæ, cuius est corpus castigare: fletus prudētiæ, q̄ eligit hic lugere vt gaudiū acquirat æternū: ꝑ-
pessio aduersitatū fortitudini, cuius est difficilia fortiter pati. Insup Chr̄s ad ampliorē & euidē-
tiorem inductaꝝ q̄tuor beatitudinū cōmēdationem ac laudē vituperat & cōdēnat vitia eis
apposita, q̄ à mūdi amatoribus felicitates q̄dā reputant, sed à Chr̄o infallibili iudice cēsent mi
seriæ, q̄ ꝑ eas deus fons totius veræ felicitatis, eiusq̄ dona, videlicet grā in ꝑsenti & gloria ī fu
turo perdunt, atq̄ æterna obtinet dānatio. Itaq̄ ait. ⌊ Verūtamē, væ vobis diuitibus, qui habe
tis consolationē vestrā. ⌋ Itanq̄ dicat, Quāuis felices vos æstimetis, tn̄ æternæ damnationis do-
lor debet & imminet vobis. Vnde secundū Chrysostomū in scripturis ꝑ væ æterna damnatio
Matth 19 designat. Loquit aūt Christus de diuitib⁹ diuitias suas immoderate amantibus, eisq̄ abutenti
Marc. 10 bus q̄ ex eis delicate se nutriūt & cōsolatiōes habent carnales, Ideo sp̄ualē cōsolationē gustare ī
Lucæ. 18 digni sunt, sicq̄ in Matthęo dn̄s ꝑtestat: Facilius est camelū ꝑ foramē acus trāsire, q̄ diuitem
1. Tim. 6 intrare in regnū cœlorū. Apostol⁹ q̄q̄ ad Timotheū: Qui volūt diuites fieri, incidūt in tentati
Iacobi. 5 onē & laqueū diaboli & desideria vana, q̄ mergūt hominē in interitū & perditionem. Hinc Ia- F
cobus ait: Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs quę aduenient vobis. Sed non omnes
diuites tales sunt, quia sunt aliqui eis bene vtentes et liberales ac misericordes, sp̄ualia tempora
Psalm 61 libus præferentes, et illud Psalmistæ implentes: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Hinc ī
Eccli. 31 Ecclesiastico habetur: Beatus diues qui inuentus est sine macula, qui post auꝝ non abijt, nec
sperauit in pecuniæ thesauris, q̄d q̄ rarū atq̄ difficile sit, constat ex eo q̄d ilico subditur: Quis est
hic, et laudabimus eū? Fecit eñ mirabilia in vita sua. Non ergo nos cōmittamus periculo. ⌊ væ
Lucæ 21 vobis qui saturati estis. ⌋ .i. væ vobis gulosis, qui nō ad necessitatē, sed ad voluptatem vos refici
Rom. 13 tis, et fœtidā carnē superflue adimpletis. Hinc alibi ait saluator: Videte ne grauētur corpora ve
Rom. 8 stra crapula vel ebrietate. Et. Apostolus: Carnis (inquit) curam ne feceritis i desiderijs. Et ad Ro
manos: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Ideo ait Hieronymus: Non est possibile, vt
quia

quis hic impleat ventrē & in futuro mentē. Hoc est quod subdit, quia esurietis, sicut in bea
A titudinibus: ita in vitijs eis oppositis ponit Christus retributiones seu mercedes correspondē
tes. Vnde & in libro sapientiæ dicit: Per quæ quis peccauit, per hęc & punieť. Quāuis ergo gulo
si in inferno esurient per omniū bonorū delectabiliū carentiam, tñ vitio suæ gulositatis specia- Sapien. 11
liter promerent famis & sitis afflictionē. Dicit aūt Blasius: Subiectio corporis p nihil aliud sic
obtinet sicut per abstinentiam, qua sicut quodā freno decet cōpescere iuuētutis feruorem. Est
ergo abstinentia interemptio criminis, amotio passionū, vitæ spūalis initiū, obtundens in se il-
lecebrarū aculeū. Væ vobis qui ridetis nūc. Si risui debeť æterna damnatio, quis pt esse secu
rus? Sed nō de quocūq; risu iā loquiť Chrūs, verū de risu inordinato, ineptæ lætitiæ, vanæq;
dissolutionis, q tantæ immoderantiæ aut frequētiæ est, vt spūali gaudio charitatis diuinæ ppo
nať aut cōtrarieť, de quo Ecclesiastes: Risum reputaui errorē, & gaudio dixi qd frustra decipe Eccle. 2
ris? Hinc iterū Ecclesiastes protestať: Melior est ira risu, quia p tristitiā vultus corrigitur anim⁹ Eccles. 7
delinquentis. Moderatus tamē, honestus & modicus risus pro causa, loco, & tempere non p- Eccli. 21
hibetur, sed cachinnatio & dissolutio stultis cōueniunt, iuxta illud Ecclesiastici: Fatuus in risu Eccles. 7
exaltat vocē suam, sapiens aūt vix tacite ridebit. Ecclesiastes quoq; inquit: Sicut sonitus spina-
rum ardentium sub olla, sic risus stulti. Dicit hoc loco Basilius, cū dñs ridētē arguat palam, qd
nunq̄ erit fideli tempus ridendi, pcipue in tanta multitudine eorū qui in pctō moriūtur, p qbus
oportet lugere. Superfluus risus est immoderantiæ signū, & effrenis aīæ motus, sed vsq; ad vul
tus iucunditatē exprimere aīæ passionē nō dedecet. Chrysostomus quoq; dicit: Dic mihi, cur
concuteris risu & defluis qui debes assistere terribili iudicio, & ponere rōnem de omnibus quæ
B operaris? Sed obijci potest illud Sapiæ: Tempus flendi & tēpus ridēdi, qd ex dictis solutū ē.
De modesto nanq; risu hoc dicitur, quēadmodum etiā poniť virt⁹ eutrapeliæ, per quam ho-
mo moderate se habet in ludis. Talē risum sanctus Iob habuisse se pandit, dicēdo: Si quādo ri
debam ad eos, non credebant mihi. Deinde subdiť debita pęna vitiosi risus, quia lugebitis in
teriori dolore, & flebitis pœna & vlulatu exteriori in inferno, psertim quando & in corpore Iob. 29
erit ploratus, quamuis nō per lachrymarū resolutionem, sed cerebri conturbationem, & vultus
mœstissimam indispositionē. Discamus ergo risum frenare, & qui ad risum ex naturali dispo-
sitione procliuus est, specialiter ad eius refrenationē conatum adhibeat, quēadmodū qui ad iram
seu ad quodcūq; pronus est vitium, singulariter ad illius extirpationē debet conari, & qd pro-
prijs nequit viribus, diuinæ grǣ subsidio pt, imo inter ea ex qbus facile perpendiť qualis sit ho
mo, vnum est risus, de qbus in Ecclesiastico legiť: Ex visu cognosciť vir, & ab occursu faciei co
gnoscitur sensatus. Amict⁹ corporis & risus dentiū & ingressus hoīs enuntiāt deo illo. Deinde Eccli. 19
reprobatur fauor inanis, adulatio vana, secularisq; amicitia. Væ æternæ calamitatis debetur
& imminet, vobis. i. hoīes ad vosipsos reflexi, cum benedixerint vobis. i. vos & facta ve
stra iniqua laudauerint, adulationibus vos demulserint, oēs hoīes, quantumcūq; multi sint
illi, qd facere non solent nisi iniqui. Itaq; loquiť Chrūs de his, qbus vana laus placet, q adulatiōi
bus attrahunť, qui seculi huius fauorē, amicitiāq; requirūt. Itaq; tā his q̄ bñdictoribus horū væ
imminet, qa plus nocet lingua adulatoris, q̄ gladius persequutoris. Ideo (iuxta Bedā) adulatio
est nutrix peccati, ita q sicut oleū flāmis iniectū pbet eis fomentū, sic adulatio nutriť culpā, &
tñ frequēter hoc agitur, dicente Psalmista: Qm̄ laudať peccator in desiderijs aīæ suæ, & iniquus
C benediciť. Verū vt in Prouer. scriptū est: Meliora sunt vulnera diligētis q̄ fraudulēta odientis Psal 9
oscula. Huic aūt eloquio saluatoris illud Esaiæ consonat: Popule meus qui te beatum dicūt, ipsi Proue. 27
te decipiūt, & viam gressuū tuorū dissipāt. Vitemus ergo hāc pestē occultā atq; vilissimā exē- Esaiæ. 3
plo sancti, qui ait: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum aūt pctōris non
impinguet caput meū. Et Apl̄us ait: Neq; aliqñ fuimus in sermone adulationis. Insup secūdū
glossam, magna pars pene pecati est scelera non solū nō argui, sed etiā quasi bñ gesta laudari. Psal. 140
Secundum hæc faciebāt prophetis. i. falsis prophetis verba laudis, bñdictiōis & adulationis 1. Thes. 2
exhibuerūt, patres eorum, carnales patres Iudæorū qui sanctorū prophetarū verba spreue-
runt, & pseudo applauserunt, de quibus in Esaia legitur: Dicūt vidētibus, nolite videre: & as- Esaiæ 30
picientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, Loquimini nobis placentia, videte nobis er Michęę. 3
rores. De falsis aūt prophetis scriptum est: Hæc dicit dñs super prophetas, qui seducūt populū
meum, qui mordent dentibus suis, & pdicant pacē, & si quis non dederit in ore eorū quippiam
sanctificant super eū præliū. De quibus multa in Hieremia scribunť, dño loquēte, Nō misi eos, Hiere. 23
Visionē cordis sui loquuntur. Isti pseudo ad capiendū principū ac vulgi fauorem multa finxe
runt, atq; vt eis crederetur, modū loquendi verorū pphetarū assumpserūt, dicēdo: Hęc dicit do
minus. Interdū quoq; nō verbis tantū, sed & factis prophetabāt, quēadmodū in Hieremia pa Hiere. 28
tet de Anania qui cū fregisset catenā quæ fuit in collo Hieremiæ, adiecit: Hæc dicit dñs. Sic cō-
fringam iugū Nabuchodonosor regis. Idē patet in libris Regū de Zedechia, qui fecit sibi cor
nua ferrea, dicēs regi Israel, His ventilabis Siriam. Istis pseudo crediderunt, & applauserunt Iu 3. Re. 22
dæi, Hieremiam vero cōtradicentē Ananiæ, & Michæā cōtradicentē Zedechię, psequebātur

& incarcerabãt. Ecce quo in verbis ꝑhabitis æterna & increata sapiẽtia dei patris vnigenitus fi
lius Iesus Chrũs mũdi huius sapientiã & prosperitatẽ cõdẽnat, oẽmq; vanitatẽ excludit, cuius D
verba merito inducere ad cordialẽ ac plenũ mũdi cõtemptũ nos debẽt, ꝓsertim quia ea tam ri-
Lucæ 6 gorose, terribiliterq; cõdẽnat, q̃ à mũdanis hoibus vix mala putantur. Nõ enĩ ait saluator: Væ
homicidis, væ raptoribus, væ adulteris: sed, væ diuitibus, væ saturatis, væ ridentibus, væ gloriã
mũdi amantibus. Quid ergo de grauioribus fiet, si ea q̃ nec alicuius putantur excessus, æternis
puniuntur supplicijs? Potius ergo in hoc breuissimo vitę huius curriculo actibus pœnitentiæ
insistamus, reprehendi, castigari, vilipendi optemus, seu patienter saltem feramus, q̃ propter
vitæ huius incertissimæ, breuissimæq; delicias, opes, honores, infernalia incidamus tormenta,
imo quod grauius est, cœlesti ac sempiterna felicitate priuemur.

¶ Prosequutio huius sexti cap. ab eo loco q̃ dr̃: Diligite inimicos vr̃os. Art. XVI.

PAulo ante docuit Chr̃s discipulos, q̃d ab inimicis eẽnt passuri, nũc ĩstruit q̃d ipsi illis
sint acturi ac reddituri. Sed vobis dico q audistis. i. ea q̃ loq̃r diligẽter aduertitis &
nõ corpalibus tñ, sed & interioribus aurib⁹ verba mea attẽditis. Diligite ĩimicos ve
stros. i. eis q vobis volũt & cupiũt seu ĩferũt mala ecõtrario bona desiderate. Quem
admodũ aũt amare ẽ alicui bonũ velle, ita odire est alicui malũ velle. ¶ Multiplex vero est bo
nũ, videlicet bonũ delectabile, bonũ vtile, & bonũ honestũ: itẽ: aliud ẽ bonũ grẽ, aliud bonũ
naturę, aliud bonũ fortunę. Oĩbus ergo hoibus quãtũcũq; aduersantib⁹ optare debemus bo-
nũ spũale, vtpote charismata grẽ in pñti, & bona gloriæ in futuro, reliq̃ bona nõ sunt eis optã
da, vel nõ est necesse eis optare, nisi in quãtũ saluti eo͛ expediẽs est. Diligẽdi sunt ergo inimi-
ci ex charitate propter deũ, sicut amamus nosipsos, vt. s. idẽ bonũ felicitatis æternę eis optem⁹, E
q̃ ipsimet volumus nobis. Diligendi sunt ergo q̃tũ ad ipsam eo͛ naturã bonam, q̃ ad dei ima-
Gene. 5 ginẽ facti, beatitudinisq; capaces sunt, nõ q̃ ad culpã, imo sic odiendi sunt, iuxta illud: Perfecto
Sapient. 2 odio oderã illos, sed sic eos odire ẽ vere diligere, q̃a eiusdem rationis ẽ atq; ex eodẽ charitatis
Psal. 138 fonte ꝓcedit, bonũ alicuius amare, & malũ eius odire. Nil autem tã malũ, tã nociuum, tã aduer
sum est homini, vt pctm̃ ipsius. ¶ Porro scd̃m Thomã in secunda secũdę, de inimico possum⁹
loqui tripliciter. Primo, in quãtũ est inimicus, sicq; amandus nõ est, q̃a inimicitia ei⁹ pctm̃ est,
displicere nobis debet, q̃ inimicat & peccat. Secũdo cõsideratur inimicus scd̃m eẽ naturę, q̃ ad
dei imaginẽ factus est. sed tñ in vniuersali, in quãtũ est hõ, sicq; dilectio inimici est de necessita-
te salutis, q̃a ab illa gñali dilectiõe q̃ deũ, proximũq; amare iubemur, excludi nõ debet. Tertio
cõsideratur vt est singularis ꝑsona, & ita inimico͛ dilectio nõ est absolute de necessitate salutis,
Deuter. 6 q̃a nõ tenemur in speciali ad eũ motũ dilectiõis habere, imo neq; ad illos, q̃a impossibile ẽ sin-
Matt. 22 gulos singulatim amare. Veruntñ dilectio inimici taliter in speciali necessaria ẽ ad salutẽ, quo
Marci 12 ad ꝑparationẽ animi, vt. s. hõ paratus sit mente subuenire inimico, si articulus necessitatis occur
Lucæ 10 reret, & etiã actualiter charitatiue ferri ad eum causa exigẽte & casu se offerente, sed sine tali ne
cessitate, dilectionẽ impendere & subuenire, ad ꝑfectionẽ, nõ ad ꝓcepti ꝑtinet necessitatem, &
iuxta hoc ve͛ ẽ q̃ in Enchiridion loq̃tur August. Hoc tã magnũ bonũ, vt ẽ inimicos diligere
nõ est tãtę multitudinis q̃tã credimus exaudiri in orõne q̃ dicimus: Dimitte nobis debita.
Matt. 6 Sed huic Chr̃i ꝓcepto obuiare videtur q̃d ĩ veteri test. multa legunt, ex q̃bus videtur, q̃d inimici
sint odiendi. Vt cũ Moyses ait: Nõ q̃res eis bonũ, & odio habebis inimicum. In Hieremia q̃q;
habetur: Ne propitieris iniq̃tati eo͛, & pctm̃ eo͛ nõ deleatur. Ad hoc Thomas ꝓfato loco re- F
Psal. 9 spõdet, q̃ tales imprecationes & loquutiones tripliciter possunt intelligi. Vno mõ per modũ
propheticæ ꝓnũtiatiõis, vt cũ dr̃: Conuertantur pctores in infernũ. i. cõuertẽtur. Secũdo p modũ
optatiõis ex zelo iustitiæ, nõ tñ q̃tũ ad pœnã hoĩs, sed q̃ ad iustitiã puniẽtis, vt. s. diuinę iustitiæ
se optãs cõformet, q̃a nec deus lætatur in perditiõe impio͛, sed in sua iustitia. Tertio, vt deside-
rium referatur ad culpæ amotionẽ, nõ ad pœnã, vt. s. destruantur pctã, q̃bus adijci põt, q̃ ꝓfatę ĩ-
precatiões scripturæ etiã sic accipi possunt, vt inimicos optemus in vita hac taliter castigari ne
pereãt in ęternum, si vero sint inimici ecclesiæ, & boni cõis, optari põt, vt tollantur de medio,
q̃a & hoc expedit eis, ne grauius peccẽt, & ita ex æq̃tate & charitate hoc desideratur. Benefaci
te his q oderũt vos. Quia nõ sufficit intus diligere nisi dilectio ꝓcedat in opus loco & tpe op-
portunis, imo cũ nulla forma tã prõpte ac delectabiliter operetur vt charitas, q̃ & oẽs virtutes
mouet & excitat ad agẽdũ, nõ veraciter diligit aliũ, q ei exigẽtibus causa, loco, & tpe non suc-
currit nec benefacit. Cũq; ex aĩa & corpe cõstet hõ, secũdũ corpus & aĩam, bñfacere ei debem⁹,
videlicet spũalia & corporalia impẽdẽdo, scd̃m modũ prętactũ, quẽadmodũ in Prouerbijs Sa
lomon loq̃tur: Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ: si sitit potũ da illi. Hoc est q̃d ait aplũs: Noli
vinci à malo, sed vince in bono malum. Hoc & Christus implesse se pandit, dicendo Iudæis:
Multa bona ostẽdi vobis ex patre meo, propter q̃d ho͛ me lapidatis? Benedicite maledicen
tibus vobis. i. eis q vobis maledicũt, vt nõ solũ opera bona, sed etiam pia, charitatiuaq; ver-
ba pro maledictorijs verbis rependatis his, qui detrahunt vobis siue blasphemant vos. Hoc &
Paulus ad Romanos scribit: Benedicite (inquit) & nolite maledicere. Talibus ergo patienter

loquẽ-

lo ꝑmedũ eſt, ſi ſpes ſit ꝙ ex collatiõe ſeu reſpõſione ſint emẽdãdi, alioquin ſilendũ eſt caute
A & bñdicendũ occulte, ac cõdolẽdũ peccãtibus, iuxta illud Pſalmiſtæ: Poſui ori meo cuſtodiam Pſal. 138
dum cõſiſteret pc̃tõr aduerſum me, obmutui & humiliatus ſum & ſilui à bonis. Veruntñ ſi ex
maledictiõe pranoꝝ fides aliq̃ꝝ vel bonũ cõmune periclitaret̃ aut iacturam pateretur iuſtitia,
ſapiẽter ac iuſte reſpondendũ, renitẽdumve eẽt & ſi maledicẽtes ſeu pſequẽtes ſint obſtinati in
malo ſeu religioni inſidiẽtur, orare licet ex zelo iuſtitiæ vt corrigãtur ſeu puniant̃ à deo, quem-
admodũ Eſaias & Ezechias cõtra regẽ Aſſyrioꝝ oraſſe leguntur. ¶ Poſtremo ꝙ maledicẽti- 2. Par. 32
bus ſit condolendũ, oſtẽdit Chryſoſtomus dicẽs: Qui propriaſ aĩas ꝑcutiũt, digni ſunt lachry
mis & fletibus nõ maledictiõibus. Nihil eñ deteſtabilius eſt aĩa maledica, nec immundius ali-
q̃d lingua maledicẽte, hõ es, aſpidũ venena nõ euomas nec vertaris in beluã. Os tibi datũ eſt,
nõ vt mordeas, ſed vt alioꝝ vulnera ſanes. L Orate pro calumniantibus vos ⅃ q. ſ. crimina vo
bis falſe imponũt, ſeu aliter aduerſantur ſeu iniuriantur. ¶ Q̃uo aũt & q̃ñ exhibenda ſint aduer
ſarijs ſigna ſeu opa iſta dilectiõis ſanctus Thomas docet: Signa (inquiẽs) atq; effectus charita
tis ex interiori procedũt, & proportionantur eidẽ. Ideo ſicut tenemur inimicos diligere in cõi Matt. 5
de neceſſitate & ex ꝓcepto, in ſpeciali vero ſcd̃m animi ꝑparationẽ, ſic q̃q; cõmunia dilectiõis Lucæ 6
bñficia & ſigna eis ſubtrahere nephas ẽ, vt ſunt ea q̃ impẽdũtur proximis in cõi, vt dum qs orat
pro cũctis fidelibus, aũt cõitati aliq̃d ꝓſtat, ſi talia ſubtraherentur inimicis, ſignũ eẽt inuidiæ &
vindictæ, cõtra q̃d Moiſes ait in Leuitico: Non q̃res vltionẽ, nec memor eris iniuriæ ciuium Leuit. 19
tuoꝝ. ¶ Porro alia ſunt ſpecialia charitatis ſigna ſeu bñficia, q̃ alicui ſpecialr̃ exhibẽtur, & ta-
lia inimicis impẽdere, non eſt de neceſſitate ꝓcepti, niſi ſcd̃m cordis ꝑparationẽ, vt hõ ſic ſtet
B q̃d talia eis impartiret, ſi neceſſitatis articulus ſe offerret, alias hoc facere eſt pfectionis, qua qs
ſtudet non ſolũ vinci à malo, q̃d eſt neceſſitatis, ſed inſuper vincere in bono malũ, ſatagẽs ini-
micũ bñficijs ad amorẽ ſuũ inducere, q̃d ad perfectionis cumulũ pertinet, ſicut & gloſſa inſi- Rom. 12
nuat: Quo aũt qs perfectius diligit deũ, eo intuitu eius amplius amat hoĩes vniuerſos, & abun-
dãtius bñfacit eis, pſertim orando pro ipſis, & hoc maxime, q̃ñ cordialiſſime deũ cupit ab oĩ-
bus honorari ac diligi, atq; de eius inhonoratiõe ꝓcipue cõtriſtatur. Iſtud Chr̃us etiã in cruce Lucæ 23
pendens impleuit orando, pãter, ignoſce illis, prout p Eſaiã fuit ꝓdictũ, Ipſe pc̃tã multoꝝ tulit, Eſaiæ 53
& pro trãſgreſſoribus rogauit. L & ei q percutit te in vnã maxillã, ꝓbe & alterã ⅃ Iſtud conſi-
lium eſt non ꝓceptum, ideo non oportet hoc ſemper exteriori ope adimplere, ſed habere cor
præparatũ ad ſuſtinẽdum alterius percuſſionem maxillæ, antq̃ percuſſus ſcandalũ ſuſcitet,
vel contra charitatẽ q̃d operetur. Vñ & Chr̃us à ſacrilego in faciẽ cæſus alterã non præbuit,
ſed ſceleratũ ſapiẽter & charitatiue corripuit. Implẽdum eſt ergo hoc conſiliũ, ſecundum q̃d
proximo prodeſſe videtur. ¶ Hic q̃q; pẽſandum quãtum euãgelicæ legis doctrina perfectior
ſit lege Moſaica, q̃ mãdauit talẽ reddere percuſſurã cædẽti qualẽ intuliſſet. Dicit aũt Chryſo-
ſtomus: Medici dũ calce feriuntur ab inſanis & ægris, tunc maxime miſerentur eis: Tu q̃q; ſi-
milẽ habeas pietatẽ ad delinquẽtes. Ipſi eñ ꝓcipue infirmãtur, nec prius deſiſtamus q̃ amari-
tudinẽ euomuerint totã, tũc ipſi ad cor redeuntes vberes tibi grãs agẽt, & deus te coronabit,
eo ꝙ fratrẽ tuũ à peſſima ægritudine liberaſti. Sed cõtra hoc maxime agũt (vt ait Baſilius) qui
nõ ſolũ nõ cæſi indignãtur aut vlciſcunt̃, ſed etiã ſi tãta eis nõ impẽdat̃ reuerẽtia q̃nta ſe dignos
arbitrãtur. Iteꝝ ait Chriſoſtomus: Qui repercutit, legis implet mandatum non Chriſti. Sed
C dicis: Dignus eſt repercuti. Etiã. Sed tu nõ es dignus repercutere, q̃a illius diſcipulus es, q cum
malediceretur nõ maledicebat. Si alterius oculũ excutis, nunquid tuũ recuperaſti? Nõ, ſed cum
mẽbro tuo patiẽtiã perdidiſti. Diabolus procurat vulnera corporum propter vulnera aĩaꝝ, ſi
nõ repercuſſeris ab hoĩe q̃dẽ victus videris, ſed diabolũ viciſti. Itaq; ſublime eſt iſtud imple-
re cõſiliũ, ſicut & Beda affirmat: Quid tã magnũ ſicut percutiẽti ꝓbere maxillã? Nonne indig-
nãtis animus frangitur, ita ſedat̃, & p patiẽtiã huius ille mutatur, vel ad ad pœniam inuitat̃? Er
go p huius impletionẽ mãdati & cõſilij homo Chr̃o cõformatur, diabolus ab hoĩe vincitur,
plena pax inter hoĩes obtinetur L & ab eo q aufert tibi veſtimentũ, etiam tunicã noli prohibe
re ⅃ i. nõ ſolũ quiete, patienter q; feras, ꝙ veſtimẽtũ tuũ iniuſte tollat à te, ſed pmitte eũ auferre
tibi tunicã tuam, q̃ vicinior, magiſq; neceſſaria corpori extat q̃ veſtimẽtũ exterius. Circa q̃d
ait Cyrillus: Vult te dñs eẽ contemptorẽ reꝝ. Hæc eſt eñ victus aĩæ q̃ omnino auerſa ẽ à paſ-
ſione cupiditatis diuitiaꝝ, decet nãq; eũ q pius eſt obliuiſci maloꝝ, vt & ea q̃bus charos ami-
cos iuuamus perſequẽtibus cõferamus. Chryſoſtomus q̃q;: Nõ dixit, inq̃t Chr̃us, ſuſtine hu-
militer iniuriãtis animũ, ſed procede p ſapientiã & vlterius diſpone te ad pficiendũ, q̃ iniuriãs
facere cupit, & ſupera inſolẽtiã eius vbertate prudẽtiæ tuę, vt habito pudore i excellẽti patien
tia tua diſcedat. ¶ Sed dices, Q̃uo põt hoc fieri? Cũ tñ videas deũ factũ hoĩem tot paſſum pro
pter te. Et adhuc q̃ris & dubitas, q̃uo poſſibile ſit nequitias ignoſcere conſeruoꝝ? Quid tale
paſſus es quale dñs tuus? Chr̃us dũ ligaretur & flagellaret̃, ſputa perferẽs mortemq; patiens.
¶ Deniq; huic verbo eſt ſimile q̃d in Matthæo loquitur Chriſtus: Ei qui vult tecum iudicio Math. 5
cõtẽdere & tunicã tuã tollere, dimitte ei & pallium. Circa q̃ multa ſcripſi ibidẽ, propter q̃d le-

ctorē ad locū illū remitto. Aliq̄ q̄q̄ breuiter dicūt, q̄ istud sit cōsiliū, atq̄ scd̄m animi p̄parationē
intelligendū, sicut & verbū p̄cedēs, vt. s. potius sustineat hō sibi indumēta p̄dicta ac similia tolli D
q̄ suscitet scādalū, vel aliquid agat charitati contrariū. Nō aūt sustinendū eēt q̄n ex tali p̄missi-
one nutriret rapiēs in sua malitia, imo in tali casu nō eēt bonū hoc sustinere, nisi p̄pter scāda
lū, vel aliud mai⁹ malū vitādū, q̄d de scādalo pusillo⁊ veniēte, videlicet ex infirmitate aut igno
rātia maxime intelligēdū est, vel scādalū alio mō sedādū ē, vt errās primo instituat, instruat, vt
scādalizari desistat, q̄ si informari noluerit iā scādalū ei⁹ nō erit scādalū pusillo⁊ aut infirmo
rū, sed pharisæo⁊, q̄d ex malitia orit. Propter q̄d vitandū nō sunt bona t̄palia dimittēda, q̄a
hoc vergeret in detrimētū boni cōis, & rapiētibus noceret in aīa, ideo verbū Chrī intelligen
dū est scd̄m animi p̄parationē, videlicet dūmodo aliunde expediat. Bona aūt ecclesię atq̄ rei-
publicę propter scādalū vitādū dimittēda nō sunt, sicut nec cætera quæ sunt de necessitate salu
tis, q̄a taliū conseruatio imminet his q̄bus cōmissa sunt. Hæc alio⁊ dicta recitādo inducta sunt
⌊Omni aūt petēti te tribue.⌋ Nō semp tribuendū est q̄d petit, vt si q̄s petat sibi oīa bona alterius
simul dari. Itaq̄ si discrete ac rōnabiliter petit dādū est ei q̄d petit, si petito adsit facultas, dādū q̄
est scd̄m verę prudētiæ discretionē, q̄ si irrōnabilr̄ aliq̄s petit, dādū est ei sp̄uale b̄n̄ficiū. s. rectę
instructiōis, cōsolatiōis, ędificatiōis ve verbū, q̄d corpali b̄n̄ficio extat p̄stanti⁹, iuxta illud Eccl'i
Nonne ardorē refrigerabit ros? Sic & verbū melius q̄ datū. Nonne ecce verbū sup datū bonū?
Chryso. Dicit aūt Ambrosius: Eiusdē criminis est habenti sua auferre, & indigenti q̄d q̄rit denegare, cū
possis tribuere, q̄a & Chrysostomus protestat, hoīes nō d̄ni, sed dispensatores sunt diuitia⁊.
Sed istud ad eos potissimū ptinet, vt liberaliter dent egenis q̄ b̄n̄ficia pinguia habent ecclesiæ,
q̄bus ait Bern. Quia q̄cquid simplici victui atq̄ vestitui supseruauerint sibi, furtū, rapina, sacri- E
legiū q̄ existat, de hoc in Matthæo plenius dictū est. ⌊& qui aufert q̄ tua sunt ne repetas⌋. s. cū
lite & cōtētione vel cū scādalo pusillo⁊. Huic consonat illud ap̄li: Iā oīno delictū est in vobis q̄
iudicia habetis inter vos. Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare nō magis fraudē patiminis
1. Cor. 6 Circa q̄d loquit Aug. Hoc ipsum vestro peccato agit, q̄ inter vos negotia iudicio determinan
da habetis, q̄n peccatū est h̄re iudiciū cōtra fratrē. ¶ Porro si hoc absolute intelligat, daret in-
iustis & impfectis grādis libertas atq̄ occasio rapiendi bona alio⁊ maxime innocentū, iō aliq̄
addūt, q̄ pfectis liceat sua repetere simplr̄, hoc est sine lite, sine cā, absq̄ iudicio. Sed nō cōuenit
eis inde mouere cām corā iudice. Infirmis vero seu impfectis licet repetere sua coram iudice,
& cōtra fratrē habendo iudiciū sed nō contētiose aut fraudulenter, seu corā iudice infideli. Sed
nec hoc videt satis resolutorie dictū. Ecclesia nāq̄ nō peccat h̄n̄do iudicia, & religiosis licet co
rā iudice sua repetere. Fideles quoq̄ in terris infideliū habitātes, nec iudices fideles h̄re valentes
possunt vt apparet, ad infideles cōcurrere iudices. Hinc alij dicūt, q̄ liceat nō aūt expediat secu
laria h̄re iudicia, & q̄d religiosis ac pfectis licet corā iudice sua repetere quasi bona coīa, nō ve
p̄pria. Itaq̄ verbū hoc saluatoris sicut & cętera q̄dā p̄habita itelligēdū est scd̄m animi p̄parati-
Leuit. 19 onē, & dūmō aliūde expediat, vt hō parat⁹ sit pati dānū q̄ scādalū pusillo⁊ suscitet, si illud aliter
Matt. 22 sedari nō valeat, aut aliud agat charitati contrariū. ⌊Et prout vultis⌋ volūtate rōnabili discreta
Marci. 12 ⌊vt faciāt vobis hoīes, & vos facite illis similiter.⌋ hoc enī sēna reqrit dilectio, vt sicut tenemur
Lucæ 10 p̄ximos diligere tanq̄ nosipsos, ita tenemur facere eis sicut nobis ab ip̄is fieri cupim⁹. ¶ Præte
Roma. 13 rea iter p̄cepta legis naturalis sunt duo coīa atq̄ p̄cipua, q̄⊃ primū ē negatiuū, vt habet in To
Galata. 5 bia: Q̄d ab alio oderis tibi fieri, vide ne alteri facias, aliud est affirmatiuū, & ponit hic à Christo,
Tobiæ 4. & q̄m istud affirmatiuū est maioris pfectiōis maius q̄ continet q̄ negatiuū illud p̄fatū, ideo de- F
cuit hoc à Chr̄o in euāgelica lege, q̄ est lex pfectionis p̄poni. Implēdū ē aūt p̄ceptū illud loco
& t̄pe opportunis. Et q̄ aliq̄s pfectius illud ipleuerit, eo i charitate pfectior cōprobat. ⌊& si di
ligitis illos qui vos diligūt⌋. i. si illos dūtaxat diligitis ⌊q̄ vobis ē grā?⌋ i. merces à deo p̄stāda,
vtiq̄ nulla de cōdigno, & nisi pœnitendo, inimicos quoq̄ dilexeritis. ⌊Nā & pctōres diligen-
tes se diligūt⌋ quia hoc naturale est. Verūtn̄ pctōres nō sp̄ diligūt eos à quibus sp̄ualiter diligūt,
imo frequēter odiūt eos, quia corripiūtur aut castigant ab eis. sicut in Prou. scriptū ē: Nō amat
pestilēs eū qui se corripit. Et Amos: Odio (inquit) habuerūt corripientē, & loquētē perfecte ab-
ominati sunt. Signū aūt q̄ quis diligat amicos nō ex charitate q̄ est amor ifusus ac sp̄ualis, & me
ritorius, sed ex amore carnali, naturali, sociali,. Mercenario āt similis est dū inimicos non dili-
git, quia charitas se extēdit ad oēs. Qui inimicos nō diligit in pctō mortali ē, tāq̄ diuīæ iobedi-
ens iussiōi, idcirco talis, nihil meret à deo de condigno, nec aliq̄d p̄miū felicitatis ęternæ, q̄uis
de⁹ ex sua pietate nullū bonū, etiā in pctō mortali factū, reliq̄t irremūeratū, q̄a aliq̄d i vita p̄n̄ti
repēdit p̄illo. ¶ Porro amicos diligere sp̄ualiter. s. p̄pter deū ex charitate, & nō tm̄ q̄a amici sunt,
seu q̄a nos diligūt, meritoriū ē vitę æternæ, sicut & oīs act⁹ ex charitate p̄cedēs, imo multo ina
turalius vitiosius q̄ cōsisteret nō amare amicos, q̄ nō amare inimicos. Plures namq̄ sunt rōnes
diligēdi amicū q̄ inimicū. Grā āt naturā nō destruit, aut tollit, sed pficit, p̄pter q̄ dilectio sp̄ua
lis, dum naturalem amorē sibi substernit, format ac perficit perfectissima dr̄. Quid aūt sit meli
us magis q̄ meritoriū diligere amicum vel inimicū, tetigi super Matthæum, Dicit circa hæc

Chryso.

Chrysostomus: plures causę sunt q̃ varias dilectiões cõstituũt, Dilectio vero spũalis vniuersas ꝑ
cellit. Nihil enĩ terrenũ eã parit, nõ vtilitas, nõ bñficiũ, nõ natura, nõ tẽpus, sed de cœlo descen
A dit. Quid aũt miraris, si nõ indiget bñficio vt cõsistat, qñ nec ex casu maloꝝ puertit̃: Pr̃ gdẽ car
nalis passus iniurias, rũpit fœdus amoris, cõiunx post iurgia, virũ relinquit. Fili⁹ si lõgæuũ vide Actu. 14
at patrẽ, grauat̃. Sed Paulus apl̃us iuit ad lapidãtes bñfacturus eis. Moyses pene lapidabat̃ à Iu Exo. 17
dæis, & tñ orabat pro eis. Adipiscamur ergo spũales amicitias, q̃ sunt insolubiles. ¶ Deniq; q
aliũ spũaliter diligit intuitu dei, hoc agit, ita ꝙ deus est finis, & rõ diligẽdi, optatq; proximo bo
na grę in ꝑsenti, & dona glię in futuro, ita vt diligat eũ, vel quia bonus est vel vt bonus fit, id
circo q̃uis ille ingratus & malus sit, iste illũ nõ cessat diligere. Diligere quoq; aliũ propter bonũ
opus q̃d agit gratuitũ est, diligere vero propter bñficiũ seu propriũ cõmodũ, mercẽnarium ẽ.
⌊ Et si bñfacitis his q vobis benefaciũt, q̃ vobis ẽ gr̃a? ⌋ .i. ꝑmiũ desup dãdũ, ⌊ siqdẽ & pctõres
hoc faciũt ⌋ q cũ sint in pctõ mortali, nihil meritoriũ vitæ ęternę opant̃. Istud rursus itelligi de
bet, sicut verbũ ꝑcedẽs, videlicet ꝙ bñfactorib⁹ & nõ malefactorib⁹, seu aduersarijs bñfacere,
vtpote nõ intuitu dei, nec ex spũali dilectiõe, sed q̃a bñfactores sunt, nõ sit alicui⁹ meriti apud
deũ. Nihilomin⁹ prauissimũ & innaturalissimũ esset, bñfactoribus nõ repẽdere vicẽ pro posse,
tpe opportuno, imo magis debitũ hoc est, q̃ benefacere alijs, sed dũ q̃s sic benefacit benefaciẽ
tibus sibi, ꝙ alijs nõ benefacit loco & tpe cõgruis, signũ est ꝙ illis bñfacit nõ ex dei amore, sed
solũ q̃a benefecerũt sibi. ⌊ Et si mutuũ dederitis his ⌋ hoc ẽ, pecuniã aut simile q̃d cõcesseritis
illis. ⌊ à quib⁹ speratis recipere ⌋ in persolutione q̃d mutuastis, ⌊ quę gr̃a ẽ vobis ⌋ .i. à deo mer
cedẽ habebitis nullã in vita btã, q̃d intelligẽdũ ẽ, qñ mutuũ alicui cõcedit̃, nõ ex charitate spũa
li dei & proximi, & propter ꝑmiũ vitę æternæ, sed ex affectu carnalis vel naturalis amoris cũ
proposito repetẽdi. ⌊ Nam & pctõres pctõribus fœnerant̃ ⌋ Aliqua concedẽdo, ⌊ vt recipiant
æqualia ⌋ .i. tãta seu tãti valoris vt sunt quæ mutuauerũt seu cõcesserũt. Itaq; pl⁹ pctõres à Chri
sto censent̃ qui ad vsurã cõcedũt. ⌊ Veruntñ diligite inimicos vestros ⌋ naturã seu ꝑsonã, non
culpã in illis amãdo, ⌊ & benefacite eis ⌋ Istud iã pauloante dictũ est, atq; expositũ, ⌊ & mu-
B tuum date ⌋ .i. cõcedite ⌊ nihil inde sperantes ⌋ .i. vltra q̃d cõcessistis nil exquirẽtes, nec fauorẽ,
aut seruitiũ tpale, seu sile aliq̃d, nec propter tpale, q̃d principaliter mutuãtes, sed principalr̃ ex
dei amore propter felicitatẽ æternã. Vnde p Ezechielẽ dñs iubet. Vsurã & supabundãtiã non Ezec. 18
accipietis. Et Psalmista virũ iustũ describẽs: Pecuniã (inquit) suã nõ dedit ad vsurã. Quod autẽ Psal. 14
Moyses in Deuteronomio ait: Non fœnerabis proximo tuo, puta Iudæo, sed alieno. ꝑmissio Deute. 23
fuit mali minoris, propter maius malũ vitãdum. s. ne suis proximis ad vsurã cõcederẽt, sicut ꝑ Matt. 5.
misit eis dare libellum repudij ne vxores suas occiderẽt, quia ad vtrũq; hoc vitium fuerant ꝓ- Matt. 19
ni. Itaq; dandum est mutuũ, cũ & in Deuteronomio scriptũ sit: Non obdurabis cor tuum, nec Marc. 10
cõtrahes manum tuã, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere cõspexeris.
¶ Deniq; q̃tũ sit scelus vsure testat̃ Gregori⁹ Nissen⁹: Malignã fœneratoꝝ excogitationẽ, si
q̃s appellet furtũ & homicidiũ nõ peccabit. Nã q̃d refert suffosso pariete quęq̃ erepta posside
re ac fœnoꝝ necessitate possidere illicita? Quam difficulter vero debeat quis ad vsurã accipere,
ex verbis Basilij patet, dicẽtis. Sed ais: Qualiter ergo victũ acq̃rã, videlicet si à fœneratore nõ
debeo mutuũ sumere? Certe labora, serui, mẽdica. vnumquodq; tolerabili⁹ est fœnoris mutuo.
¶ Ex iductis elicit̃, q̃ grauissima sit clericoꝝ vsura, eoꝝ ꝑsertim, q de redditibus seu bonis eccle
siæ sibi inuicẽ ad vsurã cõcedũt. Nam & philosophus naturali rõne inductus, affirmat quod vsu
ra sit maxime contra naturã. Vsurarijs vero potissimũ competit illud Ecclesiastici: Auaro nihil
est scelestius, nihil est iniquius, quam amare pecuniam. Hic enĩ & animam suam habet venalẽ.
¶ Præterea verbũ Chr̃i quo ait: Mutuũ date nihil inde sperãtes. Basilius & alij q̃dã ita itelligũt,
vt cõcedẽdũ sit absq; proposito, & spe repetẽdi & recipiẽdi ab eo cui cõcedit̃, atq; à solo deo
merces sit ꝑstolãda. Ait q̃ppe Basilius: Cõsidera virtutẽ sermonis, videlicet verbi Chr̃i, q̃ ait:
Date mutuũ &c. & miraberis pietatẽ authoris. Cũ daturus es pauperi diuinę charitatis intuitu
& donũ est & mutuũ. Donũ ob insperatã retributionẽ, mutuũ ob munificẽtiã dñi, q̃a vice pau
C peris tibi restituet. Vnde & in Prouerbijs scriptũ est: Fœnerat̃ deo q miseret̃ pauperi. Cui expo
sitioni cõsonat lr̃a sequẽs, qua Christus promittit: ⌊ Et erit merces vestra multa ⌋ id ẽ, copio- Proue. 19
sum à me ꝑmiũ suscipietis ⌊ in cœlo ⌋ quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor huma- Esaię 64
num comꝑhendere valet, imo ipsemet deus gloriosus & felix est obiectalis merces atq; felicitas 1. Cori. 2
hoꝝ qui ꝑinducta Christi impleuerint verba. Expositio aũt Basilij potissimũ locũ habet ad in
digẽtes qui facultatẽ restituẽdi, aut nõ, aut vix habent. Glossa vero exponit, sicut supi⁹ dictũ
est. Siquidẽ ait: Duo sunt beneficij genera. Primum cum aliquid beneuole damus, aliud cum
redditturo communicamus. Vtrũq; autẽ fieri debet, non in spe retributionis humanæ, sed diui
næ, quia sicut deus est om̃is boni principium, ita vult esse finis, certũq; est, quod verba Christi
implere iuxta expositionẽ Basilij multo plus meritoriũ sit. Verbum quoq; Chr̃i dicentis: Erit
merces vestra multa, nõ refert̃ solum ad verbum immediate pręcedẽs de mutuo, sed ad cætera
pꝛæinducta, ꝑsertim ad dilectionem & beneficentiam inimicorum. Nam & de ampliori pro-
missione

missione mercedeq́ subdit. L Et eritis filij altissimi. J. i. summi dei, cuius filij sunt hoies virtuosi prædicta implentes p operum imitationē, p adoptionis gratiā, p dilectionis conformitatē, quod agitur in præsenti. Deus enim inimicis suis multa bona largitur nec propter retributionem hoc D
agit, qa nostris bonis nō indiget, sed ex propria bonitate charitate & pietate, & finaliter propter seipsum, cū ipse sit omnis boni summus, vltimatusq́ finis. Eius ergo pfectionē imitemur inimicos amādo, eisq́ benefaciēdo, & indigentibus succurrendo, finaliter propter deū, non intuitu priuati, aut proprij cōmodi, vt in bonis ad nosipsos non reflectamur, sed ad deū simus semp pure cōuersi. In futuro aūt erimus filij dei p similitudinē ampliorē, qa p dona gl'iæ deo p
1. Ioh. 3 fectissime assimilant beati, sicut ait sanctus Iohannes: Nūc filij dei sumus, & nondum apparuit qd erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, qa videbimus eū sicuti est. Et Paulus: Tūc (inqt) cognoscā sicut & cognitus sum. Beatificat nēpe cognitio & fruitio mentem creatā deo superdignissimo præeminenter ineffabiliterq́ conformat, ita quod tota stat indesinenter atq́ inauertibiliter transformata in deū & deificata in ipsum. Ecce quanta dignitas hominū eē filios altissimi, hoc est, incomparabilis dei, qui penitus infinite præstantior est vniuersis & singulis. Vnde de causa filiationis huius subiungitur, L qa ipse benignus J hoc ē, clemēs atq́ munificus L est sup ingratos & malos J. i. peccatoribus, qui dei bñficia nō attendendo, nec deo bñfactori incōparabili gratias referendo, ingrati sunt. Mali vero sunt diuina trāgrediendo præcepta, vel ingrati per auersionē mentis à summo & incommutabili bono, mali p conuersionē mentis ad bonū caducū ac vanū, iuxta quod per Hieremiā loqtur dominus: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. L Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. J Misericordia virtus est, qua quis alterius miseriç condolet, releuatq́ eandē pro posse. Deo ergo misericordia non competit quantū ad primū istorum, quia compassionis affectus in diuinitatis inuariabili, impassibiliq́ natura non cadit, sed secunda istorum pfectissime conuenit deo, qui omnibus indigētibus & miseris ad se clamantibus subuenit, miseriā culpæ aufert, de necessarijs prouidet, & tandem ab omni calamitate culpæ ac pœnæ ereptos, ad æternā felicitatē pducit, imo ingratos & pessimos sæpissime præuenit gratiose, hortatur, conuertit, salutificat, dona quoq́ naturæ ac bona fortunæ bonis & ma-
Matt 5 lis indifferenter & copiose largitur. Vnde in Matthæo asserit: Pluit super iustos & iniustos, & solē facit oriri sup bonos & malos. Quēadmodū itaq́ ipse superclementissimus deus ex pura sua bonitate & maxima pietate non propter vtilitatē, aut profectū sibi inde euenientem, sed ob nostrā salutem hæc operatur, & taliter miseret, ita & nos alijs compati & subuenire ex charitate & pietate debemus, ad vtilitatē profectum & salutē eorum, nō proprij intuitu commodi. Talis misericordia nos deo vehementer cōmendat conformat, charos efficit, atq́ placētes, p q̄ & misericordiā impetramus à deo, iuxta illud Matthæi: Beati misericordes, qm ipsi misericordiā cō
Prouer.14 sequētur. ¶ Insup cū duplex sit miseria (vtpote culpæ) de qua in Prouerbijs Sapiens: Miseros
Iob. 39 (inquiēs) facit populos pctm, & hæc miseria est ipsamet culpa beatitudinis exclusiua & repugnatiua. Alia est miseria pœnæ. s. aduersitatis, tribulationis vel indigentiç, de qua sanctus Iob ait: Ad meas miserias deuoluti sunt. Multo aūt maior est miseria culpç q̄ pœnç, ideo potissimū misericordes eē debemus, succurrendo proximis, vt à pctis suis purgentur, ipsos hortando, docēdo, corripiēdo, pro ipsis orādo, & peccātibus, etiā dū peccāt in nos, cōdolendo, non mox indignādo, irascēdo aut vlciscendo. Qd si fecerimus, tūc deus peccātib' nobis misericorditer indulgebit, gratiāq́ emēdatiōis infundet. ¶ Denique si pēsemus q̄ graue atq́ nociuū sit vulnus peccati in aīa, peccātibus vtiq́ cordialissime cōpatiemur, & primo nobismetipsis, prout ordo charitatis efflagitat, sicut in Prouerbijs scriptū ē: Bñfacit aīç suç vir misericors. Et alibi: Miserere aīç tuç placēs deo. Hinc teste Ambrosio: Sūma Chrianç religiōis in mīa & pietate cōsistit. L Nolite iudicare & non iudicabimini. J His verbis phibet nobis Christus inordinatum iudicium aliorum, potissimū superiorum nostrorum ac meliorum magisq́ sapiētum, qrum potius ē nos iudicare, q̄ versa vice. In ordinatorum aūt iudiciorum qddā dr vsurpatū, vt dū iudicāti deest authoritas iudicādi, aliud temerariū ac suspitiosum, qd. s. nō pcedit scdm rōnē prudētiç, aliud iniustum atq́ puersum qd pcedit nō ex rōne & virtute iustitiç, sed ex ipetu passionis. Hmōi inordinata iudicia opor- F
tet vitari, nec incerta & dubia diffinire, quali & q̄ facta sint aīo. De manifestis vero & quæ bono aīo fieri nequeūt, iudicare permittimur. Qm ergo debiles sumus in rōne, ita vt faciliter fallimur & erramus, proniq́ sumus ad passiones & vitia rectū iudicii peruertentia. Christus à multis periculis & peccatis nos eripit & pseruat, dū iudicare nos prohibet, quod vtiq́ passiōatis summe periculosum est, & psertim cauendū est eis, ne proni sint iudicare eos, ad quos minus bene afficiuntur seu inclinant, cōtra quos cito tētantur, ne passione cæcanti, de illis iudicēt vitiose, sed seipsum vnusquisq́ discutiat, attēdat, diiudicet, increpet & castiget, cū dicat apostolus: Si nosipsos diiudicaremus, non vtiq́ iudicaremur. Hinc secundum Cyrillum: Christus hic sedat & tollit pessimā consuetudinē & passionē aīarum nrārum, principiūq́ cōtēptus aliorum. Cum enī deceat homines seipsos circumspicere, atq́ secundum deū cōuersari, hoc tñ multi nō faciunt, sed exa-

minant

minant aliena, & si viderint aliquos infirmari seu cadere, tanquam propriarũ passionũ obliti,
A mox detrahunt. Dicit quoq; Chrysostomus: Nec facile reperies quemquã, neq; patrem famili Chryso.
as, neq; claustralẽ huius erroris expertem. Sunt ait hæc diabolicæ tentationis insidiæ. Nã qui
seuere discutit aliena, nunquam propriorum reatuum mærebit veniam.
¶ Porro quod ait Saluator: Non iudicabimini, intelligendũ est de iudicio reprobatiõis seu con Iohann. 5
demnatiõis, de q̃ inducta Apostoli fatur authoritas. De quo in Iohãne loquit Chrũs: Quia qui
verbũ meũ audit, habet vitã æternam, & in iudiciũ nõ venit. Ex his infert Gregorius Nissenus:
Nõ ergo cũ acrimonia pcipitetis in cõseruos sniam, ne similia patiamini. ⌊ Nolite cõdemnare ⌋
Cõdemnatio ex iudicio orit quemadmodũ ergo, nõ q̃dcũq; sed inordinatũ iudiciũ (de q̃ dictũ
est) prohibet, ita nõ q̃uis cõdemnatio alioꝝ, sed inordinata vetat. Nõ itaq; hoc verbo plan &
principes prohibent reos dãnare ad mortem, vel carcerem, aut aliã pœnã. Nec rursus vetat eũ
q inexcusabilr & apertissime peccat, dãnare. i. dãnatiõe dignũ asserere, quia hoc scriptura nos do
cet, q̃ q mortaliter peccat, meret infernũ, sed dãnare ppter incerta & leuia, vel eũ quẽ iudicare
inhibemur, vel absolute diffinire illũ vel illũ esse damnandũ damnationeve dignũ, incautũ illici
tumq; cõsistit. Peccãs nãq; omni momento pt tangi à spũ sancto, ac pœnitere in cordis sui secre
to. Nec scimus q̃d agat in alio, aut qualis postea erit, q nũc vitiosus videt. Veruntñ apte scele- 1. Cor. 10
ratos secundum q̃d tales sunt, & quos in actu impietatis videmus manentes, damnare & repro
bare sub quadã cõditiõe implicita vel explicita licet, vtpote nisi pœnituerint, vt si quẽ videa-
mus homicidiũ adulteriumve scienter committere, nullum est dubiũ qn in mortali sit vitio dã
natione q; dignus, & insup nisi pœnituerit cõdemnandus. ⌊ & nõ condẽnabimini ⌋ dãnatione
B æterna à deo, si inordinatã damnationẽ ex charitate vitaueritis. Siquidem non iudicare & nõ cõ
dẽnare nõ subiicerẽt ad vitãdũ damnatiõis iudiciũ, nisi qs ex charitate dei talia vitet, q̃d nemo
implet, nisi q in statu salutis est, & quę deus ab eo exegit, agit. ⌊ Dimittite ⌋ iniurias vobis illatas Colo. 3
iuxta illud Apostoli: Induite viscera misericordiæ supportantes inuicem, & donantes vobis-
metipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. ⌊ & dimittet vobis ⌋ pctm̃ q̃ deo fecistis in-
iuriã, ideo in Ecclesiastico scriptũ est: Relinque proximo tuo nocẽti te, & tũc depcanti tibi pctã Eccli. 28
soluent. Et ecce hæc est infinita clemẽtia atq; dignatio supsublimis & incomparabilis dei quod
ipse vult dimittere sua pctã, q ignoscit peccãti in se, cũ tñ pctm̃ per comparationẽ ad deũ ha-
beat enormitatẽ quodammodo infinite maiorem q̃ per comparationem ad hominem cõtra
quem fit, sicut deus est dignitatis, sanctitatis, ac maiestatis in infinitũ maioris q̃ homo. Nõ ergo
simus deo ingrati, nec ad ignoscẽdũ proximis tardi seu graues. Potest & ita intelligi: Dimitite Marc. 10
ea quæ pauperes vobis debẽt, vel captos quos expedit dimitti, vel temporalia bona, scd̃m q̃d
Petrus effat: Ecce nos dimisimus oĩa, vt dimittet vobis peccatũ quo deo obligati ac spũaliter
vincti estis, iuxta illud Prouerbiorũ: Funibus pctõꝝ suorum impius constringet. Hinc in Esaia Esaiæ 58
habet: Dimitte eos q confracti sunt liberos. ⌊ Date ⌋ bñficia corporalia vel spũalia, imo vtraq;
psertim egentib' ⌊ & dabit vobis ⌋ à deo præmium copiosum. Et ei q dat propter deũ tpalia,
cõferunt ab eo spũalia. Qui vero spũalia beneficia alteri præstat, orãdo, hortãdo, docẽdo, cor-
ripiẽdo, magnũ spiritualium charismatum sortitur à deo profectum.
¶ Deniq; generosi animi est pronũ esse ad dandũ, qm̃ iuxta diuinũ Dionysiũ: Bonũ est sui diffu-
siuũ, & amor est cõicatiuus eius q̃d habet: Dare quoq; ad liberalẽ est ptinens. Liberalitas vero
C facit hominẽ alijs valde acceptũ & charũ scd̃m philosophũ, vt patuit in beato Martino, quãdo
adhuc militauit. Tenaces vero & semp ad seipsos reflexi, ignobilis extant mentis. Hinc in Actis
Paulus: Oportet (inqt) reminisci verbi dñi Iesu, q a beatius est magis dare q̃ accipere. Et in Pro
uerbijs quoq; inducit: Victoriã & honorem acqrit, q dat munera. Et in Ecclesiastico: Nõ sit Acto. 20
porrecta manus tua ad accipiendũ & ad dandũ collecta. Attñ pauci heu sunt, q nõ proniores Eccli. 4
sint ad accipiendũ q̃ ad dandũ, iuxta illud Esaiæ: Oẽs diligũt munera sequunt retributionẽ. Et
Paulo testante: Omnes quæ sua sunt, quærũt. Nihilominus multi plus abundarẽt, si facilius da
rent, quia indiuiduæ sortis sunt dare & dari. Nam & deus misericordibus ac liberalibus etiã in
tpalibus bñdicit. Estq; cõe dictũ: Qui nõ dat, quod amat, nõ capit quod optat. In Prouerbijs
quoq; legit: De primitijs frugũ tuaꝝ da pauperibus, & implebunt horrea tua saturitate. Nõ tñ
prodigalitas commendat, sed datio ista ex virtute debet procedrre rationeq; regi.
¶ Postremo hac breui doctrina erudit Christus quomodo cum proximis conuersemur, vt. s.
iniurias dimittamus & beneficia demus. Quamuis autem ad præinducta implenda satis & sup
satis inflammare nos debeat bonitas dei, & eius præceptum, consiliumve ad ista, nihilominus
Christus nostram non nesciens tarditatem, promissa proponit, imo & beneficia multo maio
ra nobis spondet reddenda, vt vel mercedis intuitu prouocemur, si tantæ perfectionis nõ su-
mus, vt ex syncero dei amore ista agere enitamur. Hinc subditur: ⌊ Mensuram bonam & con
fertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum ⌋ Per omnem hanc circũ-
locutionẽ insinuat, q̃ ineffabiliter copiosa erit retributio opeꝝ, charitatis, ac pietas in cœlo,
quæ retributio per mensurã exprimit, quoniam pmium merito correspõdet ac proportionat,

queadmodum mensurato mensura,& qm deus secũdũ sapientiæ suæ censurã omnia moderat,
atq; in pondere numero & mẽsura constituit vniuersa. Quãuis autẽ ista mensura efficienter D
detur ab vno deo, Christus tamẽ pluraliter loquitur, dabũt, videlicet pauperes quibus opera
pietatis impẽdrus, quia illorũ interuẽtione ac meritis partim datur hæc merces. Itaq; mẽsurã
bonã.i.legitimã, ita q non minus q̃ debetur seu tribui decet præstabitur,& cõfertã, id ẽ, ple
nam & pinguẽ & coagitatã, vt per cõpressionẽ plus capiat, & supereffluentẽ, id est, tã abun-
dantẽ & cumulatã, vt supereffluat vndiq;, dabunt in sinũ vestrũ, in sinũ vtiq; mẽtis in secre-
tissimo cordis, in ipso intellectu & voluntate, vt intellectus æternam veritatem contẽpletur,&
ea reficiatur, voluntas summa bonitate fruatur. ¶ Præterea quadruplex bonũ datur à deo
propter opera pietatis, vtpote bonũ fortunæ, hoc est, exteriores diuitiæ quæ subiacent insta-
bilitati fortunæ, ad ista potest referri mẽsura bona, alia sunt bona naturæ, ad quæ refertur mẽ-
sura conferta. Tertia vero sunt bona gratiæ, ad quæ pertinet mensura coagitata. Quarta sunt
bona gloriæ ad quæ mẽsura supereffluens spectat. ⌊Eadẽ quippe mẽsura qua mensi fueritis,
remetietur vobis.⌋ hoc est, iuxta modum vestræ actionis, seu secundũ proportionẽ & gradum
cõuersationis, seu meriti vestri, vel prout alijs feceritis, erit mẽsura, seu modus,& gradus præ-
mij vestri, quia præmiũ merito correspondet, magisq; pensatur secundũ magnitudinẽ inte-
rioris affectus, quam operis exterioris, iuxta quod in Marco ait saluator: Quod vidua quæ mi
Iohan 14 sit duo minuta plus omnibus misit. Hinc in Iohãne dicit: In domo patris mei mãsiones multæ
Apoca 18 sunt, id ẽ, diuersi gradus præmiorũ, secundũ differẽtias meritorũ. Et Paulus testatur: Qui parce
Esaiæ 27 seminat, parce & metet: & qui seminat in bñdictionibus, de bñdictionibus metet vitã æter-
nam. In Apocalypsi quoq; habetur: Quãtũ glorificauit se & in delitijs fuit, tantũ date illi tor- E
mentũ & luctũ. Et per Esaiã dñs ait: In mẽsura contra mẽsurã iudicabo eam.
¶ Nec obstat, quod pro tẽporali merito datur merces æterna, q itẽ dñs electos supra condi-
gnũ remunerat,& reprobos citra condignũ affligit, quia ista mensuræ æqualitas, identitas, si-
ue proportio consideratur in gñe, vt qui plus peccauit, plus puniatur: qui amplius meruit, glo
riosius coronetur. Sed dicet aliquis: Si eadẽ mensura qua metimur, nobis remetietur, ergo, si
iniq̃ mẽsura metimur, iniqua mensura nobis diuinitus remetiet. Sed iã patet huius solutio. Nõ
enim ille est sensus, sed q sicut fecerimus, fiet nobis, id est, retribuetur nobis secundũ exigentiam
Iacob. 2 meritorũ nostrorũ,& si nos fuerimus alijs immisericordes ac duri, deus quoq; erit nobis seue-
rus, queadmodũ Iacobus asserit: Iudiciũ sine misericordia erit ei, qui nõ fecerit misericordiã.
⌊Dicebat autẽ illis⌋ quibus sermonẽ hunc fecit, præsertim discipulis suis, similitudinẽ ⌋ quæ
subditur: ⌊Nunquid potest cæcus cæcũ ducere? Nonne ambo in foueã cadũt?⌋ Hoc in cor-
poralibus ita est, nec est similitudo tantum, sed veritas & res. Attamẽ Christus hoc pro simili-
tudine dixit, quia per hoc aliud designauit, videlicet quod etiã in spiritualibus ita fit, vtpote q
ille qui spiritualiter cæcus est mẽte, id ẽ, ignarus, passionatus, seu vitiosus, non est idoneus re-
gere seu p semitas æquitatis ad æternã beatitudinẽ ducere alios, sed tã ipsi q̃ ei subditi seu con
missi cadunt nunc quidẽ in foueã, id est, vitiorũ profunditatẽ, de qua in Prouerbijs inducitur:
Ezec 31 Impius cũ in profundũ venerit peccatorũ contẽnit, deinde ruunt in lacũ gehennæ, de qua sæ-
pius fertur in Ezechiele: Dormierunt cũ his qui descendunt in lacũ, atq; in psalmo: Aestimat-
sum cũ descẽdentibus in lacũ. Itemq; Iob: Facies (inquit) superborũ in foueã demerge. His ver
bis Christus discipulos suos omnesq; prælatos, doctores, & prædicatores edocuit, q sapientia
diuinorũ, sciẽtia scripturarũ, splendor virtutũ, charitas mentis, sint necessariæ eis ad hoc, quod F
alijs digne præsint, aliter seipsos aliosq; præcipitãt. Vnde qui passionatus est, & ex aliorũ de-
fectibus seu propter iniuriã sibi illatã mox irascitur, indignatur, turbatur, alios similibus mor
bis infectos non valet curare, sed verbo & exemplo alios debet illuminare,& sua humilitate,
patientia, mansuetudine atq; modestia, aliorũ superbiã, iram, insolentiã, peruersitatem curare.
Itaq; ridiculosa, imo potius periculosa res est speculator cæcus, doctor inscius, præco mutus,
præcursor claudus, prælatus negligens, rex iniustus, ideo ait Gregorius: Dũ pastor per vitiorũ
abrupta graditur, necesse est vt per præcipitiũ grex sequatur. Siquidẽ pastor se habet in popu-
lo, sicut oculus in corpore. Vnde in Hieremia scriptum est: Quia stulte egerũt pastores & dñm
Hiere. 10 non exquisierũt, propterea omnis grex eorũ dissipatus est. ⌊Nõ est discipulus sup magistrum,⌋
Hoc gñaliter ita est, loquẽdo de magistro, discipuloq; formaliter, quia discipulus inquantum
discipulus inferior est magistro, inquantũ magister est, sicut & pater est dignior filio, quamuis
materialiter discipulus.i.homo qui est discipulus possit esse magistro suo potentior, altior san-
ctior, ingeniosior, imo & doctior. Si autẽ specialiter per magistrum hoc loco Chrũs intelligatur,
Mat. 23 qui in Matthæo ait: Magister vester vnus est Chrũs, certũ est, q hoc magistro nullus discipu
lorũ sit maior, sed oẽs inferiores & imperfectiores sunt eo, secundũ q deus est infinitæ virtutis,
sed & ineffabiliter inferiores sunt eo scdm naturã assumptã. ⌊perfectus aũt oĩs discipulus erit
sit si sicut magister eius ⌋ .i. si ei assimilet p imitationẽ, aut conformet p æqualitatẽ. Non tamẽ
simpliciter erit pfectus, sed perfectus in certo gradu, statu, seu ordine, vtpote pfectus q̃ ad id
quod à

quod à suo discit magistro. Si aūt per magistrum Christus intelligatur, constat q̄ quanto quis
hunc magistrum plenius imitatur, eo vere perfectior inuenit, imo huius magistri imitatio om
A nium est Christianorum perfectio, Augustino dicente: Summa Christianæ religionis est imitari
quē colis. ¶ Porro ista loquutus est Chrs, vt seipsum proponeret discipulis in exemplū, Quasi
dicat, Cum ego ꝑdictas virtutes, ꝓcepta, cōsiliaq; impleuerim, aduersarios diligendo, inimicis
bñfaciendo, & cætera q̄ dicta sunt adimplendo, decet vt & vos discipuli mei hæc faciatis. Hinc
in Iohāne ait: Exemplū dedi vobis, vt quēadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Rursusq; Si Iohan 13
me persequuti sunt, & vos persequent, quia nō est seruus maior dño suo. Vel præinducta hęc Iohan. 15
verba protulit Christus ad ostendendum, q̄d cæcus cæcum non valeat ducere. i. prælatus insi
piens alios regere, quia pręlatus est velut magister subditorum suorum, ideo ipso errante, illi pa
riter errant, nec perfectiores sunt eo, regulariter loquendo, quamuis deus electos suos non de
serat, sed informet vnctione superna & directione angelica. ¶ Deinde Christus hortat vnum
quemq; ad seipsum custodiam, pariterq; demonstrat p similitudinē aliā quod supra dixit, vi
delicet cęcū à cęco duci, seu peccātem à sibi simili emēdari nō posse. ⌊Quid aūt vides festucā⌋
.i. paruū & veniale pctm̄ cōsideeas, ⌊in oculo fratris⌋ .i. in corde vel intentione seu aperto ope
proximi tui, ⌊trabem aūt q̄ in oculo tuo est⌋ .i. grāde atq; mortale pctm̄ q̄ cor tuū obtenebra
tur ⌊nō cōsideras?⌋ q̄si dicat: Stulte te habes i hoc, qa (vt alibi Chrs testat) qd proficit hō si vni Matt. 18
uersum mundū lucret, seipsum aūt pdat? Ideo charitas debet esse ordinata, vt homo primo p Marci. 8
charitatem sanet seipsum, & alijs exemplarē se ꝓbeat, sicq; idoneus sit eos arguere, ne in suis prę Lucæ 9
dicationibus scandalizent. ⌊Et quō potes dicere fratri tuo⌋ .i. proximo, ⌊frater, sine⌋ .i. pmit
te & patienter sustine. ⌊vt ejiciam festucam de oculo tuo⌋ .i. veniale pctm̄ de corde tuo p in
crepationē, castigationēq; auferā, ⌊ipse in oculo tuo trabē nō vidēs?⌋ .i. i proprio corde mor
tale pctm̄ nō pēlans, Tanq̄ dicat saluator, O pctōr sapiēter & ordinate nō potes hęc dicere, q̄
tuā ordo charitatis requirit, vt primo animā tuā à magnis vulneribus cures, anteq̄ alios à par
uis fæsionibus sanare adijcias. Teneris quoq; te idoneū exhibere ad exequutionē tui officij o ꝓ
B late, vt. s. deo obediendo & virtuose viuendo, nō ꝓsumptuose, sed ordinate tuū prosequaris offi
cium, ⌊Hypocrita⌋ qa eo ipso quo alios de paruis reprehēdis seu curare vis culpis, ostendis te
zelatorem iustitię charitatiuū ac virtuosum, & tuā pallias iniquitatē, cum tñ sis vitiosus & præ
sumptuosus, ⌊ejice primū trabē de oculo tuo⌋ .i. in primis p cōtritionē, cōfessionē, satisfactio
nem, purga teipsum à tuis magnis excessibus, sicut teneris, nō solū inquantū es Christianus, sed
insup qa alijs ꝓsides aut ꝑdicas, ⌊tunc pspicies⌋ .i. illuminatū mētis oculū habebis ⌊vt educas
festucam de oculo fratris tui⌋ .i. de minoribus eū pctis expurges seu arguas. De ista materia Matt. 7.
super Matthæū multa cōscripsi, nihilominus propter ipsius fœcūditatē addenda sunt pauca.
¶ Itaq; quæritur primo an liceat pctōri & vitioso ꝓlato q in mortalibus vitijs iacet, seu docto
ri aut prædicatori male viuenti, ꝑdicare & alios increpare siue corrigere, Quod non appaeet
ex verbis Chri iam habitis. Deniq; Thomas sup quartū sententiarum affirmat, q̄d qui nō impiet,
Iohann.1 stæ impleuit officium,& sicut Christus,sic & ipse Iohānes fuit prophetice pnuntiatus, fuit &
in vtero matris sanctificatus,atq; ibidem Christo est attestatus & inter legem ac Euangelium
medius fuit. Nec obstat,quod ve apud Iohannem habet, Interrogatus Iohannes, propheta es
tu, rñdit. Non. Sumit enim nomen prophetæ adæquate,pro eo,in quo vltra hoc donum non
inuenit reuelatio altior. Quod autē Iohannes fuit prophetice prænuntiatus subiungit ⌊ Hic est
Malac. 3 de quo scriptum est: ⌋ Per Malachiam: ⌊ Ecce ego ⌋ Deus pater ⌊ mitto angelum meum ⌋ hoc
est, Iohannē conuersationis angelicæ virum,& opus angeli exercentem, annuntiando Christi
aduentū. Non tamen fuit angelus in natura. In veteri autem testamento angelus sæpissime pro
nuncio poni,sicut in Esaia: Ite angeli veloces ad gentem auulsam. Et rursus: Angeli pacis ama
re flebunt. In Aggæo quoq; propheta, vbi Hieronymus transtulit,dixit Aggæus: Nuncius do
mini de nuncijs dñi. Alia translatio cōtinet,dixit Aggæus: Angelus dñi de angelis dñi ⌊ ante fa
ciem tuam ⌋ O Christe vnigenite mi.i.de proxime ante te, vel ante tuam manifestationem ac
psentationem in publico. Non em̄ Chrūs orsus est publice pdicare,signaq; facere,nisi post pdi
cationis Iohannis exordiū, ⌊ q prępar abit viam tuā añ te ⌋ hoc est hoīes tua pdicatiōe,attesta- P
tiōe,baptizatione,disponet ad suscipiendū fidē,doctrinā,& pcepta tua(o Chrē) anteq̄ tu pub
lice prædices. Istud expositū est plenius supra,vbi habet: Tu puer propheta altissimi vocabe-
ris,præibis em̄ ante faciem domini parare vias eius. Qūo aūt Iohannes,etiam per Esaiam præ
nuntiatus est,& viam Christo parauit,semel expositum est,super illud: Vox clamantis in deser
to,parate viam domini,rectas facite semitas. Allegat vero euangelista Lucas verba Malachię
magis quantum ad sensum quam quo ad formam verborum. Sic enim translatio nostra habet:
Ecce ego mitto angelum meum,& præparabit viam ante faciem meam, & ita dicuntur hæc
verba in persona filij dei. ⌊ Dico enim vobis ⌋ Ad confirmandum, quod Iohannes sit plus
quam propheta, ⌊ maior ⌋ spūali magnitudine .i. sanctior & dignior ⌊ inter natos mulierum
propheta Iohāne Baptista non est ⌋.i. nullus prophetarum maior est eo, Et sumit iam mulier

profes

pro fœmina viro mixta, sicq; Chrūs de virgine natus excipit, & ipsa virgo Christifera, nō in
A ter natos, sed natas ponēda est. Matthæus aūt plenius ac latius scribit: Inter natos mulier nō
surrexit maior Iohanne Baptista, qbus verbis ostēdit Christus, q̧ nullus illorum fuit maior illo.
Nō tamē negat, quin qdā ei æquales sint. Magna etenī fuit sanctitas Moysi & Heliæ. Hiero-
nymus q̧q; ait sup Hieremiā: Neminē puto sanctiorē Hieremia. Aliqui vero affirmāt Iohan-
nem prædictis eē maiorē. Sed quoniā Salomone protestante: Spirituum ponderator est do-
minus, stemus cōtenti verbis Christi, nec incaute addamus, quamuis certū sit Iohannem quan
tum ad aliqua fuisse prædictis sanctis maiorē, siquidē in virginitate atq; martyrio maior est
Moyse. Multæ etiā prærogatiuæ cōsiderātur in eo, quæ alijs defuerūt, sicut in quodam sermo-
ne pulcherrime docet Bernardus. Postremo Chrūs tam secure de sanctis iudicando ostēdit se
hominū dominatorē ac iudicē. ⌊Qui aūt minor est in regno dei, maior est illo.⌋ Per regnum
dei Chrūs in Euāgelio frequenter ecclesiā intelligit militantē, sicut cū ait: Simile est regnū cœ
lorum sagenæ missæ in mare, & ex omni gñe piscium cōgreganti. Et rursus: Mittet filius hominis an
gelos suos, & colligēt de regno eius omnia scandala. Interdū vero p regnum cœlorum accipit tri
umphantē ecclesiam, vt cū ait: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum
cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Si ergo hoc loco p regnū dei, intelligat præsens
hæc, militāsq; ecclesia, sensus est: Qui minor est in regno dei. i. Chrūs, qui natiuitate & quādā
æstimatione posterior & minor fuit Iohāne, quem omnes Iudæi ad tempus putabant esse Mes
siam, maior est illo. Chrūs enī vt deus incomparabiliter & immense excedit Iohānem, in omni
dignitate, sanctitate ac pfectione, secundū naturā quoq; assumptā, vt verbo vnitam & gratiæ
B plenitudine decoratā, maior est illo, imo & omni intellectu creato, sicq; Christus protulit verba
hæc, ne quis ex inducta laude Iohānis incideret errorem, putando q̧ & ipso Iesu Christo con
sisteret maior. Obscure tñ loquebat, ne se videret iactare. ❡ Porro, si p regnū dei intelligatur tri
umphans ecclesia, sensus est, Qui minor est in regno dei. i. infimus beatorum deo in patria fruē-
tium, maior est illo. Quilibet enī cōprehensor, pfectior est in contēplatione & dilectione, quo
cūq; puro viatore, nec meritū æquatur præmio in actuali pfectione. Nihilominus multi viato-
res, psertim virgo dignissima, in vita hac maioris meriti fuerunt q̄ angeli multi vnquā, imo q̄
aliqi angelicorum spirituū, loquendo de virgine gloriosa, & ita in dispositione propinqua maio
res illis fuerūt. Præterea cōtuendum, q̧ qñ Christus hæc dixit, nondū aperta fuit ianua regni
cœlestis, idcirco ipso Christo excepto, nullus hoīm fuit in cœlo. Hinc q̄d ait, qui minor est in re
gno dei, de angelis sanctis accipit, q nō solū in donis grē seu gloriæ, sed etiā in natura specifica
maiores fuerāt Iohāne, sicq; Chrūs his verbis exclusit errorē dicentiū, Iohānem esse angelum
incarnatū. ⌊Et oīs pplus⌋ .i. vulgus audiēs præscriptā cōmēdationē Iohānis à Chro, ⌊& pu
blicani, iustificauerūt deū⌋ nō effectiue, sed ostēsiue. i. iustū esse dixerunt, & opibus manifesta
uerūt, ⌊baptizati baptismo Iohānis⌉ ab ipso Iohanne. Ex hoc enī q̄d audiebāt Iohānē ita lau
dari à Chro, laudauerunt deū in seruo suo Iohāne, p cuius pdicationē ac baptizationē ipsi deo
agēte, ad iustitiā à vitijs redierūt, vnde & deū iustū ac iuste operatū dixerūt, ope profitentes il-
lud Psalmistæ: Iustus dñs in oībus vijs suis, & sanctus in oībus opibus suis. ❡ Deniq; deū iusti
ficamus, primo, dū cōfitemur q̧ ipse iniustitiā, oēmq; culpā odit, scd̄m illud Sapientiæ: Odio
sunt deo, ipius & ipietas eius. Scd̄o, cū ei ascribimus, q̧ iustitiā & oēm virtutē, bonitatemq; di
C ligit, iuxta illud: Iustus dñs & iustitias dilexit. Tertio, q̄d oīs iustitia ab ipso procedit. Quarto, q̧
virtuosos iuste glorificat, & impios iuste condēnat. ⌊Pharisæi aūt⌋ p cæteris religiosiores se
reputabant, & videri volebant, cū tñ hypocritæ essent, & inani gloria pleni, ⌊& scribæ⌋ q de
legis sciētia tumuerūt, ⌊cōsiliū dei spreuerūt in semetipsos⌋ .i. cōsiliū Chri, videlicet instructio
nē ei⁹ salutarem, de vitæ correctione abiecerunt, cōsilium q̄q; dei. i. secretū illud æternæ sa-
piētiæ decretū de modo saluādi genus humanū, p verbi incarnationē ac passionē recipere cōtē
pserunt, Chro hoc docēti credere respuētes, de quo cōsilio Paulus in actis loqtur: Non subter
fugi q̄ minus annunciarē vobis omne consiliū dei. Huius cōsilij cōtēplatio dulciter sapuit Augu
stino, scd̄m q̄d fert de eo, q̄d nō saciebat præ dulcedine dei, cōsiderando altitudinē consilij ei⁹,
sup saluatione gñis humani. ❡ Insup spreuerūt cōsiliū dei. i. cōsilia Christi, de paupertate &
cæteris actibus superogationis. Vñ cū Chrūs cōtra auaritiā pdicaret, deridebant eū, dicentes:
Insanit, qd eū audītis? Postremo ipsemet Chrūs cōsiliū dei patris vocat, scd̄m Augustinum, p
appropriationē quādā, quēadmodū dicit veritas, ars & sapiētia patris. Quia enī per modū in-
tellectualis emanatiōis procedit à patre, ea q̄ ad intellectum proprie ptinent, ei appropriātur.
Hoc increatū dei cōsiliū isti spreuerūt, dicētes: Quia Beelzebub habet, Et nos scimus, quia hic
homo peccator est. Insup verba hæc quæ iam exposita sunt, quasi ab Euāgelista interposita
verbis Christi præcedētibus quibus laudauit Iohānem, atq; sequētibus, quibus arguit pharisæ-
os ac scribas intelligi possunt, quasi à Christo immediate post verba prædicta, prolata, eritq;
sensus: Omnis populus audiens prædicationem Iohannis antequam caperetur iustificauerunt
eum, subdētes se ei, & peccata propria confitentes, per quod deum esse iustum, quasi pecca-

 ta odiens

ta odientem monstrabãt, pharisæi vero & scribæ cõsiliũ dei quo per Iohannẽ docuit cõfite
ri,baptizari,& Iesum pro Christo recipere spreuerunt , hoc ergo spreuerunt⌊in semetipsos.⌋ D
.i.cõtra seipsos,contra animaꝝ suaꝝ salutem,ad propriã perditionem atq; perniciẽ,vel spre-
uerunt consiliũ dei,in semetipsos.i.ad ipsos directum.De hac excæcatione & peruersitate istoꝝ
dñs per Esaiam ꝓdixit:Quis surdus,nisi ad quẽ nũtios meos misi:quis cæcus,nisi seruus meus:
⌊nõ baptizati ab eo.⌋.s.à Iohanne,cuius baptismũ,doctrinã & testificationẽ de Christo spre
uerũt,sicut vsq; in ꝑsens quidam qui cæteris religiosiores videntur & doctiores,difficilius cor-
riguntur.¶Deinde infideliũ scribaꝝ ac pharisæoꝝ increpationẽ Christus subiungit,⌊Cui er
go similes dicam homines generationis huius.⌋.i.incredulæ huius collectionis, qbus illud Deu
teronomij aptatur:Generatio peruersa est,& infideles filij.Sumit quoq; hic generatio pro ho-
minibus generatis,⌊& cui similes sunt?⌋Quærit Christus & quæstionẽ ingeminat, vt audien
tes reddat ad solutionẽ attentos.⌊Similes sunt pueris sedentibus in foro.&c.⌋vt ait Cyrilus,
Fuit quidam ludus apud pueros Iudæoꝝ , itaq; cõuenientibus pueris in vnũ,diuidebat caterua
eoꝝ in duas partes,qui ad designandã ac contemnendã repentinã transmutatiponẽ reꝝ trãsi-
toriarum vitæ præsentis,sic statuerunt, vt vna eoꝝ pars gauderet,canticumq; iucundũ canta-
ret,alia vero mœrens carmẽ caneret lugubre,insuper gaudentibus non cõgaudebãt mœren-
tes,nec gaudentes congaudebant mœrentibus,deinde arguebãt se inuicem, aut vna pars se al-
teri nõ cõformauit.Istis assimilat Christus scribas ac pharisæos,atq; eoꝝ fautores,nã ait:Simi
les sunt pueris sedentibus in foro,quia in foro publice pueri ista fecerũt,& diuisim sedentes,ꝓdi
cta egerunt,⌊Loquentibus inuicem & dicentibus.⌋.i.quoꝝ vna medietas dixit ad aliã.⌊Canta
uimus vobis.⌋.i.ad vestrã exhilarationem,canticũ iucunditatis cecinimus⌊tibijs,⌋quia simul E
cum musicis instrumentis fiebat huiusmodi cãtus,sicut & Dauid psalmos ore decãtãs simul cũ
cithara lusit,⌊& non saltastis.⌋.i.nobis congratulati nõ estis,nec signa lætitiæ chorizãdo mon
stratis.Resonat quippe quædam consona ex musico organo melodia,secundũ quam dum ho
mo pede & consono corporis motu se agitat,dispositionem cordis manifestat intrinsecã.De
inde ponunt verba exprobratoria alterius medietatis,puta mœrentiũ ad gaudẽtes,⌊lamenta
uimus.⌋.i.lugubre carmen vobis cecinimus, vt vos ad cõpassionem prouocaremus,⌊& non
plorastis.⌋.i.cõpassi nobis nõ estis,nec ꝑ fletũ cõpassionis ostẽdistis affectũ. Deinde Christus
cõparationẽ istã exponit,applicatq; ad propositũ.⌊Venit enĩ Iohãnes Baptista.⌋.i.deo agen
te atq; mittẽte,natus est,in mũdo vixit ad hoĩes,à deserto egrediens,venit,⌊neq; mãducãs pa
nem.⌋Esca enĩ ipsius fuerũt locustæ & mel syluestre, vt Matthæus & Marcus habẽt,⌊neque
bibens vinũ,⌋quẽadmodũ supra angelus dixit:Vinũ & sicerã nõ bibet,vñ hoc loco ꝑ panem
& vinũ cõsueta ac delicata hoĩm fercula,poculaq; signãt,⌊& dicitis,Demoniũ habet.⌋.i.Io-
hãnes dæmoniacos est.Impij nẽpe cũ viderint quẽpiã incõsuetã abstinentiã,ꝓcipuũq; rigorẽ
vitæ seruantẽ,opera eius sancta peruertentes,quasi obsessum diffamãt.⌊Venit filius hoĩs.⌋.i.vo
bis apparui & inter vos cõuersatus sum,⌊manducãs & bibens⌋.i.solitis hominũ refectiõibus
vtens,& inter eos socialr̃ viuens,⌊& diciris de me,⌋mihi detrahendo.⌊Ecce hõ deuorator.⌋
.i.gulosus,⌊& potator vini.⌋.i.ebriosus & voluptatis gulæ amator,⌊amicus publicanoꝝ.⌋.i.
magnoꝝ transgressoꝝ,⌊& peccatoꝝ.⌋minoꝝ.i.talibus se cõformans,applicãs & applaudens,
vt possit inuitari & delicate sustentari ab eis,sicq; & mala culpæ fouens in eis.¶Itaq; ꝓfatis pu
eris,scribæ & pharisæi cõparantur,qm̃ sicut vna pars puerorum illorũ alteri parti mœrenti nõ F
cõdolebat:sic isti Iudæi Iohanni Baptistæ lugubre carmen canenti.i.rigorose cõuersanti,pœ-
nitentiã edocenti atq; ad luctũ saluberrimũ inuitãti nõ cõsenserũt,neq; se cõformauerũt.Iteꝝ
sicut alia pars pueroꝝ illoꝝ,parti gaudẽti nõ cõgaudebat,ita ꝓfati Iudæi Christo inter hoĩes
dulciter conuersanti,futuræ vitæ gaudia ꝓdicãti,ad spũalem cõsolationem inuitãti,acquiescere
seq; conformare spreuerũt. Tales & modo in ecclesia multi sunt hoĩes,sensus peruersi , qui oĩa
alioꝝ opera etiã bona interpretant̃ in peius,imo quæ optima sunt,pessima arbitrãtur.Et quia
huiusmodi excellentia opera sanctitatis videntur eis impossibilia esse hominibus,opinantur,et
dicunt talia cooperatione dæmonum fieri,eo ꝙ dæmonũ ope multa fieri queant, quæ homi-
nes naturaliter facere aut pati nõ valent,quẽadmodũ in arrepticijs & possessis cõspicimus.Nã
& dæmones corporalem hoĩs naturam & harmoniam sic possunt immutare ac deordinare, vt
homo multis diebus nõ afficiat̃ ad cibum aut potũ neq; indigeat, quia calor more naturali nõ
agit in humidum radicale.Isti ergo peruersi oĩa alioꝝ facta pessime iudicãtes,sunt hoĩes ma
læ inclinationis seu assuefactiõis, vani & inuidi,qui aliorum nõ cõgratulãtur profectui, sed tri
stantur,ꝙ quis eis apparet perfectior,ideoq; bonũ quod eis deest,nõ laudant,nec sequũt̃, nec
venerãtur,sed persequũtur in alijs detractores & irrisores,deo odibiles,quo vitio quidam qui
religiosos se putant,animas suas commaculant excæcãte eos sua malitia.¶Porro alij sunt ho-
mines bonæ inclinationis seu indolis proniores ad cõgratulandum alioꝝ prosperitati,q̃ ad de
trahendum eoꝝ profectui siue defectui quod in seipsis non habent, in alijs pie mirãtur,hono
rant,sequuntur,sicq; amando,fouendo,cõgaudẽdo participes fiunt gratiæ alioꝝ. Præterea pa

ter, ꝙ pars puerorum gaudentiũ Christo aptat, qui tanꝗ sponsus inter suos cõuersans ad spũalẽ
prouocat lætitiã, sed pars puerorum mœrentiũ aptat Iohanni, q strictissimã in hæremo duxit vi
A tã. Quoniam enim Christus venit quærere & saluũ facere qd perierat, pctõribus cõuesci, seq; contem Lucæ 19
perare dignatus est, vt sua charitate, cõmunione, familiaritate & clemẽtia eos ad pœnitẽtiã tra Matt. 5.
heret, virtutibus ædificaret, ad discipulatũ suũ allicer etsicq; amauit eorum naturã siue personã, Marci, 2
non vitia. Postremo de horum expositione verborum sup Matthæũ plenius dictũ est. Itaq; non Lucæ 5
assimilemur scribis & pharisæis, qbus indociles, incorrigibilesq; sunt conformes, sed dociles si-
mus atq; tractabiles, & pueris in foro sedentibus. i. sanctis viris, deuotis plãtis, veris pdicatoribus
in ecclesia, q dominicũ forum est, quo fideles ad colloquendũ deo cõueniunt, vbi & cœlestiũ pce-
ptorum iura cõdunt, acquiescamus, ita vt spũaliter gaudẽtibus, & ad gaudendũ in deo hortãtibus
cõgaudeamus, flẽtibus autem sua seu aliorum pctã vel ob alias rationabiles causas cõpatiamur, cõfor
memur & collugeamus, sicut ait Apl's Flete cũ flẽtibus, gaudete cũ gaudentibus, vt nec inor-
dinata lætitia, nec immoderata tristitia inueniat à nobis. Verũ vt Gorra hic scribit, Scribis & Roma. 12
pharisæis adhuc aliqui similes sunt, qui si viderint aliquẽ humilitati studentẽ iudicãt eum hypo
critã: si mansuetudini & patiẽtiæ, iudicãt timidum: si simplicitati, fatuũ: si maturitati, flegmati-
cũ: si deuotioni, singularẽ: si paci & silentio, melãcolicum siue phantasticũ: si orationi atq; vigi
lijs, indiscretũ: si corripit alios, turbator est pacis: qui cohabitat talibus, dicere potest illud Iob:
Frater fui draconũ & socius struthionũ. ⌊ Et iustificata ⌋. i. iusta reputata, honorata, & cognita,
⌊ est sapientia ⌋. i. euangelica Christi doctrina, sapientialis atq; diuina, vel Chrũs dei patris vir
tus & sapientia, ⌊ ab omnibus filijs suis ⌋. i. vniuersis veraciter veritatẽ, sapientiamq; amãtibus,
seu cunctis Christi discipulis, quos dedit mihi dñs, de quibus per Esaiam testat: Ecce ego & pu
eri mei. In Iohãne quoq; ait: Filioli adhuc modicum vobiscum sum, tanꝗ dicat saluator, Licet
à vobis o infideles Iudæi contẽnar, & vana docere affirmer, nihilominus electi Iudæi me audi
entes, me vere sapientẽ & sapientialia prædicantẽ cognoscũt, fatentur, honorant. ¶ Præterea
iustificari quis dicitur tribus modis. Primo, dum de iniusto fit iustus, sicq; dicunt doctores ho-
B minem non iustificari sine gratiæ infusione. Sic Christus nõ iustificatur. Secundo, dum iustus
fit iustior per profectũ, iuxta illud Apocalypsis: Qui iustus est, iustificet adhuc, & sanctus sancti
ficetur adhuc. Et apud Iohannẽ ait saluator: Omnẽ q fert fructũ, purgabit eũ pater, vt fructũ
plus afferat. Sic rursus nõ competit Christo iustificari, nisi quantũ ad manifestationẽ, prout de
Christo dixit præcursor: Illũ oportet crescere, me autem minui. Tertio, quantũ ad aliorum reco-
gnitionẽ, honorationẽ, seu ostensionẽ, sicut dum alicuius æquitas alijs declaratur, vel ab eis co
gnoscitur, laudatur, & honorat, sicq; deo & Christo secũdum vtrãq; naturã competit iustifi-
cari, sicut & magnificari & glorificari. Christus quoq; nunc loquitur de filijs per grãm adopti
onis, de quibus ait Apostolus: Quicũq; spũ dei aguntur, hi filij sunt dei. Interdum vero aliq di
cuntur filij dei ratione creationis, aut specialis cuiusdam prouisionis, de qualibus per Esaiã do-
minus loquitur: Filios exaltaui & enutriui, ipsi aut spreuerunt me. Et Chrũs in Euangelio: Filij Matt. 8
(inquit) regni proijcientur in tenebras exteriores.

¶ Prosequutio expositionis præsentis cap. septimi: Rogauit aũt illũ quidam
ex pharisæis, vt manducaret cum illo. Arti. XIX.

QVod in fine pcedentis cap. Euangelista doctrinaliter dixit, iã exẽplariter docet, vi
delicet sapientiã, quæ Chrũs est, à suis deuotis iustificari, ab alijs sperni. ⌊ Rogauit
aũt illũ ⌋. s. Iesum ⌊ quidã ex parisæis, ⌋ cuius (vt infra dicit) nomen extitit Simon,
⌊ vt mãducaret cũ illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit ⌋. i. cum eo come 1. Cori. 8
dit. Christus totius humilitatis magister, omnisq; perfectionis exẽplar, nec cũ publicanis pro
pter eorum manifesta pctã, nec cum pharisæis propter eorum latẽtia vitia, psertim superbiam, nec
cum diuitibus, nec cũ pauperibus edere spreuit, in oĩbus amans naturã, vt felicitatis capacẽ, at-
q; ad dei imaginem factã, simulq; instruens nos pfectã humilitatẽ, ne quis nostrum incaute ali
quem aspernetur aut vitet, nisi quantũ docet seu iubet ecclesia. ⌊ Et ecce mulier q erat in ciuita
C te peccatrix. ⌋ ¶ Quæ fuerit mulier ista, aliqñ inter expositores grãdis disceptatio fuit, sed nũc
sancta ecclesia cum beato papa Gregorio tenet, ꝙ fuit Maria Magdalena. Idẽ asserũt Augusti
nus & Beda, & ꝙ verum sit, hoc nõ solum ex legẽda beatissimæ Mariæ Magdalenæ, sed & ex scri
pturis canonicis, puta ex Euangelio euidẽter ostendi sup Matthæũ. Vnde non videtur de hoc Matt. 26
amplius dubitãdum. & quæ pfato loco cõscripsi, iam nõ arbitror repetẽda. Rursus de ciuitate
est qstio, in qua. s. ciuitate istud quod nunc scribitur factũ sit, ad qd Beda respõdet, ꝙ in ciuita
te quadam Galilææ. Alij, ꝙ in Hierusalem. Ait etenim Beda, Augustinũ atq; Gregoriũ sequẽs,
ꝙ Maria Magdalena bis vnxerit Christum, semel & primo in vrbe Galilææ, in medio euãge
licæ pdicationis: secundo in Bethania villa Iudææ, circa terminum pdicationis pfatæ passione Marci. 14
instante, vt alij recitant Euãgelistæ. ¶ Iterum quæstio est, cur Lucas mulierem hanc non proprio
explicet noie, sed peccatricem appellet. Ad qd ex Marco Euãgelista patet respõsio. Siquidem
Marcus inquit: Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de

qua eiecerat septē dæmonia,p quæ intelligūtur septē pctā mortalia,qbus fuit repleta, q̄d etiā
in principio sequentis cap. Lucas testatur,ꝙ.s.septē dæmonia fuerūt ex ea eiecta,'plures q̄ꝙ
sanctoꝝ insinuāt eā actibus luxuriæ fuisse subiectā. Hinc q̄si habituata atq̄ꝫ abūdās sceleribus D
appellaſ peccatrix,q̄ etiā ideo sic vocaſ,vt eius exēplo ad pœnitētiā ꝓuocemur,desperatione
& pusillanimitate nō frāgamur,diuinæ misericordiæ fiducia inflāmemur,quantumlibet vitio
si fuerimus. Iosuper peccatricē eam iam appellat,qm̄ emendatio eius nondū innotuit alijs,sed
ab oībus adhuc reputabaſ peccatrix,⌊vt cognouit ꝙ Iesus accubuit⌋.i.comedens fuit,in do-
mo pharisæi,⌊attulit(.i.secū portauit)alabastrū vnguēti.⌋Alabastrū secundū Bedā est genus
marmoris cādidi varijs coloribus intertincti,q̄d ad cōseruāda vnguēta solet cauari,qa optime
cōseruare diciſ incorrupta. Alabastrū ergo hic sumiſ pro vase facto de huiusmodi marmore,
in q̄ cōtinebaſ vnguentū,qua vtebatur Maria tpe suæ vanitatis,pro corpis sui odore ac refri-
gerio atq̄ꝫ mollicie.⌊Et stans retro secus pedes eius.⌋Considerādo em̄ peccatoꝝ suoꝝ enor
mitatē,in tantū cōtempsit seipsam,quod prorsus indignā se reputauit,corā Chri facie appare
re,eius vultum aspicere,oculos ad eū leuare,quēadmodū publicanus nec oculos audebat leua-
re ad cœlū,sed pcutiebat pectus suū,dicēs:Deus propicius esto mihi pctōri,hoc & Maria hęc
& si nō verbis,tñ tota aiæ,corporisq́ꝫ dispositiōe ac gestu dicebat. Sua quippe pctā,non ver-
bis,sed rebus & fletibus cōfitebaſ,paratissima vtiq̄ꝫ ad oris cōfessionē,sed tūc talis cōfessio nō-
dum fuit ꝓcepta,Chrūs nāq̄ꝫ sacramētū pœnitētiæ seu cōfessionis primo instituit. Deniq̄ꝫ,qa
publica fuit peccatrix,omnibus sua reputauit pctā satis apta,⌊lachrymis cœpit rigare pedes
eius,⌋O quāta,q̄ cordialis,intēsa ac penetratiua fuit huius cōpunctio,contritio, deuotio mulie
ris,quæ nō vocata corā tot discūbētibus est ingressa,oībus cōspiciendā se repræsentās,& tam
vbertime corā eis seipsā deplorās,cū tñ tātę nobilitatis & opulētiæ esset. Sed qa sua pctā cla
re aduertit,digne pensauit,seipsam profundissime humiliauit,ineffabiliterq́ꝫ cōtēpsit. Idcirco
non solū non verebaſ cōfundi,despici,irrideri,imo oīa ista optauit,vt deo quē ipsa inhonora-
uit aliquā recōpensationē,honorēq́ꝫ faceret,dū sicut ipsa deū maxime inhonorauerat p pctā
sic propter illius honorē recōpensandū,seipsam ꝓbet maxime cōfundendā,⌊& capillis capitis
sui tergebat.⌋Itaq́ꝫ primo stetit post terguū Chri,deinde se pedibus eius prouoluit,lachrymis
eos humectans. Ex Chri etenim ꝓdicatione fuit inenarrabiliter inflāmata,compūcta, & tota
quasi in lachrymas resoluta,ipsmq́ꝫ Christū ardentissime cœpit diligere. Et q̄uis cōtactu pedū
Chri se iudicaret indignā,tñ magnitudine dilectionis victa,se cohibere nequiuit. Feruidus nē
pe amor nescit modū,mensurā nō tenet,rōnem non seqtur.nō tñ directe,reprehēsibiliter aut
irrationabiliter,sed suprationabiliter operaſ,sancti spūs sequēs tactū,succensionem, & sursum
actionē,propter q̄d cōmuni lege nō coartaſ,⌊& osculabaſ pedes eius,⌋ex dilectiōis ardore se
reno ac spūali,& quasi gratias agēs pedibus sanctis,q corpus illud deferebāt, p cuius os seu
ꝓdicationē ipsa fuit cōuersa. Prætere a quia pedes sunt inferiores corpis partes,ad eos audaci-
us fiducialiusq́ꝫ accessit. Patet quoq́ꝫ ex his,ꝙ nudis pedibus Chrūs incesserit,⌊& vnguēto vnge
bat⌋quia vnguentū hoc refrigeratiuū fuit & boni odoris ac corpis delinitiuū. Quemadmodū
vero ait apłus:Omnis creatura dei bona est.s.quātū ad id,q̄d à creatore naturaliter,pure,infini
teq́ꝫ bono sortita est,abutentibus vero aliquæ creaturæ sunt malæ,prout in lib. Sapientiæ legi
tur:Creaturæ factæ sunt in laqueum pedibus insipientiū. Igitur Maria Magdalena creaturis
quibus fuit abusa,videlicet proprijs membris,ac alijs rebus orsa est bene vti in Christo. Ocu-
los nāq́ꝫ qbus vagissime & lasciue fuit multos intuita iā lachrymādo afflixit,capillos qbus se va
ne ornauit,ad deponēdos pedū Chri pulueres.immunditiasq́ꝫ protēdit,labia q̄ alijs libidinose
applicuit,pedibus Christi lachrymose impressit. Sic & vnguento suo iā optime vsa est,q̄ ante
vtebatur pperse.⌊Vidēs aūt pharisæus q vocauerat eū⌋,i,Iesum ad cōuescēdū inuitauit. Vi-
dens inquā q̄uo mulier ista lachrymis suis pedes Christi rigaret,capillis tergeret,oscularetur ac
vngeret,⌊ait intra se⌋.i.cogitauit,⌊dicēs,⌋verbo mētali q̄d est mētis cōceptus, ex quo ver-
bum vocale procedit.⌊Hic⌋.i.Iesus iste quē inuitaui,aspernāter sic cogitauit,indignās Chro
ꝙ se à peccatrice sic cōtrectari pmitteret. Vnde sicut interdū ex indignatione non exprimimus
nomiatim eum de quo loquimur verbo vocali,quemadmodū Iudæi tpe passionis dixerunt E
de Christo. Hunc inuenimus subuertentem gētem nostrā. Et rursus:Nō hūc, sed Barrabam,
sic aliquādo cogitādo de aliquo dedignamur eū interiori verbo nominatim intus exprimere,
sed per cōmune aliqd eū notamus,⌊si esset propheta⌋cuius est ex reuelatiōe diuina intueri se-
creta. Itaq́ꝫ si esset propheta,vt multi existimāt,& ipsemet innuit,⌊sciret vtiq́ꝫ⌋deo reuelante,
⌊quæ⌋determinate ac noiatim & q̄ psona.⌊& qualis⌋in cōuersatione seu q̄ spernēda ac vi
lis⌊est mulier q̄ tāgit eū⌋pedes eius lauādo,tergendo,osculādo,vngendo, ⌊qa peccatrix ē⌋
.i.magna & inueterata ꝓuaricatrix. ¶Aliqñ i scripturis pctōr siue peccatrix vocaſ qcūq́ꝫ pecca-
uit,etiā si solū venialiter fuerit peccans & pœnitētiā egerit,imo dato ꝙ nunq̄ actualiter pecca
uerit atq́ꝫ ab omi culpa immunis sit,sed originali pctō q̄ńq́ꝫ fuit obnoxius. Aliter verificari nō
posset quod scriptum est:Nemo mūdus à sorde, etiā si vnius diei fuerit vita eius sup terram.
Et ni-

Et nihilominus cõstat, ꝙ infantes baptizati omni careãt macula culpæ, & morientes mox euo
A lent. Chrisostom⁹ quoq; in homilia ait de Iohã. Bap. ꝙ fuit pctõr, interdũ magis proprie ferĩ 1 Tim. 1
pctõr, qui moraliter est transgressus, q̃uis pœnituerit, & absq; mortali fit. Sic Paulus nõ solum
peccatorẽ, sed & pctõꝝ primũ se noiat. Propriissime vero pctõr asserĩ, q in mortalibus vitiis
iacet sciẽter, pˀertim q diu, & aĩo indurato sic pmanet, sicq; pharisæus Mariã hãc noiat pecca-
tricẽ, insinuans se peccatorã nõ esse. ¶ Porro in verbis istis mẽtalibus fuit hic Simon multiplici-
ter errãs & peccans. Primo temerarie iudicãdo, quia tã Christũ q̃ Mariã iudicauit culpabilẽ in
hoc facto. Secũdo, vitiose ir dignãdo, quia tã pœnitẽti mulieri q̃ suscipiẽti, miserẽtiq; Christo
fuit indignans. Tertio, culpabiliter reprehẽdendo, nã Mariã hãc de actu pœnitẽtiæ, & Chr̃m
de actu misericordię q̃si de vitiosis actibus reprę hẽdit. Quarto, dupliciter mẽtiendo, nõ em̃ cõ-
sequens est, vt si quis sit propheta, propterea sciat oĩa alioꝝ secreta, nec ista Maria, q̃n hæc egit
fuit peccatrix secundũ pharisæi intentionem, imo iã p cordialẽ cõtritionẽ fuit iustificata, fuitq;
amore diuino succẽsa. Sed (vt ait gregorius) vera iustitia habet cõpassionem, falsa, indignatio-
nẽ. Vnde si Maria hæc pharisæi sepedibus prostrauisset, eã forte calcibus repulisset. Et ecce vsq; 1 Cor 10
q; in pˀsens, multi huic pharasæo sunt siles, q nõ obstante ꝙ ipsi fuerũt vel sunt pctis, defectib⁹, Galat 6
passionibus squalidi, pleni ac lacerati, aliis tñ peccãtibus mox immisericorditer indignanĩ, de-
trahũt & illudũt, nõ cõdolent, nec succurrũt, non pensantes illud apl̃i: Qui stat, videat ne cadat.
Et rursus. Frẽs, si pˀoccupatus fuerit hõ in aliq̃ delicto, vos q spũales estis, hmõi instruite in spũ
lenitatis. Itẽq; Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. isti sunt impfecti, in
anes & leues, q cũ modicũ qd iustitiæ & virtutũ inceperint, statim fatue glorianĩ, deinde ex-
tolluntur, alios aspernanĩ, q si vere illuminati, sapiẽtes, virtuosiq; essent, aliis charitatiue cõpa-
terẽtur, cõsilio atq; auxilio suffragarenĩ. Hinc dicit Gregorius: Necesse est, vt cũ pctõres q̃sq;
cõspicimus, nosmetipsos prius in alioꝝ calamitate seu vitiis defleamus, qa in similibus aut lapsi
B sumus aut lapi possumus. Itaq; propriã infirmitatẽ semp pẽsem⁹, omniq; peccãti cordialr cõ-
doleamus, pẽsantes, ꝙ nos q̃q; aut tm̃ aut graui⁹ caderemus, seu lapsi essemus, nisi diuina pietas
misericorditer affuisset atq; adesset. Si ita egerimus, vere sapientes, misericordesq; sumus, & fiet
in nobis q̃d Chr̃s promisit: Beati misericordes, qm̃ ipsi misericordiã cõsequẽtur. Propter quod
monet Apl̃s: Cõsidera teipsum, ne & tu tenteris. ⌊ Et respondẽs Iesus, ⌋ nõ verbis vocalibus,
sed mentalibus seu cogitationibus pharisæi, per q̃d ostẽdit se plus q̃ prophetã cordis cogitatio Matt. 9
nes intuendo, pandendo ac instruẽdo, cum cogitationes, affectionesq; mentis inspicere, deo sit
propriũ, nec prophetis id cõpetat, nisi ex reuelatione diuina, ⌊ dixit ad illum, ⌋ puta ad Simo-
nẽ, ⌊ Simõ, habeo tibi aliquid dicere. ⌋ Ecce Christus pharisæũ reprehẽsurus, q̃ dulciter eũ fa-
miliariterq; affatur, & noĩe proprio exprimens eũ, facit intentũ, ad innuẽdũ, ꝙ qui altũ corripe
re cupit aut habet, pie ac mititer hoc facere debet, dũmodo per huiusmodi increpationẽ alter Psal 140
valeat emendari, ideo scriptũ est: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me. ⌊ At il-
le ait: Magister dic, ⌋ deinde Chr̃s proponit paradigma siue parabolã, quæ secũdum sensum
superficialem, difficultatem, nõ habet, vt patet in textu, sed mystica eius intelligentia pulchrior
est. Est ergo parabola ista de quodã pˀissimo creditore & duobus pauperibus debitorib⁹ Chri
sto dicente. ⌊ Duo debitores erãt cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingẽtos, & ali-
us quinquaginta, Nõ habentibus illis vnde rederent, donauit vtrisq; ⌋ .i. ambobus debita illa
dimisit. ¶ Itaq; per fœneratorẽ mystice designatur deus oĩpotens, liberalissimus dator oĩs bo-
ni, & iustissimus vltor oĩs peccati, qui dicitur fęnerator duplici rõne. primo, qm̃ pro culpa pęnã
exigit & infligit, imo pro culpa tpali supplicium æternũ. Secundo, qa p donis naturæ & gra-
tiæ, q̃ nobis largitur, exigit bonũ vsum illorũ & gratiaꝝ actionẽ, atq; profectũ à nobis. Porro
secũdum hãc duplicẽ causam, cur deus fęnerator vocatur, debitores dupliciter possunt intelligi.
C Sicut ob primã causam deus fœnerator dicaĩ, per debitores intelligendi sunt pctõres, qui pro
suis excessibus tenenĩ satisfacere deo, seu debitas luere pœnas. Vnde p debitorẽ quingẽtoꝝ de
narioꝝ accipiendus est qui valde grauiter, multipliciterq; deum offendit, per debitorẽ vero
quinquaginta denariorum, qui minus peccauit. Isti debitores vnde reddant non habent, quo
niam viribus suis absq; gr̃a dei satisfacere nequeunt aut absolui, & præsertim non habẽt vnde
satisfaciant deo pro pœnę debito infinitæ, sed deus donat .i. indulget vtrisq; dũ veniam pos-
cunt, & q̃d in ipsis est faciunt, imo interdũ ex sua pietate immẽsa totaliter ac gratiosissime pˀue
nit eos & excitat ad seipsum, vt patet in Paulo Apostolo. Rursus deus donat istis vtrisq; .i. gra Actuũ. 9
tuitum gr̃æ donum infundit, quia sine gr̃æ dono nõ fit culpe remissio, aut iustificatio, dicente Roma 3
Apostolo: Iustificati gratis per grãm ipsius. Si autẽ propter secũdam rõnem deus fœnerator
vocetur, per debitores intelliguntur, qui varia dei bñficia sunt sortiti, & per debitorẽ quingẽto
rum nummoꝝ, qui multa maiora, p alium, qui minora. Isti non habent vnde restituant .i. deo
dignam vicissitudinem reddere nequeunt, nec satis regratiari seu obsequi, præsertim pro eo ꝙ
vnigenitus dei filius tanta pro eis assumpsit, fecit, ac pertulit, & tamen si pro posse deo humili-
terq; regratientur ac feruide obsequantur, benignissimus deus humani generis sciẽs imbecillitatẽ,

ac insufficientiam, nō solū nō despicit eos propter imperfectionē eorū, sed etiā donat. i. dona
Matt. 13 gratiæ & varia bñficia sua auget in eis. Habēti enī. i. de eo qđ accepit gratias referēti, dabitur, D
Luc. 19 & abūdabit. Deinde Chrūs volēs cōcludere pharisæū ex suo ppřio responso, iterrogat eū. ⌊Quis
ergo eū plus diligit?⌋. i. qs duorū debitorū fœneratorē, imo cōdonatorē illū plus diligere obligatur? ⌊Rñdens Symō, dixit: Aestimo.⌋ Sobrie loqtur pharisæus, timēs ex propriis verbis cōuinci à Chro, cuius sapientiā nouerat eē magnā, ⌊qa is cui plus donauit⌋. i. q maiorem indulgentiam aut bñficentiā est adeptus. Ille quippe cæteris paribus plus amare tenetur, quia plus datum est ei. Quanto enī qs ab aliquo maiora cōsequutus est bona, veniamve maiorem, tanto plus habet illū diligere. Et istud præcipue verū est & cōtingit in reb⁹ humanis, vbi amor frequēter causatur ex præcedentibus donis, ideo amor maior ex donis pcedit maioribus. ⌊At ille dixit: Recte iudicasti⌋. i. verū à falso rite discreuisti, veritatē affirmasti. Itaq; hoc Christi exemplo approbanda est veritatis platio à quocūq; sit pronūtiata, nec ex odio seu vilipēsione personæ debemus veritati ab ea prolatæ aut æquitati ab ea peractæ cōtradicere aut reniti, vt moris est hominū, passionibus subiectorū. Deinceps saluator parabolā hanc applicat ad propositum seu intentū. ⌊Et cōuersus ad mulierem.⌋ Hoc de duplici conuersione verificatur. Præfatis nāq; verbis prolatis Chrūs faciem suā corporalē situaliter conuertit ad mulierem retro secus pedes suos stantem, vel potius iacentē atq; prostratam illos tergēdo ac osculando.
Gregor. Spiritualiter quoq; se cōuertit ad eam, per respectū mentis suæ piissimū, & maiorem gratiæ infusionē, nam & ante sic cōuerterat se ad ipsam, dicente Gregorio: Quid miremur fratres E
Mariā veniētē, an dñm suscipientē? Suscipientē dicā an trahētē? Sed vt verius fatear, & trahētem dicam & suscipientē. Ipse enī ad pœnitētiam traxit intus, qui per māsuetudinem suscepit foris. ⌊dixit Simoni: Vides hanc mulierē?⌋. i. aspicere & cōsiderare merito debes personam & facta hæc eius. Vnde & Chrūs notāter ait, hanc mulierē, quasi dicat, Attēde fœminā istam valde notabilem, cuius gesta hæc sunt consideratione dignissima, cum ipsa sit pœnitentiæ forma, peccatorū exemplar, & spei, electionisq; vasculū, in quo sicut prius abundauerat culpa, ita
Roma. 5 abundat nunc gratia. ⌊Intraui in domum tuam,⌋ inuitatus à te ideo curialiter, charitatiue atq; hilariter à te suscipi debui, cum tamen ita factum non sit, saltem tam perfecte, vt decuit. Nam ⌊aquam pedibus meis non dedisti⌋. i. pedes meos aqua quæ in promptu est, nec lauari fecisti, cum tamen hoc de iure vel consuetudine hospitalitatis exist at, & Christo præcipue fieri debuit, qui nudis pedibus pergens, pedes frequenter habuit lassos, puluerATOS, afflictos.
Gēne. 18 Hinc in Genesi leguntur Abraham & Loth dixisse ad angelos quos homines existimabant:
Gene. 24 Lauate pedes vestros. Et rursus Laban legitur dedisse aquam ad lauandum pedes camelorū & virorum qui cum Abrahæ seruo aduenerant. ⌊Hæc autem,⌋ quam Christus nominatim non exprimit, non ex eius aspernatione, sed appretiatione, & quia prædemonstrabilis fuit in pœnitentiæ actione, & exempli ostensione, cæterisq; actibus, quæ Christus tā diligēter enumerare dignatur, ⌊lachrymis rigauit pedes meos,⌋ cum tamē lachrymæ ab interiori trahantur, nec ita habeantur in promptu, & prætiosus sint humor, quo patet, q valde excellat te circa me, qui mihi nec aquam ad pedū ablutionem dedisti. Præterea q̃ beata sit pia lachrymarū effusio: pandit Chrysostomus, dicens: Sicut vbi vehemens imber prorumpit, fit serenitas, sic lachrymis effusis oritur & apparet mentis tranquillitas, & perit caligo reatuū, & sicut per aquā & spiritū, sic per lachrymas & cōfessionē denuo mundamur. ⌊& capillis suis tersit.⌋ quo claret quantū nunc criniū suorū pristinū contēnat ornatum, quæ pedum immūdicias abstergit per eos, cū tamē fœminæ in decore, cōpositioneq; criniū soleant præcipue gloriari. ⌊Osculū F
mihi non dedisti, hæc aūt ex q̃ intrauit, non cessauit osculari pedes meos⌋ quo innotescit q magis charitatiue atq; humilius habuit, se ad me q̃ tu, qui nec oris osculū mihi dedisti, qđ pacis & amicitiæ signū est, & fieri cōsueuit in primitiua ecclesia in mutuo Christianorū occursu & salutatu congruo loco & tēpore, propter quod Paulus sæpe in suis scribit epistolis: Salutate in
Rom. 16 uicem in osculo sancto. Nam & Christus discipulos suos ad se redeuntes seq; salutantes in os
2.Cor. 16 culo sancto suscipere consueuit, propter quod instante passione, proditor loquebatur: Quem
1.Petr. 5 cūq; osculatus fuero, ipse est. Vnde patescit q̃ plenissima dilectione Christus amauerit naturā
2.Cor. 13 humanā, hominumq; personas. Hæc aūt de osculo spirituali qđ ex vera & interna dilectione
Mat. 26 emanat sunt intelligenda. ¶ Porro sicut amor carnalis totaliter vitiosus & fœdus est, ita & osculum ex eo progrediens. ⌊Oleo caput meum non vnxisti⌋ cum tamē nudo capite sim incedens, & oleum tale quale mihi fœmina hæc impendit, mihi sit cōgruēs. ⌊hæc aūt vnguento vnxit pedes meos⌋ cū tñ pedes sint capite, loco & dignitate inferiores, q̃ patet, q ipsa magis appretiata sit pedes meos q̃ tu caput meum. Ex præinductis Chrūs concludit. ⌊Propter qđ⌋ . i. qa tā charitatiue, reuerenter atq; humiliter se habuit circa me, ⌊dico tibi: Remittūtur ei peccata multa⌋. i. vniuersa eius pctā q uæ multa sunt remissa sunt ei à me authoritatiue, secundū q deus sum, & ministerialiter, secūdū q homo sum. Pctā nēpe mortalia, q̃tu ad culpā pariter remittūt, ⌊qniā dilexit multū.⌋ feruor enī dilectionis ē spūalis ignis pctā cōsumēs, ppter qđ

Salo.

Salomon protestatur: Vniuersa (inquiens) delicta operit charitas. Ideo Petrus hortatur: Ante
A omnia (inquiens) mutuã charitatẽ in vobis continuam habẽtes, quoniã charitas operit multitudi Prove. 10
nem peccatorum. ¶ Circa hæc oritur difficultas. Supra enim asseruit Christus, ideo quenq̃ plus dili- 1. Petri 4
gere, quia plus cõdonatum est ei, hic vero infert oppositũ, dicens: quod ideo dimissa sunt huic multa
peccatã, quia multum dilexit, vnde in parabola innuit, quod magnitudo remissionis & veniæ, seu donũ
sit causa magnæ dilectionis, nunc vero affirmat, quod amor sit causa doni, & magna dilectio cau-
sa magnæ remissionis. Præterea, si ideo dimissa sunt ei peccatã multa, quia multũ dilexit, apparet
quod dilectio, imo & magna dilectio remissionẽ peccati præcedat, sicq; in eodẽ erũt peccatũ mortale
& charitas. Ad ista est respondẽdum, quod dupliciter dicitur peccatũ dimitti, videlicet quantum ad
culpã, & quantum ad pœnã. Christus aũt nũc loquitur de remissione peccati quãtum ad pœnã, &
hãc remissionẽ præcedit & efficit magna dilectio, non obstante, quod ex remissione maioris cul-
pæ maior oriatur dilectio, quãtũ ad actũ amandi, loquẽdo de vna atq; frequenti causa dilectio-
nis maioris & ceteris paribus. Frequenter enim cõtingit, quod qui grauius peccasse se recordãtur, fer
uentiores fiant, & deo plus regratiantes, atq; instantius pœnitẽtes ac obsequentes, dicẽte apostolo: Roma. 5
Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Nõ tamẽ est consequẽs, nec Christus vult dicere,
quod semper plus diligant, aut gratiam possideant ampliorẽ, quib' plura sunt condonata peccatã. Nõ
enim latro crucifixus cũ Christo, & veniam consecutus, feruentior factus est Petro, Iohãne aut
Iacobo, nec aliquis horum virgine gloriosa, cui nullũ actuale peccatũ vnquam remissum est, quia
non sola peccati remissio aũt doni receptio causat & auget amorem, præsertim loquẽdo de di
uino amore, qui interdũ ex sola dei bonitate, quibusdã perfectior intẽtiorq; præstatur. Vn-
de Christus nũc loquitur de causa amoris, & eius effectu, prout ad suũ congruebat propositũ
ad reprimẽdũ pharisæi errorẽ. ¶ Aliqui vero ad ista aliter responderunt, dicẽtes: quod quædã ẽ di
lectio, remissionẽ culpæ præcedens, & quædã hãc sequens, quia in iustificatione impij tria sunt,
B scilicet primariæ gratiæ infusio, vtpote fidei, spei & charitatis, cordis quoq; contritio & cul-
pe remissio. Et quãuis hæc tria simul sint tẽpore, nõ tamen causalitate. Nã infusio gratiæ est cau
sa contritiõis, & cõtritio est cã remissionis culpe. Itaq; patet, quod primaria dilectio præcedit re
missionem peccati. Est aũt & alia dilectio, quæ sequitur culpæ remissionem. Cum etenim anima
sentit se sancto spiritu aspiratã, creditq; probabiliter culpã sibi à deo dimissam, amplius dili-
git & magis mouetur ad bñ agẽdum, & forte ista secũda dilectio est præcedẽtis augmẽtatio,
causata ex cõsideratiõe remissionis præcedentiũ peccatorum. Ergo de primaria dilectione, intel
ligitur quod dicitur: Remittuntur ei peccatã multa. De secundaria aũt loquutus ẽ pharisæus: Aesti
mo quia is .s. plus diligit, cui plus donauit. ¶ Cõstat igitur, quod Maria seu quilibet pœnitens di-
lectionem dei primariã & gratiã prius habuit q̃ remissionẽ peccati, non prioritate tẽporis, sed
causalitatis, præsertim in genere causæ formalis, cũ naturaliter prius sit eẽ gratiæ, sicut & cuius li-
bet rei, q̃ suũ agere, & ita prius est eẽ gratiæ q̃ suũ officiũ oppositũ, puta peccatũ expellere.
¶ Deniq; huic dicto Gorræ cõcordat, quod in prima secundæ asserit Thomas, quod iustificatio
passiua impij, est motus eius ad iustitiã, quẽadmodum passiua calefactio est motus ad calorem.
Deinde ostendit quomodo ad iustificationem hanc requirant infusio gratiæ, & motus liberi ar
bitrij ad consensum, acceptationẽq; gratiæ infusæ, & motus fidei, motus etiam charitatis, sine
qua nihil meritorium extat, itẽq; motus liberi arbitrij cõtra peccatũ renitendo ei & fugiendo
hoc ipsum. ¶ Postremo exigitur remissio culpæ, quia per hoc motus iustificatiõis cõpletur, quod Thomas
culpa remittitur. Asserit quoq; Thomas, quod licet iustificatio impij fiat in instanti, nihilominus
inter ea iã dicta, quę requiruntur ad eam est ordo, ita quod naturali ordine prior est infusio gratię,
deinde motus liberi arbitrij in deũ, seu in gratiæ acceptationẽ, tertio loco sequitur motus liberi
arbitrij cõtra peccatũ, remissio aũt culpæ est vltimũ, quia ad ipsam tot' motus ordinatur. Verũ-
C tamẽ ex parte hominis, prior ẽ remissio culpæ, q̃ infusio gratiæ, secũdũ viam generationis, Opor-
tet enim impedimentum auferri, añ introductiõẽ oppositi. Hęc omnia sanct' Thomas circa finẽ
præallegatæ summæ, pulchre declarat, quæ ob prolixitatẽ vitandam omitto. Deinceps ait sal
uator: ⌊Cui aũt minus dimittitur, minus diligit.⌋ Hoc clare videmus, quod sæpe qui minus graui-
ter deliquerũt, tardius cõfitentur seu cõuertunt, & post cõuersionẽ remissius habẽt se, q̃ qui gra-
uius peccauerũt. Nã illi minus sibi indultũ arbitrantur, & isti magis. Ob hoc tñ null' audaci'
debet peccare, quia & verbũ hoc Christi intelligẽdũ est cæteris paribus, & vt frequẽter, non
autẽ simpliciter atq; in omnibus. Non enim Maria Magdalena plus diligit deũ q̃ benedicta vir-
go Christifera, quãmuis minus dimissum sit virgini gloriosæ, imo nullum actuale peccatum di
missum est ei, sed aliunde est ei maior ratio diligendi deum q̃ Magdalenæ. Alij quoq; in innocẽ-
tia sua persistentes multo feruẽtius deo deseruierũt, q̃ multi præcipui peccatõres cõuersi, sicut de san
ctissimis Christi pueris Gregorio & Bernardo ac Thoma alijsq; innumeris certũ est. Hinc Chryso.
ait Chrisostomus: Opus est nobis feruenti aĩa, quia nil impedit hoiem fieri spũaliter magnum.
Nullus ergo in peccatis cõstitut' desperet, nemo virtuosus dormitet, nec vane cõfidat, sæpe enim
meretrix præcedit eũ, nec iniust' diffidat, possibile namq; ẽ eũ primos superare. ⌊Dixit aũt ad illã

Remittuntur tibi,] à deo[peccata tua,] vniuersa. Larga enim dei pietas veniam non dimidiat.
¶ Porro quod ait Remittuntur &c. Si intelligatur de remissione, quantum ad culpam, expo- D
nendum est, remissa sunt, sicut prætactum est. Si vero accipiatur de remissione quantũ ad pœ
nam, exponi potest, per modũ tẽporis præsentis, quia vt dr̃ in hac vice, Christus indulsit Ma-
riæ Magdalenæ peccata sua, quantum ad pœnas eis debitas, plene siue totaliter propter arden
tem eius ad Christum amorem, & vehementem suarum horrorem culparum. Remissio quip
pe peccati mortalis, aut nulla est, aut totalis, sed remissio pœnæ, communiter fit per partes, &
non tota simul, secundum communem vt tactum e[st] cursum, quãuis interdum fiat tota simul,
ob charitatis ingentem ardorem, peccati ruborem, contritionis introitionem, confessionis hu-
militatem, vitiorũ detestationem, quæ o[m]nia fuerunt in Magdalena, quia & si verbis nõ cõfite
batur, lachrimis tamẽ suspirijs atque operibus hoc agebat, nec tunc sacramentum confessio-
nis requirebatur. [Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se,] hoc est, cogitare,
[Quis est hic qui etiam peccata dimittit?] Quasi dicant: Quàm præsumptuosus est iste, aut q
modo audet sic loqui, quamuis nanque Christus non dixerat, Remitto tibi, sed remittuntur ti-
bi peccata. ipsi tamen hæc verba sic acceperunt, tanquam dixisset: Remitto tibi &c. Frequẽter
enim Christus de seipso quasi de alio loquebatur in tertia persona. Aduertebant quoq; q; pec
cata dimittere deo sit proprium, qui ait per Esaiam: Ego sum qui deleo omnes iniquitates tu-
Esaiæ 43 as, & cui in libro Iob dicitur: Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine? Nõ
Iob 14 ne tu qui solus es? Sed hæc non sunt contra Saluatorem, qui secundum quod deus dimisit pec E
cata authoritatiue, imo cum patre & spiritu sancto vnus est peccati dimissor: secundum natu-
ram vero assumptam, relaxat peccata instrumentaliter, atq; vt meritoria causa. [Dixit autem
ad mulierem:] Non enim respondit ad cogitationem illorum peruersam, quia vt ait Gregori
us: Cœlestis medicus ægros respuit, quos de medicamine deteriores fieri videt. veruntamẽ nõ
Iohan. 21 sequitur quod Christus nõ responderit illis, quàmuis euangelista non scribat. Multa siquidem
fecit & dixit Saluator quæ nullus euangelistarũ conscripsit, imo eorum quæ operatus atq; lo-
cutus est, pauca in speciali scripserunt, vt euangelica legenti volumina elucescit. [Fides tua te
Hebr. 11 saluam fecit,] hoc est, merito fidei tuæ à peccatis tuis es liberata. Vnde in Actis apostolorũ fer
tur de deo: Fide purificãs corda eorum. & Paulus, Sine fide (inquit) impossibile est placere deo.
Nam fides est fundamentum principiumq; virtutum, & per ipsam mens primo coniungitur
deo. Nec obstat q; pauloante Christus asseruit, mulieri huic multa esse dimissa pe[c]cata, quia di
lexit multum, ad eundem equidem actum virtuosum multæ cõcurrere possunt virtutes. Nũc
quoq; est mentio de fide formata, quæ dilectionem includit, & operatur per eam, [Vade] hoc
est, à me discedens perseuera[in pace.] pectoris, quousq; inducaris ad pacem æternitatis, à vi
tijs quoque cessa, nec in pristinam vitiorum deordinationẽ labaris. Sed deo iugiter regratieris,
quemadmodum ad Romanos ait Apostolus: Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deũ. Hęc
est pax vera & bona, mentis in deo tranquilitas, quã ad Galatas ponit Apostolus inter fructus
spiritus, qua iniusti non tranquillantur, iuxta quod in Esaia legitur: Nõ est pax impijs dicit dñs.
¶ Circa præhabita quæritur: Quis plus amore & regratiari tenetur, innocens vel peccator con
uersus. Apparet quod innocens, quoniam donum innocentiæ, maius est dono gratiæ restitu-
tæ. Augustinus quoque fatetur, multo ardentius diligere debes deum, qui flagitiosis quæcunq;
mala dimisit, in ea te cadere non permisit. Oppositum apparet ex eo, quod dixit Saluator ver-
ba Simonis approbando: Cui plus donatum, hoc est, condonatum est, plus diligit, & cui mi-
nus dimittitur, minus diligit. F
¶ Ad hanc quæstionem Thomas in secunda secundæ respondet, dicendo: Vbi maior est gra-
tia ex parte dantis, requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis. Gratia vero ex parte
dantis, dicitur maior dupliciter, vno modo secundum quantitatem dati, & sic innocẽs deo ma-
gis regratiari tenetur, eo quod donum innocentię maius sit, dono gratiæ redditæ, cæteris pari
bus, est etiam donum innocentiæ magis continuatum, & incessabilius conseruatum. Alio mo-
do gratia dicitur maior, quia magis gratis tribuitur, & sic pœnitens magis regratiari tenetur.
Eadem autem est ratio de amando magis aut minus. Aliqui etiam dicunt, quod innocẽs plus
tenetur amare deum & grates ei rependere ex commisso, sed pœnitens ex dimisso. Itaq; quo-
niam status innocentiæ absolute loquendo melior est statu pœnitentiæ, patet quod cęteris pari
bus simpliciterq; loquendo, innocens plus amare habet & regratiari. ¶ Postremo, quomodo
mystice per pharisæum iudaicus populus, per Mariam vero conuersa designetur gentilit[a]s,
beatus Gregorius in homilia satis prosequitur.

¶ Exposi

¶EXPOSITIO CAPITVLI OCTAVI. ET FACTVM est deinceps & ipse iter faciebat p ciuitates & castella ꝑdicans.

¶Articulus vicesimus.



A T Factum est deinceps & ipse ⌋ vnigenitus dei⌊ iter faciebat per ciuita
tes & castella⌋ Iudææ, Galilææ, Samariæ ⌊prædicans⌋ hortando ad be
ne agendum, ⌊& euãgelizãs regnũ dei, ⌋ id ẽ, cœlestis regni felicitatem
pro ꝑmio dandã iustis palam pronũtians. Dicit autẽ regnum dei & re-
gnum cœleste, regnũ q̃dẽ dei a regnãte & dante, regnũ cœleste siue cœ
loꝝ à loco vel ciuibus regni illius. Euãgelizauit quoq; Saluator regnum
dei, i. statũ, processum, grãm, & ꝑmium ecclesiæ militãtis, quæ vbertim
regnum dei & regnum cęloꝝ in euangelio noiat. Itaq; & nos Chrm se
ctemur nõ vana & friuola, sed cęlestia proferendo & ædificatoria proponẽdo, pensantes illud
Hieronimi, Oĩe q̃d non ædificat audiẽtes in periculũ vertitur eorundẽ. ⌊Et duodecim⌋ puta
Apostoli ⌊ibant cum illo⌋ Apostoli quippe magis continue & familiarius q̃ cæteri discipuli
Christo vbilibet adhæserunt, de quoꝝ electiõe & institutiõe dictum est: ⌊Et mulieres⌋ aliq̃
ibant cum Iesu ⌊quæ erãt curatæ⌋ ab ipso ⌊à spiritibus malignis⌋ Hoc dupliciter intelligi põt.
Primo, ꝙ quędam illaꝝ fuerũt obsessæ, Secũdo, vt dicant à dæmonibus curatæ, quia à vitijs
valde multis & magnis fuerũt p Christi prædicationẽ, gratiamq́; mundatæ. Certi aũt dæmo-
nes à certis vitijs nomina sortiunt, quia ad ea specialiter tentant, inclinant, iducũt. Vnde dicitur,
Spũs supbiæ, spũs fornicatiõis, qui autẽ hmõi vitijs sordẽt, à dæmonib⁹ spũaliter possidentur,
tanq̃ captiui & serui eorum. A quo em̃ quis victus est, huius & seruus ẽ, vt in secunda canoni-
ca loquit Petrus, & Paulus de impijs loquẽs: Resipiscãt (inquit) à laqueis diaboli, à quo captiui
tenentur ad ipsius volũtatem ⌊& infirmitatibus⌋ corporalibus. Merito ergo secutæ sunt Chri
stum tanquam magistrũ & medicum corporumq; earum, grate consistere & plus proficere
cupiẽtes, videlicet: ⌊Maria quæ vocat Magdalene⌋ A castro nomine Magdalum. Fuit em̃
B soror Marthæ ac Lazari, filia opulenti atq; ꝑnobilis viri, & ex hæreditate parentum deuenit
ei hoc castrum, ⌊de qua dæmonia septem exierant⌋ hoc ẽ peccata septem mortalia, quibus
aliquando plena fuit. Vnde & in marco legitur: Surgẽs Iesus mane prima sabbati, apparuit pri
mo mariæ Magdalene, de qua eiecerat septẽ dæmonia. ⌊Et Iohanna vxor Chuse procurato
ris Herodis⌋ Forte eius, qui tẽpore quo facta sunt hęc, vixit, videlicet Herodis qui decollauit
Baptistam, ⌊& Susana⌋ quæ cordis constantia & virtute atq; prudentia, similis facta est, præ
clarę illi Susannæ, de qua in Daniele habetur, de Iohanna aũt præfata infra habetur, quod cum
Maria Magdalena venit cum aromatibus ad sepulchrum viditq; duos angelos sanctos & for
te idem intelligendum est de Susanna sicut ex verbis sancti Lucæ ibidem conijcitur: ⌊& aliæ
multæ⌋ mulieres, sexus nẽpe fęmineus ad deuotionẽ solet esse magis dispositus, quam sint vi
ri, quia fęminæ cõmuniter humilioris & mollioris sunt cordis, ⌊quæ ministrabant ei, ⌋ Scili-
cet Christo, & eius discipulis, qui pauperes erant, seu oĩa reliquerũt, ⌊de facultatibus⌋ hoc ẽ
opibus ⌊suis⌋ quia opulẽtæ fuerunt atq; deuotæ, & rationabile esse pẽsabant, vt sicut ipsi spiri-
tualia à Christo quotidie susceperũt, sic ei in tẽporalibus ministrarẽt, præsertim, quia à corpo
ris & animę morbis fuerũt liberatæ p Christum. Vnde nec condignum aliquid ei valebãt re-
pẽdere, cum in Ecclesiastico scriptũ sit: Melius est corpus validum, q̃ census immensus, quem
admodũ autem contra Iulianum scribit Hieronymus: Consuetudinis Iudaicę fuit, vt mulieres
deuotę de substantia sua victum atq; vestitum suis pręceptoribus & doctoribus ministrarent.
Sed quia hoc in gẽtilibus scandalum facere potuit, Paulus abiecisse se ꝓtestat, nihilomin⁹ idẽ
Apostolus pro modico reputauit, si illoꝝ tẽporalibus sustẽtaret, quibus ipse spiritualia impẽde
bat, dum loquit: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum ẽ, si vestra carnalia metamus?
Hinc iterũ ait: Nunquid non habemus potestatẽ sororẽ, mulierẽ circũducẽdi, sicut cæteri Apo
stoli. Itaq; Christus à mulieribus deuotis talia sumẽs, dedit exemplum fidelibus, ꝙ his qui alijs
C spũalia impartiunt, liceat de illorum corporalibus sustentari. Propter quod ad Corinthios ait
Apostolus: Ordinauit dominus his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.
¶Consequẽter describitur prędicatio Saluatoris: ⌊Cum autẽ turba plurimo conueniret, & de
ciuitatibus properarent ad eum⌋ sicut in Matthęo legit, vbi & quę sequunt, habent in turba
hac, multi carnales & impfecti fuerunt, vnde non oẽs propter eandẽ ad Christum confluxe-
rant causam, sed quidam ex deuotione, quidam ex curiositate, vt viderẽt miracula. quidam ex
inuidia, vt insidiarent, quidam vt sanarentur, quidam vt alerentur, ⌊dixit per similitudinẽ⌋
id est, parabolico vtebatur sermone, proponens parabolas. Est aũt parabola reꝝ dissimiliũ ge
nere sub aliqua similitudine facta cõparatio. ¶Præterea, multę assignantur causę, cur Chris-
tus turbis, in parabolis loquebat, primo vt diuina secreta, ac supna mysteria, carnalibus & indignis
manerẽt innota, scd̃m illud Matthęi: Nolite sanctum dare canibus. Hinc diuinus Dionysi⁹ in
mystica theologia loquitur Timotheo, Vide vt nemo indoctoꝝ hęc sciat, secundo vt fideli-
bus det

bus detur occasio fructosę exercitationis,in addiscendo,perscrutando,& exponendo parabo
lica dicta,iuxta quod in Prouerbijs inducitur:Sapiens animaduertet parabolam& interpreta-
tionẽ,verba sapientũ & ænigmata eorum. Tertio,vt diuinitatis perfectio,& diuinorum pro- D
prietas doceãtur in sensibilibus,cunctisq́ rebus aliqualiter relucere,quemadmodum theolog⁹
Dionysius protestat: Nil(inquiẽs) est,ꝙ diuinæ bonitatis participatione oĩno sit expers. Et
ad Romanos ait Apostolus:Inuisibilia dei,p ea quæ facta sunt cognoscũtur.
¶ Insup per hoc,quod saluator totiẽs similitudinibus ex corporalium rerum gñe sumptis est
vsus,clarissime condemnat insania Manichæi,qui terrena hæc dixit,à principe tenebrarum di
abolo eẽ creata. Deinde parabola subditur: Exijt qui seminat seminare semen suum. Hoc si-
cut sequentia,quantum ad sensum per verba immediate signatum difficultatem nõ habet. Sed
sensus principalis,imo & literalis in parabolicis sermonibus nõ est, qui per verba immediate
insinuat,sed qui p res verbis significatas intenditur,&ita exponenda sunt ista. Itaq; ait: Exijt
qui seminat hoc est Christus seminator verbi cœlestis,in cordibus hominum exijt semina
re,i.ad seminandum semen suum, hoc est,euangelicæ doctrinæ prædicationem,hæc est
seminatio spiritualis,de quo in Osea legitur:Seminate vobis in iustitia,& metite in ore miseri-
cordiæ,de quo ait Apostolus:Qui seminat in benedictionibus,de benedictionibus metet vitã
æternam. ¶ Præterea quamuis quod nunc ait saluator de exitu ad seminandum intelligi debe
at de exitu suo à cœlo in terram per incarnationis mysterium,qui exitus vocatur descensio,de
qua dicit Apostolus:quod autem ascendit,quid est nisi quia primo descendit,in inferiores par
tes terræ. Et Psalmista:A summo cœlo egressio eius. Item de exitu suo ex vtero virginis,iux-
ta illud Psalmi:Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. De exitu quoq; locali, quo
egressus est de domo ad publicum locum vbi conuenientius audiretur à multis,nihilominus
exitus competit Christo,etiam secundum diuinam naturam,quia eo ipso quo à patre æternali
ter gignitur,ab ipso exire seu egredi dicitur,quemadmodum in Iohanne loquitur: Exiui à pa-
tre & veni in mundum quo circa ait Hilarius,sexto de trinitate: A patre venisse, & à deo ex
isse,non est significationis eiusdem,cum aliud sit à deo in substantiam natiuitatis exisse, aliud à
patre in hunc mundum,ad consumanda salutis nostræ sacramenta venisse, cum exire à deo
sit ex natiuitate subsistere. Augustinus quoq; super Iohannem: Exijt (inquit) à patre, quia de E
patre est, in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit. De quo etiam Christi exitu
Michæas asserit: Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Rursus conuenit Christo secũ-
dum diuinam naturam,quantum ad operationem eius ad extra, vt secundum quod deus di-
catur exire,id est,in actum procedere,imo sic deus dicitur inter homines ambulare & habita-
re, iuxta illud Deuteronomij: Dominus deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum. Et
per Abacuc dicitur deo:Egressus es in salutem populi tui,in salutem cum Christo tuo, Hinc
sanctus Dionysius ait,ꝙ deus ad oĩa regrediens & procedens,per bonitatis suę communicati
onẽ manet in seipso inegressibilis atq; immobilis. Et dũ seminat,i. Christo verbũ sapientię
salutaris euangelizante aliud cecidit secus viã,i. magna pars prædicationis Christi descẽdit
in corda hoĩm mũdanoꝝ,carnalia spiritualibus præponentium,qui secus viã sunt,id ẽ,latis iti
neribus seculi huius,videlicet operibus vitiosis adhærẽt,nec à lata via pditionis elongare se vo
lunt,q̃ cõtra per Hieremiã dicit:Iuxta vias gentiũ nolite discere. Est aũt & alia via bona de q̃ lo
quitur Esaias:Secus vias pascent,hoc enim ait de virtuosis, & conculcatum est id est,stre-
pitu cogitationũ malaꝝ tentationũ & affectionũ vitiosaꝝ à fructu boni operis impeditum,
calcatũ & victũ, & volucres cœli id ẽ,dæmones seu aereæ ptãtes, q̃ volucres cœli dicũtur,
qa in aere caliginoso morant, & propter subtilitatem naturæ eoꝝ, itemq́ ob instabilitatem
& leuitatẽ mentis ipsoꝝ, & qm inordinate ascendere sunt moliti. Interdũ vero p auem intelli-
guntur angeli sancti,& etiã Chrĩ ob cõtẽplatiõis sublimitatẽ & velocitatẽ ac agilitatẽ in eis. Itaq;
volucres cœli comederũt illud hoc ẽ verbũ dei de prædictoꝝ cordibus audientiũ suis tenta-
tionibus abstulerũt,ad quod spiritualiter pertinet illud Osee: Comederunt alieni robur eius &
ipse nesciuit. Et aliud cecidit supra petram hoc est in corda indurata atq; rebellia,de quib⁹
Hieremias loquitur:Indurauerũt facies suas supra petram,& noluerũt reuerti. Vnde ad He- F
bræos monet Apostol⁹:Adhortamini vosmetipsos p singulos dies, vt non obduretur quis ex
vobis fallacia peccati, & natũ aruit, i. cum verbũ dei in corde huiusmodi cœperit paꝝ fru-
ctificare,statim cessat ab opere bono atq; aufertur, quia non habebat humorem id est,sa
pientiæ salutaris fluenta,gratiæ rorem,charitatisq́ nutrimentum. In talibus equidem cordib⁹
non sunt virtutes & dona spiritus sancti saltẽ stabiliter. Quẽadmodũ aũt humor aquaꝝ alit
& conseruat arbusta,sic gratia dei,virtutes & dona spũs sancti,mentem nutriunt,& conseruãt
dicẽte Apostolo:Optimũ est gratia stabiliri cor. Hinc p Hieremiam dñs de homine impio di
cit:Maledictus homo,cuius cor recedit à deo. Erit enim quasi myricæ in deserto, & habitabit
in siccitate. In Iob quoq; ait scriptura:Nunquid viuere potest scirpus absq; humore. Itaq; sicut
hic dicit saluator,videmus interdũ,ꝙ ex pdicatione verbi cœlestis cõpunguntur ad horã cor-
da sapi-

da lapidea indurata timore mortis & inferni iudicijq́ diuini. Sed oriente in eis aliqua passione
A seu tētatiōe, mox prauitati cōsentiūt & arescunt, quēadmodū scriptū est. Qui mētis est duræ
incidet in mala. Deinde ponitur differentia audientiū tertia. ⌊Et aliud cecidit inter spinas⌋ hoc
est in corda passionata, ambitiosa & vana, qui sup fluis curis, inordinatis timoribus, mortiferisq́
tristitijs afficiuntur, punguntur, torquentur, dum temporales diuitias & caducos, honores im-
moderate aspirant. Vnde & talia perdere trepidant, habentibus inuident, perditisq́ talibus cō
tristantur. Hinc secundum Gregorium: Nihil quietius, quam nihil huius mūdi appetere. Ni
hil inquietius, quam summo & inuariabili bono relicto, vanis & transitorijs inhærere. Verun-
tñ sicut in Iob scriptū est: Sub præsatis sentibus esse multi delitias reputāt, ⌊& simul exortę spi
næ suffocauerunt illud⌋ id est, præfatæ affectiones & solicitudines inordinatæ cum verbo p̄-
dicatiōis accepto & fructificare incipiente pariter erumpentes, oppresserunt fructum operis
boni, & germē virtutis vicerunt & expulerunt, secundum q́ virtutes & opera eius à vitijs era-
dicari feruntur, dū em̄ huiusmodi hoīes incipiunt aliq̄d boni cogitare aut operari, statim exurgūt
& miscent se cogitationes & affectiones de temporalibus rebus ac præualent. Tales sunt ho-
mines passionibus subditi, qui mentis suæ agrum ab hmōi spinis ac tribulis nō emūdant, q̄ q̄
fatuū sit, pandit Salomon: Per agrū (inquiēs) hoīs pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ec-
ce totū impleuerāt spinæ, operuerunt sup̄ficiē eius vrticæ. Auferenda sunt ergo à corde pas-
siones & vitia, vt verbū dei cōualescat in eo, propter quod per Hieremiam dñs loqtur: Noua
te vobis nouale, & nolite serere sup spinas, circuncidimini & auferte præputia cordiū vestrorū
ne egrediatur vt ignis indignatio mea & succendatur, & non sit qui extinguat. Sequitur diffe-
B rentia audiētiū quarta: ⌊Et aliud cecidit in terrā bonā⌋ hoc est in cor docile ac deuotū seu ad
deuotionē dispositū, q̄d vere stabiliter acquiescit sermonibus dei ⌊& ortū⌋ .i. in actū proce-
dēs ac germinans ⌊fecit fructū⌋ .i. opus pfectū, & fructū protulit copiosum, quēadmodū ali-
cubi terra fert tā fertilis, q̄ semen in eā proiectū, cētuplicat. Vnde in Genesi de Isaac legitur, q́
inuenit i ipso anno cētuplū, q̄uis hoc forsitan fuerit ex supernaturali terræ illius fœcundatiōe.
¶ Porro de hac fructificatiōe differētiā tripartitā inducit, dicendo: ⌊Aliud⌋ .s. fecit fructum,
⌊centesimum, aliud sexagesimū, aliud tricesimum,⌋ quod sup Matthæum diffusius extat ex-
positum: Ecce Christus quatuor ponit differentias audiētiū suas prædicatiōes, & in sola quar-
ta asserit sermocinationē suā proficere, pauci etem̄ Iudæorū (comparatiue loquendo) p ipsum
fuerunt cōuersi. Non ergo prædicator, exhortator siue orator, immoderate tristetur, pusillani-
mitate deijciatur, aut à bono inchoato desistat, si sua prædicatio aut oratio, nō tātis proficiat
sicut desiderat, imo magnū omniq́ labore dignissimū arbitretur, si vel vnum lucrari valuerit,
pro quo fusus est sanguis Christi. Christus quippe est seminator, prout in Matthæo profite-
tur: Qui seminat bonū semen est filius hominis. Cæteri vero prædicatores sunt velut cophini
seminatoris illius, qui ex ipsis & p ipsos verba cœlestia in mentes spargit humanas. Etenim
cathedram habet in cœlis, qui hominū corda docet in terris. Hinc loquitur Augustinus: Ego p
quē Chrūs seminat q̄d sum, nisi cophinus seminantis, noli attendere ad vilitatē cophini, sed ad
potestatē seminis, & charitatē seminatoris. hæc quæ parabolicæ prolata sunt, ⌊dicens clama-
bat vt audiētes faceret bene attentos, & magna cōtinere mysteria verba sua ostēderet. ⌊Qui
habet aures audiēdi audiat.⌋ Quamuis hoc cōmuniter de interioribus auribus exponatur, vt
C sit sensus: Qui habet aures itellectuales videlicet capacitatē mētalē ad ītelligēdū audiat, hoc est
quæ dico diligēter attēdat. Nihilominus exponi etiā de corporalibus auribus potest, eritq́ sen-
sus: Qui habet aures audiēdi audiat, .i. corpales aures, per quas fit primordialis, seu sensitiua au-
ditio audiat, nō solū corporaliter, sed intellectualiter quoq́ audita consideret. Naturale est e-
quidem homini, vt intellectiua sua cognitio ex sensitiua sumat exordiū. Interior autem audit⁹
est ipsemet intellectus, qui pro quolibet sensu interiori accipitur, seu p quemlibet illorū expri-
mit. Sicut ait Basilius. Deniq́ triplex assignatur auditus, videlicet sensitiuus, intellectiuus &
obeditiuus, quia tunc proprie dicimus præcepta dei audire dum obedimus eisdē. Hanc auriū
distinctionem tangit Moyses, cum in Deuteronomio loquit Israheliticis: Vos vidistis vniuer-
sa magnalia, quæ coram vobis fecit dñs, & non dedit vobis dominus cor intelligens, & aures
quæ possent audire. ¶ Postremo vt asserit Beda, quotiens in Euangelio vel Apocalypsi hæc
admonitio: Qui habet aures, &c. interponit mysticū esse q̄d dici demonstrat atq́ intensius in
quirendū. ⌊Interrogabant āt eum discipuli eius quę esset⌋ .i. q̄d significaret ⌊hęc parabola⌋ hoc
sciscitati sunt non statim proposita ista parabola, aut in naui qua prædicabat. Sed vt in Mar-
co habetur cū eēt, singularis, .i. separatus & vacās à turba. Itaq́ discipuli veritatis, audi esse de-
bent ac studiosi ad cognoscendū veritatē, & cum quæ audierint seu legerint nō intellexerint, à
magistris & doctoribus inqrere intelligentiam non omittant, nec erubescant, qa apostoli hoc
fecerunt. Porro vt astruit Origenes, parabola est sermo quasi facti, nō aūt facti, iuxta id quod
dicit, sed possibilis fieri, significatiuus rerū p transsumptionem earū quæ in parabola tradunt.
Aenigma vero est processus sermonis, in his quæ dicunt quasi facta, quæ tñ nō sunt facta, nec
possibi-

possibilia fieri, significant vero aliquid in occulto, sicut quod dicitur in libro Iudicū: ierunt ligna
vt vngerēt super se regē, ⌞ Quibus ⌟ puta apostolis ⌞ ipse dixit: Vobis datū ⌟ hoc est, desuper D
concessum ⌞ est ⌟ & frequēter cōceditur, per gratiā singularem, tanq̄ æternaliter prædestinatis
ad beatitudinem tantam, nosse mysterium regni dei ⌟ hoc est, palam intelligere spirituales ac
mysticos intellectus diuinæ scripturæ seu sacra secreta militantis ecclesię. Tam enim scriptura
quam militās ecclesia, regnū dei & regnum cœlorū vocatur, in qua cœlestis regni felicitas nū-
tiatur, atq; spiritualiū epularū delitiosa refectio cōtinetur, vel sapiētia euangelicę legis vocatur
mysteriū regni dei, quia est quoddā occultū incredulis & peruersis, per q̄d ad regnū supernū
pertingitur, & quia quid sit beatitudo regni seu patrię beatorū & qualis sit status eorum, in ea
addiscitur. Vnde in Iohanne ait Saluator: Pater, manifestaui nomē tuū hominibus, q̄s dedisti
mihi de mūdo. Et deinde: Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te solū verū deū, & quē misisti Ie
sum Christū. Alibi quoq;: Cōfiteor (inquit) tibi pater, q̄a abscondisti hæc à sapientibus & pru
dentibus, & reuelasti ea paruulis, deniq; apostolis tanq̄ post Christum summis ecclesiæ do-
ctoribus reuelanda luculentius erant scripturæ mysteria ac diuina secreta, vt de his alios edo-
cerent, ⌞ Cæteris autem ⌟ datum est nosse mysterium regni dei, ⌞ in parabolis ⌟ .i. enigmatice
& obscure, propter incapacitatē seu culpam eorū, ⌞ vt videntes ⌟ corporaliter ⌞ nō videant, ⌟
spiritualiter, quia meam humanitatē atq; miracula foris cernētes, diuinitatem meā & miracu-
lorum virtutē non cōsiderauerūt, ⌞ & audientes ⌟ verba mea corporali auditu ⌞ nō intelligāt ⌟
ea mentali intuitu, & quod ait saluator (vt) nō causaliter sed consecutiue accipitur, non enim ad
hoc Chrūs parabolice est loquutus, vt illi excæcarētur, sed ad suā prædicationē illorū excæca
tio est sequuta, & iusto iudicio negata est illis, tanq̄ indignis intelligentia spūali, quia & si eā au- E
dissēt forsitan despexissent. ⌞ Est aūt hæc parabola ⌟ hoc ē, ita vt subditur exponenda. ⌞ Se-
men est verbum dei ⌟ .i. per semen intelligitur prędicatio, seu doctrina verbi cœlestis huc scri
pturę. Verbū aūt dei aptissime semē vocatur, quoniam mentem fœcundat, opus meritoriū in-
choat, fructum virtutis producit, animam reficit, & instar seminis in audientiū cordibus spar-
gitur. Sed & ipsemet Christus increatū dei verbū dicitur semen, iuxta illud in Genesi: In semi-
ne tuo bñdicētur oēs gētes, Christus etiam orsus est prędicare, vt seipsum audiētiū cordibus se-
reret, in ipsumq; crederēt ac sperarēt, sicq; p fidē, spem, & charitatē in ipsis maneret, sicut ait
apostolus: habitare Christum p fidem in cordibus vestris. ¶ Pręterea quadruplex assignatur •
semen, primū est semē seminatū, & in vtero virginis incarnatū pro nobis, videlicet Christus,
dicēte Apostolo: Nō dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, in semine tuo, quod
est Christus. Secundum est semen seminatum in nobis, vtpote verbū dei, gratia, virtutes & do
na spiritus sancti, de quo semine hic fit sermo. Tertium est semē seminatum à nobus .i. opera
virtuosa, iuxta illud Psalmi: Euntes ibant & flebant mittētes semina sua. Quartum est semen
seminatum de nobis (puta nos ipsi) quos Christus in sua seminauit ecclesia, de quo semine scri
ptum est in Esaia: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissem'. De
quo etiam in Matthæo loquitur Christus: Bonum semen sunt filij regni .i. electi. Vnde in Esa
ia fertur de Christo: Si posuerit pro peccato animā suam videbit semen longęuum. ⌞ Qui au-
tem secus viam ⌟ id est, homines auditores designati p locum prope viam, penitus inforcatum.
dum. ⌞ Hi sunt qui audiunt verbum dei, ⌟ corporali auditu, informiq; seu inobedienti intelle-
ctu, quibus competit illud Iacobi: Si quis auditor est verbi dei, & nō factor, hic comparabitur
homini consideranti vultum suum in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus F
est qualis fuit, ⌞ deinde venit diabolus ⌟ non essentiæ animæ illabendo, sed per tētationis sug-
gestionē, eam, aggrediēdo, cuius aduentus vitiosis & reprobis ē periculosus & pessimus', secū-
dum illud Apocalypsis: Væ terræ & mari, quia venit ad vos diabolus, habens iram magnam.
Inuidet nēpe humanæ saluti, & tunc quoq; magis cupit tētare, cum viderit eum boni aliquid
inchoare. Et quoniam auditio verbi dei, est melioris vitæ exordium, potissimum verbo dei
insidiatur, & illud de auditorum corde auferre molitur, propter quod subditur: ⌞ & tollit ver-
bum de corde eorum, ⌟ hoc est, salubrē verbi memoriam, & executionem obedientialē sua tē
atione tollit ab eis, quia non rite restiterūt diabolo, ⌞ ne credentes ⌟ fide formata, ⌞ salui fiant, ⌟
euadēdo peccata, cōsequēdo gratiarum charismata & dona glorię sempiterna. Ad illā quip-
pe beatitudinem ascendere nos mortales & corporales maxime dolet & impedire conatur, à
qua ipse immortalis, incorporalisq; spiritus ē prolapsus. Hinc prout in Sapientiæ libro habe-
tur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum. Deinde exponit secūdā differētiā audito
rum, & sensualiā habitua est. ⌞ Nā qui supra petrā ⌟ .i. significati p petrosum & sterilē locū fru
stra seminatum, ⌞ hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum dei ⌟ hoc est, libē
ter atq; hilariter audiunt prædicationem, ipsa veritate delectati & iustitiam suam synderesi
approbantes, sicut pręcipue sunt homines quidam bonę indolis, ⌞ & hi radices non habēt ⌟
hoc est, profundas, fixas & habituales gratię ac virtutum perfectiones seu fœcunditates, & firmū
propositum ac stabile fundamentum, ex quibus opera fructuosa ac meritoria oriuntur, quem..
admodū

admodũ ex radice virgulta. Hinc in libro Sapientiæ asseritur: Adulterinæ plantationes non da
A bunt radices altas. Et in Osea: Radix eorũ exiccata est, fructum nequaꝗ faciet.⌋ Porro verbum Sapient. 4
dei radicatur finaliter in solis electis, propterea in Ecclesiastico deus pater ait sapientiæ, quę est Oseæ 9
Christus, In electis meis mitte radices. Hinc apud Iohãnem scriptũ est: Qui natus est ex deo, Eccli. 24
non peccat, quoniam semen eius manet in eo, qui em̃ ex deo est, per ꝑdestinationẽ nõ peccat 1. Cori. 1
finaliter. i. in peccato nõ consummatur, sed gratia dei in ipso finaliter radicat. ⌊quia ad tẽpus Prouer.
credunt,⌋ fide aliqualiter tendente in opus, ⌊& in tẽpore tentationis recedũt⌋. i. quando à vi Eccli. 24
sibilibus aut in visibilibus hostibus, mundo, carne, dæmone impugnantur, mente auertuntur 1. Iohã. 3
à bono, & victi cõsentiũt falsitati. Tales sunt hoïes corde instabiles instar oui versatiles, & sicut
arbor, idcirco radice priuatur. quia valde multoties transplantatã sic hi virtutũ radicibus nõ fir
mantur, quia nimis facile de bono in malum mutantur, & sicut Saul inter prophetas prophe-
tabat, & inter iniquos insaniebat: sic isti inter virtuosos compunguntur, & inter vitiosos mox 1 Re. 10
subuertuntur, quo contra scriptum est: Non te ventiles in omnem ventum, esto firmus in via
domini, & in veritate sensus tui. Apostolus quoq;: Stabiles (inquit) estote & immobiles, abun-
dantes in opere domini semper. Postremo, Christus ad literam hæc conuenientissime protu-
lit de auditoribus suis, quorũ multi visis eius miraculis & doctrinis ipsius auditis, crediderunt
quod esset propheta aut Christus, sed postea insurgentẽ contra Christum, sacerdotum & pha Matt. 27
risæorum atq; scribarum persequutione, recesserunt à Christo, præsertim tempore passionis à Marci 14
fide ipsius dilapsi sunt, quando populus vniuersus clamauit: Sanguis eius super nos. Et: Non
hunc, sed Barrabam. Deinceps tertiã audientium differentiam interpretatur saluator. ⌊Quod
B autem in spinis cecidit,⌋ id est designati per terram spinosam ac sterilem, ⌊hi sunt qui audie- Phi lip. 4
runt⌋ verbum dei à prædicante, ⌊& à solicitudinibus⌋. i. curis rerum terrenarũ superfluis, vn- Psalm. 61
de ait Apostolus: Nihil soliciti sitis. Et Salomon: Expectatio solicitorũ peribit, ⌊& diuitijs⌋. i.
immoderato amore & abusu diuitiarũ, contra quod ait Psalmista: Diuitiæ si affluãt: nolite cor
apponere, nõ em̃ substãtia creaturæ, sed possidẽtis superfluus amor & inordinatus vsus in cul-
pa sunt & cõdemnãt, ⌊& voluptatibus vitæ⌋. i. delectationibus vitæ carnalis, quæ opulẽtiam
sequi solent. Diues etenim currit ad libitũ, labitur ad illicitũ, propter quod per Hieremiã domi
nus protestatur: Saturaui eos, & mœchati sunt, euntes⌋. i. in seculo atq; exilio isto, quod ve-
lut patriã diligũt cõuersantes, aut corporaliter à loco prædicationis ad sua eũtes negotia, ⌊suf 1. Tim. 6
focãtur⌋. i. spũaliter opprimũtur, & occidũtur vitã gratiæ amittẽtes, & vitia mortalia, quæ sunt
interitus aïæ incidẽtes. Hinc ait Apostolus: Qui volũt diuites fieri, incidũt in tẽtationem, & in
laqueũ diaboli, & desideria multa, inutilia & nociua, quæ mergũt hominẽ in interitũ, & perdi-
tionẽ. Et in Ecclesiastico quoq; legitur: Post cõcupiscẽtias tuas nõ eas, & à voluptate tua auer
tere. Si ꝑstiteris aïæ tuæ cõcupiscentias eius, faciẽt te in gaudiũ inimicis tuis. Recte autẽ diuitię
vocantur à Christo spinæ, quia pœnales generãt affectiones in anima possidẽtis, eo ꝙ cũ timo
re perdẽdi possideãtur, & cũ dolore perdãtur, ⌊& nõ referũt fructũ⌋. i. pro eo quod verbũ dei
annũtiatũ est eis opus seu meritũ obediẽtiæ nõ reportãt, quib⁹ timẽdũ est illud archiapostoli:
Melius est nõ cognoscere viã iustitiæ, ꝗ post cognitionẽ reuerti retrorsum. Cõtigit em̃ eis il- 2. Petri 2
lud veri prouerbij: Canis reuersus ad vomitũ suũ, & sus lota in volutabro luti. Postremo, quar
ta audiẽtiũ differẽtia explanatur. ⌊Quod aũt in terrã bonã⌋. i. figurati per terrã fructiferã, &
C per semen preiectũ in eã, ⌊hi sunt qui in corde bono⌋ per dona naturæ, ⌊& optimo,⌋ per do
na gr̃æ. Dona em̃ naturæ aptãt hoiem ad virtutes & subseruiũt gr̃æ, ⌊verbũ retinẽt⌋. i. audi-
tã prædicationẽ memoriter seruãt, iuxta illud in psalmo: In corde meo abscõdi eloquia tua, vt Psal. 118
nõ peccẽ tibi, ⌊fructũ afferũt⌋. i. opera virtuosa producũt, cognita adimplendo, sicut Iacobus Iacobi 1
monet: Estote factores verbi, & nõ auditores tm̃, fallẽtes vosmetipsos. Afferũt itaq; fructum, Hebreo. 6
⌊in patientia⌋. i. æquanimi tolerãtia aduersitatũ, atq; longanimi futurorũ ꝑstolãtia ꝑmiorũ: dis Hebre. 12
positionẽ dei fideliter & infragibiliter ꝑstolãdo, sicut ad Heb. scribit Ap̃lus: Abrahã longani
miter ferẽs adeptus est repromissionẽ. Et denuo: Per patiẽtiã curramus ad propositum nobis
certamẽ. Vnde ait Gregorius: Terra bona fructũ per patientiã reddit, quia nulla sunt bona quæ
agimus, si nõ ęquanimiter proximorũ mala toleramus. Et in Iacobo legit: Agricola patienter
expectat fructũ terrę, imo vt breuiter dicã, sine patiẽtia nemo ꝑt proficere, pacẽ mẽtis habere,
deo glorioso placere. Ideo Paulus ad Heb. fatet: Patientia vobis necessaria est, vt reportetis re
promissionẽ. Siquidẽ patientia est virtus moralis, qua refrenat immoderata tristitia ex vitę ꝑ-
sentis aduersitatibus orta. Cũ ergo hæc vita sit aduersis occursibus plena, imo tãto quis molesti
us à diabolo impugnet, quãto se virilius ad virtutes extẽdere nitit, cõstat ꝙ sine patientia nullus
nostrũ queat proficere. Nemo aũt accendens lucernã, operit eã vase, aut subtus lectũ ponit,
sed super candelabrũ, vt intrãtes videant lumẽ.⌋ Hoc iuxta superficiem literæ in exterioribus
certũ est, ꝙ nemo rationabiliter agens, accendit lucernã, nisi vt lumine eius quisꝗ vtatur, etiã si
ad horam occultet lucerna, ideo tamẽ accensa est vt cõgruo tempore prębeat alijs lucẽ. ¶ Sed
per lucernam intelligit Chrũs ap̃los à se illustratos, quibus regni cœlestis patefecit mysterium

g ideo

Ideo plane vt ipsi illud alijs declararent. Vnde de Iohāne Baptista testatus est Christus: Ille (in
Ioha. 5 quiens) erat lucerna ardēs & lucēs. Rursus lucerna intelligi potest euangelica doctrina ac iussio, D
Prouer 6 secūdum illud prouerbiorum: Mādatū lucerna est lex, lux. Itē'q; in psalmo: Lucerna pedibus me
Matt. 10 is verbum tuū. Hanc lucernā Christus in apostolorum cordibus inflammauit & illustrauit, vt eam
nō occultarent, sed panderent vniuersis, prout in Matthæo fatur: Quæ in aure auditis, prædica
Psalmo 2 te super tecta. Insuper (vt Maximus ait) ipsemet Christus vt homo, lucerna est, quā deus trini
tas illustrauit, vt omnibus habitantibus domū, id est, hūc mūdum effulgeat, & super cādelabrū
posita est, id est, super ecclesiam, sicut ait in psalmo: Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo sup Sion
Matt. 10 montē sanctū eius, prædicans præceptū eius. Porro noīe vasis intelligi pt occultatio verbi dei, ex
timore carnali procedēs, p lectum vero signaī occultatio verbi dei, ex prosperitate & delecta-
tione quietis terrenæ emanans, quorum vtrūq; prohibetur, Christo dicente: Nolite timere eos
qui corpus occidūt. Candelabrū vero vocatur ecclesia, iuxta illud Apocalypsis: Septē cādela-
bra septē ecclesiæ sunt. Itaq; euidenter & publice prædicādum docet saluator, vt nec timore
aduersitatis, nec amore psperitatis, lucerna diuini occultetur sermonis. Quēadmodū aūt can-
delabrum in altum erigitur, & in ipso lumen leuatur, sic qui in ecclesijs præficiuntur, debent esse
Gene. 1 sublimes per vitam virtuosam, intus'q; lucidi per fidem, rectā intentionē ac sapientiā, & foris
lucentes per doctrinam & exemplarem cōuersationē, in cuius signum creator ab exordio cō
stituit luminaria in firmamento, quod est pars superior mundi, bestias vero in terra, quia car-
nales & fatui non debent esse prælati, sed subditi. Sed heu cōtrario modo fit hodie, iuxta quod
in Ecclesiaste Salomō loquitur: Vidi seruos in equis & principes ambulantes quasi seruos super
terram. Nam & Aristoteles ait: Qui deficit ratione atq; prudentia, naturaliter seruus est, etiam E
si accidentaliter dominetur, & qui prudentia viget, naturaliter dominus est, etiam si fortuito
seruus sit. ⌊Nō est eñi occultum quod nō manifestetur, neq; absconditum quod nō cognosca
tur & in palā veniat.⌋ Per occultū intelligi potest quod ex propria natura hoīes latet, vt sunt
cogitationes, affectiones'q; cordis. Per absconditum vero quod per humanā latet astutiam, vt
sunt exteriora opera callidorum speciem boni habētia, cum sint mala. Vult ergo affirmare sal
Matt. 10 uator, q omne vitæ huius secretū in die iudicij publicabiī. Sic'q; verba hæc sunt quasi cōmina
toria pœnæ & p modū cōminationis inducētia ad hoc, vt verbū dei publice prædicetur. Secū
do intelligūtur hæc verba de mysterijs quæ Christus manifestauit apostolis, & iussit p eos ape
riri hominibus, qui quod ipse docuit in obscuro, voluit per eos clare annuntiari in mundo.
⌊Videte ergo quomodo auditis,⌋ id est solerter perpēdite qua ratione & intētione vocis ista
denuntiem, & diligenter hæc auscultate, atq; cæteris eadem sicut vobis committo, prædicate.
⌊Qui eñi habet,⌋ hoc est dona dei & verbū doctrinæ solicite audit, memoriter tenet, vigilā-
ter custodit & implet, ⌊dabitur ei⌋ incremētum gratiæ ac virtutum. Rursus qui habet, id ē deo
datori gratus est cōsiderando vñ acceperit, gratias'q; agendo, dabiī ei grā maior, sed & habēti
grām & meritum, datur gloria & premiū, habēti bonū ppositum & feruentem affectum, daī
gratia exequutionis & operādi facultas, ⌊& quicūq; non habet,⌋ hoc est donū qd habet debi
te nō custodit, vel deo grās non exoluit, vel modicum habet, ita vt cōparatione aliorum quasi nil
videatur habere, vt illi q per locum petrosum atq; spinosum signati sunt respectu eorum, qui per
terram bonam notanī, quasi nihil habere videntur, ⌊etiā quod putat se habere⌋ .i. secure aut sta
biliter possidere, ⌊auferetur ab eo,⌋ quia per ingratitudinē & negligētiam suam mereī bonis si F
bi cōcessis priuari, quemadmodū dictū est de auditoribus malis verbi cœlestis, q p tentationes
& tribulationes irruētes, vincūtur, donis'q; grāæ destituuntur. Itaq; quāto quis grām sibi collatā
diligētius, timoratius'q; custodierit, atq; in ea crescere studuerit, tanto plus bonis spiritualibus
abundabit, & mens eius à deo multiplici dono implebitur. Quāto aūt intimoratior, incustodi
Prouer 4 tior, & vane securior fuerit, tāto citius grām dei amittet. Ideo ait scriptura: Beatus hō qui semp
est pauidus. Et rursus: Omni custodia custodi cor tuū. Item'q;: Si non instāter tenueris te in ti-
more dñi, cito subuertetur domus tua. Sed quia hæc multi nō implent, cito à bono labunī pro
posito, dū ab obiectis diuitiarum, deliciarum aut honorum seculi huius mouentur. Necesse est ergo vt
in virtutibus stabiles simus, & passiones habeamus rationi subiectas, omnem'q; motū inordina
tum prompte vincere valeamus. ⌊Venerūt aūt ad illū,⌋ scilicet Iesum ⌊mater & fratres eius,⌋
hoc est cognati, non filij Mariæ Christiferæ, vt mētiens dixit immūdus Heluidius, nec filij Io
Ioha. 7 sephi ex alia cōiuge, vt aliqui putāt, quorum æstimationē Beda redarguens, asserit etiam sanctum
2 Reg. 20 Ioseph in virginitate mānsisse, vt pudicissimæ virginis custos & sponsus esset cōdignus. De his
aut talibus fratribus Christi, scriptū est in Iohanne: Neq; eñi frēs eius credebāt in eū. Est equi
dem consuetudo scripturæ, vt consanguinei alicuius fratres eius vocētur, sicut in Genesi Abra
ham ait ad Loth: Fratres sumus. Et in libris Regum Ioab ad Amasam: Salue mi frater, ⌊& nō
poterāt adire,⌋ id est accedere ⌊eum præ turba.⌋ Dicūt nōnulli sequētes Chrysostomū, q dia
bolus cernens, quemadmodum Christus ostenderet se esse filium dei, induxit parētes eius car
nales, vt per illorum præsentiam eius obscuraret diuinitatem, videlicet ne à populo dei filius
credere-

crederetur, dum eius carnalis adesset propinquitas, Sed nequaquam inductione aut suggestiōe dia
boli arbitror beatissimā virginem ad accessum hunc motam, sed ex feruida sui vnici filij dile-
A ctione, imo potius ex spūs sancti ordinatiōe ob nostrā occusationē huius accessus datā instru
ctionem, sicut subiungit. ⌊Et nunciatū est illi: Mater tua & fratres tui foris stant, volentes te
videre.⌋ Lucas hoc loco non obseruat ordinem rei gestæ, quia vt in Matthæo & Marco pa
tet, quod iam dicitur contigit Iesu existente in domo ante præscriptum sermonem. Et quam
uis aliqui dicant eum qui Christo pdicante nuntiauit adesse matrem suam ac fratres fuisse insi-
diatorem & malitiose commodum, tanquam diaboli aduocatum, & experiri volentē an Chri
stus propter carnales propinquos actum prædicationis omitteret, quod si faceret, eum de car
nali increparet affectu, nihilominus absolute credendum, quod in Marco manifeste habetur,
videlicet ꝙ iste fuerat missus à matre Christi & fratribus eius ad eum. ⌊Qui respondens dixit:
Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum dei audiunt & faciunt.⌋ ¶ Hoc multipliciter in
telligi potest. Primo, vt Christus dicat, auditores, factoresq; verbi dei suam matrem & fratres
suos, id est, sibi tam charos sicut mater à filio, & fratres à fratre amantur. Secundo, quod tāto
propinquiores sint sibi, quāto rebus diuinis fuerint magis intenti. Tertio, vt mater Christi spi-
ritualiter nominetur, quoniam per contemplationem ipsum corde concipiunt, atq; per præ- 1. Cor. 4
dicationem & exemplarem conuersationem in aliorū cordibus ipsum gignūt, sicut ait Aposto Esaiæ. 53
lus suis discipulis: In Christo Iesu per Euangeliū ego vos genui, id est, ad esse spirituale induxi,
vt Christus per fidem & charitatem esse & habitare inciperet vestris in mentibus, de qua ge-
neratione aliqui probabiliter dicūt intelligendū, qd per Esaiam de Christo prædictū est: Gene
rationem eius quis enarrabit? Ibi enī subiungitur, quia abscisus est de terra viuentiū, vt Hiero
nymus transtulit. Septuaginta autem interpretes transtulerūt, quia tolletur de terra vita eius,
& redit in idem, certūq; est, quod abscisio Christi de terra viuentiū, vtpote crucifixio eius non
fit causa ineffabilitatis suæ gnationis diuinæ à patre æterno, nec etiam suæ gnationis maternæ
ex virgine, sed occisio illa est causa ꝙ ineffabiliter admirabilis fit spiritualis generatio Christi
B in corde credentiū, p multiplicationem fideliū, nempe hoc summe, ineffabiliterq; mirabile est,
ꝙ totus pene mundus potuit ad tam incōprehensibilem fidem ac arduissimā legem hois in pa
tibulo interfecti conuerti. Deniq; tales etiā sunt fratres Christi, non solum quia in natura hu- Ioha. 1
mana cum ipso communicant, sed & quia adoptiui sunt filij patris æterni, & Christo affectu ac Hebre. 2
opere assimilati. Vnde in Iohāne asseritur: Quotquot receperunt eū, dedit eis potestatem fili-
os dei fieri. Ad Hebræos quoq; ait de Christo Apostolus: Debuit per omnia fratribus assimi-
lari. Et rursus: Non cōfunditur fratres eos vocare, dicens: Nuntiabo nomē tuū fratribus meis. Eccles. 7
¶ Præterea Christus verba protulit præinducta, non quasi excludens honorē & amorē parē Marci. 7
tū, cū ipse p Moysen iusserit: Honora patrem tuum & matrem tuam, nec quasi aspernās & ne-
gans matrem & cognationem carnalem, quasi phantasticū habuerit corpus, vt Manichæus
cōfinxit, sed secundū Ambrosiū, vt paternis mysterijs magis q̄ maternis affectibus se debere
ostēdat, & religiosiores copulæ mētium doceant esse q̄ corporū, nec propter opus externum
debere omitti opus diuinum, item vt declararet se non solum habere matrem & fratres carna
les, sed etiā spirituales, & rursus vt doceret nos carnalem affectū abijcere, nec propter cogna-
tos siue parētes à dei seruitute debere recedere, nec operi dei quicquam præferre. ¶ Postremo
Christus ita loquutus est ad ostendendū, ꝙ felicior est cōceptio spūalis q̄ carnalis secundū se.
Ideo Augustinus in libro de virginitate testatur: Beatior fuit Maria profitēdo fidem Christi, q̄
cōcipiēdo carnem Christi, quia nil ei materna propinquitas profuisset, nisi illū felicius corde, q̄
carne gestasset. Ex his domini Iesu verbis, factisq; patet, q̄ reprehensibiles sint Christiani, præ
sertim clerici, & maxime religiosi, qui sarili occasione infra horas vel debitas orationes occurrē
tibus dant responsum sine necessitate, vel chorū egrediunt & interrumpunt diuina seu verba
inania admiscent. Vtinam tantum honorarent deum dignitatis & gloriæ infinitæ, quantum
hominem alicuius reputationis, cui si colloquerentur, non tam abrupte & irreuerēter se ab ipso 1 Regū. 2
C auerterent seu abirent, præcipue si inferior illo quæreret eos affari. Itaq; in hoc ipso nos emen
demus, pensantes quod in libris Regum ait altissimus: Quicunq; glorificauerit me, glorificabo
eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

¶ Prosequutio elucidationis huius cap. à loco quo dicit. Factum est autem in vna dierum, & ipse ascēdit in vnam nauiculā. Art. XXI.

Quia supernaturalis fuit Chri doctrina & lex quam pstabat, oportuit eam supnatu
ralibus argumētis, puta miraculis soli deo possibilibus roborari, vt constaret eam Ioh. 5. 7
esse diuinam, cum ad eius confirmationem talia operaret deus, qui falsitatis, nec te
stis, nec confirmator potest consistere. Hinc in Iohanne Euangelista ait saluator:
Opera quæ dedit mihi pater, testimonium perhibent de me. Vnde p totum euāgelicæ le-
gis textum commixtim describunt Chri documēta atq; miracula, vt vnum fulciatur ex alio.
Nunc ergo quoddam magnificum filij dei opus narrat. ⌊Factū est autem in vna dierum.⌋ Quē

admodum in Marco habetur, quod hic factum describitur. Contigit eodem die quo prædica
Mar.4 tio parabolæ seminationis & accessus virgineæ matris immediate ꝓscriptus, ⌊& ipse ascendit
Matt.11 in vnã nauiculã.⌋ Paupertatis cũ & humilitatis magister abiecta & parua elegit, atq; in omni D
2.Cori.1 bus ad humilitatem nos inuitauit, idcirco paruã cõsueuit ingredi nauim ipse, de quo ait Palmi
sta: Quoniã ipsius est mare & ipse fecit illud, ⌊& discipuli eius,⌋ puta apostoli qui ei familiari-
us adhærerũt, ⌊& ait ad illos: Transfretemus trans stagnũ⌋.i. vltra aquam hanc stantẽ non est
fluentẽ, quæ etiã dicitur mare iuxta proprietatẽ idiomatis Hebræorum, qui quamcũq; magnam
congregationẽ aquarum nominãt mare. Dicitur quoq; hæc aqua stagnũ, à stando, quia alueum
quo extra propriũ locũ fluat nõ habet vt flumina, sed in suo stans loco ventis atq; procellis est
inquietũ, hincq; appellatur Genezareth quasi generãs aurã crispantibus ei⁹ vndis ex ventorum
impulsu. ⌊Et ascenderunt⌋ in nauiculã. ⌊Nauigantibus aũt illis, obdormiuit.⌋ Qui futuram
mox tempestatẽ & apostolorum trepidationẽ præuidit, non casu aut sine magna ratione instan
ti obdormiuit periculo, ⌊& descẽdit procella venti in stagnũ,⌋ vel ex naturalib⁹ causis, vel po
Math.5 tius deo miraculose sic ordinãte, ad ostẽdendã Christi potentiã, ⌊& complebatur nauicula⌋
aquis, iuxta illud Matthæi: Ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiret flu-
ctibus, ⌊& periclitabant,⌋ ita ꝙ mortis periculũ eis instabat & accidisset, si nõ subuenisset sal-
uator. ⌊Accedẽtes aũt suscitauerunt eũ, dicẽtes: Præceptor, perimus,⌋ quasi dicant, Tu qui tã
imperialiter miracula agis, aspice necessitatẽ seruorum & discipulorum tuorum. Præcipere aũt & do
minari proprȷ̃ssime competit Christo ratione suæ diuinitatis, quia sic propria authoritate, in
dependẽtiq; potestate iubet ac dominat tanquam nulli subiectus. Conueniunt quoq; hæc sibi
secũdum suam humanitatẽ, inquantũ omni creaturæ prælata & verbo æterno hypostatice est
vnita, habẽs sup omnem creaturam imperialẽ potẽtiam, sed depẽdentem ac instrumẽtalem,
propter quod ipse ait: Data est mihi omis potestas in cœlo & in terra, non ꝙ post resurrectio
nem primo donata sit ei, imo ab incarnationis exordio data est sibi, sed post resurrectionẽ dici
tur data, quantum ad manifestationẽ & vsum seu exequutionẽ solito ampliorem. ⌊At ille fuit
gens⌋ à somno, qui fuit in Christo secundum naturam suam sensitiuam, non quo ad partẽ ani
mæ suæ intellectiuã. Nam intellectus & voluntas animæ Christi nũquã à suis actibus cessarũt, E
puta ab actibus beatificæ fruitionis, sed indesinẽter p beatam visionẽ & felicẽ fruitionẽ fuerũt
diuinitati intẽtæ, Certumq; est, ꝙ in diuina natura somnus nõ cadat. Itaq; Chrũs instante tẽ-
pestate, sponte se dedit ad somnũ, vt in se veritatẽ naturæ monstraret humanæ, nec rogaretur
succurrere, nisi præualete plenaria tẽpestate, sicq; futurum gloriosius ꝑpetraret miraculũ. Si enim
vigilasset, discipuli incipiente tẽpestate mox Chri implorassent suffragiũ. Ideo quoq; voluit tẽ
pestatẽ hanc euenire, vt discipuli sui ex tẽpestatis tã grandis subitanea & supnaturali sedatiõe,
confirmarent in fide, & ipse se dominũ maris ostẽderet, sicut ante p signa in terra peracta, do
minũ terræ se cõprobauit. Nã & ideo nauim ingressus est secũdum Originẽ, ⌊increpauit⌋.i.
p modum increpãtis alloquutus est, ⌊ventũ & tẽpestatẽ,⌋ hoc est cõmotionem ⌊aquæ⌋
nõ ꝙ (iuxta Platonicorum quorũdã & hæreticorum insaniã) oĩa elemẽta sint animata, sed qa crea
tori obediũt ac subdunt ad nutũ ipsius quasi intellectualis essent naturæ. Vnde & actus vita-
les eis metaphorice ascribunt, iuxta illud psalmi: Viderũt te aquæ deus, viderũt te aquæ & time
Psal.56 erũt. Itẽq;: Mare vidit & fugit. Hinc scriptũ est: Surgẽs Iesus cõminatus est vẽto, & dixit ma-
Marc.4 ri tace & obmutesce. Idcirco in omni natura creata ponit potentia obedientialis, qua deo crea
tori in cũctis obedit. Sed nũc subdit, ⌊& cessauit⌋ tẽpestas, ⌊& facta est trãquillitas,⌋ tã mate-
rialis in mari, ꝗ spũalis in mẽtibus discipulorum de sua ereptiõe gaudẽtiũ, in ꝗ miraculo suã diui-
nitatẽ ostẽdit, qa tam imperiose & repẽte hæc egit. ⌊Dixit aũt illis⌋.i. discipulis, ⌊vbi est fides
vestra?⌋ Secũdum Matthæũ dixit: Quid timidi estis modicæ fidei? Marcus vero scribit eũ di
Matt.8 xisse, qa timidi estis, nõdũ habetis fidẽ. Sed nulla est Euangelistarum discordia, qa totum redit in
Mar.4 idẽ, imo secũdum Augustinũ in libro de cõsensu Euãgelistarum, Omnia verba hæc dicere potu
it & forsitan dixit, videlicet, Quid timidi estis, vbi est fides vestra modicæ fidei, &c. Itaq; ait:
Vbi est fides vr̃a? q.d. Constat ex hac vr̃a trepidatione ꝙ necdũ habetis fidẽ pfectã, quã si ha
beretis tẽpestatẽ hãc potuissetis sedasse, imo & mõtes trãsferre. Habuerũt tñ aliquãtulã fidẽ qꝛ
credebãt Iesum posse succurrere. Porro ꝙ suscitauerũt Iesum, ex fidei impfectiõe & ignoran
tia ꝓdijt. Aestimabãt etem̃ Chr̃o dormiẽti nõ oĩa tã clare innotescere vt vigilãti, quasi somn⁹
in ipso actum rõnis interrũperet, ipseq; dormiẽs eorum piculum nõ aduerteret aut præces non
sciret. ⌊Qui timẽtes admirati sunt ad inuicẽ dicẽtes.⌋ Quamuis aliqui dicãt nõ discipulos, sed
alios qui erant in naui fuisse miratos, magis tñ credẽdum est, ꝙ oẽs qui aderãt sint mirati, quia
Luce 5 nec discipuli añ tale cõspexerunt miraculum, nec Christi maiestatẽ pfecte nouerũt. ¶ Sed cur
facta tranquillitate timebãt? Dicẽdum ꝙ iste fuit timor reuerẽtiæ & stuporis, sicut & Petrus
timuit, viso miraculo captiõis piscium miraculosæ, vel etiã timuerũt, qa cõparatione & consi-
deratione sanctitatis, maiestatisq; Christi, propriã imperfectionem, fragilitatẽ & culpã pro-
fundius attendebãt, sicq; diuinum formidabant iudiciũ, & animarum suarum spũalem periculũ,

Vel

Vel certe timuerũt Christo appropinquare, arbitrantes se eius p̃sentiã esse indignos, sicut & Pe
A trus loquut⁹ est: Exi à me, quia homo peccator sum domine. Sic loquit in vita beatissimi Mau
ri discipuli sancti benedicti, q illustris ille Florus sancto Mauro se subdens visis p̄clarissimis
Mauri miraculis, non audebat eum attingere & vix sine reuerẽtiali timore audebat eũ aspice-
re. L Quis putas hic est? J Itaquam dicant, Maior est q̃ scimus, vel à populo æstimatur, ita q su
pra hominem quid apparet in ipso, L qa & vẽtis imperat & mari & obediũt ei, J ex q̃ conside
rauerunt, q vel deus esset, vel deo charus ac familiaris, q ad suũ p̃ceptũ elemẽta mox obtẽpe-
rabãt, queadmodũ Iosue quasi imperãs loquutus est soli & lunæ vt starẽt. ¶ Postremo de my Iosu. 10
stica hoȝ significatione pertranseo, qa sup Matthæũ hinc scripsi. Nos vero discipuloȝ Chri Mat. 8
sti sequentes vestigia, ascẽdamus cum Christo in nauim, i. seculi huius aduersitates & tribula Psal. 103
tiões pati nõ dedignemur, sed viriliter transfretemus hoc mare magnũ & spatiosum, i. p̃sens
exilium inquietudine & amaritudine plenũ, sciẽtes qa p multas tribulatiões oportet nos ingre
di regnũ cæloȝ. Deniq; tentationũ tempestate nos inuadẽte mox Christum deuotissimis p̃ci Acto. 14
bus cũ omni fiducia accedamus, eumq; velut à somno excitemus, dicẽtes: Exurge dñe adiuua
nos. Qui eñi in seipso iam nunquã dormit, nobis quodãmodo dormit, dũ nos tribulari pmit
tit, imo quo dignior est anima corpore, eo instantius clamemus in cœlũ, vt ab animæ pericu-
lis, puta peccatis, eripiamur, q̃ à corporis nocumẽtis. Cumq; virtute & gr̃a Christi senserim⁹
nos adiutos, eius charitatẽ atq; clementiam circa nos miserrimos peccatores humilr admire
mur, & Christo cordialiter ac iugiter regratiemur. ¶ Consequenter recitat aliud Chr̃i miracu
lũ. L Enauigauerunt aũt J, i. stagnum p̃fatum transnauigãdo venerũt Chr̃s & eius discipuli,
B L ad regionẽ Gerasenoȝ, J quoȝ regio sic dicta est à principali ciuitate terræ illius noie Gera
sa, circa q̃d ait Beda: Gerasa est vrbs insignis Arabiæ trãs Iordanẽ iuxta montẽ Galaad, quam
tenuit tribus Manasse, non longe à stagno Tyberiatis, in quod porci præcipitati sunt. Verũ-
tñ Cyrillus ait: Veraciora exemplaria nec Gerasenoȝ habent nec Gadaroȝ, sed Gergesino- Mat. 8
rum. Est eñi Gadara ciuitas in Iudæa, stagnũ autem vel mare nullatenus inuenit in ea. Sed Ge
rasa ciuitas Arabiæ est, nec mare nec stagnum iuxta se habens. Est aũt Gergesa aqua & Ger-
gesei vrbs antiqua iuxta Teberiacum stagnũ, circa quam est rupes stagno vicina, in quod ostẽ
ditur, deiectos fuisse porcos à dæmonibus. Quia tñ Gerasa & Gadara confiniũ hñt cum terra
Gergesinoȝ, verisimile est inde ad horum terram porcos fuisse adductos: Hæc Cyrillus. Fuit
autẽ hæc regio ex alio littore maris prædicti, ideo subdit, L quæ est contra Galilæã J, i. ex op-
posito eius. L Et cũ egressus esset J Iesus de naui L ad terram J regionis iã dictæ, L occurrit ei vir
qdam, J nõ rõne virtutis, sed sexus vir dictus, L qui dæmonium habebat J, i. à multitudine dæ-
monũ possessus, vt statim patebit ex textu, L iam tpibus multis, J ita q diu fuit insanus, L & ve-
stimẽto non induebat, J quia præ insaniæ & furoris magnitudine vestimẽta sibi adhibita lace
rauit, L neq; in domo manebat, J Dæmoniaci nãq; quietis sunt impatiẽtes, L sed in monumen
tis J, i. in foueis seu speluncis pro mortuoȝ sepultura paratis. Dæmon itaq; mortis inuentor et
prima occasio, vasa à se possessa facit libenter in sepulchro morari, cupiens aĩas ad lacum trahe
re infernalem. L Is vt vidit Iesum, procidit ante illum. J Homo obsessus Iesum corporalr vidit,
sed dæmones Iesum spũaliter cognouerũt, & vas à se possessum ad procidendum atq; loquen
dũ mouerũt, ideo verba à dæmoniaco isto prolata dæmonibus ascribunt & cõpetũt, in quoȝ
C p̃sona dæmoniacus loquebat. Procidit aũt diabolus añ Iesum, non humilitate, sed necessitate
nõ amore boni, sed timore grauioris supplicij. Et simili modo cõfessus est & loquutus verba se
quentia, L & exclamãs voce magna J dæmon p hoiem, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili dei al-
tissimi? J quasi dicat, Nulla nobis volũtatis coio, nulla intẽtiõis & vitæ cõformitas. Quid ergo
accedis ad me? Hoc est q̃d ait Apl̃us: Quæ cõuentio Chr̃i ad Belial? Et in Eccõ scriptũ ẽ: Sic- 2 Corin. 6
ut cõmunicabit lupus cũ agno aliqñ, sic p̃ctõr iusto. Quæ cõmunicatio homini sancto ad canẽ
¶ Deinde tangitur causa, cur p̃fata verba veritatis, laudisq; Chr̃i dixerit diabolus, q mẽdax est
ab initio, & mendacia ex proprio loquit ac libenter, vera aut inuitus aut coacte seu praua inten
tione. s. vt seducat tandẽ veris falsa miscẽdo. L Obsecro te ne me torqueas. J Diabolus quippe
iã fuit expert⁹, q̃ potẽter & imperialr Chr̃s spũs malignos eiecerit, idcirco formidabat à Chri
sto expelli, atq; ab hoim læsione cõpesci, q̃d sibi tanto pœnalius est, q̃to plus odit genus hu-
manũ. Sed & Chr̃i p̃sentia sibi fuit pœnalis, sicut reo p̃sentia iudicis & seruo fugitiuo p̃sentia do
mini sui. Timuit q̃q; à Chr̃o in infernũ retrudi. Iã in hac dæmonũ multitudine cœpit impleri
q̃d ait Apl̃us: In noie Iesu oẽ genu flectat, cœlestiũ ac terrestriũ & infernoȝ. Nec miȝ, q Phil. 2
dæmon metuebat à Chr̃o torqueri, cuius iã cœpit sentire pœnose imperium. L p̃cipiebat eñi
spũi immũdo vt exiret ab hoie. ¶ Sed si Chr̃s hoc iussit, cur dæmon statim egressus nõ est? Et
r̃ndendũ, q Chr̃s nõ imperauit diabolo statim exire, imo eodẽ momẽto egressus est, q̃ Chr̃s
illũ egredi voluit. Cur aũt Chr̃s nõdũ rogat⁹ ĩ tñ cõpassus est huic obsesso, subiungit. L Nul-
tis eñi tpibus arripiebat illũ J, i. diabolus hoiem istũ inuasit, possedit & agitauit atq; vexauit,
L & vinciebat J obsessus iste L catenis, J in manibus, ne manibus suis cuiq̃ noceret, L & compe-

dibus custoditus.i. ⌋pedes ei⁹ ligati fuerunt cōpedibus & astricti, ne discurrendo aliquē læderet,& ruptis vinculis,non humana,sed diaboli potestate,⌊agebat à dæmonio in deserto.⌋.i. D
impellente diabolo per deserta currebat,ad qd eū impulit dæmon,ne hō aliqua arte aut potestare tentus denuo ligaret,& vt oīni hūano priuaret auxilio in deserto.Sciebat nēpe diabolus,
q̄ veraciter scriptum sit:Væ soli,qa si ceciderit,nō habet subleuātē. ⌊Interrogauit aūt illū Iesus,dicēs,⌋nō ex ignorātia inquisiuit,sed vt ex dæmonis respōsiōe excellentia virtutis Chri in
Phil. 2 dæmonū expulsiōe clarius emicaret,& ad multiplicē nostrā informationē, vt agnoscamus q̄ innūerabilis sit multitudo inuisibiliū aduersarioꝝ nostroꝝ,sicq̧ cū timore & tremore nostrā
operemur salutē,in dño cōfidentes.⌊Quod tibi nomē est?⌋Sciebat Chrs q̧ multitudo dæmonū esset in hoīe,sed qa vnus ꝓ oibus loquebatur ab ipso Chrs nomē vel illius vel totius caternæ sciscitabat.⌊At ille dixit,legio.⌋Hoc respōdit ꝓ se & tota caterua secū hominē possidēte.Porro qd subdit sunt verba Euāgelistæ causam huius respōsiōis pādētis,⌊qa intrauerūt dæmonia multa in eum⌋.i.in hoīem istū.An tñ fuerit ibi ꝓcise legio,videlicet sex millia,sex centū,sexagintasex,incertū putat.⌊Et rogabāt eū⌋.s.Christū vno illoꝝ loquēte,forsan pro oibus,
⌊ne imperaret illis,vt in abyssum irent⌋.i.in ꝓfundū inferni aut pelagi. Vnde in Marco ha-
Marci. 5 betur:Rogabāt eū ne expelleret eos extra regionē,Optabāt equidem inter hoīes seu apud eos manere,non ex amore,sed odio vt nocerēt.¶Deniq̧ Abyssus varijs modis accipit in scripturis.Primo,ꝓ magni maris immēsurabili profunditate ac molæ,secundū illud Genesis: Rupti
Gene 7 sunt fontes abyssi magnæ.Secūdo,ꝓ infernalis argastuli ꝓfundissima vastitate.Tertio, pro in
Gene.1. formi materia,vt rursus:Tenebræ erant super faciē abyssi.Quarto,pro humanę mētis inscrutabilitate.Quinto,pro diuinæ dispositionis incōprehēsibilitate,iuxta illud in psalmo:Iudicia E
quõ Lucas asserat hæsitasse Herodem, cũ in Matthæo & Marco scriptũ sit, quod Herodes astri- Matt. 14
maverit Iesum esse Iohannem. Matthæus nempe ait dixisse Herodem, Hic est Iohannes Ba- Marci, 6
ptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operant in eo. Ad quod Augustinus respõdet in li.
de cõsensu Euãgelistarũ, quod Herodes primo hæsitauit ppter rumorũ varietates, sed postea cre
didit Iesum esse Iohannẽ, sicut & alij qdam ppter vitæ sanctitatẽ, famæ eminentiã, & quia cõ
gregauit multos discipulos, & p apostolos baptizauit, hi quoq; putabãt Iohannem post suam
resurrectionem ad potestatẽ maiorem promotũ, & ideo iã miracula agere, quãuis ante suã de
collationẽ nullũ fecerit signũ, ⌞à qbusdam vero dicebatur, quia Helias apparuit.⌟ Nõ dixerũt
surrexit, sed apparuit, quasi de paradiso reuersus, scientes eum non fuisse mortuum, sed transla
tum, hi ergo putabant Iesum esse Heliam, propter miraculorũ potentiam atq; iustitiæ zelum.
⌞ab alijs autẽ⌟ dicebatur, ⌞quia propheta vnus de antiquis⌟ i. de numero antiquorũ vatũ, ⌞sur
rexit,⌟ putantes Iesum esse aliquem illorũ. Multiplex autẽ error exstitit in Iudæis, & quidã eorũ
putabant animas transcorporari. Dicit etiam hoc loco Theophilus, Iudæi resurrectionẽ mor
tuorũ exspectabant in vita carnali & in comessationibus ac potibus. ⌞Et ait Herodes.⌟ Secũ
dũ Matthæũ loquebatur pueris suis, ⌞Iohãnẽ ego decollaui.⌟ Hoc ait secũdũ Chrysostomũ Matt. 14
nõ suũ piaculũ ostẽtando, sed suã formidinẽ cõsolando. Attamẽ ei pt dici illud Dauidis, Os tu
um loquutũ est aduersum te, dicẽs, Ego interfeci Christũ dñi, ⌞Quis aũt est iste, de quo ego au
dio talia?⌟ quasi dicat, Aliquid magni esse videtur. ⌞Et quærebat videre eũ⌟ an esset Iohãnes, cu
ius faciẽ nouerat, & ex curiositate optans, vidẽs miracula. Sed desideriũ Herodis fuit accidiæ,
C superbiæ & indeuotioni admixtũ, alias facile peruenisset ad Iesum in Galilæa tunc prædicãtẽ.
Dicit aũt Chrysostomus, quã magna res est virtus, nã Iohannẽ defunctũ Herodes formidat
& præ timore etiã de resurrectione philosophat, ⌞& reuersi apostoli⌟ à locis in quibus præ-
dicauerunt, ⌞ad Iesum, narrauerũt illi quæcũq; fecerũt,⌟ dæmones expellẽdo, infirmos curan
do, homines instruẽdo, Hoc suo nuntiauerunt magistro, quasi illi totũ ascribentes, nõ seipsos Iohan
iactãtes. ⌞Et assumptis illis, secessit seorsum in locũ desertũ, qui est Bethsaida⌟ i. propinquus
ciuitati sic dictæ, de qua Petrus & Andreas fuerunt. Deniq; (prout Matthæus & Marcus de-
scribunt) decollato ab Herode iniquo sancto Iohãne, venerunt discipuli eius, & nuntiauerunt Matt. 14.
hoc Chro, Quo audito, abijt (sicut iã dictũ est) nõ timore Herodis, quẽ potuit vnico annihilare
imperio, sed ob alias causas, quarũ vnã Marcus tãgit, dicẽdo: Erat enĩ qui veniebant & redi-
bãt multi, & nec spaciũ mãducãdi habebãt, alia ratio fuit, vt doceret pdicatores atq; platos post
occupationes externas vitæ actiuæ recurrere ad locũ abstractũ, ad vacandũ cõtemplatiuæ acti
bus vitæ. ⌞Quod cũ cognouissent turbæ, sequutæ sunt illũ.⌟ Diuersi enĩ diuersas ob causas (vt
dictũ est) sæpe saluatorẽ sequi solebant. ⌞Et excepit illos⌟ charitatiue ac pie delectatus deuoti
one simplicium. Minores quippe & simplices sequebantur, maiores et scioli psequebant, quẽad
modum vsq; in præsens cõtingit, ⌞et loquebatur eis de regno dei,⌟ videlicet de magnitudine
gaudiorũ cœlestiũ et beatitudine vitæ futuræ, et eos q cura indigebãt, puta infirmos ⌞sanabat,⌟
tanquã pijssimus medicus, existentes etiam in peccatis et curari spũaliter cupientes, sibiq; ac-
quiescentes sanauit ab animarũ languoribus seu peccatis. ¶ Consequẽter describitur pclarum
Christi miraculũ, ⌞Dies aũt cœperat declinare,⌟ Vnde Matthæus ait, Vespere aũt facto. ⌞Et ac

 cedẽ- Matt. 14

cedentes duodecim⌋principales discipuli Christo familiares,atq; ad alloquēdū eū audaciores
⌊dimitte turbas⌋quas docendo & curando detines tecum,⌊vt euntes in castella,villasq; quæ D
circa sunt⌋,i,huic loca propinqua⌊diuertant & inueniāt escas,quia hic in loco deserto sum⌋
in quo nihil venale apparet,⌋quis apostoli hoc ex quadam cōpassione & prouidentia videant
dixisse,suam tū imperfectionē in verbis his multipliciter ostenderūt,nō credentes, vel potius
nō pēsantes,φ Chrs turbā posset miraculo se reficere,opinantes quoq; φ turbæ cū Chro ma
nētes possent fame piclitari.⌊Ait aūt ad illos:Vos date illis mādúcare.⌋Hoc ait oim sapientis
simus magistrorum,impfectionē fidei discipulo℞ pie redarguens,quasi dicat,Non solū ego,
sed & vos potestis illos reficere,si tñ tantam fidem habetis vt decet.⌈At illi dixerunt:Nō sunt
Iohan 6 nobis plusq̃ quinq; panes,& duos pisces⌋qui panes secūdū Iohānē,hordeacei erāt,⌊nisi for-
te nos eamus & emamus in omnē turbā hanc escas.⌋Ita discipuli sunt loquuti,nō quasi suo in-
dignātes magistro aut irrōnabiliter eū esse effatū insinuare volentes,sed ad designandū q̃ im-
possibile eis eēt propria potestate implere quod dixerat Chrūs,ideo subditur.⌊Erant autē vi
ri fere quinq; millia⌊vtpote præter mulieres & pueros,vt alij Euangelistæ testantur.Viri q̃q;
Matt. 14 dicunt in scripturis,qui viginti annos ad minus sortiti sunt,alij etiā Euāgelistæ absolute affir-
Mar 6 māt,φ fuerunt quinq; millia viro℞.Scriptura eñ diuina de minutijs numero℞ vim nō facit,
Iohā 6 videlicet an fuerūt modice plures aut pauciores.¶Deniq; apud Iohannē, vbi miraculū istud
Nume 1 describitur,legūtur Chrūs & discipuli aliqua inter se de materia ista loquuti,quæ Euangelistæ
Iohā. 6 alij nō scripserūt.Illic quippe habetur,φ interrogauit Iesus Philippū, dicens:Vnde ememus
panes vt māducēt hi?Deinde dixit Andreas:Est puer hic vnus q habet quinq; panes hordea
ceos & duos pisces,sed hæc qd sunt inter tantos?Sed hoc cū istis facile cōcordatur, & vt in li- E
bro de cōsensu Euangelista℞ asserit Augustinus:Ex hac varietate loquendi salubriter edoce-
mur,nihil eē quærendū in verbis,nisi loquentiū voluntatem,cui demonstrandæ inuigilare de
bent omēs veridici narratores,cū de homine vel de angelo,vel de deo aliquid narrāt.⌊Ait au
tē ad discipulos suos⌋,i. duodecim apostolos:⌊Facite illos discumbere per cōuiuia quinqua-
genos⌋ita vt quinquaginta sedeāt in ordine vno.Sapiētia est omia agere ordinate, & taliter
ordinatis poterat facilius cibus inferri.¶Sed obuiare videtur illud Marci:Discubuerūt p cēte
Mar 6 nos quinquagenos.Ad q̃d libro de cōsensu Euangelista℞ Augustinus respōdet,quod istud
August. nullum mouere debet,quia Lucas partē dixit,& Marcus totū.⌊Et ita fecerunt⌋apostoli si-
Iacobi. 1 cut Christus eis iniunxit,⌊& discumbere fecerūt omēs.Acceptis autē quinq; panibus & duo
bus piscibus,respexit in cœlū,⌋significans se missum à patre æterno,& quod nisi virtute cœ-
lesti,diuina & supnaturali facturus eēt istud miraculū,itēq; φ omē bonum de sursum est,des
cendens à patre luminū,⌊& benedixit illis⌋,s. panibus & piscibus,dando eis vt mox multipli
Gene. 1. carētur,sicut in Genesi legitur irrationabilibus bñdixisse,quo facto nos informauit,vt cibum
non accipiamus,nisi benedictione præmissa,⌊& fregit⌋panes in aliquas magnas partes non
in minucias scidit,sed frangendo multiplicabātur, ⌊& distribuit discipulis suis vt ponerent⌋
panes & pisces multiplicatos,⌊ante turbas.Et māducauerunt oēs, & saturati sunt,⌋non de
quinq; panibus, duobusq; piscibus tantum,sed de eo,in quod omipotentia Christi multipli-
cauit quinq; panes,duosq; pisces.⌊Et sublatū est quod superfuit illis,fragmento℞ duodecim
cophini,⌉ex quo constat quod panes & pisces tam pauci multiplicati fuerunt in maximam
multitudinē panū & piscium,quia de reliquijs tot sportæ impletæ sunt.¶Porro de spūali hui- F
us miraculi intellectu tot à doctoribus dicta sunt,vt pene superfluum videatur quid addere,
Iohan 6 vnde nec moralitati nunc immorari intendo,præsertim quoniam sup Iohannē multa hic scri
psi,nunc vero modice tangam.Itaq; per turbā præfatam,quæ Christū corporaliter sequeba-
tur,intelligi possunt vniuersi fideles,qui vsq; in præsens eius vestigia imitātur, sicut ait Iohan-
1.Iohā. 2 nes:Qui se dicit in Christo manere,debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare,per apostolos
vero signātur prælati quibus præcipit Christus vt docendo exemplariterq; viuēdo alāt sibi
cōmissos Sed qa plati sine Christi ope & gratia nihil valēt,profitētur se ad spiritualem hanc
nutritionē suis viribus impotentes,idcirco necesse est vt dona gratiæ eis concessa quę p pa-
nes quinq;,duosq; pisces figurāt,perficiātur ac multiplicētur à Christo, cumq; à Christo hāc
subuectionē rite petierint,ipse libenter eis auxiliatur,præcipiēs vt greges sibi cōmissos discum
bere faciant,eisq; dona sibi cōcessa communicēt. ¶Præterea per primum panem intelligen-
dus est panis pœnitētiæ,i.cordialis cōtritio pro peccatis,cōfessio oris & satisfactio operis,ad
quem panem debēt prælati subditos suos hortari,& corda eo℞ ad compunctionem mouere,
Psal 79 de quo pane accipi potest illud in Psalmo:Cibabis nos pane lachryma℞.Et rursus:Percussus
Psal. 101 sum vt fœnum & aruit cor meum,quia oblitus sum comedere panem meum.
Eccle. 15 ¶Secūdus est panis doctrinæ,de quo in Ecclesiastico legitur:Cibabit illū pane vitæ & intel-
Hiere 3 lectus.Vnde per Hieremiā dominus loquitur:Dabo vobis pastores iuxta cor meum & pas-
1.Tim. 4 cent vos sciētia & doctrina.Tertius est panis exēplaris vitæ,qui subditis pręcipue necessari-
Titū, 2 us extat,præsertum cū absq; eo panis doctrinæ modicū prosit.Cuius eñ vita despicitur, prę
dicatio

dicatio parum curatur. Ideo ait Apostolus: Esto exemplū fidelium in verbo & conuersatione 1 Tim 4
in charitate. Quartus est panis Eucharistiæ, qui bene confessis, salubriterq; instructis est porri 1 Cori 11
A geodus, de quo dicit Apostolus: Quicunq; manducauerit panem hunc & biberit calicem do-
mini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Quintus est panis orationis seu medita-
tionis deuotæ, qui mentem valde confortat. Vnde pro subditis prælati incessanter intercede- 1 Tess 5
re debent, & ipsos ad orandum inducere, cum dicat Apostolus: Sine intermissione orate. Insu
per per duos pisces panibus bonum saporem præstantes, intelliguntur consolatio gratiæ in p
senti, & spes felicitatis futuræ, quæ duo reddunt animæ vniuersa etiam aduersa, suauia, in tātū Roma 8
vt cum apostolo dicat: Non sunt cōdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, q̄ 2 Cori 1
reuelabitur in nobis. Et item: Benedictus deus qui consolatur nos in omni tribulatiōe nostra.
Hanc cōsolationē copiosissime sensit, q tam affectuosissime dixit, Quā magna multitudo dul
cedinis tuæ dñe. Postremo subditorū gregibus ita refectus manent copiosæ reliquiæ, quia quo
spūalia bona liberalius cōmunicantur, eo amplius abundant atq; augent in tātū, q & ipsi prę la
ti meritis eorū quos præfatis nutriunt panibus adiuuantur. Postremo quæri posset ad literam, Ioha 6
an, seu quid potauit hæc turba in refectione præscripta, de quo quid arbitrer scripsi super Io-
hānē. ⌊Et factum est cum solus esset orans, erāt cū illo & discipuli eius.⌋ ¶ Videtur in verbis his
esse oppositum in adiecto, Si enī solus extitit orans, quō secum erāt discipuli eius. Vel si erāt cū
illo, non solus fuerat orans? Sed ad hoc facile respondetur. Primo, quia si oratio ista in sensu for
mali sumatur, ita q dictio, solus, excludat non cōmunionem personæ, sed actus orandi, potuit
esse solus orans, etiā si in medio multorum milliū non orantiū stetisset. Secundo, quod dicitur,
erant cum illo discipuli eius, non oportet intelligi, q prope corpus ipsius steterunt, sed quod
turba q̄ pasta fuit recedente, apostoli nō abierunt, sed secū .i. non longe ab ipso fuerunt. Ter-
tio, solus potest hoc loco facere exclusionem extraneorū & non domesticorum, sicut episco-
pus dicitur esse solus in domo, quāuis cū eo sit familia. Itaq; Christus vt homo orationē factu
rus, secessit seorsum, non q aliorum tumultu aut strepitu mens eius posset in deuotione, atten Mat. 6
B tione vel contemplatione vllatenus impediri, sed ad nostrā informationē hoc egit, vt præser-
tim tēpore orationis, impedimenta deuotionis & occasiones distractionum vitem9. Propter
q̄d apud Matthęum ait saluator: Cū oraueris, intra cubiculū tuū, & clauso ostio ora patrem in
abscondito. ¶ Præterea (sicut Iohannes refert) Iesu facto prædictæ refectionis miraculo, fugit
in montē, sciens quod venturi essent quos patuit, vt raperent eū & facerent eū regē, ideo forte
nunc dicitur, quod erat solus orās. ⌊Et interrogauit illos, dicēs: Quē me dicūt esse turbę?⌋ non
ex ignorantia quærit, sed vt occasione responsionis discipulorū instruat eos. ⌊At illi dixerunt,
Iohanē Baptistam, alij aūt Heliam, alij⌋ dicūt ⌊quia⌋ .i. q ⌊propheta vnus de prioribus sur-
rexit.⌋ Matthæus aūt adiungit, q etiam quidā dixerūt eum esse Hieremiā. Cur quidā dixerīt Matt 16
Iesum esse Iohannē Baptistā alij Heliam, alij quēdā veterū vatū, paulo ante iā dictum ē. Om
nes itaq; iste resurrectionē credētes, putabant viros sanctos post resurrectionem suā maioris
esse pcœtiæ, & quoniā Christus præ cæteris vatibus fuit miraculis gloriosus, dicebāt eū esse ali
quē præcedentiū prophetarū. Verūt si quidā ex turba credebāt atq; dicebāt Iesum esse Chrm,
sicut in Euangelio Iohānis facille demonstratur, qui etiam multos ex principibus asserit credi
disse in eum, & apud Iohannem habetur: Illi ergo homines cū vidissent q fecerat signū, videli Ioha:6
cet in præfata turbæ refectione, dicebant, quia hic est vere propheta, qui vēturus est in mūdū,
videlicet Christus, vt Chrysostomus tangit, qui circa verba Iohānis sic ait: Ex hoc quod dicūt
qui venturus est in mundum, manifestū est, q prophetā quendam principalē expectabant, &
ideo quod dicitur, Hic est vere propheta, in græco cū adiectione articuli ponit ad ostendēdū,
eū ab alijs esse prophetis discretū. Insup (vt Matthæus refert) ista interrogatio facta est in par Matth. 16
tibus Cæsareæ Philippi, sed Marcus factam enarrat eā in via in prædicta terra, quod ab inui- Marci. 8.
cem non discordat, quia existendo in illa prouincia ambulauit in ea, & ambulando in ea, iā ve
nit & fuit in ea. Lucas autē non exprimit vbi sit facta quæstio ista, nec tamen immediate facta Matth. 16
C est post turbæ refectionē, vt ex Matthæo & Marco patescit, nisi sæpius facta dicatur. Vn9 au
tem Euāgelista quædam omitrit quæ alij ponūt, nec ipsi beatissimi Euangelistæ semp ordinē
rerū obseruant gestarū in describendo. ⌊Dixit autē illis: Vos aūt,⌋ qui mihi familiariores estis
& facta mea ac sapientiam meam præcæteris scitis, imo experimentaliter noscitis, ⌊quē me esse
dicitis? Respondēs Simon Petrus,⌋ prę omnibus & pro omnibus alijs apostolis, qui ab infan Iohan. 1
tia sua vocatus est Simon, & postea à Christo vocatus est Petrus, ⌊dixit Christū dei⌋ .eē te di Matt. 16
cimus .i. regē Messiam dei electū, à deo in lege ac prophetis promissum, & nostro hoc tēpore
diuinitus missum, Matthęus vero Petri responsionem plenius exprimit, scribēs: Tu es Christ9
filius dei viui. ⌊At ille increpans eos, præcepit ne cui diceret.⌋ Hoc solus Petrus respondit, sed
quia pro oībus dedit responsum, exigētib9 forte ab eo idipsum apostolis, ideo Christus incre
pat oēs. ¶ Sed cur increpat eos, cū veritatē loquutus sit Petrus, imo (vt in Matthęo legi) Chri-
stus pro hac responsione Petrum vehemēter laudauit, dicēdo: Beatus es Simon Bariona? &c.

illam deo per votũ obedientiæ offerẽdo vicario dei, tanq̃ deo in oĩbus quæ professionẽ respi-
A ciũt obediendo, vt faciunt religiosi, claustrales, quibus diligẽtissime est pensandũ, quid de hu-
iusmodi voti fida ac celeri persolutione dicat scriptura. Scriptũ est equidẽ in Deute. Quod se-
mel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti dño deo tuo. In Ecclesiaste
etiam pcipitur: Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enĩ deo stulta & infidelis pro
missio, imo secundũ doctores, promissio illa obligat magis q̃ iuramentũ, vt iam inueniat periu-
ro deterior claustralis, qui professionẽ suã iplere nõ satagit. Verũtamẽ ad primã hoꝝ expositi
onem verborum spectat q̃d dicit Gregorius circa hæc verba, quia nisi quis à seipso deficiat,
ad eũ qui sup ipsum est nõ appropinquat, nec valet apprehẽdere quod sup se ẽ, si nescierit ma
ctare quod est. ¶ Cõsulit aũt Chrũs triplicẽ abnegationẽ, in qua fundat professio seu promis-
sio triũ virtutũ, q̃ de cuiuslibet religionis essentia esse dicunt. Prima est abnegatio reꝝ exterioꝝ,
de qua infra habet: Qui non renuntiauerit oĩbus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Luc. 14
In hac fundatur paupertas. Secũda est abnegatio coꝝ quæ sunt partim intra nos, & partim ex
tra nos, vt sunt, vxor, soboles, & cognati, de qua abnegatione infra dicit saluator: Si quis ve-
nit ad me, & nõ odit patrẽ suũ & matrẽ & vxorẽ, non potest meus esse discipulus, in qua fũdat
continẽtia. Tertia est abnegatio sui ipsius, de qua hic, in qua fundat obediẽtia, & tollat crucẽ
suã quotidie. i. obseruantias regulares, artas, & arduas, seu statuta monastica rite obseruet, quod
est vere Christo cõfigi, eiusq; passionibus cõmunicare & cõpati, quod & pcipue meritoriũ est,
consolationis gratiæ in psenti, glorificationis q; patriæ in futuro, secundũ illud Apostoli: Sicut Galat. 2
abundant passiones Christi in nobis, ita p Christum abundat consolatio nostra. Et iteꝝ: Fide 2 Cori 1
B lis sermo, si cõmortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & cõregnabimus. Itẽq; qui internã 2. Tim 2
consolationẽ iam cupit gustare, & demũ æternã beatitudinẽ possidere, qui Christo vult con-
formari in gloria, modo non aspernetur pati conuitia, aspera & aduersa, imo glorief in talibus,
sicut nos hortaf beatissimus Petrus: Cõmunicantes Christi passionibus gaudete, vt in reuela- 1 Petri 4
tione gloriæ eius gaudeatis. Et Paulus: Semp mortificationẽ Iesu in corpore nostro circumfe 2. Cor 14
rentes, vt & vita Iesu manifestet in carne nostra mortali, ⌊& sequatur me,⌋ qui descendi de cę
lo, non vt facerẽ volũtatẽ meã, sed eius qui misit me. Hæc itaq; obseruare est religiosoꝝ, qui se
ipsos deo totaliter velut in holocaustũ in sua professione obtulerũt, nil sibi de seipsis proprium
reseruantes, qui si quod vouerunt, digne impleuerint, optimi sunt: si aũt implere neglexerint,
pessimi cõprobant. Quod aũt abnegatio ista & propriæ crucis portatio q̃tidiana sint assumẽ-
dæ, cõsequẽter Chrũs ostendit. ⌊Qui enĩ voluerit animã suã saluã facere, perdet illã.⌋ Verbum
hoc p se sumptũ, dupliciter pt intelligi, sed quia mox subdit. ⌊Nã qui pdiderit animã suã pro-
pter me, saluã faciet illã.⌋ Sensus literalis est iste, Qui voluerit animã suã saluã facere. i. in psen-
ti voluerit eã in proprijs volũtatibus, desiderijsq; nutrire & cõseruare, seu carnalẽ salutẽ sortiri,
vel à mortis tẽporalis erigere pœnis, fugiẽdo martyrium, perdet eã. i. dãnationi æternæ ob-
noxiam faciet, pditamq; in futuro cõperiet, ita q mortẽ temporalẽ pro iustitia fugiens, mortẽ
incurret æternã, & carnalẽ prosperitatẽ amplectens, verã amittet salutẽ. Hinc communiter di-
citur, q impossibile sit nunc cũ mũdo gaudere, & postea cũ Christo regnare. Econtrario autẽ
subiungitur. ⌊Nã qui pdiderit animã suã⌋. i. in psenti voluntates & cõcupiscentias eius mortifi
cauerit instar Pauli, qui dixit: Viuo aũt iam nõ ego, viuit vero in me Christus seu pœnis mor
C tis exposuerit eã, ita vt vita psenti ac sensitiua priuetur, ⌊propter me⌋. i. amore mei, & finali-
ter propter me, vt me summæ felicitatis obiectũ in æternũ possideat, ⌊saluam faciet illã⌋. i. ad
veram pducet salutẽ, & p mortẽ seu mortificationẽ temporalem pringet ad vitã glorię ęterna
lem. Huic simile est quod in Iohanne loquif Christus: Qui amat animã suã, pdet eã: & qui odit
animã suã in hoc mũdo, in vitã æternã custodit illã. Porro q̃d dictũ est: Qui enĩ voluerit ani-
mã suã saluã facere, pdet illã, per se acceptũ potest & ita exponi, Qui voluerit eã in futuro vere
facere saluã siue beatã, pdet eã. i. in seculo isto afflictionibus seu pœnis mortis exponet. Per tri
bulationes enĩ peruenitur ad requiẽ, iuxta illud Psalmistæ: Transiuimus p ignẽ & aquã, & eduxi
sti nos in refrigeriũ. Itemq; : Quãtas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & cõuersus
viuificasti me. Vnde Iudith ait: Oẽs qui placuerũt deo, p multas tribulationes transierũt fide-
les. Illi aũt qui tentatiões nõ susceperũt, in timore dñi & in patiẽtia sua exterminati sunt. ¶ In-
super q sic tẽporaliter pdenda est anima vt in æternũ saluet, Chrũs subiungit. ⌊Quid enĩ pro
ficit homo, si lucret vniuersum mũdũ⌋. i. totius mũdi huius delitias, diuitias, & honores acqui
rat, & tẽporalia cũcta possideat, ⌊seipsum aũt pdat⌋. i. damnationẽ æternã mereaf atq; incur
rat, ⌊& detrimẽtũ sui faciat⌋. i. bonis gratiæ priuetur in seculo isto, & donis gloriæ in futuro
sicq; seipsum spũaliter quasi nihilum faciat & inane, spũalium detrimentum seu carẽtiã incidẽ
do, quasi dicat, Talis nõ proficit, sed ineffabiliter deficit, & quãto videtur felicior psentia obti
nendo, tanto extat miserior, vilior, & pauperior spũalibus bonis carẽdo, æterna quoq; suppli-
cia promerendo. Vnde quãto aĩa corpore cõsistit præstantior, tanto plus eligẽda ac obtinẽda
sunt bona ipsius, videlicet virtutes ac dona spũs sancti, felicitasq; æterna, sed & omnis dele-

ctatio vana vitæ præsentis cum indicibili aspernatione vitãda est amore cœlestiũ gaudiorũ.
Roma 10 Denique ista authoritas applicari solet contra quosdã qui zelum animarũ habere videntur, sed D
nõ scdm veram discretionẽ, qui circa aliorũ cõuersionem seu profectũ in tantũ se occupant, vt negligant semetipsos, qui cõtra charitatis ordinẽ agũt, quia tenet homo post deum præcipue amare seipsum & propriæ prouidere saluti, atque in primis implere quod ab ipso exigit de⁹, vnde & charitas dicitur incipere à seipsa. ¶Deinceps Christus per comminationẽ pęne inducit ad obseruantiam prædictorũ. ⌊Nam qui me erubuerit & meos sermones⌋, i. ex pudore mundano & vitioso omiserit cõfiteri me, & dogmata mea verecundans publice confiteri corã aduersarijs fidei atque iustitiæ, se in hominẽ crucifixũ credere, in illo sperare, eumque adorare verecundans, etiam cõfiteri ea quę Christianæ sunt fidei, vt quod deus est vnus & trinus, quod vnigenit⁹ dei est incarnatus ac crucifixus, quod Christus in vnitate personæ est deus & homo, quod futura sit resurrectio mortuorũ, quæ interdũ cõfiteri fuit se irrisioni innumerabiliũ incredulorũ atque crudeliũ tyrannorũ exponere, ⌊hunc filius hominis erubescet⌋, i. per modũ erubescẽtis se circa illum habebit, eũ abijciendo quasi verecundaret de ipso, sicut & paterfamilias seruũ impiũ nominare dedignat, & ad se pertinere verecundat asserere, ⌊cũ venerit in maiestate sua⌋, i. in magna & summa sua potestate, virtute & gloria, ⌊& patris⌋, i. in præfata maiestate diuina quę si-
Matt. 25 bi & patri, haud dubium quin & adorãdo spiritui sancto vna est & cõmunis, ⌊& angelorũ⌋, i.
Luc. 21 cõpetenti & maximo angelorũ exercitu, quod erit in die iudicij, quãdo Christus in maiestate & gloria omnium beatorũ vallatus agminibus descendet ad iudicandũ viuos & mortuos, vt infra clarius describet. Tunc nempe reprobos diiudicabit, repellet, damnabit. Vel quod ait, in maiestate sua, potest ad glorificatam suam humanitatem, eiusque creatam referri potẽtiam, omni alij creatæ potestati prælatam. Non enĩ in secundo aduẽtu venturus est in humilitate, passibilitate & infirmitate sicut in primo aduentu, dum venit vt iudicaretur, sed in humanitate glorificata, impassibili, præpotẽti, vt iudicet. Sic itaque veniet in maiestate sua creata, humana, & patris, i. etiam in maiestate diuina sibi ac patri cõmuni, & tunc deus & homo ab oibus esse scietur, non tamẽ eius diuinitas à reprobis per speciẽ cognoscet, & angelorũ, quia hęc maiestas illorum asseritur, in quantũ ei deseruiunt. Potest quoque ita intelligi, cũ venerit in maiestate sua, i. cũ post suã passionẽ, resurrectionem & ascẽsionẽ apparuerit atque resederit in regno suo cęlesti ac glorioso, quod etiã est regnũ patris vt principis, & angelorũ vt ciuiũ ac seruorũ. Exinde enĩ Christus in natura humana perfecte glorificata cœpit particulare exercere iudicium. Insuper exponi potest hoc modo, cũ venerit, i. esse innotuerit, in maiestate sua, i. in vera deitate ac maiestate diuina, tanquam deus verus, æternus, immẽsus, Christus quippe vsque ad spũs scti missionẽ & publicam apostolorũ prædicationem non cognoscebatur esse verus deus à viatoribus, nisi paucissimis, sed misso spiritu sancto per apostolorũ prædicationẽ cœpit hoc innotescere multis. Est autẽ cõsuetudo scripturæ, vt aliquid tunc fieri esse seu venire dicatur dum manifestat. ¶Circa hæc quæritur, vtrum & quãdo ac qualiter confessio fidei necessaria sit ad salutem? Ad hoc Thomas in secũda secundæ respondet, cum fidem confiteri sit quid affirmatiuũ non cadit nisi sub præcepto affirmatiuo, præcepta aũt affirmatiua obligant semper, sed non ad semper, imo obligant solũ pro loco & tempore atque secundũ alias circũstantias ad virtutũ opera requisitas. Hinc fidem confiteri tunc solum est de necessitate salutis, quãdo per huius actus omissionem honor deo debitus ei subtraheretur, aut proximorũ vtilitas. Si autem fides videretur periclitari, tunc quilibet tenetur fidem publice confiteri, si vero ex confessione fidei oriat maior F
seditio, aut infideliũ irrisio, & nulla proximorũ vtilitas, tunc nõ esset laudabile fidem confiteri,
Mar.7 ne canibus sanctũ detur. Sed quoniam ardua sunt quæ Christus de sui imitatione cruciformi & tolerantione martyrij, abnegationeque sui ꝑmonuit seu præcepit, consequenter promissione quadam solatij & remuneratione in vita præsenti ad illa inducit. ⌊Dico autẽ vobis vere: Sunt aliqui hic stantes,⌋ & meũ sermonẽ hunc audientes, ⌊qui non gustabũt,⌋ hoc est, nõ experientur aut sentient, ⌊mortem⌋ naturalem & corporalẽ, quę à sanctis fertur gustari, quia tam cito eis pertransit, & quasi vitæ æternæ ingressum eam suscipiunt, ⌊donec videant regnũ dei⌋, i. militãtẽ ecclesiã in sęculo isto inclyte exaltatã, innumerabiliter quãtũ ad supposita credẽtia multiplicatã, & p quatuor plagas terræ diffusam, quod nõ solũ ante beati Iohãnis Euãgelistę mortẽ constat impletũ, sed & ante Petri & Pauli occisionẽ, quod alibi satis monstraui, & ipsemet
Colo.3 Paulus ad Coloss. testatur: Euangeliũ peruenit ad vos, sicut & ĩ vniuerso mũdo est. Et rursus
Galat.2 Euangeliũ ꝓdicatũ est in vniuersa creatura quæ sub cœlo est. Sic exponit Gregorius, Ambrosius vero & Theophilus sic exponũt, donec videãt regnũ dei, i. gloriã in qua iusti erunt. Hoc aũt dixit de sua transfiguratione, quæ forma erat gloriæ futuræ in regno cęlesti. Sunt aliqui hic stantes, videlicet Petrus Iacobus & Iohannes, qui nõ attingent mortẽ, donec tempore transfigurationis meæ videant, in qua gloria erunt qui me cõfitentur. Glorificatio etenim illa corporis Christi similitudo & signũ fuit gloriæ, quã in regno cęlesti habitura sunt corpora electorũ. Itaque ex perceptione ꝓsentium munerũ certa effecta est expectatio futurorũ.

¶Prose

¶Prosecutio explanationis huius capituli noni, à loco quo dicitur: Factum est au-
A tem post hæc verba &c. ¶Articulus vicesimusquartus.

CONsequẽter describitur, qualiter Christus impleuit, quod in fine præcedẽtis dixit ca
pituli: Sunt quidam hic stantes &c. [Factũ est autẽ post hæc verba] In præcedenti
scripta articulo [fere dies octo] hoc est, quasi octo dierum tẽpus defluxit, & conti-
git quod subditur: [& assumpsit Petrũ & Iacobum & Iohannẽ, & ascendit in mon
tem vt oraret: Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera, & vestitus ei⁹ albus refulgẽs.]
Matthæus istud clarius pleniusq; describit in tantum, vt quod ibi habetur, sit quasi expositio
horum verborum. Sic equidem dicitur ibi: assumpsit Petrum, & Iacobum, & Iohannem fra-
trem eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum, & transfiguratus est coram eis, & resplen
duit facies eius sicut sol, vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix.
¶Circa hæc primo inquirit, cur Lucas dicat: Factum est post hæc verba fere dies octo &c. cũ Mat. 17
Matthæus & Marcus affirment, quod post dies sex fecerit quę hic scribuntur. Ad quod respõ Marci, 9
det, quod quãuis absolute Lucas dixisset: Post dies octo, adhuc tamen repugnãtia nulla esset,
quia intelligendum esset per inclusionem diei, in quo Christus ista prædixit, itemq; diei in q
ea impleuit. Si vero dicendo: Fere octo, intellexit septẽ dies, intelligendũ est per inclusionem
vnius dierum illorum. Matthæus vero & Marcus dies integros intermedios computarunt.
¶Insuper quæritur, cur dũtaxat tres secũ assumpsit Apostolos, & cur istos magis quam alios. Deute. 17
Et respondendũ, vt in ore triũ staret testimoniũ transfigurationis, & ob summæ trinitatis de Matt. 18
signãdum mysteriũ. Numerus quoq; ternarius diuersis de causis fertur perfectus. Nã & philo Ioha. 8
B sophus loquitur: Omnia super tria ponimus. Assumpsit autẽ Saluator hos tres Apostolos tãq̃ 2. Cor. 13
præcipue sibi familiares & eminentes, & vt asserit Damascenus: Petrũ assumpsit tanquã futu
rum totius ecclesiæ præsidẽ & pastorẽ. Iacobũ autem tanquam moriturũ pro Christo añ ali-
os. Iohannem vero tanquam theologiæ purissimũ organum, vt visa gloria filij quæ non subia
cet tempori resonet illud: In principio erat verbum &c.
¶Porro Ambrosius ait: Petrus assumitur qui claues regni cœlorũ accepit. Iohannes quoq;, cui
cõmittitur mater, & Iacobus qui primus soliũ sacerdotale conscendit. Ex quo verbo Ambro-
sij sequi videtur, quod Iacobus iste extitit Iacobus minor, qui Christianorũ primus fuit in Hie Mat. 10
rusalẽ põtifex, quod etiam Augustinus super epistolã ad Galatas sentire videtur. Sed quia i p- Iohan. 10
allegato verbo Matthæi Euangelistę manifeste habetur, quod assumpsit Iacobũ & Iohãnẽ fra Matt. 17
trem eius, certissime est tenendũ, quod fuit Iacobus maior. Aliqui vero pie excusant, quod ait
Ambrosius, & habet in glossa, dicentes, q; per soliũ sacerdotale intelligunt cœlũ, quod est soliũ
Christi primi põtificis, vel martyriũ, quia in primitiua ecclesia sacerdotes & episcopi primi ad
martyriũ trahebantur. Certumq; est, q; inter Apostolos Iacobus maior primus per palmam
martyrij alta conscendit cæli empyrei. Ascendit itaq; Christus in montẽ Thabor in Galilæa,
in quo postea vndecim Apostolis se ostendit, vt in Matthæo legitur, de quo monte Petrus in
secunda sua ait Canonica, vt dicit, vt oraret, insinuans, quod præsertim tẽpore orationis eleuã Matt. 28
da sit mens ad deũ, & à terrenorũ affectibus separanda. [Et facta est, dũ oraret, species] i. dis 2. Petri 1
positio seu figura [vultus eius altera] i. mirabiliter alterata, quia radiosa atq; splẽdiflua instar
solis, nõ aũt substantialr mutata est substantia carnis Christi, aut quãtitas eius, sed qualitas clari
C ficata, nec sola facies Christi, sed tota eius caro huiusmodi fuit splendore perfusa. Quod si tãtã
claritatẽ assumpsit quantã post resurrectionẽ & nũc habet in corpore suo, cõstat q; vultus ei⁹
quasi ineffabiliter sit clarior sole. ¶Deniq; rite factũ est istud Christo orante, ad designãdũ
q; tẽpore orationis vultus interior mentis diuinitus illustrat, quod itẽ per orationẽ mereamur
glorificationẽ futurã, quodq; feruor atq; deuotio orõnis dispositio est ad trãsfigurationem ac
extasim mẽtis. Vnde in Actibus fertur, quod Petro orante, cecidit super eum mentis excessus. Acto. 11
¶Præterea in resurrectione futura, quatuor erunt dotes corporũ glorificatorum, claritas, agi-
litas, impassibilitas, atq; subtilitas, quæ (vt dicit) erunt in corporibus ex redundantia beatitudi-
nis animarũ beatarũ in corpora sua. Cum ergo anima Christi à primo suæ creationis instanti
fuerit diuinitatẽ per speciem beatifice videns tam clare, vt modo, præfatæ dotes exñc fuissent
in corpore eius ex redundãtia præinducta, nisi diuina dispensatione fuisset redundantia illa di-
lata, quæ tamen in transfiguratione hac fuit permissa, quantum ad claritatem, quamuis aliq; di
cant, quod claritas illa non fuit dos, nec dotis habuit rationem, licet fuerit secundum essentiam
eiusdem rationis cum claritate quæ ponitur dos. De ratione nanq; est dotis, vt fixe permanen-
terq; insit, sed claritas illa inerat transeunter.
¶Insuper de hac materia scribit Thomas in tertia parte: Voluit Christus corã discipulis trans
figurari, vt ostenderet eis mercedem expectandam in patria, dandã pro tribulationibus vitæ
præsentis, vt per hoc in laboribus & passionibus vitæ huius, animarẽtur & certificarent de præ
mio. Dotes autem corporis gloriosi ex beatitudine animæ deriuantur, ideo claritas illa Chri
sti in transfiguratione ex eius diuinitate felicitateque animæ suæ fuit originata. Hinc asserit

Damascenus: Clarificata fuit & Moysi facies, sed claritate extrinsecus adueniente. Christus autē ex innato diuinitatis fulgore est clarificatus. ⌊Et vestitus eius albus refulgens effectus est.⌋ D Hoc sanctus Marcus clarius describit, dicens: Vestimēta eius facta sunt splendentia & candida nimis, quasi nix, qualia fullo non potest super terram candida facere. Sed qualiter factū sit istud diuersimode assignatur, quoniam Augustinus sentire videtur, quod claritas seu albedo in Chri vestimentis apparens nō subiectiue in eis sed ex aeris illustratione albæ apparuerit, ac splendidæ, sicut pars cœli vicinior soli. Alijs tamen apparet, quod ad futuram corpoꝝ electorum glorificationem declarandam, vestes Christi fint veraciter in se dealbatæ & glorificatæ. Claritas etenim vestimentorum Christi præfigurauit futurā claritatē sanctorum, gloriamq́ resurrectionis vēturæ, propter quod angelus resurrectionis dominicæ testis ac nuntius, in veste candida, in Marco legitur apparuisse: ⌊Et ecce.⌋ Recte præmittit demonstratiuum hoc ecce, quia res valde magna atq; notabilis subditur: ⌊duo viri loquebantur cum illo: Erantq; autem Moyses & Helias visi in maiestate,⌋ Hoc est, in magna claritate, dignitate, seu reuerentia apparentes. Hi duo præ cæteris apparuerunt, quia præ cæteris patribus veteris testamenti in multis excellenter laudantur ac cæteris præferuntur, præsertim in gloria miraculorum, in vitæ sanctitate, & sicut Moyses fuit mitissimus, sic Helias erat iustissimus. Tam præclara igitur membra tanquam præcipuas synagogæ personas decentissimum fuit cum Chřo domino synagogæ apparere ac loqui, quia & Christus simul mitissimus fuit atq; iustissimus. Specialem quoq; hi duo viri conformitatem habent cum Christo. Nam Moyses legislator ac mediator fuit populi veteris testamenti, & facie ad faciem loquebatur cum deo, quem etiā in hac vita per speciem creditur conspexisse, sed & tantę claritatis habuit vultum, quod filij Israel eum nequibant E aspicere. Sic Christus populi noui testamenti, legislator est & mediator, cuius anima à suo exordio incessanter vidit deum, per speciem, & tanti splendoris in hac transfiguratione habuit faciem quod Apostolorum reuerberauit intuitum. Helias vero secundum Christi præcurret aduētum, suisq́; ꝑcibus cœlum clausit ac reserauit, & in virginea puritate ꝑmansit. Sic Chřus claudit & aperit regnum cœleste, cuius ingressum prohibet impijs, & præstat electis. Rursus per Moysen vere defunctum, & Heliam nondum mortuum monstratum est Christum esse viuorum mortuorum⌋ iudicem, per quod etiam apparitionē apertissime condemnatę sunt hęreses asserentium alium esse deum legis ac prophetarum, deum & euangelicæ legis, & quod ꝓphetæ de Chřo pręloquuti non sint.

¶ Deniq; Christus testes suę trāsfigurationis adesse voluit tam sanctos veteris testamēti, quam sanctos nouę ac euangelicæ legis, ad insinuandum quod homines vtriusq; testamenti saluentur ꝑ ipsum. Tenendum est quoq; ꝙ Moyses & Helias ꝑsonaliter & vere affuerint, nō in similitudine quadam, aut angelicorum persona, vt quidam dixerunt, Moysen autem quidam dixerūt ad horam suscitatum à morte, atq; in proprio corpore apparuisse. Vnde Hieronymus ait, ꝙd resurrexit ab inferis. Augustinus quoq; sup Iohannem de beatissimi Iohannis Euāgelistæ disputans sepultura idē sentire videt, inter cætera dicens: Quasi diuina virtus non potuerit ad horum corpus Moysi suscitasse, videlicet in Christi trāsfiguratiōe. Alij opinantur, ꝙ apparuit in corpore assumpto vt angeli, ꝙd etiā Thomas in tertia parte affirmat.

¶ Postremo, de Helia tenendum est, quod in proprio corpore de paradiso terrestri adductus sit virtute diuina, angelico forsan obsequio. ⌊& dicebāt excessum⌋ hoc ē passionē eius ⌊quē cōpleturus erat in Hierusalem⌋ hoc ē, cōplete passurus seu cōpleturus, qa seipsum tradidit in mortē sicut in Iohāne loquitur: Nemo tollit animā meam à me, sed ego pono eam. Et ab Esaia di- F ctum est: Tradidit in mortē animam suam. Apostolus quoq́; In fide inquit viuo filij dei, q dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Dicit aūt passio seu mors Christi excessus, quia in ea ostensus est excessus summę dilectiōis & pietatis eius ad nos, & propter excessiuum eius dolorē pro nobis, atq; ob excessiuam crudelitatem Iudæoꝝ in eum.

¶ Denique in libro Machabæorum habetur, quod Anthiochi vitæ excessus ita se habuit, ꝙ patet quod per vitæ excessum mors designatur, in qua præsens vita exceditur, qm̄ extra intrinsecum terminum eius transitur. Itaque de Christi passione tanquam de profundissimo maximoq; mysterio præclarissimi viri hi loquebantur cum Christo, ei gratias referendo, pro mundi salute precando, Iudæorum impietatem mirando, atque dolendo. ⌊Petrus vero & qui cum eo erant⌋ Scilicet Iacobus, Iohannes, ⌊grauati erant somno.⌋ Si ante hunc somnum cœperunt Christi claritatem præfatam conspicere, ac etiam Moysen, & Heliam, mirum quod tam cito obdormierunt, cum tam insolita visio timorem, stuporem, totiusq́; naturæ ingentem alterationem & concussionem, per quæ somnus satis diu aufertur ac impeditur, incutere soleat. Hinc Chrysostomus asserens eos ante hunc somnum Christi claritatem vidisse, per somnū intelligit incussum eis vehementem stuporem ex visione prædicta. Neque enim nocturnum tempus erat, sed lucis excellentia grauabat oculorum eorum debilitatem. Ambrosius quoque concordare videtur, dicendo: Premit incomprehensibilis splendor diui-

nitatis

nitatis nostri corporis sensus, nec dei gloriam humanorum ferre potest corruptela membrorum. Veruntamen textui magis consonare videtur, vt de somno naturæ seu corporali dormi
A tione hæc exponātur, nam protinus subditur: Et euigilantes, &c. Itaq; reor φ anteq̄ Christi
trāsfigurationem, seu claritatem videre cœperūt, somno oppressi sunt, Christo videlicet ante
suā trāsfigurationē satis diu orante, quod interea transfigurato experecti sunt Apostuli, &
tunc Christi fulgorē cōspicere orsi sunt, quod & textus insinuare videtur. Nā subditur: Et
euigilātes, viderūt maiestatem ei⁹, hoc est, claritatem magnificā & eminētiā eius supra Moy
sen & Heliā, de quibus subiūgitur: & duos viros qui stabāt cū illo, in vertice montis. Hinc
dicit Theophilus: Christo oratiōi vacāte, Petrus somno deprimitur, qa infirmus erat, & quod
humanū erat, impleuit. Excitatus vero, eius gloriam cernit.
¶ Quæritur quomodo Petrus & alij duo Apostoli Moysen & Heliam, quos ante non viderant tunc nouerunt? Ad quod aliqui dicunt, quod illustratione claritatis prædictæ. Arbitror
autem quod Moyses & Helias se ad Apostolos benignissime cōuerterūt, & eos amorose aspexerunt, ac aliquo signo se innotuerunt eisdem, vel forte Christus audientibus Apostolis alloquebatur nominatim Moysen & Heliam, sicut amici cōuenientes solent se inuicem ex nomine salutare. Et factum est cum discederēt ab illo, videlicet Moyses & Helias à Christo, qa
repente dum Christo complacuit, disparuerūt, atq; ad sua reuersi sunt loca. Ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse, hoc est, valde delectabile, & securum est nos tecum
in monte hoc commorari, vt te in tanta claritate & gloria hilariter cōtemplemur. Forte hoc
dixit Petrus etiam ideo, quia videbat quomodo scribæ & pharisæi Christo insidiarētur, ideo
optauit in loco hoc tuto manere. Chrysostomus vero ait eum ideo hoc dixisse, quia à Moyse & Helia audiuit Christū in Herusalem passurum esse. Sed non apparet certum, quod Petrus verba illa Moysi atque Heliæ audierit. Lucas nanque iam scripsit verba illorum prolata antequam Petri & aliorum Apostolorum somnum & excitationem describat: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, vnum Moysi, & vnum Heliæ. Non sex, sed tria tabernacula fieri flagitabat, reputans se & condiscipulos suos in tabernaculis illorum trium magnorum posse manere, quemadmodum serui in domib⁹ dominorum suorū morantur, se tamē in
tabernaculo magistri sui manere optauit. Arbitrabatur quoq; Heliæ desiderabilius esse in hoc
monte manere cum Christo, quam terrestri in paradiso. Hæc autem loquutus est Petrus velut in vehementi stupore & extasi mentis, ideo subditur: nesciens quid diceret, hoc est, præ
affectionis, admirationis, delectationis, deuotionisq; magnitudine, sensum propriorum verborum, non multum aut nō satis aduertēs, nec cōsideranda cōsiderans. Non em̄ considerauit,
quod si Christus ibi maneret, non prædicaret neq; miracula faceret, nec pro salute seculi moreretur, sicq; hominum salus impediretur.

Chryso.

B (beside: cula fieri flagitabat)

¶ Insuper nō in terra, sed in cœlo locus māsionis finalis quærēdus est, nec in cōtemplatiōe
claritatis humanæ naturæ Christi, sed diuinitatis est cōstituēda felicitas. Porro Marcus aliam Marci. 9.
huius inaduertētiæ Petri causam assignat, dicendo quod ipse aliiq; discipuli erant perterriti, Luc. 2.
quia & hoc naturale est homini viso aliquo insolito, supernaturali, atque magnifico formidare, vt plenius dictum est de formidine Zachariæ. Excessiuus quoque timor, sicut & cæteræ passiones immoderatæ seu prædominātes vsum ratiōis valde impediūt. Nā & anima vehementer in actu vnius potētiæ occupata, in aliarū vsu actuq; virtū minoratur & debilitari asseritur. Hæc autē illo loquēte, facta est nubes lucida secundum Matthæum, quę supernatu- Matt. 17
raliter facta videtur angelico famulatu, quia & decliuius descendit, quam solent descēdere nubes, vt statim patebit. & obumbrauit eos, hoc est, temperate operuit eos, videlicet Christum, Moysen & Heliam secundum quosdam. Ait nāq; Theophilus, Petro dicente: Faciamus Theoph.
tria tabernacula, dominus tabernaculum nō manufactum fabricat, & in illud ingreditur cum Hebre. 9
prophetis, vt ostenderetur quod nō minor est patre, sicut em̄ in veteri testamēto habitare in Exod. 18
nube dominus dicebatur, sic & nunc nubes suscepit dominum, non caliginosa sed lucida. Nā Exo 19
C obscuritas legis transierat. Sed quia nunc dictum est: Factum est cum discederent ab illo, vi- exod 34
delicet Moyses, & Helias, ait Petrus, bonum est nos hic esse. Alij aliter hæc exponūt dicentes, exod 40
quod nubes obumbrauit, nō Moysen & Heliam qui iam abierunt, sed Apostolos, tēperans Leuit. 16
eis splendorē Christi trāsfigurati ad intuendum. Augustinus quoq; libro de consensu Euāgeli August
starū testatur post recessum Moysi ac Heliæ hæc cōtigisse. & timuerunt Apostoli, ex tā ad Deut 38
mirabili visione. Nec obstat quod etiā lætabātur, & dulci deuotionis perfundebātur affectu,
quia de eadē re secundum diuersas cōsiderationes variæ cōcipiūtur affectiones. Apostoli itaq;
gloriæ Christi congratulabātur, & in aspectu tātæ pulchritudinis oblectati fuerunt, propter
quod ibi manere optabant. Huiusmodi autem timor humanæ fragilitatis est signū atq; effectus, quę magnarum rerum aspectum ferre non valet sine pauore. Idcirco ait Gregorius: In Gregori⁹.
quantam miseriam cecidimus, qui ipsum bonū ferre nō possumus, ad quod creati sumus. In
trāsitibus illis, videlicet Moyse & Helia (vt aliqui dicūt) in nubem, sed quia iā dictum est, quod

Moyses

Moyses & Helias nūc abierūt, potius ad Apostolos refertur, qui dicunt nubem intrasse, quia
Luc. 9 operiebat protegebatq; eos, quanquam ex tam insolito terrerent operimento. ⌊ Et vox facta
Ioha. 1. est de nube dicens: Hic est filius meus dilectus.⌋ Hoc ipsum supra diligēter expositū est. Chri
stus quippe est filius dei patris, patri coæternus, consubstantialis & coæqualis, à patre infini-
te dilectus, inquantum est deus, inquantum vero est homo plus est dilectus à patre seu tota su
perbeatissima trinitate quam vniuersitas creaturarum simul accepta, ⌊ Ipsum audite, ⌋ auribus
cordis & corporis, ei in omnibus obediēdo cū ipse sit via, veritas & vita, nemoq; veniat ad pa
Iohan 14 trē nisi per ipsum. Ipse enī est summus magister atq; salutificus mediator. Et si grauiter pecca-
uerunt, q Moysen seruum dei non audieruot, nec eius iussiōibus paruerunt, q̄ enormiter peccāt,
q vnigenitum dei filiū non aduertunt, nec p obedientiam venerant.

¶ Denique similis facta est apparitio & contestatio in Christi baptismo, & trāsfiguratione, sed
ibi ostensus est spiritus sanctus in forma columbæ, ad ostendendā Christi innocentiam. Hic
autem in nube lucente, per quam spiritus sancti illuminatio atq; à calore vitiorum gratiosa re
frigeratio designant. Hinc asserit Beda: Sicut domino in Iordane baptizato, sic etiā in monte
clarificato totius trinitatis mysterium declaratur, quia gloriam illius quam in baptismo con-
fitemur, in resurrectione videbimus. Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube, illic appa-
ruit in columba, quia qui nunc simplici corde fidem quam percepit, seruat, tunc luce apertæ vi-
sionis, quod credidit, cernat. Rursus quoniam Christi baptismus fuit figura & causa nostræ re
generationis in gratia, & in eis transfiguratio figura & causa fuit nostræ clarificatiōis in gloria
decuit vtrobiq; Christo testimoniū perhiberi à patre pro nostræ fidei confirmatiōe. Colum
ba demum quæ de terra est gratiam vitæ præsentis, nubes vero de cælo apparens gloriā vitæ
cœlestis congruentius præfigurat, ideo in baptismo columba in transfiguratiōe nubes fuit oste
sa. ¶ Præterea de hac re princeps Apostolorum in sua canonica inclyte loquitur: Non indo-
ctas secuti, notam vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam. Acce-
2 Petri 1. pit enim à deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica glo
1 Iohan 5 ria. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hinc etiam Iohānes
scribit: Qui non credit in filium, mendacem facit patrē, qa non credit in testimonium quod E
testificatus est deus de filio suo.

¶ Postremo Thomas in tertia parte: In transfiguratione (inquit) atq; baptismo Christi vox
patris audita est: Hic est filius meus dilectus, ad ostendēdū quod Christus sit dei filius natura-
lis, cuius filiationis similitudinem quandam sortiuntur fideles per gratiam, quæ in baptismate
datur, & per lumen gloriæ quæ in eius transfiguratione significabatur, vnde spiritus sanctus in
Matt. 13 nube lucida in transfiguratiōe apparuit. In gloria nanq; futura, omnes sancti fulgebunt vt sol.
⌊ Et fieret vox ⌋ patris præfata quæ angelico ministerio fertur formata ⌊ inuentus est Iesus so
lus ⌋ hoc est, à Moyse & Helia corporaliter separatus. Non autem est hoc intelligendum, q̄d
vsq; ad vocis huius prolationem Moyses & Helias cū Iesu pmanserunt, quia vt dictū est ante
iam abierunt, ne ad eorum aliquem crederetur vox facta, sed vt ait Matthæus, cū fieret vox il-
Matt 17 la magnifica & tubalis audientes eam discipuli, ceciderunt in facies suas, timueruntq; valde, &
accessit Iesus & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, nolite timere, & tunc inuentus est Iesus ab eis so
lus, cessauitq; claritas sui vultus, ita quod poterant eū irreuerberatis aspicere oculis ⌊ Et ipsi tacu
erunt & nemini dixerunt in diebus illis quicquam ex his q̄ viderant.

Mat. 17 ¶ In hac transfiguratione quia vt Matthæus & Marcus describunt, descēdētibus eis de mon-
Marci. 9. te Christus præcepit: Nemini dixeritis visionē donec filius hominis à morte resurgat, cuius iussi
onis multæ sunt causæ. Prima, vt doceret nos Christus propriā laudē perfectionem seu excel
lentiam, quamdiu hic viuimus occultare, nisi forte causa valde idonea requirat oppositū. Secū
da, vt psonis deuotis daret exemplū, nō faciliter nec sine rationabili causa reuelationes suas ma
nifestandi. Vnde & Paulus non nisi post quatuordecim annos raptum suum descripsit. Tertia
ne visio ista ob suam magnitudinē incredibilis putaretur, & sic alij non credendo peccarent.
Quarta, ne tempore passionis grauius scandalizarentur, qui ante poterant ædificari ex visionis
huius relatione. Apostoli quoq; fideliter ac obedienter tacendo, relinquerunt nobis exem- F
plum tenendi in secreto quod nobis secrete insinuatur aut occultandum nobis cōmittitur, imo
oppositum facere est contra fidelitatem, & ex suo genere peccatum mortale secundum Tho-
Eccles. 27 mam, propter quod in Ecclesiastico scriptum est: Qui denudat arcana amici fidem perdit &
denudare amici mysteria desperatio est animæ infelicis. In Prouerbijs quoq; Salomon loquit:
Qui ambulat fraudulenter reuelabit archana, qui aūt fidelis est, celat amici commissum. Da-
mascenus insuper ait, quod ideo Christus iussit visionem taceri, quia sciebat alios discipulos ad
huc imperfectos, tanquam nondum plenam spiritus sancti infusionem sortitos, idcirco fu is-
Mat. 12 sent forte immoderate tristati, si à tam præclarissima visione se agnouissent seclusos, & ne
proditor ad inuidiam concitarentur. ¶ Consequenter describitur mira obsessi curatio.
⌊ Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis, ⌋ videlicet Iesu cum Petro, Iohanne
& Iaco

& Iacobo⌊ de mōte⌋ in q̃ transfiguratio facta est Christi. Verba aūt hęc sonāt, q̃ñ Iesus & tres
A isti apostoli pernoctassent in mōte, quēadmodū supra scriptū est: Exijt Iesus in montē orare
& erat pnoctans in oratione dei, ⌊ occurrit illi turba multa ⌋, quæ fuit circa alios nouem apo-
stolos congregata, & vt in Marco habet: Viso Iesu accurrēs salutauit eum. Quēamodum au- Marc. 9
tē Christus cum discipulis in mōtē ascendit vt oraret & diuina perageret, deinde ad turbas
cum discipulis redijt, vt fraternæ charitatis opera adimpleret, sic prælati cū officiatis, & bonis,
filijs suis debēt sæpe ad loca secreta cōfugere, vt cōtēplatiuę actibus vitæ insistat, & rursus ad
actiuę opa vitę reuerti, vt proximis suffragentur. Si aūt aliq subditorum gustata dulcedine vitę
contēplatiuæ ex inspectione pulchritudinis increatæ voluerint prælatum suum ab operibus
sanctis vitæ actiuæ retrahere, & cum illo in contēplationū exercitijs permanere, non acquies-
cendū est eis sed ad descensum sunt inducendi, dū charitas hoc requirit. ⌊ Et ecce vir de turba
exclamauit dicēs: Magister obsecro ⌋ hoc est, per sacra te rogo, est'q; obsecratio dignissima spe
cies orationis & ad impetrandum efficacissima ⌊ respice in filium meū ⌋ .i. oculo pietatis & sub
uentionis eū intueri digneris. Hæc oratio probitatis sagacitatis'q; fuit, q̃a in generali locutus ē
& Christi aspectū cōfessus est esse saluificū, ⌊ q̃a vnicus est mihi ⌋ ideo magis cōdolēdū est mi
hi, eo q̃ alterius prolis solatio careā, & iste mihi tā charus necessarius'q; cōsistat, ⌊ & ecce spūs ⌋
vtiq; malus puta diabolus, q̃ ob naturæ subtilitatem dr̃ spūs, & rōne peccati diabolus ⌊ appre
hendit eū ⌋ .i. inuadit & obsedit, ⌊ & subito clamat ⌋ hic filius meus ex repentino ac vehementi
dolore, vel spūs clamat p ipsum seu ipm̃ facit clamare, ⌊ & elidit ⌋ .i. prosternit, iuxta illud Mat Matt. 17
thęi: Sæpe cadit in ignem & crebro in aquā, ⌊ & dissipat eū cū spuma ⌋ .i. mēbra eius quasi cō-
B fringit, vndiq; eū vexando, fatigādo, ac debilitādo, ita q̃ facit eū spumare scd̃m illū Marci, vbi
cūq; spūs apprehēdit eū illudit ipsum & spumat, & stridet dētibus & arescit, ⌊ & vix discedit ⌋ Marci, 9
hoc est, sępe non nisi cum magna difficultate recedit à filio meo, & ab eius vexatione cessat ⌊ di
lanians ⌋ .i. grauissime eū affligens in tali vicissitudinato recessu. Quib⁹ verbis innuit, q̃ iuuenis
iste non fuit cōtinue obsessus, sed certis horis tanq̃ arrepticius, ideo scriptum est in Matthæo, Mat. 17
q̃a lunaticus est & male torquet. Dicūtur nēpe lunatici, q̃a secundum lunationes seu tempore
nouiluniorū furorem incurrunt, ⌊ & rogaui discipulos tuos ⌋ .i. nouem apostolos, qui te existē
te in mōte manserunt, cum turba ⌊ vt eijcerent illum, & nō potuerūt ⌋ Aliq dicūt, q̃ vir iste fal
se accusat aplos, ita q̃ defectus electionis diaboli non fuit ex parte apostolorum, sed viri istius,
.s. propter incredulitatē ipsius & hoc satis videret posse defendi, si non aspicerentur nisi verba Matt. 17
Lucæ ac Marci, sed ea quæ in Mattheo scripta sunt intuēdo inuenit oppositū, idcirco dicen Marc. 9
dum, q̃ defectus iste fuit partim ex impfectiōe fidei discipulorū, partim ex impfectiōe fidei pa
tris huius obsessi. Ait q̃ppe Matthæus: Accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Qua
re nos non potuimus eijcere eū? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatē vestrā. In Marco aūt Ie Mar 9
sus loquit patri huic. Si potes credere, oīa sunt possibilia credenti, & exclamās pater pueri cū la
chrymis ait: Credo dñe adiuua incredulitatem meā. Patet ergo q̃ habuit fidem aliter nō ro-
gasset pro hac re, primo apostolos, postea Chr̃m, sed impfectā. ⌊ Respondens aūt Iesus, dixit:
O gñatio infidelis & puersa, vsqueq̃ ero apud vos & patiar vos ⌋ hoc loquit Chr̃s patri pueri, vt
aliq dicunt, cæteris'q; Iudæis incredulis. Alij dicunt quod non patris pueri huius non obsessi, sed
solis induratis Iudæis ista locutus sit. Loquitur autem scriptura de duplici gñatione, videlicet
C bona & mala, ita q̃ vniuersitas hoīm electorum, virtuose viuentiū, noīatur generatio bona, de Psal. 23
qua fert in Psalmo: Hęc est gñatio quærentiū faciē dei Iacob. Reprobi vero vitiosi'q; hoīes dicū Deute. 32
tur gñatio mala, De qua in Deuteronomio: Gñatio praua atq; peruersa. Et infra. Venient hęc Luc. 11
oīa super generationem istam; Itaq; generatio dicitur infidelis quātum ad intellectū, puersa quā
tum ad affectum, quasi à deo & à via veritatis ac æquitatis auersa. ¶ Preterea Christus loqu-
tus est verba hęc nō ex indignatiōe culpabili, sed ex affectu & zelo iustitiæ, q̃ aliqñ appellat indi
gnatio bona, videlicet contra peccata. Itaq; ait: Vsquequo ero apud vos, p corporalē præsenti
am, & patiar vos .i. vestrā infidelitatem & prauitatem quos detestor, & propter quas tristor.
Hoc aūt insinuando q̃ cito esset recessurus p passionem de seculo isto, & q̃ ad patrē optaret
reuerti, itē q̃ vitia hominū penitus abominaret, nō aūt quasi impatiens aut tædio victus hæc
protulit, sed grauitatē infidelitatis illorū declarans, q̃ post tanta sua documēta, exēpla atq; mi
racula nō fuerūt cōuersi. ⌊ Adduc huc filium tuum. ⌋ Hoc Christus pcepit pr̃i obsessi, nō quod
absentē curare nō posset, sed vt ad aliorū ædificationē miraculū publice fieret, ⌊ Et cum accede
ret ⌋ obsessus ad Iesum ⌊ allisit ⌋ id est, in terram proiecit, ⌊ illum dæmonium & dissipauit ⌋ sicut
expositum est, ideo aūt Chr̃s pmisit dæmonē hāc suam crudelitatem exercere in puerū istū,
vt dæmonis malignitas turbæ magis clarescceret, sic'q; saltem timore pœnarū vitā corrigerent,
item vt miraculi magnitudo, ad dei honorē clarius monstraret, atq; ad innuendū q̃ diabol⁹
hoīes tūc fortius tētat, cum cernit eos velle vitā corrigere, se'q; ab eis debere repelli. ⌊ Et incre-
pauit Iesus spiritum immundum ⌋ puta diabolum ob tantā suam ferociam, quia & si nō absq;
permissione diuina ingressus est iuuenem, crudeliter tamen & praua intentione eum vexauit.

Apud

Hæc ignorãtia discipulorum nõ tã de tarditate q̃ de amore nascitur, q carnales adhuc & myste-
rij crucis ignari, eũ quẽ dei filiũ cognouerũt, occidendũ credere nõ valebãt. Et qa p figuras at-
A q; parabolas loq solebat, etiã q̃ de sua traditiõe prædixit figuraliter aliud significare putabant.
Sed his videt cõtrariũ, q̃d in Matthæo scriptũ est: Et cõtristati sunt vehementer. s. auditis his Matth. 17
verbis, q̃d nõ fuisset nisi intellexissent eũ de sua passiõe hęc loq. Ad q̃d respõdẽdũ videt, q qdã
eorum aliqualiter intelligebãt hæc verba, q̃uis nõ plene, nã & paulo ante Petrus Iacobus, & Iohã
nes audierũt in monte Moysen & Heliam de Christi passiõe cõferre. & timebãt eũ interro-
gare de hoc verbo. i. qd sermo iste significaret, cuius cãm expositores assignãt, quia iã ante au
dierunt Petrũ dure increpari à Christo se occidendũ prænunciante, eo q psuaderet oppositũ,
dicẽs: Dñe ppiti⁹ esto tibi, nã hoc nõ erit, ppter q̃d audiuit à Chr̃o: Vade retro me satana, nõ sa
pis ea q̃ dei sunt, sed q̃ hoim. Itaq; si ista de cã timebãt Chr̃m iterrogare de intellectu verborum
istorum, apparet q vtiq; cõsiderauerũt eũ de passiõe sua pfari. Ad q̃d puto dicẽdũ, q qdã eorum
suspicabant hoc ipm. s. sed dubij errãt nõ intelligẽdo plenarie, iõ cupiebãt interrogare, sed for-
midabãt redargui. Intrauit aũt cogitatio in eos qs eorum eẽt maior. i. de hoc cogitare cœpe-
rũt, vel ex diabolica suggestiõe, vt aliq dicũt, vel ex vanitate ĩfirmitatis hũanę, fuitq; istud tẽta
tio q̃dã ambitiõis, qa de platiõe solicita sunt mẽte. Et (vt ait Chrysostomus) Christus sępe p-
misit discipulos suos, ĩ cogitãdo, loquẽdo & opando errare, vt ex illorum errore occasionẽ accipiat
docendi regulam æquitatis. Ait q̃q; Cyrillus: Multipliciter insidiat diabolus diligẽtibus opti-
mam vitã, & q̃s p carnales illecebras supare nõ põt, p desideriũ vanæ gloriæ molitur deijcere.
¶ Porro huius tẽtatiõis occasio fuit secundum Theophilum, quia dæmoniacum prædictum
curare nequibant, eis de hoc altercantibus, & vno dicente, nõ ppter meam impotentiam, sed
alterius curari nõ potuit, vt ex hoc accensa cõtentio fuerit, qs eorum maior eẽ. Chrysostomus a-
liam causam assignat dicendo, q audita morte magistri sui, cœperũt cogitare qs illo occiso eis
debere præesse. Alij alias tradunt causas, qa videlicet nouem apostoli viderũt tres seorsum in
mõtẽ ductos, humanũ qd passi sunt, & itẽ qa videbãt Petrũ p cęteris in multis honorari à Chri
B sto. Vnde & sæpe hanc tẽtationẽ incurrerũt, nã primo de ea cogitauerũt vt dicitur hic. Secũ-
do, de ea disputauerũt, iuxta illud Marci: Interrogauit eos. Quid in via tractabatis? At illi tacue Marci. 9
rũt. Siquidẽ inter se disputauerant, qs eorum eẽt maior. Tertio disputatã Chr̃o determinãdã p-
posuerũt secundum illud Matthęi: Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior
est in regno cœlorum? Et nõ obstante eorum increpatiõe & Christi responsione ac informatione, Matt. 18
adhuc quarto etiã in cœna nouissima contenderunt de ista materia sicut infra habetur: Facta
est cõtẽtio inter eos, qs eorum videret eẽ maior. Tantã aũt impfectionẽ sapiæ ac virtutũ pmisit
Chr̃us suis charissimis inesse discipulis (puta apostolis) nõ sine maxima dispẽsatiõe ac rationa
bilissima atq; vilissima causa. Ex hoc eñ fides Christiana potissimũ cõfirmatur, q primi illi p
catores ipsius, vsq; post sui occisionẽ magistri tãtæ imperfectiõis fuerunt & subito tantæ pfe
ctiõis, in omni sapientia, virtute, atq; constantia sunt effecti q̃d certissimum est nõ nisi diuini-
tus fieri potuisse. ¶ Postremo, etiã inter pauperes Christi inter eos q mundo p vota solẽnia ab
renuntiauerunt, inter claustrales ista ambitiõis stultitia inuanit, ex q̃ demũ scdm Gregoriũ cul
pæ innumerabiles oriunt, quam nisi religiosus funditus extirpauerit, sciat se parum aut nihil p
fectum, & nunq̃ ad verã pfectionẽ venturum. Tantã ergo insaniã, velut infinitã amentiã ac totius
profectus venenũ prorsus abijciamus. At Iesus vidẽs visu mẽtali cogitationes cordis illo-
rũ quas vidit tã p intellectũ diuinũ & increatũ, q̃ p intellectũ hũanũ, apprehendit puerum, &
statuit illũ secus se. Puerum illũ qdã dicũt fuisse, sanctum Martialẽ de lxxij. discipulis, & ait illis
volẽs interiora illorum sanare, ignorantiã informare, virtutes inserere. Iesus qui cogitata illorum
cernendo, & verbo & facto se ea vidisse probãdo, deum se esse monstrauit, qa & Salomon &
Petrus in Actis ait: Tu dñe solus nosti corda om. Quicunq; susceperit puerum istũ. i. hospi
tauerit, seu charitate tractauerit hũc puerum innocentẽ, seu quemcunq; pauperẽ designatũ p ipm Acto, §
in noie meo. i. ideo qa fidelis est, ptinensq; ad me, atq; ob meum amorem & ad honorẽ
C nominis mei sicut docet Apostolus: Oĩa quæcunq; facitis ĩ verbo vel opere, omnia in nomi
ne dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes deo patri p ipsum me recipit q ã tam gratũ ẽ
mihi, ac si meæ personæ id fieret, mihiq; reputo, iuxta illud Matthæi: Quam diu vni ex mi-
nimis meis fecistis mihi fecistis. Et q̃cunq; me recipit modo iã dicto, vel etiã p modũ spũa-
lem inhabitationem, & obedientialẽ subiectionẽ recipit eum qui me misit, videlicet deum
patrem, & eius gratiosam inhabitationem. Pater quoq; honorem filio suo exhibitum sibi ar-
bitrat impensum, filius etiã protestat: Ego & pater vnũ sumus. Et apud Iohannẽ loqt: Si qs
diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionem
apud eum faciemus. Itaq; deũ recipimus, dum famulos & pauperes ei⁹ suscipimus propter ipm, Iohan. 14
quia tunc charitatem & gratiam seu charitatis & gratiæ incrementum meremur, charitatem
autem & gratiam, seu earum augmentum suscipiendo, deum suscipere dicimur.
Deus quoque se reputat factum, quod ex charitate fit suis pauperculis ac ministris, imo
&inius

&iniuriā eis illatam sibi iudicat factā. Quēadmodum per Zachariam fatetur: Qui tetigerit
vos, tāget pupillā oculi mei. Et in Prouerbijs Salomon ait: Qui calūniatur egētē, exprobrat
factori suo. His verbis docet Chrūs, nō prælationē sed humilitatē & paupertatē esse quæren- D
Roma. 12 dam. Pōt aūt & ita exponi: Quicūq; susceperit puer; istū in noīe meo.i. proprietates & formā
huius innocentis iuuenis propter me in se acceperit, imitatus'q; fuerit, me recipit.i. me spūali-
ter induit, & mihi vere vnit, placet ac incorporat, sicut ait aplus: Induimini dñm Iesum. Qui
aūt ita me recipit, recipit eū qui me misit, q.a in eo pater p gratiā magnā manet. ¶ Præterea
Christo secūdū humanitatem cōpetit mitti non solū à patre, sed etiā à spiritu sancto, imo & à
Esaie 48 tota superbenedicta trinitate, videlicet etiā à semetipso secundū q deus est, vt dictū est supra:
Vnde apud Esaiā loqtur Chrūs: Et nunc dñs misit me & spūs eius. Deinde præinductū verbū
Christ' corroborat. ⌊Nā qui minor est inter vos omes⌋.i. cæteris humilior, & minorē seu vi-
Iacobi. 4 liorē se reputans, aut profundius seipsum deo subijciēs, ⌊hic maior est⌋.i. pfectior seu in gra-
1.Petri 5 tiæ donis sublimior. Deus enī humilibus dat gratiam, & tāto maiorē quo plus humiliauerint
semetipsos. Se enī humiliando & dei omnipotentiæ substernēdo, ad suscipiēda gratiar; charisma
ta mētes suas dignificant & coaptant. Ideo Petrus hortat: Humiliamini sub potēti manu dei,
vt vos exaltet in tpe visitationis. His humilitatis auditis præconijs Iohannes, quēdā reprehen
disse se sciens, & non satis humiliter se hoc fecisse metuens, dixit quod subditur: ⌊Respōdēs au
tem⌋.i. ad verba Christi, cōuenienter correspondēter ve loquēs, ⌊Iohānes dixit: Præceptor
vidimus quendā in nomine tuo⌋.i. p inuocationē, adiurationem, seu expressionē nominis tui
seu tuæ psonæ, ⌊eijcientē dæmonia⌋ tales fuerūt, de quibus in Actis legitur: Qui dixerunt:
Adiuro vos p Iesum quē Paulus prædicat, ⌊& prohibuimus eū⌋ hoc amplius facere tanq in-
Acto. 19 dignū, ⌊quia non sequitur nobiscū⌋.i.te, cū nobis nō sequitur, vel corpaliter cōmunicādo: vel
spiritualiter omnia relinquēdo, vel mō vtroq;. ⌊Et ait ad illū Iesus: Nolite prohibere illū⌋ aut
similes ipsi à tali officio. ⌊Qui enī nō est aduersum nos, pro nobis est,⌋ .i. qui aliqd docet aut
agit quod nō est doctrinæ meæ cōtrariū in quātū hmōi est, pro nostra est parte, nec à tali actu
est prohibēdus, quia & vna veritas cōfirmatur p aliā, sic & iste, q.a in noīe meo dæmonia eijcit
Marci. 9 nomen meū glorificat, & p cōsequēs de me mala loqui vix potest, vnde in Marco legit: Cū Chri- G
stus dixisset: Nemo est qui faciat virtutem in noīe meo, & possit cito malū loqui de me. ¶ Porro
dæmones eijcere, sicut & infirmitates miraculose curare ac prophetare, est donū gratiæ gratis
Math. 7 date, ideo bonis malisq; cōmune, nec requirit dignitatē vitæ in eo q agit, ideo sup illud Mat-
thæi: multi dicent mihi in die illo, dñe nonne in noīe tuo prophetauimus, asserit glossa: Mira
cula facere, prophetare, & dæmones eijcere, interdū nō est meritū illius, q hæc opat, sed inuo
catio noīs Chri hoc facit ad cōdēnationē inuocātis vel ad vtilitatē eor; q vident vel audiūt &
licet despiciātur qui faciūt, deus tamē cuius inuocatio hoc principaliter facit, honorat. ¶ Porro
si Iohānes illū putauit prohibendum ab eiectiōe dæmonū, q.a corpaliter nō venit post Christū
sicut apli, erroneū fuit, cū nec Iohānes Baptista ita secutus sit Christum. Alibi tñ ait saluator:
Qui nō est mecū, cōtra me est, sed hoc de corpali præsentia intelligēdum nō est, sed de spūali
cōsensu. Hinc itaq; dicit Beda, in hæreticis & malis catholicis, cōmunia sacramenta, in qbus no
biscū sunt, detestari & prohibere nō debemus, quamuis dñm nō nobiscū sequant. ¶ Denique phi
losophi & Saraceni multa dicūt cōsona fidei nostræ, & Paulus apostolus, quorūdam poetar;
1.Cor. 19 testimonia ad confirmationē suorū assumit dictor;, sic & sapientiū illar; Sibyllar; testimonia,
Acto. 17 ad sup abundantē fidei roborationē à sanctis patribus allegātur. ⌊Factum est aūt eū cōplerentur⌋
hoc est, appropinquarēt, ⌊dies assumptiōis eius⌋ tēpus passionis seu ascensionis. Tēpus
aūt passionis, tēpus assumptionis vocatur, q.a p passionē de mūdo fuit ad patris dexterā assu-
mēdus, iuxta illud Iohannis: Ante diē festū Paschę, sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat
ex hoc mūdo ad patrē, & infra loquitur: Nōne sic oportuit pati Christū, & ita intrare in glo
riam suā, ⌊& ipse faciē suā firmauit⌋.i. stabiliter, firmiter'q; direxit, nec huc atq; illuc diuer-
tit, sed mēte cōstāti ac imperterrita, Hierusalem versus iter arripuit, sicut subiungitur: ⌊vt iret
in Hierusalē⌋ quia ibidē mysteriū passionis fuit cōplendū, & ibi verus agnus extitit offeren-
dus, vbi agnus typicus immolabatur. ⌊Et misit nuntios ante conspectum suū⌋ videlicet Iaco- F
bum & Iohannē, ⌊& euntes⌋ nūtij isti, sicut eius magister præcepit ⌊intrauerunt in ciuitatē Sa
maritanorū⌋ cuius nomen hic nō explicatur, sed fuit ciuitas aliqua sibi in via occurrēs, & dicūt
nōnulli, q fuit metropolis regionis Samariæ quæ appellatur Samaria, quia Samaria interdum
est nomē vrbis, interdū regionis, ⌊vt pararēt illi⌋ videlicet suo magistro ingressum siue hos-
pitium, & Samaritanos exhortarentur ad suscipiendum Christū & eius doctrinā, quēadmodū
sequenti capitulo legitur, q septuaginta discipulos misit binos, & binos, in oēm ciuitatē, & lo-
cum quo erat venturus. ⌊Et non receperunt eū⌋ Samaritani, vel sic quod in vrbē eorum non
introiuit vt dicit Theophilus, vel q ei nec reuerenter occurrerunt, nec audientiā, neq; hospi-
tium præbuerunt, ⌊quia facies eius erat euntis in Hierusalē⌋ id est vultus sui dispositiōne p-
tēdebat se Hierusalem versus proficisci, vel Samaritani hoc perceperunt, ideo eum suscipere re

nueba-

uebant. Primo, vt asserit Beda, quoniam Samaritani nō contebant Iudæis, vt patet in Iohāne, sicut Ioha 4
nec Aegyptij, iuxta illud: Illicitū ē Aegyptijs comedere cū Hebræis. Secūdo, quia Samaritani Gene. 43
A detestabant pergētes in Hierusalē causa oratiōis, dicētes debitū orationis locū apud eos consi- Iohan 4
stere, propter quod mulier Samaritana obiecit Chr̄o, dicens: Patres nostri adorauerūt in monte
hoc, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Porro saluator cūcta præ-
noscens, quāuis præsciret Samaritanos nec se nec suos nūtios recepturos, misit tamē ad eos, quoniam
quantum in se fuit, voluit plebē illā ad meliora allicere, sicut & ipse prædicauit plurimis Iudæo-
rum quos ex sua prædicatiōe sciuit peiores futuros. ⌊Cū aūt vidissent Iacob' & Iohānes⌋ Sa
maritanorum hanc culpā, ⌊dixerūt: Dn̄e, vis dicimus⌋ .i. placet tibi vt dicēdo agamus, ⌊vt ignis
descendat de cœlo⌋ aereo, virtute diuina, ⌊& cōsumat illos,⌋ propter tantū eorum excessum in Num. 25
te. Secundum Ambrosium dixerunt hoc bono zelo & amore iustitiæ, scientes hoc ipsi Phine- 4 Regū. 1
es ad iustitiā reputatum, quod fornicantes transfodit, atque Heliæ quod ignem de cœlo impetra-
uit ad suæ vindictam iniuriæ, vel potius ad punitionem peccati deridentium ipsum. Sed Beda
affirmat apostolos adhuc rudes ista dixisse affectu vindictæ, hoc quoque præsumptionis fuisse
videtur, quod ipsi adhuc tantæ imperfectionis existentes, potestatem & imitationem tam per-
fecti viri ac praeclarissimi vatis, puta Heliæ, vsurpant, cui tamen postea in sapientia, potestate,
ac perfectione nequaquam minores fuerunt. ⌊Et cōuersus⌋ .i. vultū ad eos dirigēs seu ab allo
quutione pia, ad increpationem rigorosam se vertēns, ⌊increpauit illos & dixit: Nescitis cu'
spiritus estis,⌋ hoc est, quo spiritu moueamini nō pensatis, videlicet an spū sancto, vel proprio
seu propriæ animæ dispositionem non aduertitis propria passione, fuscati, & arbitrantes vos
bono dicere zelo, quod dicitis zelo indiscreto, seu vitioso, aut passionato ac perturbato.
Passiones quippe rationis obscurant iudicium, & irato apparet, quod omnia liceant sibi quæ pas-
sio suggerit. Ideo Seneca loquitur: Irascēti tibi .i. dum irasceris, nihil tibi volo licere, quia dum
irasceris, omnia tibi putas licere. Isti aūt apostoli, quia personaliter missi fuerunt ad Samarita-
nos, & quoniam cōsanguinei fuerant Christi, ad præcipuam suam familiaritatē admissi, idcir-
B co præ cæteris apostolis pro Christo zelati sunt & ista loquuti. ⌊Filius hominis non venit ani
mas perdere,⌋ corporalē vitam extinguendo, & animas in peccatis mortalibus existētes pro-
tinus à corpore auellēdo atque damnando, dum homines peccant. Idcirco nō vult suam iniuriā
mox vlcisci, cuius patientiam, mansuetudinemque sectari debent eius discipuli, ⌊sed saluare⌋ ea-
rum pœnitentiam longanimiter expectando, imo & ad pœnitentiam eas hortando per seip-
sum, & suos ministros. Huic simile est illud Iohannis: Non misit deus filium suū vt iudicet mū Iohā. 3
dū, sed vt saluetur mundus per ipsum Et Paulus: Christus (inquit) venit in hunc mundū pec 1 Timo 1
catores saluos facere. Hinc ait Ambrosius: Non semper in eos qui peccauerunt est vindicādū,
quia nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, & lapso ad correptionem,
sicut & ipsi Samaritani post Christi ascensionem celeriter crediderunt, vt in actibus habetur.
Insuper Titus testatur, Christus contra Samaritanos non commouetur, vt ostēderet quia nō Acto, 8
habet vltionis studium virtus perfecta, nec vlla est iracundia, vbi plenitudo est charitatis, nec ex
cludenda est infirmitas, sed iuuanda, procul sit & à religiosis indignatio, procul sit à magnani-
mis cupiditas vltionis. ⌊Factum est autem ambulantibus illis,⌋ videlicet Iesu & eius discipulis,
⌊in via, dixit quidam ad illum,⌋ sicut ex his quæ per Matthæum scripta sunt comprobatur,
istud non accidit statim post immediate præhabita, ideo Lucas non exprimit tempus, nec viā
determinat, insinuans se ordinem historiæ non seruare. ⌊Sequar te quocunque ieris,⌋ hoc est ti
bi in omnibus adhærebo, in prosperis & aduersis. Sed non syncero ac simplici corde hoc di-
xit, sed falso ac ficto, sicut ex Christi responsione elicitur. ⌊Et ait illi Iesus,⌋ cordium secreta
contemplans. ⌊Vulpes foueas habent, & volucres cœli⌋ aerei ⌊nidos,⌋ quod ad literam pla-
num est, quoniam vulpes in antris suis morantur, & aues in nidis prolificant, ⌊filius autem ho-
minis non habet vbi caput suum reclinet,⌋ hoc est, pauperrimam in hoc mundo vitam elegi,
ita quod nec domicilium habeo proprium, nec aliquod temporale reclinatorium. Ex quaratio
C ne elicitur, quod vir iste peruersa intentione Christum accessit. Vidit quippe quod Christus
discipulis suis potestatem contulit faciendi miracula, ideo voluit fieri eius discipulus saltem per
corporalem imitationem, vt & ipse potestatem à Chr̄o adipisceretur præfatam, atque per eius
vsum honores ac mundi diuitias obtineret, vel vt Christum induceret ad plurimorum curatio Math. 8
nem, sicque ab illis lucra acquireret, sicut Geysi Naaman Syro. Simili intentione Simon Mag' Acto: 14
loquutus est Petro atque Iohanni: Date mihi hanc potestatem, vt cuicunque manum imposuero, Matt. 8
accipiat spiritum sanctum. Denique secundum Matthæum, simulator iste fuerat scriba, vnde per
suam peritiam confidit se plurima lucraturum, sed Christus ei verba respondit inducta, tanquā
dicat, Cum tantæ sim paupertatis, quid quæris me sequi ob congregandas diuitias? Vel dicit
hoc ista intentione. Si vis me sequi, oportet te paupertatem meam voluntariam sponte secta-
ri, omnemque cupiditatem vitare.
¶ Quæritur, quomodo dicat saluator, nil se in hoc seculo possidere, cum tamen apud Iohānē

protestetur: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Sed & virgo Maria quæ paren-
Iohã. 3 tibus suis vnica fuit ex parte patris, domũ & opes ab eis accepit? Et respondendum, quod Christo
secũdum naturam assumptam ab incarnationis exordio data fuit à patre potestas atque domi-
nium sup omne creatũ, sed potestate hac vsus nõ est quantũ ad actualẽ tẽporaliũ possessionẽ D
& vsum, imo vitam elegit pauperrimã. Primo, vt suæ inopiæ merito bonis gratiæ in præsenti & bo
nis gloriæ in futuro ditemur. Propter quod ait Apostolus: Cum diues esset, propter nos egenus fa-
Acto 1. ctus est, vt eius inopia diuites essemus. Item vt non solum verbis, sed & factis, futuram vitã do
ceret quærendã, quod maxime egit omnia tẽporalia perfectissime cõtemnẽdo. Rursus vt viam
perfectionis, verbo & opere prædicaret, ipse quoque cœpit facere & docere. Quoniã ergo om
nium mũdanorum ac trãsitoriorum venit docere cõtẽptum, decuit eũ omnia illa plenissime abdica
re. Hinc Christi paupertatẽ Hieremias admirans, ait: Quare quasi colonus venturus es in ter-
ra, & quasi viator declinans ad manendũ. Postremo, virgo Christifera, Christo prædicationẽ suam
incipiente, si tẽporale quid possedit, creditur vendidisse atque pauperibus cõtulisse. Non enim mi-
Matt. 19 nus quàm apostoli, qui omnia reliquerũt, impleuit cõsilia Christi. Possunt autẽ verba inducta meta
phorice sic exponi, Vulpes, i. simulatores & callidi, foueas habẽt, hoc est dolositates excogita-
tas & duplicitates profundas, in quibus latẽt, suamque abscõdunt nequitiam, & volucres cœli, id
est ambitiosi & arrogãtes in altum se erigẽtes, nidos habẽt. i. prælationes seu dignitates terre-
nas, in quibus finaliter corde quiescũt, illis magis quàm bono incommutabili inhærẽtes. Filius aũt ho
Math. 8 minis nõ habet vbi caput suum reclinet. In talibus scilicet, ⌊ Ait ad alterum: Sequere me. ⌋ Iste al
ter iam cœpit esse Christi discipulus secundum Matthæũ, ideo Christus inuitat eum ad sui perfe
ctam sequelam, vt cunctis relictis sibi perfecte adhæreat. ⌊ Ille aũt dixit: Dñe, permitte mihi
primo ire & sepelire patrẽ meũ. ⌋ Ad hoc enim se obligatũ putauit præcepto legis quod iussit hono
rare parẽtes, imo mortuos sepelire est vnũ de operibus misericordiæ, de quo & specialiter ore
Exo 16 angelico cõmẽdatur Tobias. ⌊ Dixit ei Iesus: Sine vt mortui ⌋ in anima per mortale peccatum
seu infidelitatem, ⌊ sepeliant mortuos suos ⌋ morte naturæ, vel mortuos, ea morte qua & illi,
vt scilicet tales se inuicem opportuno sepeliant tẽpore, ⌊ tu aũt vade & annuncia regnũ dei, ⌋
id est, cœlestis regni beatitudinẽ prædica. Denique Christus his verbis honorationẽ & sepultu
ram parentum, opusque pietatis non vetat simpliciter, sed in casu, ad insinuandum, quod omitten E
da sunt opera minus virtuosa, vt fiant opera virtuosiora, & quod corporalibus ac terrenis præferenda
sint spiritualia ac diuina, quando necessitas aliud nõ requirit aut charitas, ideo dum parentes ha-
bere queunt aliunde victum aut sepulturam, non est propter illorum sustentationem aut sepul
turam, omittendum opus diuinum, cæleste ac spirituale, præsertim si magna sit operis huius
necessitas, ita quod ex eius omissione seu dilatione animæ periclitẽtur. ⌊ Et alter ait ad Iesum ⌋
quẽ alterum quidam dicunt fuisse Christi discipulum, sed imperfectum. ⌊ Sequar te dñe ⌋ tibi
perfecte de cætero adhæsurus, ⌊ sed permitte mihi ire & renũtiare his qui domi sunt. ⌋ Sic &
Helisæus ab Helia vocatus: Osculer (inquit) oro te, patrẽ meũ & matrẽ meã, & sic sequar te. Præ
terea aliqui dicũt, quod iste voluit renunciare domesticis suis seu cognatis, siue parẽtibus, eis dum
taxat valedicendo, seque ab eis licentiando, & ne quærerent eũ, talia dicũt, quod volebat eorum cõsen
sum exquirere, & eos super re ista cõsulere. ⌊ Ait ad illum Iesus: Nemo mittẽs manũ suam ad
aratrum, ⌋ hoc est, vitam pœnitentialẽ, seu meliorem, qua ager cordis excolitur per vitiorum ex
tirpationem, spiritualemque gratiæ insertionem ac fœcundationem, & operũ productionẽ bo
norum aggrediẽs ⌊ & respiciens retro ⌋ . i. à bono inchoato deficiẽs, & mẽte ad secularia rediẽs
sicut filij Israel corde in Aegiptum reuersi sunt, ⌊ aptus est regno dei, ⌋ hoc est dignus felicita-
te regni cœlestis, quia qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit, & sola perseuerantia corona
Petri 2 tur. Hinc de talibus loquitur Petrus: Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quam post ag
nitionem retrorsum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad vomitum
& sus lota in volutabro luti. His verbis (vt asserit Gorra) non reprobat Christus actum renũti
andi domesticis, sed periculum eundi ad illos, ideo quoque Christus hæc ait, vt doceat quàm pericu
losa sit mora seruiendi deo, & præsertim periculosum est redire ad suos, causa consulendi eos
super religionis ingressu, nisi forte spirituales existerẽt. Continuandum est ergo opus bonum
inceptum, & quæ pro deo reliquimus, rursus appetere non debemus, vt faciunt ambitiosi & va F
ni, qui cum diu fuerunt in claustro ad officia accenduntur tam fatue, & carnalia quæ reliquerũt
pro Christo, rursus visitare, intueri, tractare peroptant. Vnde ait & Beda: Si discipulus domi-
num secuturus arguitur, quia vel domui renunciare velit, quid fiet illis, qui nulla vtilitatis gra
tia sæpe visitant domos illorum, quos habẽt in mũdo? Vel sic, Nemo mittẽs, &c. aptus est regno
dei, id est dignus illud alijs prædicare. Itaque verbis his Christus illos tanquam vere insipiẽtes redar-
guit, qui propter nõ necessariam rerum suarum seu parẽtum, vel aliorum propinquorum dispositionẽ,
aut prouisionẽ omittunt, seu periculose, dispẽdioseque differunt religionis ingressum, aut vitæ
perfectionẽ. Tam ineffabiliter etenim magnũ est salutis nostræ negotium, vt omnia vana & friuo
la sint sine dilatione spernenda, nec aliqua temporis portio est infructuose, seu negligenter ex

penden

pendenda. Idcirco ait scriptura: Non tardas cõuerti ad dominum, & ne differas de die in diẽ,
A Subito eñi veniet ira illius, & in die vindictæ disperdet te.

¶ENARRATIO CAP. X. POST HAEC AVTEM designauit dñs Iesus & alios lxxij. discipulos. Arti. XXVI.



Escripta in præcedenti capitulo instructione ac missione & corroborati- Lucæ 9
one apostolorum ad prædicandum, iam inferiorũ discipulorum infor-
matio, confirmatio, ac destinatio ad prædicandum, describit. ⌊Post hęc
autem,⌋ quæ præcedenti capitulo sunt recitata, ⌊designauit⌋ .i. à se int'
electos foris monstrauit, ab alijsq; distinxit, & quadam speciali disci-
pulatus sui gratia decorauit ⌊dñs Iesus⌋ Christus, qui inquantum deus, ẽ
omnium dominus summus ac vniuersalis per authoritatem, imo cũ pa-
tre & spũ sancto, vnus deus, vnusq; dñs. Porro secundum naturam as-
sumptam etiam omni ꝑlatus est creaturæ, & dominus est quasi per sub-
seruientiam instrumentalem, & potestatem participatam ac dependentem, ⌊& alios septua-
gintaduos discipulos, qui secundum Bedam ꝑfigurauerunt presbyteros, sicut apostoli sancti
episcopos, & iuxta eundem bene. lxxij. mittuntur, quia totidem mundi gentibus fuerat Euan-
gelium prædicandum, quemadmodum ordinati ac missi sunt duodecim apostoli, quia duode-
cim tribubus Israel, vtpote aliquibus de duodecim tribubus fuerant primo prædicaturi. Quam
uis eñi decẽ tribus tunc captæ fuissent, multi tamẽ de qualibet tribuũ illarũ captu non erant, & i
B terra duarũ tribuum, ac alibi hinc inde habitauerunt, ⌊& misit illos binos.⌋ Cur discipulos ad ꝑ Prou 18
dicandum miserit cõbinatos prætactũ est, & iam breuiter tangi potest. Primo eñi hoc fecit ad Deut 17
socialis vitæ cõmẽdationẽ, deinde ob mutuã consolationẽ & confortationẽ. Frater nempe qui 2 Cori 13
adiuuatur à fratre, quasi ciuitas munita, atq; ad veritatis ꝑdicandæ certiorem contestationem, Gene. 7.
quia in ore duorũ, triumve testiũ stat omne verbũ. Aliæ causæ tradũt. Quoniam duo sunt cha
ritatis ꝑcepta, & bina fuerunt in arcam sancti Noe animalia missa, sed hę causæ sunt quędã ad
aptationes. Itaq; cõbinatos misit ⌊ante faciẽ suam⌋ .i. facialẽ præsentiã corporalẽ, cũ tamen ip
se secundum diuinitatis incircũscriptibilẽ maiestatẽ vbiq; sit pręsens, ⌊in omnem ciuitatẽ &
locum quo erat ipse venturus⌋ .i. tã ad loca maiora atq; minora, quæ ipse fuerat accessurus, vt
discipuli isti suis prædicationibus, miraculis & exemplis homines carnales ac rudes ad suscipiẽ
dã Christi doctrinã disponerẽt. ⌊Et dicebat illis: Messis quidẽ multa⌋ .i. copiosa est hominũ
multitudo, capax gratiæ & doctrinæ, & si non actu aut habitu, tamen in potẽtia vtiq; apta cõ
gregari in horreum Christi, hoc est intra ecclesiam dei militantem per fidem & spẽ, cæteras-
q; viatorum virtutes, & intra ecclesiam triumphantẽ, per luminis gloriæ ac mercedis æternæ
susceptionem. Hinc ait saluator: Videte regiones, quia albæ sunt ad messem, ⌊operarij autem Iohan 4
pauci,⌋ quia apostoli & hi. lxxij. discipuli, cæteriq; præsides, sacerdotes, prædicatores, prælati,
per apostolos, illosq; discipulos præsignati, comparatiue aliorum, scilicet cõmunitatis sunt pau-
ci, præsertim loquendo de operarijs vere ac rite docentibus, & quæ dicunt implentibus virtu
ose viuentibus. Hinc ait Gregorius: Sine graui mœrore dicere non possumus, ꝙ ait, operarij
pauci, quia & si sint qui bona audiant, desunt qui efficaciter dicant, Ecce mundus sacerdotibus
plenus est, sed tamen in messe dei rarus valde inuenitur operator, quia officium quidem sacerdo
C tale suscepimus, sed opus officij non implemus. Itaq; iuxta Bedam, sicut messis multa est om-
nis turba credentiũ, ita operarij pauci sunt apostoli & imitatores eorum. ⌊Rogate ergo domi-
num messis.⌋ Paulo post asserit Christus ad operarios, Ecce ego mitto vos, &c. Constat ita-
q;, ꝙ seipsum dominum messis appellet. Ipse eñi inquantum deus, iure creationis est omnium
dominus, & specialiter hominum, etiam ratione gubernationis prouidẽtialis, & per multiplicitũ
beneficiorum collationem, ⌊vt mittat operarios⌋ .i. pastores, prædicatores, prælatos, omne
quod ad suum spectat officium condigne implentes, ⌊in messem suam⌋ .i. ad plebem à se cre-
atam, potissimũ ad ecclesiam, quæ sicut vinea domini, ita & messis dei vocatur. ¶Porro veri in
ecclesia operarij sunt dicẽdi, qui quærunt opus & onus, sataguntq; prodesse, non qui quærunt
otium ac honorẽ, & optant præesse. Sed heu multi plus quęrunt diuitiarũ copiam, propriũq;
honorẽ, quam animarum salutẽ. De quibus Apostol' Paulus: Huiuscemodi sunt operarij sub 2. Cor 11
doli. Itaq; & nos semper Christũ precemur cũ omni charitatis feruore, præsertim tempore isto
prauissimo, vt in messem suam operarios efficaces destinare dignetur. Etenim quo profectus
& salus subditorum magis dependent ex virtuosa vita superiorum, eo maius dei donum ẽ ha
bere virtuosum principem, seu prælatũ, eoq; incessabilius atq; ardentius pro hac re exorandus
est deus. Nil autem intantum ædificat plebẽ, sicut virtuosa conuersatio ꝑsidentis, propter ꝙd i
Ecclesiastico scribitur: Qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Quemadmodum
autem agri spaciosi multos requirunt messores, sic multitudo populi Christiani operarios exi Eccl 10
git multos. Admonendi quoq; sunt subditi, secundum Gregorium, vt pro suis rogent pasto-

ribus,quatenus verbo & opere digne præsint. Ite ad prædicandũ, & vt futura pericula æqni-
mius toleretis vobis prædico,⌊Ecce ego mitto vos,⌋ qui potens sum vos in aduersis defende D
re. Hinc apud Iohannem ait: In mundo pressuram habebitis,sed confidite,ego vici mundum,
⌊sicut agnos inter lupos,⌋ hoc est, vos quos mitto,per pietatem & innocentiam, ac obedien-
tiam vestram similes estis agnis. Hi autem ad quos mittemini, ob suam crudelitatem, perse-
quutionẽ atq; duritiam,lupis assimilantur, videlicet sacerdotes,pharisæi & scribæ. Tales quoq;
fuerunt gentiles,ad quos post Christi passionem sunt destinati discipuli. Hoc ipsum in Mat-
Math.10 thæo Christus ait ad apostolos,nisi quod ibi habetur,sicut oues,hic sicut agnos. Sicut enĩ agni
sunt ouium filij,sic septuagintaduo discipuli fuerunt apostolorum spirituales quodammodo
filij. In hoc autem ostensa est omnipotentia Christi,quod per huiusmodi oues & agnos ve-
natus est,comprehendit,vicit,conuertitq; lupos,& eos conuertit in agnos, ita vt pariter,paci
fice morarentur,secundum illud Esaiæ: Habitabit lupus cum agno. Sed prohdolor iam multi
aliorum prælati,qui deberent agnis & ouibus assimilari,in lupos rapaces conuersi sunt, nec so-
lum de lana ouium se vestiunt,earũq; lacte se nutriunt,sed & animas earum per negligentiã,
seu impiam vitam strangulant & occidunt, de quibus apud Iohannem conqueritur Christus:
Quotquot venerunt,fures sunt & latrones, hi præsertim sunt, qui ingerunt semetipsos ad regi
men animarum,ad ecclesiasticas dignitates,nõ vocati,nec digni effecti à deo,vt Aaron.⌊No
lite portare sacculum neq; peram.⌋ Hoc præcedẽti capitulo etiam dixit apostolis, vnde ex di
ctis in expositione exordij illius capituli patet sensus verbi istius,& ratio huius commissionis.
Dicit autem Gregorius: Tanta debet prædicatori in deo esse fiducia, vt quamuis sibi præsentis
vitæ sumptus non prouideat,tamẽ hos sibi non deesse certissime sciat,ne dum circa temporalia E
eius mens occupatur,alijs minus idonea prædiacre æterna monstretur, ⌊neq; calciamenta,⌋
de huius quoq; verbi intelligẽtia dictum est præcedentis tractatu capituli. Non etenim prohi
bet calciamẽta,si loci aut temporis seu personę necessitas exigat,sed superfluitatem in illis,⌊&
4 Reg 4 neminem per viam salutaueritis.⌋ Simile huic est quod in libris Regum Helisęus iussisse legitur
Gyesi suo ministro quẽ misit ad suscitandum puerum mortuum. Si occurrerit tibi homo, nõ
salutes eum,& si salutauerit te quispiam,non respondeas ei,

¶Veruntamẽ circa hoc dubiũ oritur, Salutare nãq; est alicui salutẽ optare seu dicere, quod cũ
sit actus charitatis ac pietatis,prohibendum non est,sed & virgo Maria salutauit Elisabeth,&
Christus fœminas religiosas post resurrectionem,dicendo: Auete. Et respondendum, quod
Christus non prohibet absolute proximum salutare, sed prædicatoribus in via prædicationis
constitutis committit neminem salutare in via,ad insinuandum quod cum summa diligentia
debeant prædicationis exequi actum,cuncta vitando diuerticula,obstacula,morasq; prædi-
candi,& ea quæ menti ingerũt distractionem à deo, seu obliuionem prædicandorum. Vnde
verbum hoc Christi accipi potest per hiperbolicæ modũ loquutionis, qua aliquid dicitur per
excessum. Hinc Gorra Hylarium allegans disseruit, Attendenda est, causa dictorũ,& nulla erit
contrarietas. Salutare etenim viatorem cum mora vel ex curiositate non est bonum, ne præ-
dicator à suo itinere, prædicationisq; fructu impediatur, salutare autem ex amicitia, vel ad cõ
solandum est bonum, ita tamen, vt melius non omittatur. Ait quoq; Gregorius: Qui nõ amo
re æternæ patrię, sed præmiorum ambitu, hoc est, proprij lucri desiderio salutem audientibus
prædicat, quasi in itinere salutat, quia ex occasione, non ex intentione salutem audientibus op- F
tat. ⌊In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui, ⌋ hoc est habitato-
ribus eius vniuersis. ¶Triplicem etenim pacem, proximis nostris optare debemus, videlicet
pacem pectoris, quæ est tranquillitas mentis bene ordinatæ in deo, pacem temporis, quæ est
quies ab exteriori impugnatione seu persequutione, & pacem æternitatis, quæ est pax beato-
rum in patria. ad quam vtraq; illa prædicta pars ordinatur, pax autem spiritualis interna & ve
ra est charitatis effectus, quemadmodum scriptum est: pax multa diligentibus legem tuam,
ideo pax ista tam optanda ac necessaria est omni fideli, omniq; homini, quã appetẽda & ad
salutem necessaria est charitas, sine qua impossibile est saluari. Hinc Christus hominum ama-
tor & eorum cum patre reconciliator, primo vult pacem optari, præsertim quia in ea cætera
bona gratiæ virtualiter includuntur. Præterea est & pax alia non optanda, quæ est pax falsa,
simulata, inquinata, carnalis, qualem habent filij seculi huius, quorum ratio concupiscẽtijs non
repugnat. vitijsq; consentit, de qua ait saluator Hierusalem, & quidem in hac die tua quę ad pa
cem tibi. Et denuo: Non veni pacem mittere, sed gladium. Quæ autem hic Christus septua-
gintaduobus discipulis mandat seu loquitur vel promitit, in Matthæo apostolis prædicat, &
quędam istorum pręcedenti capitulo scripta sunt atq; exposita. ⌊Et si ibi, ⌋ puta in domo,
quam introitis, ⌊fuerit filius pacis, ⌋ id est aliquis virtuosus, & pace ęterna condignus, seu ad
eius susceptionem dispositus, aut æternaliter prædestinatus, sicq; secundum prædestinatio
nem diuinæ & increatæ pacis filius, tanquam ad eius beatissimam fruitionem venturus ⌊requi-
escet super illum pax vestra, ⌋ hoc est salutatio vestra sortietur in eo effectum, & pax quam ei
impreca-

imprecati fueritis,infundetur eidem,vel si eam iam habet in ipso augebitur. Quidam autem &
si pacem & gratiam nondum habeant,sint tamen in dispositione proxima,seu propinqua ad
A eam,ita quod vel sua,vel aliorum oratione eam facile adipiscuntur,⌊sin autem,⌋id ē si ibi nō
fuerit filius pacis,⌊ad vos reuertetur,⌋hoc est charitatiua salutatio vestra debito præmio non
carebit,sed merito eius,vestra pax perficietur in via, consummabitur quoq; in patria. Sic & Psal 34
Psalmista testatur: Oratio mea in sinu meo conuertetur.⌊In eadem autem domo manete,⌋si
fuerit congruum tempus manendi,nec alia restent agenda extra eā ante refectionem,vel post
illa expleta redeundū erit ad eam,⌊edentes & bibentes,quæ apud illos sunt,⌋si dare potue-
rint atq; voluerint. Et hoc Christus ait,non præcipiendo,sed permittendo seu concedendo,
nec de quocunq; cibo & potu necesse est hoc exponi,cum interdum virtuosius sit quibusdam
abstinere à vino & carnibus. Vnde quod ait: Edentes & bibentes quæ apud illos sunt,non est
iussio vt omnia talia assumātur,sed est exhortatio potius,vt sufficiāt apposita,nec quærāt su-
perflua,vt volucres coeli,pisces maris,& bestiæ terræ.⌊Dignus est enim operarius mercede
sua,⌋i. prædicator verbi dei,seu quilibet in spiritualibus & alijs deseruiens ac laborans, dign⁹
est capere sustentaculum vitæ ab eis,quibus spiritualia bona impendit,propter quod ait Apo
stolus: Dominus ordinauit his qui Euangelio deseruiunt,de Euangelio viuere. Sed hoc permis
sio fuit,non iussio,propter quod Paulus scribit se hac potestate vsum non esse,sed proprijs labo 1 Cori 9
ribus manualibus necessaria procurasse,ne quem grauaret aut scandalizaret,& auaris occasio
nem auaritiæ amputaret,alios tamen apostolos sic fecisse testatur. Nec intelligenda sunt hæc
quasi corporeus cibus & potus,sit principalis merces aut finis vltimatus prædicationis aut cu-
iuscunq; ministerij spiritualis,neq; propter cibum & potum,quasi ob præmium cōdignū sunt
spiritualia exercitia finaliter exequenda. Sic enī temporale & corporale præponeretur bono di
uino & spirituali,quod esset mortale peccatum,sed vitæ stipendium est merces minus princi-
palis & secundaria,accidentaliterq; intenta,quia videlicet sine corporeo alimento vita ista sta
re non potest,& per consequens,nec prædicatio exhiberi.⌊Nolite trāsire de domo in domū,⌋
B hoc est sine rationabili causa mutare hospitium,ne leuitatis vitium incurratis,aut alios scanda-
lizetis,seu delicatiora quæratis. Verbum hoc in præcedentis capituli expositione plenius ē tra- Luc 9
ctatum.⌊Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis,& susceperint vos⌋ciues illius,⌊manducate
quæ apponuntur vobis,⌋& idem iudicium est de potu,⌊& curate infirmos, qui in illa sunt,⌋
vt per miraculorum operationem credant vera esse quæ prædicatis,atq; ad opera pietatis in-
ducantur,ac plene cōuertantur ad deum. Quis enim aliter credidisset dictis Christi discipulis,
supernaturalia,inuisibilia,ac incomprehensibilia prædicantibus,nisi per miracula soli deo pos
sibilia ostendissent sua verba esse diuina,& desuper confirmata?
Deus equidem falsitatis confirmator esse non valet. Ideo apud Marcum Euangelistam scri- Marc 16
ptum est: Profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante,& sermonem confirmante, se-
quentibus signis,⌊& dicite,appropinquauit in vos regnum dei,⌋hoc est, tempus gratiæ nūc
aduenit,& non bona terrena,sicut in veteri lege,sed coelestia vobis promittuntur,prædicantur
& offeruntur. Hinc ait Apostolus: Nox præcessit,dies autem appropinquauit. Itemq;: Ecce
nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis. Tunc quoq; cum hæc prædicabantur, instabat tēpus passionis Christi,per quam ianua regni coelestis aperta est. Rursus regnum dei ap-
propinquat in eos,seu eis,qui se ad veræ beatitudinis adeptionem disponunt,terrena atq; car-
nalia contemnendo. Potest etiam per regnum dei,Christus ac sacra scriptura intelligi.⌊In
quamcunq; ciuitatem intraueritis,& non receperint vos,exeuntes in plateas eius,dicite: Etiam
puluerem qui adhæsit nobis,de ciuitate vestra extergimus in vos.⌋Hoc idem præcedenti ca-
pitulo Christus commisit apostolis,quod ibidem expositum est,multæq; sunt causæ positę ex
cussionis pulueris,in non recipientes Christi discipulos.⌊Hoc tamen scitote,quia appropinq-
uit regnum dei,⌋id est,quamuis nos recipere contemnatis,nihilominus veritatem vobis denū
tiamus,& quod in nobis est ac nobis commissum peragimus,quamuis hoc vergat in maiorē
C vestram damnationem,ita quod excusationem de ignorantia non habetis.⌊Dico autem vo-
bis,quia Sodomis⌋i. Sodomitis⌊in die illa⌋notabili,& famosa,puta in die iudicij,⌊remissi⁹
erit,⌋hoc est minor pœna,seu tolerabilior damnatio,⌊q̄ illi ciuitati,⌋i. habitatoribus eius
vos abijciētibus. ¶Circa hoc q̄ri pt,cū pęna correspōdeat culpę,si minor erit pęna Sodomi-
tarū,q̄ eorū q Christi discipulos nō receperūt,videt quod minora fuerūt peccata Sodomitarū
quam horum,cum tamen in Genesi scriptū sit,quod homines Sodomitæ pessimi erant? Ad
hoc aliqui respōderūt,quod verbum Christi intelligendum sit nō simpliciter,sed quantū ad ali
quid,vt pote quod inhospitalitas & immisericordia Sodomitarū in alios nō fuit tanti peccati,
nec erit tāti supplicij,sicut eorum qui Christi discipulos respuerūt. Propterea ait Beda: Quam-
uis Sodomitæ inhospitales fuerunt,nulli tamen apud eos hospites tales,quales apostoli sunt re
perti. Et licet Loth aspectu & auditu iustus erat,nō tamen ibi aliquid docuisse,aut signa fecisse

non aduertēdo, nec ipsis obediēdo, in qbus subiecti sunt ipsis. ⌊Qui vos⌋ prædicatores, pasto
res, prælatos ⌊audit⌋ verba vestra reuerēter suscipiendo ac obseruādo. ⌊me audit⌋ quia tam
A gratum est mihi, ac si me in propria audiret persona, & quia ego p meos loquor vicarios, & illi
meam repræsentant personam, ⌊& qui vos spernit⌋ .i. vrā documēta & iussa audire aut adim
plere contēnit ⌊me spernit⌋ quia intantū displicet mihi, ac si me visibiliter præsentem loquen
temq̧ aspernaretur ob causas prætactas. Audiant pensent & metuant hæc increduli & rebelles,
peruersi, duri, pertinaces, indociles propriū seorsum sectātes, quoniam suos nō curādo superio-
res, aut eis obloquēdo, resistendo, aut contumaciter respondendo, nō mediocriter peccant, nec
viles paruipendunt psonas, sed eū cuius dignitatis & excellentiæ nō est finis, vnigenitum dei, Hebre 13
principemq̧ pastorum, imo & deum patrem, prout Saluator adiecit: ⌊Qui autē me spernit⌋
Non credendo, aut nō obediēdo, ⌊spernit eum qui me misit.⌋ Mittens quippe honoratur, seu
inhonoratur in suo legato, dominus in ministro, pater in filio, pastor in vicario. Pater quoque
& filius, haud dubium quin & spiritus sanctus, substantialiter vnum sunt, & inseparabiliter ac
inconfusibiliter per circumincessionem in se inuicem æternaliter icomprehensibiliterq̧ consi-
stunt, ita quod trium superexcellentium ac superhonorabilium personarum est vna voluntas,
ideo qui vnam offendit, in singulas peccat. Hinc apud Iohannem filius protestatur: Qui non
honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Itaq̧ prælatis & patribus nostris re Iohn. 5
uerentiam debitam ac obedientiam impendamus, considerantes eos non vt homines qualescunque,
neque vt tales aut tales personas, sed vt dei vicarios, eius circa nos personam repræsen 1. Petri 2
tantes. Nam & dominis temporalibus, non solum bonis, sed etiam discolis, iubet sanctus Apo
stolus Petrus, cum omni timore subijci ac parere ministros, quanto magis spiritualibus obedi
endū est patribus? Propter quod ad Hebræos Paulus scribit Apostolus: Obedite præpositis
vestris & subiacete illis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri,
vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim expedit vobis. Moyses quoq̧ in
Exodo rebellibus ait: Non contra nos est murmur vestrum, sed contra deum. Et Paulus
B Apostolus scribit ad Thessalonicenses: Qui hæc spernit (inquit) non hominem spernit, sed deū.
¶Porro si prælatorum vicariorumq̧ Christi aspernatio tam graue extat piaculum, in omni
vtique Christiano, quantomagis in religiosis, qui ad obedientiam voto se astrinxerunt? Non
ergo minus abhorreant suo patri nō obedire, quam continentię aut ꝓprietatis votum infrin-
gere. ⌊Reuersi sunt autem septuaginta duo discipuli ad Iesum⌋ Qui miserat eos ad prædican
dum. Vnde prædicationis peracto obsequio ad eum reuersi sunt, ⌊cum gaudio⌋ spirituali, ali
quid tamen inordinationis admixtum habente, vt statim dicetur, ⌊dicentes⌋ gratias referēdo
Chri potētiā cōfitendo: ⌊Dñe⌋ qui non solū in terra hoībus, sed & dæmonibus dñaris ⌊etiā dę
monia subijciunt nobis in nomine tuo⌋ hoc est, tua virtute, & per tui nominis, seu tuipsius in
uocationem, non solum infirmos curauimus, sicut nobis commiseras, sed dæmonia quoque ex
pelimus, quod ad tuum præconium tibi non quasi ignoranti referimus, sed vt te qui nos in tan
tum honorasti honorificemus, ⌊Et ait illis: Videbam satanam⌋ hoc est, diabolum, humanæ sa
lutis aduersarium ⌊sicut fulgur⌋ hoc est, valde celeriter ⌊de cœlo cadentem⌋ quando ob suam
inde eiectus est elationem. Vel, sicut fulgur, id est, terribiliter. Quod enim per similitudinem e-
micationis fulguris celeritas, terribilitasq̧ signentur, patet per illud Matthæi: Sicut fulgur exit
ab oriente, & apparet vsq̧ ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Secundum Gregoriū Matt. 24
aliqd elationis, vanæq̧ gloriæ inerat discipulis istis ex tanta potestate eis concessa, ad cuius cul-
pæ repressionem commemorat Christus exemplum horribile ruinæ angelicæ, tanquam dicat
Si angelo superbienti deus tantam mox intulit vltionem, pensate quam vitanda sit vobis su-
perbia, inanisq̧ gloria. Vnde Petrus inquit: Si deus angelis peccantibus non pepercit, nouit in
iquos in die iudicij cruciandos reseruare. Deniq̧ ruinam diaboli, Christus secūdum quod deus
intellectualiter vidit, principaliterq̧ effecit.
¶Quæritur quomo de cœlo corruisse dicatur diabolus, cum in Esaia dixisse legatur: In cœlū
C conscendam, quo apparet, quod nondum erat in cœlo? Et respondendum quod in cœlo em-
pyreo fuit, & conditus erat secundum Strabum & Bedam, indeq̧ cecidit.
¶Porro quod dixit: In cœlum conscendam, de spirituali superbenedictæ trinitatis cœlo expo
nitur, quia ad dei excellentiam aspirabat. Hoc superficialiter ac breuiter dictum sit. Plena enim
responsio pluribus indiget verbis. ¶Præterea, verbum inductum, à Christo prolatum po-
test exponi tanquam approbatiuum sermonis discipulorum, quasi dicat, non mirum, si mea
dęmones cōpescantur potentia qui in exordio vidi & videns feci dæmonum expulsionem de
cœlo. Vnde in libro Iob scribitur: Prudentia eius percussit superbum. Et rursus: In angelis su
is reperit prauitatem. Itemq̧: Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Atq̧ in
Psalmo: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. Per Ezechielem quoque Christus testatur:
Tu Cherub extentus & protegens repleta sunt interiora tua iniquitate, & eieci te de monte san
cto dei, o Cherub de medio lapidum ignitorum.

⌊Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones,⌋ Hoc dupliciter acci-
pi poteſt, Chriſtus enim dedit diſcipulis ſuis non ſolum poteſtatem calcandi ſpiritualiter ſu-
per ſpiritus malignos per ſerpentes & ſcorpiones figuraliter deſignatos, ita quod illos poſſent D
eijcere, ſuperare, affligere, ſed etiam præſtitit eis, virtutem calcandi corporaliter, & abſque læ
ſura ſuper quæcunque animalia venenata, quod & in veteri teſtamento præfiguratum vide-
Deut 8 tur. Quemadmodum in Deuteronomio legitur. Simile huic eſt illud in Pſalmo: Super aſpidē
Prou 9 & baſiliſcum ambulabis.

¶Præterea, per ſerpentes ore venenum fundentes, ſignātur tam inuiſibiles quam viſibiles ho-
ſtes, qui electos dei palam tentant ſeu perſequuntur. Per ſcorpiones vero qui punctione caudę
inficiunt, deſignātur æmuli occulte inſidiātes ſiue tentātes⌊ & ſupra oēm virtutē inimici⌋ i. ſu
Iob 40 per quodcunq; genus dæmonum, & ſuper vniuerſam calliditatē & poteſtatem eorum. Quam
uis enim naturalis illorū poteſtas maior ſit omni poteſtate naturali in terra verſantium, vt pa-
te in Iob, ſupernaturalis tamen poteſtas fidelium per grām pręſtitā dęmonum vincit virtutē,
quis varijs modis quærāt nocere hominibus, & diuerſimode tētent atq; ad varia inclinēt pecca
ta, ⌊& nihil vobis nocebit⌋ quod corporaliter in Chriſti diſcipulis conſtat impletū, ita vt nec
venena, nec venenata eis quid nocumēti potuerunt inferre. Vnde & Paulus viperā excuſſit in
Acto. 58 ignem, & Euāgeliſta iohānes peſſimū ſine læſiōe potauit venenū, Ideo in Marco loquit Chri
Marci, 16 ſtus: Signa eos qui crediderint, hæc ſequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, ſerpentes tol
lent, & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit.

¶Inſuper corporalis ſeu ſpiritualis pſecutio hominum malignorū ac dæmonum electis Chri
ſti diſcipulis quātum ad finalem deiectionem ſeu optati damni illationē nil nocuit, quia electis
dei oīa cooperātur in bonum, & temporalis tribulatio ad perpetuam eos duxit coronā, ideo
ſcriptum eſt: Filius iniquitatis non apponet nocere ei. ⌊Veruntamen in hoc nolite gaudere⌋
Inordinate aut immoderate, videlicet eo modo quo nunc gaudetis, ⌊quia ſpiritus⌋ puta dæ-
mones qui ob naturę ſimplicitatem ſpiritus apellant, ⌊ſubijciuntur vobis⌋ hoc ē per poteſta-
tem vobis collatā eijciuntur. Hoc enim ſicut & alia ſigna peragere ptinet ad dona gratię gratis
datæ, quæ ad aliorū vtilitatē ordinant, & bonis ac malis communia ſunt hominibus. Nam vt E
aſſerit Chriſtus: Multi reprobi in die iudicij ſunt dicturi: Domine nonne in nomine tuo dęmo
Mar. 7 nia eiecimus? idcirco de hoc dono gloriādū non eſt, quaſi de principali atq; ſalutifico bono, q̄-
uis debeat homo de omni bono ſibi diuinitus dato, gratias agere deo, & aliq̄ modo gaudere
in ipſo, ſecundum quod bonum illud collatum maius aut minus eſt.

¶Poſtremo, vnde principalius atque pręcipue ſit gaudendum, ſubiungit ⌊Gaudete autem⌋
In domino ei regratiando, non veſtris meritis aſſcribendo, ⌊quia nomina veſtra ſcripta ſunt
in cœlis⌋ hoc eſt, vos ipſi inter electos dei iam eſtis per prædeſtinationem computati, & in cę
leſtibus manſionibus æternaliter collocādi, atq; in libro vitæ ſcripti, quod nullus de ſe pſcire
certitudinaliter poteſt, niſi ex reuelatione diuina, Chriſtus vero diſcipulis ſuis hoc potuit reue
lare, imo ad conſolationem eorum reuelare dignatus eſt, vt tāto fortiores eſſent in omni ſan-
cto labore & afflictione, quanto certiores eſſent de beatifica retributione.

¶Poſtremo, liber vitæ in deo metaphorice ponit, quēadmodū eīn apud homines ſolēt deſcri
bi, qui ſpecialiter ſpectāt ad eos, ſic electorū in diuina mēte conſcriptio, hoc ē, firma eorū noti
tia ſeu tenax memoria, in intellectu diuino, dicit liber vitæ, loquēdo de vita gloriæ, ad quā ele-
ctio finaliter pertinet. Vnde & liber vitæ, non niſi eterna prędeſtinatio nominatur, qua qui-
dam ad vitam gloriæ à deo ſunt æternaliter præordinati.

¶Proſecutio elucidationis huius decimi capituli, ab eo loco quo dicit: In ipſa
autē hora exultauit in ſpiritu ſancto. ¶Art. XXVII.

CHriſtus hominum amator veriſſimus de multiplici gratiæ dono per ipſum à patre
hominibus electis collato, vehementer gauiſus eſt, imo quilibet bonus prælatus de
hoc præcipue gloriari, deoq; gratias agere debet, quo ſubditos ſuos conſpicit vir-
3. Iohā. 3 tuoſos, & diuinæ clementiæ gratioſa munera abundare in eis, idcirco iohānes dicit:
Maiorem horum gratiam non habeo, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Et F
Paulus diſcipulorum ſuorum virtutes commemorans: Gratias (inquit) ago deo ſuper inenar
rabili dono eius. Sic egit & Chriſtus, vt ait Euangeliſta: ⌊In ipſa autem hora⌋ Qua Chriſtus
verba immediate præhabita diſcipulis dixit: Quemadmodum poteſtatem eis dediſſet ſuper
omnem virtutem inimici, & quod nomina eorum ſcripta eſſent in cœlis, ⌊exultauit in ſpiritu
ſancto⌋ hoc eſt, ex motione ſpiritus ſancti, qui animam Chriſti in vniuerſis direxit ac guber-
nauit & mouit, propter quod ab Eſaia de ipſo prædictum eſt: Requieſcet ſuper eum ſpiritus do
mini &c. Fuit etenim anima eius pleniſſima ſeptemplici dono ſpiritus ſancti.

¶Porro, dona ſpiritus ſancti faciunt mentem creatam bene atque faciliter dirigibilem, ſeu
mobilem à ſpiritu ſancto, ſicut virtutes morales faciunt appetitum ſenſitiuum, prompte mo
bilem gubernabilemque à ratione, Itaq; Ieſus ſecundum aſſumptam humanitatem & volunta
tem hu-

tem humanam,exultauit ſpiritu ſancto,quia ex affectu ſeu dilectione procedente à ſpiritu ſan
A cto,& item ſpiritualiter ſecundum volũtatẽ ſpiritus ſancti. At vero ſupergloriosę & ſuperdi-
gniſſimę trinitatis inimicus,quãuis vilis ac debilis ſacrilegus Arrius,dicẽs vnigenitũ dei puram
creaturam,nec in Chriſto fuiſſe veraciter animã rationalẽ,ſed loco animæ fuiſſe ipſum verbũ
corpori Chriſti vnitum hac euangelica authoritate aptiſſime reprobatur. Ipſe enim reprobus
Arrius finxit ſpiritum ſanctum eſſe puram creaturam,& à verbo ſeu filio dei creatum,quo da-
to Chriſtus à ſpiritu ſancto nullam directionem aut gubernationẽ,vel perfectionẽ ſpiritualẽ
accepiſſet.⌊ & dixit Ieſus⌋ aperiens cauſam ſuæ exultationis.

¶ Preterea,cõtẽplandum quod anima Chriſti à ſuæ creationis exordio,deum vidit per ſpeci-
em,atq; in beatificę fruitionis extitit gaudio indeſinenter. Idcirco quod in hac hora dicitur exul
taſſe,non eſt intelligẽdũ,quod ante in gaudio interiori non fuerit, ſed interioris gaudij nunc
quædam ſigna foris ſpecialiter demonſtrauit,ita quod fuit iam quædam ſolito plenior redun-
dãtia internæ lætitiæ in inferioribus ſenſitiuis viribus,& corporali natura ipſius, cuius indicia
forinſecus apparebant,ideo Lucas conuenientiſſime aſſerit,exultauit. Exultatio nãq; dicitur,
quaſi extra ſe ſaltatio,quando videlicet ex abundantia gaudij interioris,ſigna lætitiæ foris erũ-
punt. ⌊Confiteor tibi pater domine cœli & terræ.⌋

¶ Communiter à ſanctis atq; doctoribus aſſignatur duplex confeſſio, de qua ſatur ſcripturas.
Vna eſt confeſſio,gratiarum actionis & laudis,alia autẽ eſt cõfeſſio culpæ. Plenius tamẽ loquẽ- Roma 10
do,hoc adijciẽdum,quod ſacra ſcriptura loquitur de triplici confeſſione laudabili. Prima,eſt ꝓ- Matt. 10
teſtatio credẽdorum,de qua ait Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiam,ore autẽ confeſſio fit
B ad ſalutẽ. Et Saluator ait: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus &c. Et iſta confeſſio eſt
actus fidei. Secunda eſt cõfeſſio gratiarum actionis,& laudis diuinæ,videlicet ipſa laudatio dei,aut
gratiarum actio ei exhibita,& iſta eſt actus latriæ,de qua confeſſione nunc ſermo eſt, de q̃ etiã
ſæpiſſime habetur in libro Pſalmorum,ſicut cũ dicit: Confitebor tibi domine in toto corde meo.
Tertia eſt confeſſio culpæ,videlicet accuſatio & enuntiatio propriæ culpæ,& iſta eſt actus pœ
nitẽtiæ,de qua Iacobus in ſua Canonica ſcribit: Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Itaq; cõ
fiteor tibi.i. laudo te,regratior tibi,pater meus,non per adoptiõis gratiã,vt hoim aliorum,ſed
ꝑ veram,æternam,naturalemq; generatiõem,qua me incommutabiliter genuiſti in identate
naturæ ex tua ſubſtantia,iuxta illud Pſalmi: Ex vtero ante luciferum genui te. Et rurſus: Eructa
uit cor meum verbũ bonum. Itẽq;: Dominus dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te.
Hoc teſtimonio rurſus cõfuſus eſt ſceleratiſſimus Arrius,filiũ nec ab æterno fuiſſe,nec patri cõ
ſubſtantialẽ eſſe dicere auſus,dñe cœli & terræ,hoc ẽ,cęleſtiũ atq; terreſtriũ,ſuperiorum ac infe-
riorũ,ſeu oim quę in cœlo cõtinentur & terra,ſicut ait Pſalmiſta: Tui ſunt cœli,& tua ẽ terra. Om
niũ horum eſt deus omnipotẽs,dñs iure creationis ac gubernatiõis, & cõſeruationis,ſolusq; deus ẽ
dñs vniuerſalis,ſummus ac independens,vtpote propria authoritate dominãs,cui adnutum
ſubiecta ſunt omnia,ad quẽ omnis dñs citra ipſum ſe habet vt ſeruus ad dominum,vt inſtru-
mẽtum ad artificem,vt medium ad finem,de quo habetur in Iob: Quẽ conſtituit alium ſuper
terram,aut quẽ poſuit ſuper orbem quẽ fabricatus eſt.

¶ Præterea hoc teſtimonio cõfuſa eſt hęreſis Manichęi,hęc inferiora atq; terrena nõ eſſe à deo
creata,dicẽtis: Vnde (vt Epiphani⁹ ait) Euãgeliũ à Marcione ęditum,habet: Regratior tibi do
C mine cœli,tacẽs quod dicitur terræ,& q̃d dicit pater,ne intelligatur quod Chriſtus vocat pa-
trẽ creatorẽ cœli & terræ. Hęreſis aũt Manichęi à Marcione ſumpſit exordiũ. ⌊quia abſcõdi
ſti hęc⌋ mea documẽta & fidei Chriſtianæ myſteria,legiſq; euangelicæ ſacramẽta quæ præ-
dico, ⌊à ſapiẽtibus & prudẽtibus⌋ hoc ẽ ſuperbis,qui ſeipſos arbitrantur magnos & eruditos,
in ſenſu proprio confidentes,& ſuæ prudentiæ innitẽtes quales fuerũt multi philoſophi, ac alij
ante tempora Chriſti,ſcribæ & phariſæi tẽpore Chriſti,de quibus iam ad literã magis eſt ſer
mo,multi quoq; literati,& de ſua ſciẽtia tumidi poſt tẽpus Chriſti,de quib⁹ ſcribit Apoſtolus:
Videte vocationẽ veſtram,quia nõ multi ſapiẽtes ſunt inter vos,ſed q̃ ſtulta ſunt mũdi elegit de
us,vt cõfundat ſapiẽtes. Et alibi: Dicẽtes ſe ſapiẽtes eſſe ſtulti facti ſunt. Hinc Salomon: Nõ ſis
ſapiẽs apud temetipſum,& ne innitaris prudentiæ tuę.

¶ Inſuper deus dicitur iſta reprobis abſcondiſſe, eo modo quo dicitur eos indurare & excę
care,non quod ipſe ſit directe cauſa ignorantiæ & peccati, ſed quoniam iuſto iudicio men-
tem humanam obſcurari permittit & indurari,gratiam & virtutem non influendo, quemad-
modum ſol dicitur ſuo receſſu cauſa congelationis,& nauta per ſuam abſentiam cauſa naufra
gij. Sapientes autem & prudẽtes diſtinguũtur in hoc,quod ſapientes dicunt eruditi in rebus
diuinis,prudentes,periti in humanis.

¶ Denique vſq; in præſens,deus incerta & occulta ſapientię ſuæ, deguſtationem ſuæ dulcedi- Pſal. 50
nis, vitæ internæ ſaporem, myſticam theologiam ſuę familiaritatis experientiam,ſuarum illu-
ſtrationũ ſplẽdores, clariſſimos ſuarum inflammationũ ardores ꝑferuidos, ſapiẽtib⁹ & prudẽti-
bus in ſeipſis tumẽtibus,mẽteq; vanis,abſcõdit,q̃ tñ humilibus mũdi vanitates ſpernẽtibus,ti

moratis

moratis, syncceris, animo depuratis, simplicibusq; reuelat, queadmodum in Prouerbijs fertur,
Prou 3 Cum simplicibus sermocinatio eius. Atq; in Psalmo: Testimonium domini fidele sapiam prę D
stans paruulis. Tales enim qa in dei amore ardẽtes sunt, in sapiẽ dono sunt præfulgẽtes, & p
illud efficiuntur quasi secretarij dei, idcirco adierit Saluator: [& reuelasti ea paruulis,] hoc est
humilibus, q in oculis propriæ mẽtis sunt paruuli, dum omne bonum deo ascribunt, & sibi in
seipsis vilescunt, seu deprimunt, deo & superioribus se subduntac parent, quod Christus ad literam de suis dixit discipulis & eorum sequacibus.

¶Denique paruulus in scripturis tripliciter dicitur: Primo, ratione ętatis, queadmodũ de Christo scriptum est p Esaiam: Paruulus natus est nobis. Secundo ratione impfectiõis, sapientię, ac virtutum, secundum illud Prouerbiorum: Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti q̃ sibi nociua sunt, cupient. Et ad Hebræos: Omnis qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, Paruulus enim est. Tertio, ratione innocentiæ, humilitatis, ac simplicitatis, sicut hoc loco,
1 Thes 2 queadmodum etiam ait Apostolus: Facti sumus paruuli in medio vestrum. Hanc quoq; vtrãq;
paruuli acceptionẽ tangit Apostolus: Nolite (inquiens) pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autẽ perfecti. Deinde Christus opus hoc patris æterni approbãs, operisq; causam assignans adiecit: [etiam pater,] hoc est, vtiq; sic fecisti, [quia sic placuit ante te,] id est, in tua sapientia bonũ sic visum est, & tuæ ita complacuit volũtati, quo patet quod de diuina prædestinatione ac reprobatione cum omni reuerentia, timorate, ac sobrie loq debemus, nec summæ mẽtis iudicia præsumptuose scrutari, aut temerarie iudicare, præsertim cum intellectus nostri capacitatis à diuini intellectus comprehensione & excellentia deficiat, & occumbat penitus infinite. Ideo in Prouerbijs asseritur: Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui E
Prou 25 pscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Itaq; quod deus vnum elegerit, & gratia dir ornauerit, alium reprobauerit, atq; reliquerit, causa prima & summa est beneplacitum seu voluntas ipsius, quę rum sit essentialis sapia, atq; iustitia eius, nec iniusta, ne q irrationabilis esse potest.
Psal. 43 Hinc de patribus veteris testamẽti fatetur Psalmista deo: Brachium eorum nõ saluauit eos, sed
Ephe. 1 dextera tua, & brachiũ tuũ, & illuminatio vultus tui, qm̃ placuisti in eis. Atq; Apostolus ad Ephesios: Prædestinauit nos (inquit) secundum propositum voluntatis. Et item: Gratia dei superabundauit in nobis, in omni sapientia, & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundũ beneplacitum eius.

¶Veruntamẽ qs nõ videat, quam piũ & iustum ac rationabile sit hoc, quod deus maiestatis ac gloriæ infinitæ, dona suæ clementiæ gratiosa, potius humilibus quam supbis communicet. Humilitas nãq; ad diuinoq; susceptionem charismatum mẽtem disponit creatam, quoniam creatori suo eam supponit, superbia vero incapacẽ gratię efficit eã, & creatori rebelle, sed hoc potius impscrutabile est, cur deo ordinante ac cooperante vnus ad dispositionem gratiæ suscepciuã magis pertingit quam alter, & cur vnus potius præ ordinatus est in vas miæ quam alter. Hinc sanct⁹ ac supliberrimus deus clare ac inclyte protestat in Exodo: Miserebor cui voluero, & clemẽs ero in quẽ mihi placuerit. Ideo humiliemur sub potenti manu dei. Et q̃d in Ecclo scriptum est: Vnusquisq; nostrũ satagat adimplere. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed q̃ pcepit tibi deus illa cogita semper. Attamen reuerentialis ac moderata cõsideratio mirabilium dei mysterioq; fidei, licita est his quoq; purgatus & illuminatus est animus, sicut ait Psalmista. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Rursusq;: Mirabilia testimonia tua dñe, ideo scrutata est ea anima mea. F

¶Postremo, circa hęc ait Gregorius: His Christi verbis exemplũ humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de alioq; vocatiõe aliorum vero repulsione præsumamus, iniustũ esse non põt, quia placuit iusto. In cunctis ergo, quæ exterius disponũtur aperta causa rationis est occultæ iustitia voluntatis. [Oia mihi tradita sunt à patre meo.] hoc de Christo secũdum vtranq; eius naturam exponitur, qa secundũ diuinam naturã, oia ei à patre sunt tradita, eo q̃d p generationẽ æternam accepit à patre totam pris substantiam, & q̃cq̃d excellentiæ, opulẽtiæ, ac pfectionis in ea est, siue in patre. Propter quod in Iohanne profitet: Oia quæ cũq; habet pater, mea sunt. Et rursus alloquẽs patrem. Omnia inqt tua mea sunt. Hæc autem traditio est per modum naturalis emanatiõis, de qua iterum asserit vnigenitus dei: Pater quod dedit mihi maius omnibus est.

¶Insuper Christo secundum suam humanitatem, tradita sunt omnia, hoc ẽ, prælatio, præsidẽtia, seu dominium totius entis creati, ita quod omnia sunt eius humanitati subiecta ab incarnati-
Heb 12 onis exordio. Propter quod ait Apostolus: Omnia subiecit sub pedibus eius. Et denuo: In eo
q̃d dixit: Omnia nihil dimisit non subiectum ei.

¶Porro scdm Athanasiũ: Oia Christo sunt tradita ad reformandum, vt sicut p verbum facta sunt omnia, sic p verbũ carnem factũ oia instaurarent. Rursus oia tradita sunt Christo homini, de quibus in Iohanne protestat: Ego si exaltatus fuero à terra, oia traham ad meipsum, videlicet, oia genera hominum electorum, seu quosdam de omi genere hoim, cuiuscũq; cõditionis
status

statuis seu gradus consistant. His verbis secundum primam expositionem Christus ostendit se
patri æqualem in potestate. ¶ Deinceps insinuat æqualem se pri in sapia. ⌊ Et nemo ⌋ hoc est
nullus ⌊ scit ⌋ scientia plenę comprehensiõis, ⌊ qui sit filius ⌋ hoc ẽ ipsum vnigenitum secundum
A suam diuinitatem, ⌊ nisi pater ⌋ qui infinitæ est pspicacitatis in cognoscẽdo sicut & filius, imo
in patre & filio, haud dubium quin & spiritu sancto, est vnus & idem numero intellectus, &
quicquid de vna trium superhonorabilium psonarum absolute dicit, de singulis intelligit. Vn-
de exceptio hoc nomine (nemo) designata, dicitur essentialis, non psonalis, quia excipit omnis
alterius essentiæ, non omnis alterius psonæ ⌊ & qui sit pater ⌋ hoc ẽ, patrẽ nullus plenarie com
prehẽdit ⌊ nisi fili⁹ ⌋ quoniam sicut pater est infinitæ actualitatis & intelligibilitatis, sic filius se-
cundum quod deus est infinitæ intellectiuitatis seu pspicacitatis & claritatis in intelligendo.
Hinc Iohãnes, Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius q est in sinu patris ipse enarrauit.
⌊ & cui voluerit filius reuelare ⌋ ille cognoscit patrẽ, nõ tamen plena comphẽsione, & tam pfe 1. Iohã. 4
cte vt filius, sed filio reuelante, fideles in hoc seculo cognoscunt p speculũ in ænigmate, p fidem, 1. Cor. 13
& p donum sapientiæ, atq; per informationem sacræ scripturæ, in patria vero cognoscunt cla
re per spẽm, seu facie ad faciem, vnde & cõphendere deum dicunt comprehensione extẽse ac
cepta, qa conspiciunt deum sicuti est in seipso. Proprie autem deũ comphẽdere dicitur, q eũ
cognoscit tã perfecte sicut cognoscibilis est ex sua natura, quod nequit competere nisi intelle-
ctui perfectionis immensæ.

¶ Denique probatur ex dictis, quod opa patris & filij ad extra sunt indiuisa, quoniam paulo añ p Matth. 16
hibuit filius reuelari diuina à parte, & nunc asserit se patris cognitionem conferre hominibus,
alibi demũ affirmat cognitionẽ suam à patre homini dari, cum loquit Petro: Beatus es Symõ
Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Hoc interea aduertẽdum, qd
etiam p naturalẽ rõnem deum in hac vita aliqualiter cognoscere possumus, & quoniam ratio na
turalis à deo collata est, ideo illa cognitio quę de deo p naturalẽ rõnẽ habet interdum reuelatio
appellatur, vt cum ad Romanos ait Apostolus: Inuisibilia dei p ea quæ facta sunt conspiciun-
B tur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, quia quod notum est dei
manifestum est in illis, deus enim illis reuelauit. Veruntamen, per naturalem rationẽ nullus phi
losophorum cognouit aliquam diuinam psonam secundum proprietatem psonalẽ, nec supbe
atissimam trinitatẽ. Alia est reuelatio altior, qua deo reuelante cognoscimus eũ p fidem, & alia
quædam, in qua reuelatione sunt varij gradus, secundum quod variæ assignant spẽs contem-
plationis. Vnde secundũ quod homo mẽtem suam magis purgauerit, & in diuina dilectione
magis profecerit, scd'm hoc magis illuminatur diuinitus & clarius sibi reuelat pr æternus, totaq;
trinitas supessentialis. Altissima tamẽ contẽplatiõis dei spẽs in hac vita dicit mystica theologia
quæ est secretissima & ardentissima mẽtis cũ deo locutio, in qua contemplatione, quanto plus
mens desuper illustratur, tanto splendidius intuetur deum prorsus incompræhensibilem esse,
& tandem vnitur ei, tanquam omnino impscrutabili & ignoto, per omnium entium abnega
tionem de eo cũ intuendo. Ideo diuinus & magnus Dionysius scribit: Hoc est deum vere co
gnoscere, & videre supersubstantialem supersubstantialiter p omnium entium ablationem lau
data. Hinc ait Chrysostomus. Philosophi de deo quærere contẽdentes, nil aliud se inuenisse cõ
fessi sunt, nisi quod incognoscibilis est deus. Sicut enim qui innauigabilem oceanum vsurpat
nauigare, necesse est, vt per eandem viam reuertatur, sic illi ab ignorantia cœperunt, & ad igo-
norantiã finierunt. ⌊ Et conuersus ad discipulos suos ⌋ hoc est vultum suum dirigẽs ad eos, vt
faceret eos attentos, & dilectionẽ suam ad eos ostenderet, eosq; alijs in exemplũ imitatiõis p-
poneret, ⌊ dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. ⌋ Hoc ait Saluator, quia iam paulo an-
te gratias egit patri, quod diuinorum mysteriorum notitiam, sapiẽtibus atq; prudentibus seculi
huius propria superbia excæcatis abscondit, & humilibus suis ea reuelauit discipulis, idcirco
beatos asserit eorum oculos, præsertim interiores, beatitudine spei, ac meritorum, ad plenam
beatitudinem perducentium. Itaq; beati oculi vestri o discipuli mei, qui vident, hoc est, intelli
C gunt quæ vos videtis. ⌊ Dico enim vobis, quod multi prophetę & reges voluerunt videre q
vos videtis. ⌋ Videlicet vnigenitum dei incarnatum inter homines conuersantẽ, eius q; mira-
cula, & conuersationem sanctissimã, voluerunt etiam intelligere quæ intellexerunt discipuli
Christi, quibus ipse loquutus est: Vobis datum est nosse mysteriũ regni dei, ⌊ & non viderũt ⌋
hęc oculo corporali, nec intellexerunt ista distincte, voluerũt q; seu optauerunt, si fuisset pos
sibile, ⌊ & audire ⌋ ex ore meo prædicationem euangelicę legis, ⌊ quę auditis. ⌋ qui me secun-
dum quod placet interrogatis, & informationem à meipso accipitis ⌊ & non audierunt ⌋ eo mo
do quo vos, vtpote ex ore meo.

¶ Circa hęc quæritur, an intelligenda sint ista de visu, audituq; corporali, vel potius de visu &
auditu mentali, seu interiori. Primum dici nõ potest quia taliter reprobi Iudæi ac proditor
Christum viderunt ac audierunt, quibus tandem grauis fuit ad videndum, nec secundum vi
detur posse dici, quoniam ea quæ discipuli isti viderunt ac audierunt, multi prophetæ ac re

ges sp

ges spiritualiter cognouerunt,& deo docente,seu angelo intus loquente,spūaliter audierūt in
Psal 88 xta illud Psalmi: Tunc locututus es in sanctis tuis. Itemq; Audiam quid loquatur in me dñs de
Psal. 84 us. Et Zacharias: Angelus loquebatur in me. D
Zachar. 1
Amos. 3 ¶ Denique quę Christus in carne exhibuit,fecit & docuit,prædixerūt prophetæ. Vñ in Amos
Hebre 1. legit: Nō faciet dñs verbum,nisi reuelauerit secretum suū ad seruos suos prophetas. Et Apo-
Hierom stolus: Multiphariæ multisq; modis deus olim loquēs patribus in prophetis. Hinc de Esaia ait
Esaię. 9 Hieronymus,q̄d oīa Christi mysteria,ita ad liquidum prosecutus est, vt Euangelista potius q̄
Esaię 3. Propheta dicendus sit. Sed & ipse spūaliter mirabili claritate vidit Christū in carne, cū dixit: Pu
er natus est nobis,eius quoq; vidit miracula quādo dixit: Ecce deus vester veniet & saluabit vos
Tunc aperient oculi cæcorū,& aures surdorū patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus,& aper
Esaiæ 53 ta erit lingua mutorū. Similiter passionem Chri clarissime vidit in spiritu,dum loquit: Vidim⁹
eum & nō erat aspectus,vere languores nostros ipse tulit &c. Idem de Dauid rege,& Daniele cę
terisq; pphetis posset ostendi. Nec dubium quin Salomō tēpore suę illuminatiōis ppheticę
& alij reges iusti veteris testamēti,qui Christi futurum nouerūt aduētum, ipm videre atq; au
dire optauerint,scilicet Asa,Iosaphat,Ioathan,Ezechias,Iosias. De Abraham q̄q; ait Saluator:
Exultauit vt videret diem meum,vidit & gauisus est.
¶ Ad hæc rationabiliter respondet,quod pdicta intelligenda sint,de visu & auditu interiori cō-
iuncto visui atq; auditui exteriori. Talis etenim visus & auditus hominibus connaturalior ēatq;
iucundior & desiderabilissimū,iucundissimumq; fuit,taliter videre & audire vnigenitū dei ho-
minē factū. Hinc in Nume. Balaā loquēs clarissime de tēpore Christi,& eius mysterijs,inter cę
tera ait: Heu qs victurus est,qn ista faciet dñs: Et in Actibus Petrus apostolus: Omnes (inqt) p-
phetæ à Samuel,& deinceps annunciauerūt dies istos. Alias demū duas posui responsiones ad
dubium istud super Matthæum.
¶ Postremo, pro eo quod hic dr: Multi prophetæ & reges &c. in Matthæo legit: prophetę
& iusti. Iusti enim secundum Bedam sunt reges magni,quia tentationū suarū motibus nō cō-
Mat. 13 sentiendo succumbere,sed regēdo ac superando,perfecte nouerunt. Ait aūt & Origenes circa hęc
Iohan 8 verba. Saluator dicit plures prophetas,& iustos prædicta optasse,non omnes, quia de Abrahā G
dicit,q vidit diem Christi & lætatus est,quam visionem nō plures,sed pauci attingerunt. Fue
rūt aūt & alij prophetæ & iusti,non tanti vt visionē Abrahæ & peritiam Apostolorum attin-
gerent,& hos dicit nō vidisse,sed optasse. ⌊Et ecce quidā legisperitus⌋ .i. doctus in lege: Magi
stri,autē Iudæorū maiores vocabant scribę & legisperiti. Vnde & Apostolus ait: Zenam legi-
Titū,3 peritum, ⌊surrexit⌋ quasi reuerentiam exhibens Christo docēti,quo prædicante auditores se-
dere solebant. Vel surrexit,vt à cunctis melius audiret, vel vt auditores ad suū aspectū atq; p-
conium incitaret. Fuit aūt peritus in lege loqnēdo de informi scīa,quæ nō est charitate & virtuo
sa conuersatiōe ornata,qbus ornat bonorū scīa, propter quod vocat formata. Rursus peritus
fuit peritia literali,nō intelligētia spirituali, ⌊tentans eū⌋ .i. circumuenire & fallere cupiens. Di-
cit namq; Chrysostomus. Erant quidam verbosi circūeuntes totam regionē Iudæorū, accu-
santes Christum,dicētes,quod pręcepta Moysi inutilia diceret & noua induceret documenta.
Volens ergo legisperitus seducere Christū,adest tentans eū & quærens: ⌊Magister⌋ Magi-
strum vocat,cuius instructione subijci dedignat ⌊quid faciendo vitam æternam possidebo?⌋
hoc est,quibus operibus promereri potero, & sortiri beatitudinem æternam. Sciebat itaq; q̄d
nō loquēdo dūtaxat,sed etiā operibus virtuosis insistendo obtineat felicitas. Occasionem hu-
iusmodi tentatiōis,& inqsitiōis secundū Bedam sumpsit ex eo quod audiuit à Christo: Gaude
te quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Recteq; dixit: Possidebo, quia felicitas simul habet
& nunquā amittit dicēte Boetio: Aeternitas est interminabilis vitæ tota simul pfecta possessio,
Et rursus. Beatitudo est status omniū bonorum aggregatione perfectus. ⌊At ille⌋ Summus
magister,cordiū secretissima infallibiliter intuens: ⌊dixit ad illum: In lege⌋ Moysi ⌊quid scri-
ptum est,quomodo legis?⌋ in libris Mosaicę legis? Quasi dicat: Nō rectam formam tenes in
legēdo,quia nō imples q̄ legis & pdicas. Quidam eqdem legūt,nec faciūt,qdam faciunt, & le-
gere nequeunt,alij legunt & faciūt. F
¶ Præterea,qm legisperitus voluit Christo imponere quod aliquid contra Moysen ageret aut
doceret, Christus sua inquisitiōe ostendit oppositum. ⌊Ille respondens,dixit: Diliges domi-
Deut 6 num deum tuum,ex toto corde tuo⌋ hoc est,tota volūtate,seu toto voluntatis desiderio affe-
ctu. Itaque per cor designat voluntas, quoniam sicut cor est primum viuens, & cætera mē
bra mouens, sic voluntas per charitatem primo viuificat, & cæteras animę mouet vires ⌊&
ex tota anima tua⌋ hoc ē, scd'm potentias animales ac sensitiuas, vt sensus interiores & exteri
ores, appetitusq; sensitiuus, tam concupiscibilis quam irascibilis, rationi ac legi diuinæ subdan
tur, atq; secundum deum, & vt exigit eius dilectio, ad charitatisq; profectū expedit, refrenent
ac dirigant, propter quod orat Psalmista: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. In Eccle
siastico quoq; docetur: Sæpi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Iubemur ergo
deum

deũ ex his viribus sensitiuis diligere, non q potẽtiæ istæ organicæ deũ simplicissimũ habeant
pro obiecto, vel ad eius dilectionẽ directæ ac immediate pertingant, aut diuinæ dilectionis
exsistãt subiecta, sed quia taliter sunt regẽdæ vt expedit ad charitatis adeptionẽ, conseruationẽ
A profectũ, & consummationẽ, pro quo adimplendo dicitur in Ecclesiastico: Dñe pater & do- Eccle. 23
minator vitæ meæ. Excellentiã oculorũ meorũ ne dederis mihi, & omne desiderium prauum
auerte à me. Aufer à me vẽtris cõcupiscẽtias, & cõcubitus cõcupiscentiæ ne apphẽdat me. L. &
ex omnib[9] viribus tuis. J Iam de viribus per cor & animã designatis mẽtio facta ẽ. Cur ergo
nũc addit, & ex oĩbus viribus tuis? Ad q̃d dupliciter respondetur. Primo, vt istud intelligat
de viribus reliquis, de qbus nõdũ quid dictum est, quia & vires vegetatiuæ in actibus suis regẽ
dæ sunt ratione secũdũ deũ quãtũ fieri potest. Non enim totaliter rationi subduntur, sed natu
raliter operant, attamẽ obiecta earũ applicãda sunt eis secundũ rectæ rationis censurã, & q̃tũ
ad modũ, locũ, ac tẽpus actiõis, rationi q̃dãmodo subijciũtur. Secũdo, vt q ait, ex omnibus viri-
bus tuis, intelligatur quãtũ ab executionẽ & vsum virtũ in exterioribus opibus, quatenus etiam
illa viriliter ad dei honorem cũ discretione agãtur, vt ait Apostolus: Rationabile obsequiũ ve-
strum. L. & ex omĩ mẽte tua. J. i. toto intellectu & intentione, ne in intellectu sit error seu hære
sis, aut intẽtio charitati dei repugnãs. Porro præceptũ hoc scriptũ est in Deuteronomio, vbi
legit: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Deute 6
¶ Circa q̃d quæritur, cũ Moyses nõ exprimat nisi tria, ex qbus totis amãdus est deus, cur hic
dicũtur quatuor esse scripta in lege? Ad quod respõdetur, q tria illa à Moyse dicta includunt
hæc quatuor, ideo quatuor ista scripta sunt ibi saltẽ virtualiter atq; implicite, nempe q dicitur
hic, ex omnibus viribus tuis, Moyses per fortitudinem intellexit, totũ aũt cor frequẽter, intelle
ctũ & voluntatẽ cõprehendit ac denotat, sicut cũ dicim[9]: Cõfitebor tibi dñe i toto corde meo
Deniq; apud Matthæũ ponũtur tria, cũ dicitur: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex
tota aĩa tua, & in tota mente tua, vnde ibidẽ omittitur, ex tota fortitudine tua, seu ex omnibus Matth. 22
viribus tuis, q̃d tñ p totã animã satis insinuatur. Aĩa nãq; dicit totũ potestatiuũ, quia plures cõ
B tinet vires. ¶ Oportet scire q præceptũ istud tripliciter potest intelligi & exponi. Primo, quã
tũ ad indesinẽte actũ, vt. s. cor, mens, aĩa, fortitudo, semp actualiter atq; totaliter ferãtur in deũ
absq; admixtione mali cõtrarij, sicq; pceptũ istud nõ impletur à viatoribus nobis in vita præ-
senti, sed à beatis in patria. Vnde iuxta hunc sensum diligere deũ toto corde, est eum diligere
actuali amore incessanter in deũ erecto secũdũ totũ posse voluntatis, sine admixtione oĩs in
ordinati affectus, charitatis minoratiui. Diligere aũt deũ ex tota mẽte, est deo q cõtemplatio-
nẽ indesinẽter, semp, actualiter secũdũ extremũ posse intendere, absq; admixtione oĩs eua-
gationis, erroris & deceptionis. Diligere vero deũ ex tota anima, est secũdũ cæteras vires ani-
males & sensitiuas esse ordinatũ in deo, incessanter, cõplete, quod in beatis erit potissimũ post
resurrectionẽ futurã, dũ omnes sensuũ interiorũ & exteriorũ, sensitiuiq; appetitus operatio-
nes ordinatissime erũt in deo, & ad dei cõferẽt laudẽ, amorẽ & cõtẽplationẽ. Diligere aũt deũ
ex omnibus viribus, est oẽm exteriorẽ actũ habere promtissimũ iugiter ad dei honorem &
cultũ atq; imperiũ, q̃d totũ nõ nisi in patria valet impleri, & implebit, nõ solum absq; difficul-
tate, imo & cũ indicibili iucunditate. In patria ergo impletur præceptũ istud perfecte, in via im
perfecte. Secundo exponit hoc pceptum q̃tum ad actum supereogationis, vt sic deus diligat
toto corde, totaq; mẽte, &c. quatenus dei intuitu & amore oĩa deserãtur, quæ voluntatem,
intellectum, animã, & operationẽ seu vires impedire solẽt & possunt à dei amore & cõtẽplati
one in vita præsenti, vt sunt diuitiæ, parẽtes, cognati, proles, voluntasq; propria, sicq; præcep
tum istud charitatis implere ad religiosos dinoscitur pertinere. Tertio exponitur quãtum ad
actum necessitatis, vt sic corde, mente, anima, fortitudine deum amem[9], quatenus nil charitati
diuinæ cõtrarium operemur aut appetamus. L. & proximum tuum sicut teipsum. J. i. vere, or-
dinate, ac spiritualiter, optãdo ei bona gratiæ in præsenti, & dona gloriæ in futuro, itẽ sicut te-
ipsum, id est, propter deum & ob felicitatẽ æternã, videlicet quia de[9] pcepit, & quia ad eius ima
C ginẽ factus ẽ proximus tuus, & quoniã deus ẽ prima causa ac ratio totius amabilitatis, ac puræ
dilectionis, cum ipse sit prima, fontalis, infinitaq; bonitas. Rursus, sicut teipsum, id est perseue-
ranter vsq; in finẽ, & non cõdescendendo ei in vitijs, sicut nec tibi vis condescendi in eis, si ta-
men te vere ac spiritualiter diligis, non tamẽ oportet diligere proximum tam intense sicut se-
ipsum, vt sicut, dicat similitudinem, non æqualitatem. Hoc autem præceptum sumptum est Leui. 19
ex eo quod in Leuitico scriptum est: Diliges amicũ tuum sicut teipsum, vbi septuaginta tran
stulisse dicuntur, proximum tuum. Per proximum autem intelligitur omnis homo gratiæ &
gloriæ capax, damnati vero, ex charitate amandi non sunt, quia nec gratiæ nec gloriæ sunt ca Basilius
paces. Omnem igitur hominem viatorem, quantumlibet aduersantem, ex charitate sicut nos-
ipsos diligere obligamur. Dicit autẽ Basilius: Quis non nouit, quoniam mansuetum & commu
nicatiuum animal est homo, non solitarium & syluestre? Nihil enim tam proprium est nostræ
naturæ, sicut ad inuicem communicare & mutuo indigere, & cognatum amare. Quorum er-

go præueniens dominus nobis tradidit femina, horum cõsequẽter & fructus requirit, ⌊dixit-
q; illi, ⌋ scilicet legisperito domin⁹ Iesus. ⌊Recte respondisti, quia ⌋ veraciter scriptum est, q̃d
scriptum allegas, ⌊hoc fac ⌋ .i. hęc duo charitatis pręcepta adimple, ⌊& viues ⌋ vita gratię in D
Origẽes exilio, & vita gloriæ in regno, sicq; soluta est quęstio, qua quærebat quid faciendo vitã æternã
possidebo, ex qua Christi responsione ostẽdit Origines hæreticã prauitatẽ Valentini & Mar
Eccl. 7 cionis atq; Basilidis. ⌊Ille aũt volẽs iustificare ⌋ .i. iustũ monstrare, & suã eminẽtiã ostẽtare, cũ
Iob 15 tñ in Ecclesiastico scriptũ sit: Nõ te iustifices ante deũ. Iob q̃q; ait: Quid est homo, vt immacu
latus sit, & iustus appareat natus de muliere? ⌊ait: Et quis est meus proximus? ⌋ Hoc rursus q̃si
uit vt caperet Christum in sua responsione. Aduertit em̃ (vt apparet) quẽadmodũ Christ⁹ do
ceret etiam inimicos esse diligendos, quod iste putauit esse contra Moysi legem, q̃a Iudæi q̃-
plurimi per proximũ non intelligebant nisi Iudæum, & cæteros reputabant alienos. Hinc in-
terrogauit, quis est meus proximus, vt si Christus diceret, quilibet homo vitæ pręsentis, proba
ret eum legis aduersarium, si vero diceret, quicũq; Iudæus, probaret se iustum, dicendo, omnẽ
Prouer. 1 amo Iudæum. Sed (vt Salomon loqtur) frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Vnde &
Christus sapientissimus sic respondet, q̃ insidiatorem propria rursus responsione concludit,
proponẽs parabolã. ⌊Suspiciens aũt Iesus, ⌋ sursum aspiciens, seu late & alte circumducens,
ad insinuandũ, q̃ de re magna esset loquuturus, atq; compatiens communi humani generis ca
lamitati, dixit: ⌊Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, ⌋
Basilius: Sensus superficialiter literalis difficultatem non habet, & quod hic quasi parabola dicitur, po-
tuit esse res gesta, quia (vt dicit Basilius) Hierusalem in cacumine sita est, Hiericho autem deor
sum, inter quas urbes fuit desertum, in quo latrones consueuerunt quosdam occidere. ¶ Porro,
iuxta intelligentiam spiritualem, per hominẽ hunc intelligitur primus noster parens Adam,
seu genus humanũ, siu quilibet homo post innocentiam baptismalem atq; iustitiam, ad in-
iquitates prolapsus. Talis ergo descendit, id est peccando spiritualiter deorsum collapsus est, à
Hierusalem, hoc est paradiso terrestri, in quo Adam realiter fuit, vel à cœlesti Hierusalem, seu
Phil. 3 regno cœlorum, in quo per spem & meritum est omnis iustus viator, cum & Apostolus di- E
cat: Nostra conuersatio in cœlis est, vel à tranquillitate interna, & contemplatione pacis mẽ-
talis. Cum em̃ Hierusalem interpretetur visio pacis, per eam hęc tria signantur, videlicet pa
radisus terrestris, qui est locus quietis, in quo fuit visio pacis supernæ, q̃uis non tam clara si-
cut in patria, imo visio seu cõtẽplatio, q̃ fuit in Adã ante peccatũ, & modo in paradiso est in
Helia, habet se medio modo inter cõtemplationẽ patrię, & cõtẽplationẽ cõmunẽ deuotorũ
in isto exilio. Item per Hierusalẽ figurat̃ regnũ cęleste, in quo est beatifica visio pacis æternę,
quę omnẽ sensum exuperat, ipsa q̃q; mentalis tranquillitas animæ viatricis, in deo pacatæ ac
dulciter stabilitæ p̃ Hierusalẽ denotat̃. Insuper sicut omnes in Adã eramus atq; cecidimus, sic
om̃es in ipso in paradiso terrestri extitimus, & in ipso inde expulsi elapsiq; sumus. Per Hieri-
cho vero hic mund⁹ instabilis, seu vitæ præsentis mortalitas, & defectus intelliguntur. Hieri-
cho quippe interpretatur luna, per quam in scripturis defectus exprimitur instabilitas, insipi-
entia atq; mortalitas, propter iugẽ lunæ variationẽ, crescẽtiam atq; decrescentiam. Vnde in
Eccli. 27 Ecclesiastico scribitur: Stultus mutat̃ vt luna, & sicut luna à sole deficit in splẽdore sic stat⁹ vi-
Sapiæ. 2 tæ huius mortalis à statu paradisi ac immortalitatis. Itaq; homo iste peccando incidit in latro
Iohan. 8 nes, id est in dæmonũ acies, qui animarũ iugiter q̃runt vitam spũtualem occidere. Nam & in
uidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. Et diabolus homicida ab initio fuit, vt Christus
apud Iohannẽ fatetur, ⌊qui etiam despoliauerũt eũ, ⌋ hoc est donis gratiæ ac virtutum spiri-
tualiter nudauerũt, quia dum hominẽ per tentamenta ad peccatũ mortale perducunt, donis
ac virtutibus, quæ sunt animæ vestes ac ornamẽta eum mox priuant, ipsumq; Adam origi-
Esaiæ, 61 nali nudauerunt iustitia, atq; multiplici virtutum ornatu, de quibus in Esaia ait ecclesia, loquẽs
de sponso cœlesti: Induit me vestimento salutis, & indumẽto iustitiæ circũdedit me. His indu
mẽtis animæ nostræ in baptismo fuerũt indutæ, quæ peccando amisimus, sed per pœnitentiã
& cætera sacramẽta ea recuperare valemus, de quibus etiã vestimẽtis in Apocalypsi loquitur F
Apocal. 3 Christus: Qui nõ inquinauerũt vestimẽta sua, ambulabũt mecũ in albis. ⌊& plagis impositis ab
ierunt, id est, cũ hominem multipliciter vulnerassent in anima, ad horam cessauerunt ab ei⁹
læsione. Vel, abierunt, insidias abscondẽdo. Specialiter aũt incurrit genus humanũ, quatuor
vulnera animæ ex originali pc̃tõ, videlicet malitiã, id est pronitatem ad mala in voluntate
ignorantiam in intellectu, infirmitatem in vi irascibili, concupiscentiam in concupiscibili.
⌊semiuiuo relicto, ⌋ quia licet per peccatũ mortale, vita gratiæ & charitas totaliter auferãt̃,
manet tñ in homine liberũ arbitriũ, quo potest resurgere durãte hac vita, seu aptitudo ad pœ
nitẽdũ, ita vt radicaliter seu potẽtialiter manet vita spũalis in anima. Rursus, quamuis pc̃tã do
na naturæ inficiãt, nõ tamẽ totaliter destruũt ea, vnde & vita gratiæ deficiẽte, manet vita na-
turæ. ⌊Accidit aũt vt sacerdos quidã descenderet eadem via, & viso eo, pręteriit. ⌋ Per sacer
dotem istum intelligitur Aaron, vel chorus sacerdotum legalium, qui eadem via descendit,

quia

quia per originale peccatum venit in mundum & cognita generis humani, seu Adæ vulnera-
A tione seu destitutione, qua gloria beatitudinis fuit priuatus, pertransijt, quia liberare & saluare
nequiuit, quemadmodum in epistola ad Hebræos copiose probat apostolus, & ad Galatas ait:
Si ex lege esset iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. ⌊Similiter & Leuita cum esset secus Hebr. 7 ζ
locum & videret eum⌋ scilicet hominem semimortuum, ⌊pertransijt.⌋ Per Leuitam expri- Galat. 2
mitur Moyses frater Aaron Leuites, seu chorus ministrorum templi aut prophetarum, qui cũ
esset in mundo hoc viuens, & genus humanũ intelligeret fauciatum, saluare illud nõ potuit, imo
pertransijt, & moriendo ad lymbũ inferni deuenit. ⌊Samaritanus autem quidã iter faciens.⌋
Per Samaritanũ ob nominis interpretationem, Christus designat seipsum, quoniam Samari-
tanus custos interpretatur, quod cõpetit Christo, iuxta illud psalmi: Ecce non dormitabit ne- Psal. 120
q; dormiet qui custodit Israel. Et rursus: Custodiens paruulos dominus. Cui dicitur apud Iob: Psal. 114
Quid faciã tibi o custos hominum. Christus itaq; iter fecit in seculo isto, iuxta illud Iohannis: Iob. 7.
Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Baruch quoq;: Post hæc in terris visus est, & Iohan. 1
cũ hominibus cõuersatus est, ⌊venit secus eum⌋ id est, humano generi clementissime se con- Baruch. 3
iunxit, & illud sicut medicus languidum visitauit, quemadmodum loquitur patri in psalmo:
Holocaustum & pro peccato non postulasti, tũc dixi ecce venio. Et per Zachariam: Gaude & Psal. 39
lætare filia Sion, quia ecce venio, & habitabo in medio tui. ⌊Et videns eum⌋ oculo corporali Zachar. 2
ac intellectuali, ⌊misericordia motus est,⌋ secundum illud Trenorum: Misericordiæ domini
quia non sumus consumpti, imo quo Christus nos magis dilexit, eo nostris miserijs tam pœ-
nalibus quam culpabilibus magis condoluit. Quod semper pensare debemus, sicut Esaias ait:
B Miserationum domini recordabor, super omnibus quæ largitus est nobis secundum indulgẽ
tiam suam, ⌊& appropians,⌋ hoc est generi humano se medicinaliter ac proportionabiliter Hebre. 2
applicans, dicente Apostolo: Christus exinaniuit seipsum, formam serui accipiens, atq; in simi
litudine carnis peccati apparens. Debuit quippe per omnia fratribus assimilari, qui secundum
suam diuinitatem distat ab hominibus infinitæ nõ loco, sed perfectionis excessu ac dissimilitu
dine, ⌊alligauit vulnera eius,⌋ id est, per infusionem charitatis & gratiæ, aliorum quoque habi
tuum fortium, scilicet virtutum & donorum, vires animæ vulneratas à peccatis retraxit, cohi- Actor. 2
buit & curauit, potissimum in baptismo. Propter quod in Actis loquitur Petrus: Baptizetur
vnusquisq; vestrũ in nõie Iesu Christi in remissionẽ peccatorum, & accipietis donũ spũs sctĩ.
¶ Præterea Christus per suã passionẽ saluificã vulnera ista alligauit atq; curauit, inquantum
passio sua fuit satisfactoria pro totius mundi peccatis, & meritoria gratiæ omnibus nobis. Idcir
co apud Esaiam scriptũ est: Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit.
Itemq; Petrus ait: Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ. Sed & tota Christi præ-
dicatio, cõuersatio, miraculosa operatio, medela fuit vitiorum nostrorum, ⌊infundens oleũ⌋ id est
spiritus sancti vnctionem & consolationem, piamq; informationem, ⌊& vinum,⌋ hoc est, cõ-
fortationẽ & exhortationem feruentem ad bona, seu iustã increpationem propter peccata. Marci 8
Nã & Petro loquutus est, Vade retro me satana. Hinc per Esaiam Christus testatur de patre,
ad annũtiandum mãsuetis misit me, vt darẽ lugentibus coronã pro cinere, oleum pro luctu. Et
sponsa fatetur in Canticis: Introduxit me rex in cellã vinariã.
¶ Denique sicut Christus primo dicitur oleũ infundisse & postea vinũ, sic prælati & omnes ex-
C hortatores primo debẽt pie & charitatiue corripere, siue instruere delinquẽtes, deinde si opus su
erit, rigorẽ iustitiæ admiscere. Hinc ad Galatas scribit Apostolus: Fratres, & si præoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.
Ait quoq; Bernardus: Semper punire est crudelitatis, semper parcere pusillanimitatis, nec hoc
nec illud æquitatis. Opus est ergo discretione, vt sciatur quando hoc & quando illud agẽdum,
& qualiter sit contemperandum vtrumq;.
¶ Præterea varij assignantur detestabiles, miserrimiq; effectus peccati, qui in verbis Christi p̃
inductis tanguntur. Primo enim per peccatum exhæredamur à regno cœlesti, quod est terra
viuentium, quod notatur quum dicitur, ⌊descendebat à Hierusalem.⌋ Secundo per peccatum
captiuantur sub defectu multiplici, & mente instabiles, exulesq; efficimur, quod notatur cum
ait, in Hiericho. Tertio per peccatum subijcimur seruituti peccati atque diaboli, quia &
Petrus apostolus contestatur: A quo quis victus est, huius seruus est. Vnde Paulus hortatur:
Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, hoc notatur quum dicitur, incidit in la
trones. Quarto per peccatum spoliamur donis gratuitis, ideo ait, despoliauerunt eum.
Quinto per peccatum vulneramur in naturalibus, vnde dicitur, plagis impositis. Sexto
per peccatum mortificantur præcedentia opera nostra meritoria, præmioque priuamur.
Hic dicitur, semiuiuo relicto. ⌊Et imponens in iumentum suum,⌋ hoc est, corpori
suo nos iungens, sicut capiti membra iunguntur, atque in suo corpore nostra scelera luens,
iuxta illud Esaiæ: Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Itaqua per iumen-

tum Christi,corpus eius dignissimum explicatur,quod rite iumentum vocatur,non ob bestia
Psal 72 lem vilitatem,sed ob obedientiam subiectionem,ac seruitutem promptissimã, qua in omni- D
bus animæ Christi promptissime paruitac seruiuit.Hinc & vir obediens loquitur deo: Vt iu-
mentum factus sum apud te,⌊duxit in stabulum,⌋hoc est ecclesiæ suæ ipsum incorporauit.
Ecclesia nempe est Christi ouile,in quo ipse suos fideles multiplici reficit pabulo spirituali,de
quo stabulo ait in Iohanne:Fiet vnus pastor & vnũ ouile,in quo etiam corpore & sanguine
Iohan 10 Christi reficimur. Præterea potius ait stabulum quam domum,vt præsentis vitæ foetores at-
Hebre.13 q; miserias attendamus,& in seculo isto tanquã in exilio lugeamus,ad patriam iugiter festinan
tes,quemadmodum ad Hebræos ait Apostolus:Non habemus hic manentem ciuitatem,sed
futuram inquirimus,⌊& curam illius egit.⌋
Christus nanq; quamdiu conuersabatur in seculo isto,diligentissime pro salute humani gene
ris exorauit,& tempore quo prædicauit,nonne varijs modis tanquam aptissimus medicus ani
marum,homines curauit saluare,prædicando,miracula faciendo,discipulos suos ad prædican-
dum & ad miracula peragenda mittendo,varia gratiarum charismata tribuẽdo?Quamuis enĩ
(vt Sapiens habet)cura sit deo de omnibus,maxime tamen de rationabilibus creaturis.⌊Et al
tera die,⌋hoc est,tempore suam passionem sequente,videlicet post resurrectionem. In scri-
pturis enim sæpissimæ dies pro tempore ponitur,maxime in prophetis,vt cum loquitur Esai
as:In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria. Et Iohel:In illa(inquit)die stilla-
Iohelis 3 bunt montes dulcedinem,⌊protulit duos denarios,⌋id est noui ac veteris testamenti notitiã,
Actor. 2 ⌊& dedit stabulario,⌋id est choro apostolorũ,seu primitiuæ ecclesię,cui post resurrectionẽ,
Iohan 16 præsertim in die pentecostes,infudit omnium notitiam scripturarum, per infusionem spiri- E
tus sancti,quemadmodum passione instante promisit apostolis Iohannis loquens:Quum ve-
Acto. 1 nerit ille spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem. Sed & per quadraginta dies, quibus
post resurrectionem vsque ad ascensionem apparebat discipulis successiue,docuit & euangeli
cæ legis declarauit eis mysteria,⌊& ait:Curam illius habe.⌋Præcepit enim apostolis, vt totũ
genus humanum solicite erudirent. Vnde in Matthæo loquitur eis:Euntes,docete omnes gen
tes.Petro quoque ante ascensionem specialiter dixit:Pasce oues meas. Cum omni nempe di
Matt. 28 ligentia prælati ecclesiæ gregibus sibi commissis debent verbo & factis virtuose præesse.
Ioha. 21 Hinc in Prouerbijs Salomon ait:Diligenter agnosce vultum pecoris tui,tuosq; greges consi-
prou 27 dera. Etenim quanto nobilior est anima rationalis omni irrationali creatura, tanto est diligẽ
tius custodienda,docenda & perficienda.⌊& quodcunq; supererogaueris,⌊hoc ẽ vltra debi-
tum feceris,seu de tua industria atq; labore addideris,cooperando gratiæ meæ, & pro aliorũ
conuersione fidelissime desudando. Sed vtinam pastores & prædicatores iam debitum suum
exoluerent,imo prochdolor,stipendia larga accipiunt,& plebem non instruunt, seu condi-
gne non alunt,vita exemplari atq; doctrina,quibus per Ezechielem deus improperat: Lacco
medebatis & lana operiabamini,gregem autem meum non pauistis. Quo contra in Ecclesi-
astico omni aliorũ rectori salubertime dicitur:Rectorem te posuerunt,noli extolli, Esto in illis
quasi vnus ex ipsis. Curam illorũ habe,& sic considera,⌊ego quum rediero⌋ad iudicium gñа-
le, corporaliter descendendo secundum naturam assumptam, vel ad iudicium particulare,
quod fit in mortibus singulorum,vbi Christus reuertitur non locum mutando,sed per retri-
Matt 24 butionem visitando; Vnde ait:Vigilate,quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Et item F
Beatus ille seruus,quem quum venerit dominus eius,& pulsauerit ianuam,inuenerit vigilantẽ,
⌊reddam tibi,⌋id est condignam dabo mercedem. Hinc in Apocalypsi ait: Ecce venio cito,
& merces mea mecum est,dare vnicuiq; iuxta opera sua.
Cõsequenter Christus quærit à legisperito non quasi ignorans,sed instruere illũ volẽs. ⌊Quis
horũ trium,⌋videlicet,an sacerdos,an leuita,an Samaritanus,⌊videtur tibi proximus fuisse il-
li,qui incidit in latrones. At ille dixit:Qui fecit misericordiam in illum,⌋hoc est,ita vt dictum
est ei subuenit. Ille enim magis quam alij duo proximus promeruit appellari ratione benefi-
cij tanti. Præterea contuendum quod multipliciter dicitur homo proximus alteri. Primo, rati
Psal. 37 one cognationis,sicut in psalmo:Amici mei & proximi mei. Secundo, causa religionis eius-
dem,vt omẽs Christiani. Tertio,ratione pietatis & beneficij,& ita nunc potissimum proximus
appellatur,sicq; Ambrosius asserit:Non cognatio facit proximũ,sed misericordia. Quar-
Eccl 13 to,ob conformitatem naturæ. Sic omnes homines sibi inuicem proximi nuncupantur, iuxta
illud:Omne animal ad sibi simile coniungetur. ⌊Et ait illi Iesus:Vade⌋spiritualiter proficien
do,& legem Moysi veraciter intelligendo,⌊& fac similiter,⌋hoc est non verbis, sed veritate
& opere charitatiuo ac pio,ostende te proximum non solis Iudæis, sed omni homini viatori
egenti,si casus euenerit,vt aliquis tibi occurrat tua indigens ope.
Deniq; Augustinus primo libro de doctrina Christiana affirmat:Ex his intelligimus illum eẽ
proximũ nostrum,cui officium pietatis est exhibendum si egeat,& etiã illũ à quo nobis impẽ
dendum est pietatis officium seu beneficium pium. Proximi etenim nomen ad aliquid est,nec

quisq;

quiſq; eſſe proximus niſi proximo poteſt. Nemo autem exceptus eſt, cui ſit beneficium pie-
tatis denegandum, Chriſto dicente: Benefacite his qui oderunt vos. Vnde manifeſtum ē hoc Matt. 5
A præcepto, quo iubemur diligere proximum, etiam ſanctos angelos contineri, à quibus tanta
nobis miſericordiæ impenduntur officia, quia & ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus proximū
noſtrum dici ſe voluit, ſignificans ſe ſubueniſſe ſemiuiuo iacenti in via.

¶ Declaratio reſiduæ partis huius capitis, ſcilicet. Intrauit Ieſus
in quoddam caſtellum. Arti. XXVIII.

QVicquid Chriſtus geſſit in corpore myſterijs plenum eſt, & noſtræ conuerſatio-
nis informatiuum. Et quoniam Chriſtus venit tā actiuæ quam contēplatiuę vitæ
inſtituta docere, nunc factum quoddam ipſius deſcribit, in quo breui eloquio vtri-
uſq; vitæ dinſtinctionem oſtendit. Lucas tamen hoc loco ordinem hiſtoriæ
non obſeruat, ⌊ Factum eſt autem dum irent Ieſus & eius diſcipuli, ⌋ de loco ad locum ad plu-
rimorum inſtructionem, ⌊ & Ipſe intrauit in quoddam caſtellum. ⌋ Circa quod Beda: Huius
(inquit) caſtelli nomen Lucas hic tacet, ſed Iohannes exprimit, vocans ipſum Bethaniam. Sic Ioha 11
enim ait: Erat quidam languens Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ, ex quib9 Luc 24
apparet, quod ipſa Bethania, quę fuit villa, vocetur caſtellū. Vnde & infra legitur: Quod duo Marc. 16
ex diſcipulis ibant in caſtellum, cui nomen Emaus, pro quo Marcus ſcribit, quod ibant in vil- Matt. 28
lam. Deniq; quod in Matthęo ait ſaluator duobus diſcipulis: Ite in caſtellum quod contra vos
eſt, de ipſa vrbe Hieruſalem ſolet exponi. Caſtellum tamen proprie dicitur paruum caſtrum.
Fuit autem in Bethania caſtrum Mariæ & Marthæ ac Lazari, quod forſan interdum compa-
ratiue loquendo nominatur caſtellum, & ſicut frequenter totum à ſua parte nomen ſortitur,
ſic forte villa Bethania ratione caſtri ſiue caſtelli in ea contenti appellatur caſtellum, ⌊ & muli- Math. 9
er quædā Martha nomine, ⌋ quam aliqui putant fuiſſe illam quam Chriſtus à ſanguinis cura- Lucę. 8
uit profluuio, cuius oppoſitū ſupra ſatis probatum eſt, ⌊ excepit illum in domum ſuam. ⌋ Ip-
B ſa quippe ſpecialis extitit hoſpita Chriſti, propter quod (ſicut in eius legēda habet) poſt Chri-
ſti aſcenſionem conſueuit Chriſtum ſub nomine hoſpitis inuocare. Itaq; cum grandi reueren-
tia & charitatis feruore accepit Chriſtum in ſua domo, quæ fuit caſtellum ſeu caſtrum. Nobi-
lis enim fuit & opulenta, & ſicut in Iohanne ſcriptum eſt: Ieſus diligebat Mariam, Martham, Iohā. 11
& Lazarum ⌊ Et huic erat ſoror nomine Maria, ⌋ ſcilicet Magdalena, de qua in Marco ſer- Marci. 16
tur: Surgens Ieſus mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiece-
rat ſeptem dæmonia, ⌊ quæ etiam ſedens ſecus pedes domini, audiebat verbum illius, ⌋ in
quibus verbis inſinuatur eius humilitas ac diligentia, quia ad pedes Chriſti humiliter ſe locauit
& auidiſſime intenta fuit prædicationi ipſius. Quo autem humilius ſedit, diligentiuſq; ad-
uertit, eo plus ſpirituales hauſit profectus, & riuos doctrinæ ex fonte ſapiētię ſumpſit. Chri- Eccl. 1
ſtus quippe eſt fons ſapientiæ, iuxta illud Eccleſiaſtici: Fons ſapientię verbum dei in excelſis.
Deus quoq; hominibus dat gratiam.
¶ Præterea, ſicut ait Baſilius, Omnis operatio atq; loquutio ſaluatoris regula eſt virtutis ac 1. Petri 5
pietatis. Ob hoc enim induit corpus noſtrum, vt nos cōuerſationem ipſius imitemur pro
poſſe. Suo ergo exemplo docuit diſcipulos, omneſq; prædicatores, & ad aliorum exhortatio-
nem idoneos, qualiter habere ſe debent in domibus hoſpitantium eos, vt ſcilicet ſuſcepti non
ſtatim reſupini quieſcant, ſed ſuſceptores ſuos exhortationibus repleant ſacris, vnde & reue-
renter ac charitatiue ſunt ſuſcipiendi. Primo, quoniam hoſpitatores eorum ædificabuntur ſa-
lutaribus documentis. Secundo, quoniam charitatis adipiſcentur mercedem.
⌊ Martha autem ſatagebat, ⌋ hoc eſt ſatis agebat, occupataq; fuit ſeu laborabat, ⌊ circa frequēs
miniſterium. ⌋ id eſt circa corporalis refectionis quotidie neceſſariæ præparationem & exhibi-
tionem, ⌊ quæ ſtetit, ⌋ ab obſequio & diſcurſu modice ceſſans, vt Chriſtum reuerentialiter al-
loqueretur, & eius præſtolaretur reſponſum, ⌊ & ait: Domine, non eſt tibi curæ q̄d ſoror mea
C reliquit me ſolam miniſtrare. ⌋ Hoc videbatur irrationabile Marthæ, quia apparuit ei, quod
ob Chriſti honorabilitatem, aliorumq; hoſpitum multitudinem, Maria merito adiuuiſſet. Ita-
q; interrogauit, Domine, non eſt tibi curæ, non quaſi Chriſtum reprehendēs, quod Marię nō
dixerat, Adiuua ſororem tuam, ſed, quaſi admirans de hoc, ideo addidit. ⌊ Dic ergo illi, vt me
adiuuet, ⌋ quia ad literam multa erant agenda in tot hoſpitum cibatione. Et quod Martha di-
cit ſe ſolam miniſtrare, non eſt intelligendum, quod nulla fœmina adiuuerit eam, habuit enim
ancillam iuuantem vnam aut plures vt reor, ſed ſolam ſe aſſerit miniſtrare per excluſionem
ſuę ſororis, ad quam miniſtratio illa æque pertinuit, ſecundum Marthę opinionem. ⌊ Et reſ-
pondens, dixit illi dominus ⌋ Ieſus Chriſtus, qui ad reſpondēdum ſapienter, delibaratione, in-
quaſitione, ſtudio non egebat, quoniam ſapientia plena, imo & ipſa ſapientia, deiq; patris vni-
cum verbum fuit, ⌊ Martha, Martha. ⌋ Bis nominat propter diligentiorem eius prouocatio- 1 Cori. 1
nem ad aduertendum, & item in ſignum dilectionis ſuæ ad eam, quā elegit in hoſpitam ſui ac Ioha: 1

discipulorum suorum, ⌊ sollicita es, & turbaris erga plurima. ⌋ id est, circa hæc temporalia admini-
stranda, & circa corporalia alimẽta, & circa corpora reficienda, quæ occupatio quamuis fuerit
bona & actus prudentiæ ac misericordiæ & liberalitatis, ex charitate imperialiter procedens, ni- D
hilominus stabilitatẽ & pacem mentis in deo frequenter diminuit, interrupit ac impediuit.
Pluribus nempe intendens animus, singulis non æque perfecte valet intẽdere vni, quia & vir-
tus vnita est fortior quam dispersa. ⌊ Porro, vnũ est necessariũ. ⌋ hoc vnum quod præ cæte-
ris necessarium dicitur, potest dici ipsa felicitas patriæ, seu deus omnipotens obiectum & dator
beatitudinis huius, vel contemplatio seu dilectio dei in vita hac, seu pax mẽtis in deo, aut vnio
cordis cum eo, seu deo debite deseruire, & saluti propriæ prouidere. Quamuis autem ad obti-
nendam salutem multa sint necessaria, scilicet fides, spes, charitas, sacramenta, impletio præcep
torum, vnum tamen necessarium dicitur antonomatice, quia præ cæteris necessarium extat,
vel necessitate finis, & propter se atq; simpliciter, alia vero per respectum ad finem, & propter
eius adeptionem, ⌊ Maria optimam partẽ elegit, ⌋ videlicet deo vacare, iuxta illud psalmi: Mi
Psal. 72 hi autem adhærere deo bonũ est, deum diligere, mente quieta, contemplatiuam ducere vitam,
& ipsum incõmutabile bonum quærere ac habere, de quo ĩ Threnis scriptum est: Pars mea do
minus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Hanc dignissimã partẽ elegit Maria, terre-
nis contemptis & corporalibus occupationibus tanquam minus bonis, maiorisq; boni impe-
ditiuis relictis, ⌊ quæ non auferetur ab ea, ⌋ quoniam pars hæc incipit in hac vita, & continua-
tur ac perpetuatur in patria, perficitur quoq; in ea, quoniã contẽplatio viæ per fidem est quæ
dam inchoatio contemplationis beatorum per speciem, propter quod ait Apostolus: Nunc co
1. Cor. 13 gnosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Et: Videmus nunc per specu
lum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Itaque Christus Marthã de suo deuoto & cha
ritatiuo obsequio non reprehendit, sed partem Mariæ præponit, quoniã exercitia vitæ contẽ-
platiuæ præclariora sunt exercitiis vitæ actiuæ. Veruntamen de hoc videtur Martha aliqua
liter reprehensa, quod sororem suam voluit à spirituali actu vitæ contẽplatiuæ abstrahere, vt
corporalibus occuparetur, quum tamen necessarium non fuisset, & quia Mariam putauit ne-
gligenter se habuisse, non impendendo auxiliũ in corporali obsequio.
¶ Denique circa illud, sollicita es, & turbaris erga plurima, dicunt Cyrillus & Basilius: Quum ali- E
qui susceperint alios hospitio, non sollicitentur circa multum obsequiũ, præparando diuersa &
delicata cibaria, nec poscant quæ præ manibus non sunt, & necessitatem excedunt. Grauat enĩ
passim in qualibet re quod superfluit. Hospitantibus nãq; generat tædium, conuiuis autem vi
detur quod sint aliis causa laboris.
¶ Sed quoniam sensus literalis planus est satis, tangendus est mysticus intellectus, iuxta quem
per Bethaniam quæ interpretatur domus obedientiæ, designatur cor bonam conscientiam ha
bens, eo quod diuinis obediuit præceptis, ideo Christus illud libenter ingreditur per gratiæ au
gmentationem, tanquam charum, familiareq; sibi. Porro, per Martham anima vitæ actiuæ
exercitiis debita explicatur, quæ Christum in sua recipit domo, hoc est, in archanis conscien-
tiæ suæ, cuius soror Maria, hoc est quæcunque anima illi vt soror dilecta, contemplatiuæ vitæ
insistens, sedet secus pedes Iesu, id est, ei humiliter se supponit, eiusq; humilitatem perpendit,
Psal. 84 ac vestigia imitatur, iuxta illud Threnorum: Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super
Eccli. 38 se, & audit verbum illius, asserens cum psalmista: Audiam quid loquatur in me dominus deus.
Anima quippe quiescendo fit prudens, & diuinam inspirationem suscipit ac aduertit. Propter
quod in Ecclesiastico habetur: Qui minoratur actu sapientiam percipiet.
¶ Præterea in quiete huiusmodi audit verba diuina aure mẽtali, illis obediendo, quæ legit aut
meditatur. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Hoc cõpetit his, qui operibus
misericordiæ & cæteris exterioribus virtutum actibus corporalibus occupãtur. Et sicut Mar-
tha conquæsta est Christo dicens: Domine non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me so-
lam ministrare, sic interdum personæ deuotæ quæ operibus vitæ actiuæ intendere compel-
luntur, & contemplatiuam vitam magis desiderant, conqueruntur Christo seu eius prælatis,
quod ipse præ cæteris sibi statu, gradu seu professione, similibus in exterioribus seruire cogun- F
tur. Et sicut ait sanctus Bernardus: Beata est congregatio, vbi Martha taliter conqueritur de
Num. 21 Maria. Sed heu iam multi instar perfidorum filiorum Israel cœlestem nauseantium panẽ, etiã
ad Aegyptias, id est mundanas consolationes aspirãt, quibus contẽplatiuæ vitæ non sapit refe-
ctio. Quemadmodum vero Christus Martham instruxit, ne Mariam ad exteriora ab contẽ-
plationis exercitiis euocaret, sic prælati sunt instruendi, ne absq; necessitate aut euidẽte vtilita-
te postulent aliquem à contemplatiuæ vitæ actibus abstrahi.
¶ Circa hunc locum Euangelicum multa possent de vita contemplatiua & actiua, earumq; di
stinctione induci, & quæ sit dignior inuestigari, de quibus specialem tractatum composui,
& nunc breuiter tangi potest, quod absolute loquendo vita contemplatiua sit dignior quam
actiua, si in vita actiua solũ pẽsetur quod est vitæ actiuæ. Ad quod Aristoteles decimo Ethico
rũ octo

rum octo pulchras atq; subtiles rationes adducit. Prima est, quoniã vita contemplatiua cõpe-
tit homini secundum dignissimã suam potentiam, scilicet intellectũ speculatiuum, & quo ad
A digniora obiecta, quia circa diuina versatur, vita vero actiua competit homini secundũ pra-
cticum intellectũ, & circa exteriora ac sensibilia occupatur obiecta. Secunda est, quia vita con-
templatiua ex sua natura est magis continua. Tertia, quia est delectabilior pura delectatione.
Quarta, quia est sibi in se magis sufficiens. Quinta, quoniã magis quæritur propter se ipsam,
imo actiua ordinatur ad ipsam. Sexta, quia in vacatione & quiete consistit, actiua autem in la-
bore & motu. Septima, quia est magis diuina. Octaua, quoniã cõpetit homini per id quo à be
stijs separatur. Actiua vero cõpetit ei etiam secundũ vires animæ inferiores. Nihilominus vita
actiua præfertur contẽplatiuæ secundum quid, puta in casu propter bonum commune & ne-
cessitatem, ac vtilitatem vitæ præsentis.

¶ Præterea præter rationes prætactas sunt aliæ, cur contemplatiua vita est dignior, quarum
vnam tangit saluator, quia videlicet vita contemplatiua non aufertur homini per mortẽ, sicut
actiua. Contemplatiua quoq; magis propinquat beatitudini patriæ, & est magis supernatu-
ralis, quam vita actiua. Veruntamen intuendum, quod duplicia sunt vitæ actiuæ opera. Quæ-
dam sunt omnino corporalia, vt exteriora misericordiæ opera, quæ & corporalia appellan-
tur, de quibus certum est, quod vita contemplatiua præferenda sit ipsis. Alia sunt opera vitæ
actiuæ, quæ si idoneæ fieri debeant, contemplatiuæ vitæ perfectionem quãdam præexigunt,
vt sunt prædicare, in spiritualibus præesse, scripturas interpretari, publicas pro alijs preces
effundere, & cætera, de quibus aliqui opinantur, quod contemplatiuæ præferenda sint vitæ,
quia vtriusq; vitæ perfectionem videntur includere, vnde & decimonono de ciuitate dei Au-
gustinus distinguit triplicẽ vitã, videlicet otiosam, hoc est, contemplatiuã, negotiosam, id est,
actiuam, & ex vtraque temporatam.

¶ Deniq; Euangeliũ istud in Assumptione beatissimæ virginis legitur. Primo, quoniam fe-
stiuitas illa aliud speciale non habet Euãgelium. Secundo, quia vtriusq; vitæ perfectio in ea re
B splenduit, quoniam humanitati filij sui corporaliter deseruiuit, & eius diuinitatem spiritualiter
cõtemplabatur lucidius cæteris. Tertio, quoniam mystica seu allegorica expositio huius Euã
gelij ei præcipue competit. Ipsa em̃ inuictissima virgo fortissima mulierum, fuit castellum q̃d
ingressus est Christus, quando descendit de cœlo, & incarnatus est in vtero eius, assumens ex Luce. 1
purissimo sanguine eius corpus humanũ. Quemadmodum autem castellũ debet esse alte sitũ,
muro clausum, fossato circundatum, turre leuatũ, armis & alimẽtis prouisum, aquis quoq; mu-
nitum, sic benedicta virgo Maria fuit per vitæ eminentiam alte sita, imo in statu altissimo po-
sita, vtpote in statu maternitatis dñi. Ita quod fuit & est cõparentalis deo patri, eundem cũ illo
filium habẽs. Fuit quoq; muro clausa, id ẽ, firmissima virginea castitate ornata, itẽq; humilitate
quasi fossato profundata, & charitatis feruore velut turre erecta, cũctis virtutibus tanq̃ armis
firmata, spiritualibus alimentis & gratiarum fluentis repleta. Hæc gloriosa virgo Maria voca-
tur Martha, in quãtũ actiuæ vitæ perfectionẽ possedit, sicq; Martha excepit Christũ in do-
mum suã, quia in vtero suo, nec dubium quin ipsa multo humilius sedit ad pedes filij sui dum
prædicaret, eius quoq; prædicationem affectuosius, diligẽtiusq; audiuit, quam Maria Magda
lena, vnde & ipsa optimã partẽ perfectissime prælegit. Prælatis vero atq; doctoribus aliorũ
cõpetit vtriusq; vitæ exercitia ordinate prosequi & habere.

¶ Postremo secundum Augustinum, quod Martha accepit Christum in domũ suã, designat
ecclesiam, quę nunc accipit dominum in cor suũ. Ma-a vero quę sedit ad pedes domini au-
diens verbum eius, designat eandem ecclesiam, sed in futuro, vbi cessans ab opere, ministe-
rioq; indigentium, sola sapientia perfruetur. Conemur ergo & nos harum venerabilium mu-
lierum perfectiones sectari, & quilibet nostrum, digne conuersari nitatur, secundum exigentiã 1 Cori. 7
vocationis qua vocatus est, prout monet apostolus.

C ¶ ELVCIDATIO CAP. VNDECIMI. ET FACTVM est quum esset in quodam loco orans. Articulus. XXIX



Aluator in huius capitis exordio docet orationis formã atq; instantiam
dat quoq; impetrandi fiduciã. Itaq; Lucas historialiter inchoans, ait:
⌊ Et factum est quum esset in quodam loco orans, vt cessauit orare, di-
xit vnus ex discipulis eius ad eum. ⌋ Quo loco aut tẽpore contigerit
istud, Euangelista iste determinate non exprimit. Porro, vt in Mat Mat. 6
thęo habetur: Dum Iesus in monte coram suis prędicare discipulis, euan
gelicam tradens legem, inter cętera modum orandi edocuit, atq; subse
quentem orationem dominicam primus instituit ac deprompsit, vnde
apparet q̃d Lucas hoc loco ordinẽ nõ obseruet historicũ, difficultasq; orit̃, quomodo ea quæ

hic leguntur, his quæ in Matthæo scribuntur concordent. Ibi quippe non legitur, Christus ante huius institutionem orationis orasse, nec occasione alloqutionis discipuli orationem hanc docuisse, sed quasi proprio motu eam suo inseruisse sermoni. Sed adhæc respondendo certum D & tutum est dicere, quia frequenter contingit, vt quod vnus Euangelista omisit, suppleat alter, quemadmodum in isto capite, multa à Christo de oratione prolata, recitat Lucas, de quibus Matthæus non scripsit. Forte etiam eandem orationem Saluator bis docuit occasione diuersa, & propter diuersos, vno præsente, quum defuit alius. Itaq; Christus orauit secundum q̃d homo ad nostram instructionem, & propter indigentiam nostram, quia orauit pro nobis, quamuis sæpe orauerit pro seipso, videlicet pro sui corporis glorificatiõe, accidentaliq; præmio iuxta Iohã 17. illud Iohannis: Pater glorifica me.

¶Præterea, per hoc quod discipulus Christi non petijt formam orandi à Christo, nisi postquam cessauit orare, docemur non interrumpere orationem & psalmodiam, seu horarum persolutionem seruorum dei. Quod, quia nonnulli nimis faciliter faciunt, grauiter peccant, non pensantes quod orantes atq; psallentes cum deo altissimo sint loquentes. Ideoq; præsertim ob dei reuerentiam ab eius colloquio non sunt faciliter abstrahendi, præsertim quum loquentem cum rege terreno vix aliquis absq; necessitate audeat auocare, propter reuerentiam regis. ⌊Domine, doce nos orare, sicut Iohannes⌋ scilicet Baptista ⌊docuit discipulos suos.⌋ Veruntamen qualiter Iohannes docuerit discipulos suos orare, & vbi, & quam formam orandi eis præfixerit non docet scriptura Canonica.

¶Insuper quamuis multæ orationes in veteri testamento legantur, discipulus tamẽ Christi aliquam singularem atq; præcipuam orationis formam ab eo poposcit, tanquam ab eo in quo tã excellentem sanctitatem cõspexit, perpendens quod à feruẽtiori deuotioriq; corde efficacior prodiret oratio, quum oratio desiderij sit interpres ac nuncius. Vnde & boni filij ac discipuli à deuotissimis patribus suis formam orationis petere consueuerunt, quatenus eodẽ deuotionis spiritu ac feruore discant, & assuescant altissimũ inuocare, quo patres eorũ id agunt. Tanta quoq; est orõnis dignitas, vtilitas, atq; necessitas, vt merito de mõ orandi instructionem quærere debeamus. ⌊Et ait illis: Quum oratis⌋ hoc est, orare intenditis siue incipitis, seu orationi insistitis inter cætera, ⌊dicite⌋ cum specialissima deuotione. Vnus discipulorum rogauit, sed respon- E sionem Christus cunctis qui aderant discipulis dirigit: Quia & vnus ille pro omnium informatione quæsiuit. ⌊Pater, sanctificetur nomen tuum.⌋ Lucas breuitati studens, in huius descriptione orationis, verba aliqua prætermisit, quoniã à Matthæo ea satis descripta cognouit, aut quia sub verbis hic positis virtualiter includuntur, aut quia ad substantiam petitionum hic tactarum non pertinent, vt quod refert Matthæus: Qui es in cœlis, ad primæ petitionis non spectat essentiam, duo quoq; petitiões à Matthæo tactæ, atq; à Luca omissæ in petitionibus hic Matt 6 positis comprehenduntur, sic patebit. Itaq; Chrũs orationẽ sic incipiendam hortatur: Pater, nempe qui deum exorat cum plena fiducia atq; præcipua dilectiõe hoc agere debet. Quẽadmodum Iacobus Apostolus ait: Postulet in fide nihil hæsitans, sed nomine patris. Horum vtrũq; potissimum concipitur, inflammat, augetur. Filius nanq; de patris sui bonitate perfectim confidit & eum permaxime diligit. Vt ergo cum omni fiducia feruidoq; amore, deum precemur Christus sic inchoandum edocuit: Pater, q̃ nomine etiam beneuolentiam dei captam⁹. Sed caueamus, ne inueniamur indigni, deum altissimũ patrem vocare, Si enim rebus creatis, vanis & vilibus magis, quam sibi inhęremus, si transgrediendo diuina pcepta, ipm inhonoram⁹, si creata amplius q̃ creatorẽ quærimus & amamus, prorsus indigni sumus ipm patrem voca- Malac. 1 re, nec inter filios suos electos nos cõputet, sed tanq̃ degeneres ac rebelles, tanq̃ impios & ingratos cõdemnat. Hinc p Malachiã testatur Filius honorat patrem suum, & seruus timet dñm suũ. Si ergo pater ego sum vbi est honor meus? & si dñs ego sum, vbi est timor meus?

Psal. 109 ¶Præterea cõtuendum, q̃d pater in scripturis multipliciter dicitur. Primo, æternæ gene- 2. Cori. 1 ratiõe, sicut in Psalmo, Ex vtero ante luciferum genui te. Sic Paulus ad Corinthios ait: Benedictus deus & pater domini nr̃i Iesu Christi. Sicq; in diuinis Pater personaliter sumitur, & soli personę patris cõpetere dicitur. Et quamuis hoc modo in oratiõe dominica accipi possit, F cõgruentius tamen alijs modis in ea suscipitur sicut dicetur: Veruntamen quia in missæ officio orationes ad personam patris communiter diriguntur, dum oratio dominica in hoc officio Esaiæ 63 pronuntiatur, nomen patris personaliter sumitur. Secundo, pater dicitur redemptiõe, iuxta illud Esaię prophetæ: Tu domine pater noster & redemptor noster à seculo nomen tuum. Et sic rursus pater personaliter dicitur, loquendo de redemptione nõ solum effectiue dicta, sed & ministerialiter exhibita, secundum quod modus redemptionis fuit per filij passionem exhibitus, & sic soli filio conuenit nomen patris. Tertio, pater dicitur prædestinatione, vt quum ait Apostolus ad Ephesios: Gratia vobis & pax à deo patre nostro, qui prædestinauit nos in Ephe. 1 adoptionem filiorum per Iesum Christum. Quarto, pater dicitur creatione, secundum illud Deut. 32 Deuteronomij: Nunquid non ipse est pater tuus, qui possidet te, & fecit, & creauit te?

Fecit

Fecit vtics quantum ad corpus, creauit quantum ad animam, & possedit secundum vtrumq;.
A Quinto, dicitur pater sacramentali regeneratione, prout in prima sua canonica loquitur Petrus: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, q regenerauit nos in spem viuam. Sexto, dicitur pater fidei instructione, iuxta illud Iohannis: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Septimo, gratiæ adoptione, dicente Apostolo: Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Octauo, gloriæ collatione, secundum illud Pauli ad Galathas: Itaq; iam non est seruus sed filius. Quod si filius & hæres per deum. Omnes hi modi tribus personis superdignissimis & æternis simul conueniunt, quoniam opera superbenedictæ trinitatis sunt indiuisa. His quoq; modis pater in oratione dominica sumitur, per patrē intelligendo totam superessentialem, incircumscriptamq; trinitatem, vnum verum simplicissimum deum, cui cum omni humilitate, reuerentia & gratiarum actione confidenter atq; ardenter dicere ac supplicare debemus. Pater, sanctificetur nomen tuum, hoc est, tu ipse ô pater omnipotens & immense, ab omnibus honoreris, & tua sanctitas omnibus innotescat, ac tibi in sanctitate & iustitia ab vniuersis iugiter seruiatur, hoc est, primo ac maxime affectare debemus, videlicet glorificationem seu honorem & gloriam dei in omnibus, aliter filij eius non sumus, nec vere fideles, quemadmodum apud Iohannem Christus ad peruersos ait Iudæos: Quomodo potestis vos credere, q gloriā ab inuicem accipitis, & gloriā q̄ à solo deo est nō q̄ritis.

1 Petri 1
Calat. 4
1 Timo 1

¶ Denique sicut homines virtuosi deum sanctificant, dum sancte viuendo deū cui ita deseruiūt, sanctum esse demonstrant, eiusq; sanctitati fideliter attestantur, sic vitiosi iniuste ac turpiter cōuersando, nomen dei maculare dicuntur, quia sic viuunt, ac si deus iniustitiam approbet nec
B sanctus sit, alijs quoque quantum in ipsis est, præstant audaciam, & exemplum inhonorandi deū. Hinc per Ezechielem deus perfidis filijs Israei improperans: Cōmaculastis (inquit) nomen sanctum meum, Et rursus: Sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutū est per vos inter gentes. Itaque dum oramus, sanctificetur nomē tuum, pro toto mundo hoc ipsum precemur, cordialissime cupientes, vt sanctitas veri dei cunctis innotescat hominibus, & digne honorificetur ab omnibus, imo quo bonum commune diuinius est quam proprium, eo plus diuinū, meritoriūq; consistit orare p multis, præsertim pro omnibus quam pro se solo aut paucis. ⸤Adueniat regnum tuum.⸥ Regnum dei est militans ac triumphans, ecclesia ideo de vtroque regno istud exponitur. Primo, Adueniat regnum tuum .i. militans ecclesia, numero ac merito crescat, & vndique diffundatur, & tu solus per fidem & gratiam multiformē regnes in ea, hoc est, in cordibus vniuersorū ac singulorū fideliū, aduersarijs tui honoris ac nostræ salutis, præsertim dæmonibus inde electis. Secūdo, Adueniat regnum tuū, id est, triumphans ecclesia impleatur, ad cœlestem Hierusalem protinus perducamur, ad regnum cœlorum mereamur venire. Sub his duabus petitionibus includitur tertia, à Matthæo expressa, qua dicitur: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, id est, sicut à cœlestibus ciuibus tibi in oīnibus obeditur, ita & à terrigenis quātū possibile est, tibi in oīnibus obediatur. ⸤Panē nostrum quotidianum da nobis hodie.⸥ Hoc de multiplici pane exponitur. Primo, de pane sacramētali, hoc est, de corpore & sanguine Christi in sacramento altaris, quamadmodum ait Saluator: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et denuo: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Hic panis animam reficit, spiritualiterque saginat, si digne acceperit eum. Secūdo,

Math 6

C exponitur de pane spirituali, videlicet de habitibus, actibusque virtutum de consolatione interna, de confortatione mentali, de diuinorum sapore, de quibus ait scriptura: Cibabit illum dominus pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. De pane quoque obedientiæ ait in Iohanne saluator: Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Similiter de pane pœnitentiæ fert Psalmista: Cibabis nos pane lachrymarum. Et: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. De spiritualium autem consolationum ac delectationum, diuinorumq; gustuum refectione, spōsus cœlestis ait in Canticis: Comedite amici & bibite, & inæbriamini charissimi. His itaque cibis oremus quotidie ali diuinitus, ne spiritus noster debilitetur, vitijsq; succumbat. Tertio exponitur de corporali alimento, vt sit sensus: Panem nostrum quotidianum, hoc est, necessaria vitæ, quibus quotidie indigemus, da nobis. Quibus verbis includitur auaritia, quæ congregat in longiuquum, & vltra necessitatem; ac solicitudo immoderata de crastino. Circa quod ait Theophilus: Ex eo quod Christus iussit quærere quotidianum alimentum, videtur quod suos fideles nihil concedat habere, sed magis honestam colere paupertatem. Non enim habentium panem, sed oppressorum penuria est quærere panem quotidianum pro hodie. Propter quod dicit Chrysostomus: Postulanda sunt diuinitus necessaria vitæ, non diuersitates ciborum, & odorifera vina, ac cætera quæ delectant guttur, onerant autem vētrem & mentem perturbant, sed panis petendus est, qui potest substantiam corporis sustentare, & ille qui nobis quotidie tantummodo sufficit, vt de crastino non cogitemus. ⸤& dimitte nobis peccata nostra,⸥ culpā Math. 6

peni-

penitus auferẽdo & pœnas, quas peccando meruimus relaxando, vel partim siue totaliter.
¶ Porro, peccata mortalia pariter dimittũtur, ita quod vnũ sine alio nõ dimittitur, quantũ ad D
culpã, sed tãto plus dimittitur nobis de pœna, quo maior in nobis est pudor ac intimus dolor
de peccatis, inquãtũ sunt cõtra iustitiã, deiq; offensiua, & quo maior nobis inest feruor chari-
tatis ad deũ ac proximũ, quo itẽ efficaciora satisfactionis agimus opera.
¶ Præterea sine venialibus peccatis vitã hanc nec ducimus, nec ducere diu valemus, quia & si
om̃ia, non tamen singula quimus vitare, sed contra ea, prouisa & data sunt nobis desuper mul
ta remedia, quorũ vnũ est, secundũ Augustinum, oratio ista dominica. Deinde tãgitur ratio
quædã impetratiua effectus huius petitionis, videlicet veniæ: ⌊Sicq; dẽ & ipsi dimittimus om̃i
debẽti nobis⌋ hoc est, om̃ibus iniuriãtibus nobis pie ignoscimus, ad minus culpã seu iniuriã
dimittendo, quamuis interdũ debita pœna seu emendatio pœnalis & satisfactoria exigi pos-
sit ex charitate, secundum formam iuris, ordinẽq; iustitiæ, præsertim propter bonum cõmu-
ne, & ne peccantes ex facilitate veniæ, fiant ad iniurandum ac vitia proniores. Itaq; qui alteri
non ignoscit, bona fronte orare non valet hãc clausulã, imo quam impie agat, in Ecclesiasti-
co aperitur, quo legitur: Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelam? Ipse quum ca-
Ecci 28 ro sit in sibi similẽ non habet misericordiam, & tamẽ de peccatis suis deprecatur altissimum?
Quis exorabit pro peccatis illius? Itaq; sicut optamus & exoramus vt peccantib⁹ nobis deus
iuste nobis nõ irascatur, aut vindicent, sed piæ nostræ cæcitati ac fragilitati cõdoleat, & igno-
scat, ita & nos iniuriantiũ nobis fragilitati & cæcitati cõpatiamur, & ignoscamus simul oran-
tes pro illis, vt simus filij patris cœlestis qui pius & clemens est super bonos & malos. Istud ve E
Math. 5. ro ad prælatos & patres spirituales & religiosos præcipue ptinet, qui in om̃i charitate ac pie-
tate cæteris præfulgere tenẽtur, quorũ interiora in ipsum bonitatis ac charitatis effectũ debẽt
cõuerti, aut esse cõuersa, quãquam ex charitate & æquitate iustã sæpe debeant peccãtibus in-
fligere pœnam, vt per eam à pœnis eripiantur futuris, & gratiam consequantur maiorem,
præsertim vt deo aliqualiter satisfiat.
¶ Postremo, circa hæc scribit Chrysostomus: Hæc animaduertentes, gratias agere debemus
debitoribus nostris. Fiunt enĩ nobis (si sapimus) causa indulgẽtiæ maximæ, & pauca exhibẽ-
tes seu modica dimittẽtes, plurima reperiemus. Nã & nos multa debemus & debita magna
dño, quorũ si minimã partẽ à nobis vellet exigere, iã perissemus. ⌊Et ne nos inducas in tẽta-
tionẽ⌋ hoc est, nõ nos permittas ab hostibus nostræ salutis supra vires tẽtari, id est ad cõsen-
sum illicitũ trahi, tẽtationibus superari, sed da gratiã resistẽdi ac præualendi. Dicitur aũt deus
Iacobi. 1 in tentationem inducere, quia ab aduersarijs nos permittit tẽtari.
¶ Interdum autẽ & deus dicitur tentare, non vtiq; tẽtatione deceptoria, ac fallaci, quum Iaco-
bus dicat: Nemo quum tentatur, dicat, quia à deo tentetur. Deus enĩ neminem tentat, scilicet
modo præfato, sed tentatione probationis & exercitationis quæ ad bonũ tentati ordinatur
tentare deus asseritur. Itaq; ex huius clausulæ declaratione iam patet quod in ea virtualiter ac
sententialiter includatur septima ac vltima petitio orationis dominicæ à Matthæo expres-
sa, qua dicitur: Sed libera nos à malo. Vnde augustinus in Enchyridion scribit, quod Matthæ-
Mar 6. us in vltimo posuit: Sed libera nos à malo. Lucas nõ posuit, vt intelligeremus hoc ad præcedẽ-
rem petitionem pertinere. Ideo quippe ait: Sed libera, non. Et libera, tanquam vnã petitionem
demonstrans. Verum de multis concernẽtibus expositionem huius præclarissimæ orationis F
quæ secundum Henricum de Hassia, etiam à Iudæis ac Saracenis dici potest, prætermitto, quo
niam super Matthæum inde loquutus sum. Hoc tamen addẽdum, quia vt asserit Gorra, aliud
est tẽtari, aliud in tentationẽ incidere, aliud in tentationẽ induci. Nam primum istorum dicit
sensum simpliciter, sed non semper consensum. Secundum, dicit sensum & consensum ex sub
reptione, & præter propositũ. Tertium, dicit sensum & consensum ex deliberatione. Primũ
potest esse sine peccato. Secundum absq; peccato mortali. Tertium vero est grauius & fre
quenter mortale.
¶ Consequenter saluator per quandam parabolicam similitudinẽ nos hortatur ad fiducialem
orationis constantiam, incessabilem feruidamq; frequentiã. ⌊Et ait ad illos⌋ scilicet ad dis-
cipulos suos. ⌊Quis vestrũ habebit amicum, & ibit ad illum, &c.⌋ Parabolæ huius sensus su-
perficialiter literalis, penitus planus est. Siquidẽ per similitudinẽ hanc intendit Christus pro-
bare, quod deus superpijssimus, preces constanter, indefinẽter, ac feruide continuatas, & repe-
titas non despicit, sed exaudit.
¶ Porro mystice, per amicum intelligitur deus sublimis, cui per Sapientem dicitur: Diligis
Ephe 2. om̃ia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. De quo ait Apostolus: Propter nimiam cha-
ritatem suam, qua dilexit nos deus. Similiter nomine amici intelligi potest vnigenitus dei in-
carnatus, qui de seipso testatus est: Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, vt animam suam po
nat quis pro amicis suis. De quo iterum legitur: Quum dilexisset suos, qui erant in mundo, vs-
que in finem dilexit eos. Ad hunc amicum ire debemus mentis deuotione, contemplatione,
& dilectio-

& dilectione, iuxta illud Psalmi: Accedite ad eum & illuminamini. Vnde ad Hebræos hortatur
Apl'us capitulo quarto: Adeamus cum fiducia ad thronum grãe eius, vt misericordiam con-
A sequamur. Eundũ est autem ⌊media nocte⌋ ficut fatetur Psalmista: Media nocte surgebam
ad confitendum tibi. Vel: Media nocte, hoc est, durante præsentis vitæ tribulatione, aduersi
tate, ignorantia, atq; multiplici peccati ruina, ⌊& dicet illi: Amice.⌋ In exordio precis nomẽ
amici præmittit, vt ex mutuæ dilectionis recordatione, attentione, seu inflammatione, ille qui
petitur ad exauditionem citius inclinetur, quum charitas impetrandi sit ratio. Nam & (Augu-
stino testante) amor est primum donum, in quo omnia dona donantur ⌊commoda mihi tres
panes.⌋ Isti tres panes intelligi possunt, illuminatio intellectus, charitatiua inflãmatio volun
tatis, & stabilitas memorię in diuinis, seu actus fidei, spei & charitatis, quibus deus pręcipue co
litur. ¶ Item tres panes sunt: Panis pœnitentiæ, hoc est, deploratio seu satisfactio pro pecca
tis. Panis Eucharistiæ, de quo loquitur Christus apud Iohannẽ sexto capitulo: Ego sum panis
vitæ. Et panis cõtemplatiõis internæ. Hi panes cõmodari nobis à deo dicuntur, quoniam de
donis nobis desup datis, ratio exigetur à nobis, vt ait Saluator apud Lucã duodecimo capitu-
lo: Cui plus datum est, plus requiretur ab eo. Et Gregorius asserit: Dum crescunt dona, ratio-
nes crescunt donorum, ⌊quoniam amicus meus venit de via ad me.⌋ Per amicum istum secũ-
dum quosdam intelligitur animus seu spiritus noster, qui dum p terrena, vana, atq; carnalia
detrahitur, oblectatur, & euagatur, à nobis recedit, iuxta illud in Psalmo: Cor meum dere
liquit me. Propter quod per Hieremiam prophetam dicit: Vsquequo delitijs dissolueris filia
vaga? Quum autem ad interiora sua regreditur, & salutaria meditatur, de via lata perditionis Hier. 31
ad nosipsos reuertitur, sicut Esaias testatur: Redite præuaricatores ad cor.
¶ Præterea per postulantem tres panes, intelligi potest, quicunq; alterius exhortator, & p ami
cum de via venientem, quicunque proximis exhortationibus indigens, sicq; exhortatori, seu
prædicatori tres panes sunt necessarij, vtpote sapientia mentis, ordinata loqutio oris, exem-
plaritas conuersationis, ⌊& non habeo quod ponam ante illum⌋ hoc est, a meipso nil virtutis
B aut gratiæ habeo, vt spiritum meum seu proximũ spiritualiter valeam roborare atq; reficere,
dicente Apostolo: Quid habes quod non accepisti? Et rursus: Non sumus sufficientes cogitare 1. Corin. 4
aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Nemo ergo se iactet, nec de 2. Co. 3
viribus suis præsumat, neque inaniter glorietur, ⌊& ille deintus respondens dicat.⌋ Recte ait
deintus respondens. Deus enim omnia implet, & animabus nostris illabitur, intusq; eas oc-
culta inspiratione alloquitur. Propter quod ait Psalmista: Audiam quid loquatur in me domi
nus deus. ⌊Noli mihi molestus esse,⌋ hoc est præcibus immoderanter pulsare. Hoc intelligen-
dum est, nõ quasi gloriosus ac inuariabilis deus possit proprie dictam sustinere molestiam, aut
hominum præcibus inquietari, sed quia frequenter affectu & more humano loquitur in scri
pturis, debilitati nostræ intelligentiæ condescendens, quemadmodum ait per Esaiam primo
capitulo: Laboraui sustinens. Et holocausta seu festa vestra facta sunt mihi molesta. Rursusq;
loquitur Esaias capitulo septimo: Nunquid parum vobis est esse molestos hominibus, quia mo
lesti estis & deo meo? Itaq; deus ait: Noli mihi molestus esse, ad insinuandum quam difficul-
ter & protracte sæpe audiat deprecantes. Quemadmodum sanctus Iob loquitur deo: Clamo
ad te, & non exaudis, sto & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus
tuæ aduersaris mihi. Per Hieremiam quoq; loquitur deus Hieremiæ de reprobo populo Iu- Hier. 7.
dæorum: Noli (inquiens) orare pro populo hoc in bonum, nec assumas laudem & orationem
pro eis, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te, ⌊iam enim ostium clausum est,⌋ hoc est,
aditus seu accessus ad impetrandum à me modo tibi nõ patet, ita quod preces tuæ adhuc locũ
non habent. Quo contra in ecclesiastico habetur: Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Et
beatissimo Cornelio Centurioni dictum est ab angelo, vt habetur in Actis: Orationes tuæ as- Acto. 10
cẽderũt in memoriam in conspectu dei, ⌊& pueri mei⌋ hoc est, electi atque beati ciues regni
cęlestis mecum sunt ⌊in cubili⌋ .i. in secretissima regule cœlestis palacij, vbi quasi in thalamo,
C Ecclesia triumphans suo sponso æterno inauertibiliter est coniuncta, & immediate, feliciterq;
vnita, facialiter cernens dilectum, nec per culpæ dissimilitudinem distans ab ipso, quemadmo
dum viatores, quibus dominus per Esaiam asserit: Iniquitates vestræ diuiserunt inter deum ve
strum & vos, ⌊non possum surgere⌋ .i. in actũ exauditiõis procedere, ⌊& dare tibi⌋ quæ petis.
¶ Denique quod de⁹ ait omnipotens: Non possum, non impossibilitatem, sed difficultatem 1. Re. 14
exaudiendi designat, non vtiq; ex parte dei, quum deo nihil sit difficile, prout à Hieremia
conscriptum est: Domine de⁹ non est tibi difficile omne verbum, sed difficultas est ex parte
orantis, propter indignitatem, indispositionemq; eius, quemadmodum Esaias populo Israel Hiere. 32
dicit: Ecce non est aggrauata auris domini vt non exaudiat, sed peccata vestra absconderunt Esa. 59
faciem eius à vobis, ne audiret.
Interdũ quoq; sup sapientissimus deus differt & tardat exaudire preces bonorũ ac dispositorũ
propter ratiõabiles causas ei notas ac placitas, vtpote ne homini orãti dona diuinorũ vilescãt,
charisme-

bonitatē,de quo ait Psalmista:Spūs tuus bonus deducet me in terram rectā,⌊petentibus se;⌋
A secūdum debitū modū orādi. Oratio nēpe(vt asserit Damascenus)ē petitio decētium à deo. Psal 42
Dicit̄ autē spūs sanctus dari his quibus sua dona ad grām gratū facientē pertinentia infundūt, Roma 5
dicēte Apl'o:Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm̄ sanctū qui datus est nobis.
Itaq; si pater carnalis,carnalibus filijs corporalia bona largitur,multo magis deus oipotēs,cre
ator spirituū,spūalisq; pr̄ rationaliū animaꝝ,filijs suis ad se incessanter clamātibus spūalia bo
na distribuit,præsertim cum ipse in omni bonitate,dilectione,pietate,& opulētia cunctos in-
finite excedat. Præterea aduertenda sunt verba sancti Basilij hic scribentis:Si quis ex corpore
exhibeat se desiderijs vanis,seu concupiscētijs acquiescat,&traditor suiꝑ ꝑfius fiat in manus ho
stium,hūc deus nec adiuuat,nec exaudit,quoniā per peccatū se fecit alienū à deo. Decet ergo
hominē offerre deo quicquid interest sua,clamare quoq; ad deū vt adiuuet eū. Est aūt diuinū
subsidiū implorandū non remisse,nec mēte huc illucq; vagāte,eo ꝙ talis nō solū non impetra
bit quod petis,imo magis dñm irritabit. Nā si quis coram principe stans,fixū ac custoditū ha-
bet tam extrinsecum q̄ intrinsecū oculū,ne forsitan puniat,quāto magis coram deo attentum
ac tremebundum oportet assistere? Si vero debilitatus mēte à peccato,fixe nō vales orare quā-
tumcunq; potes teipsum cohibeas,vt stando corā deo,ad ipsum dirigas intellectū,& deus ig-
noscit,eo ꝙ nō ex negligentia,sed ex fragilitate nō potes astare vt oportet. Si sic ergo teipsum
cōpellis,ne discedas donec accipias. Ideo aūt quādoq; petis & nō accipis,qm̄ perperam po-
stulasti,vel insideliter aut leuiter,aut nō expedientia ad salutē,vel destitisti nimis cito. Postre-
mo,ꝑ verba inducta,Chrs omnē fidelē ineffabiliter cōsolat̄,certissimā pr̄stans fiduciā exau-
B ditionis diuinæ,ideo certi de veritate promissionis vnigeniti filij dei, & de bonitate, charitate
ac munificentia patris æterni,inconcussibilē spem habeamus ad deū & filialē affectū ad eū,om
nemq; diffidentiā,hęsitationē,pusillanimitatem,in infinitū procul abijciamus,implentes illud
Apostoli:Sine intermissione orate. 1.Thess 5

¶ Prosequutio expositionis huius vndecimi cap. à loco quo ait:Erat Iesus
eijciens dæmonium & illud erat mutum. Arti. XXX.

TOta euāgelica series,sicut plena est supernaturalibus documētis seu assertionibus,ita
&supernaturaliū opeꝝ descriptionibus, vt vnū confirmet per aliud, vnde & nunc
post ꝓinducta Chri documēta narrat̄ quoddā ipsi' miraculū. ⌊Et erat Iesus eijciēs
dęmoniū⌋ ad hoie obsesso, ⌊&illud erat mutū⌋.i.mutū efficiēs hoiem,dicit̄ etenī
dæmon surdus aut mutus,nō formal'r,sed effectiue,eo ꝙ organa hois impediat ab vsu sensuū
auditus & visus. Hinc subditur. ⌊Et cū eiecisset dæmoniū,loquutus est mutus.⌋ Amota siqdē
causa,remouet̄ effectus. Ideo dæmone mutitatē causante eiecto,pristinā linguæ facultatē ade
ptus est homo, ⌊&admiratæ sunt turbæ⌋ de tāto miraculo tā impertaliter facto. Porro à Mat
thæo signū istud plenius recitatur,vbi legit̄:Tunc oblatus ē ei.s.Chr̄o,homo dæmoniū habēs Matt. 12
cæcus & mutus & curauit eū,ita vt loqueret̄ & videret,vbi ait Hieronym':Tria signa in eodē
simul peracta sunt,quia obsessus curatus est,& idē cæcus ac mutus visum recepit atq; auditū.
⌊Quidā aūt ex eis dixerūt.⌋ Isti secundū Matthæū,pharisæi fuerūt pleni inuidia cōtra Chr̄m
eo ꝙ sanctitate,fama,eloquētia,sapiā & miraculis eos ꝓcessit,cū ipsi humanæ laudis & glorię
cupidissimi essent,quoꝝ insaniā multi vsq; inꝑsens sequūtur,quibus cōpetit illud Chrysosto-
C mi:Sicut scarabęi nutriuntur stercoribus:sic inuidi alioꝝ infortunijs, ⌊In Beelzebub principe
dęmonioꝝ eijcit dæmonia⌋.i.virtute,ope seu inuocatione Beelzebub principis dæmonū ex
pellit dæmones ab obsessis,quasi dicāt:Nō diuina virtute hoc agit,nec per aliquā vitę suæ san
ctitatē,sed cū pessimus sit,familiaritatē & pactū habet cū principe dęmonū,qui inferioribus dæ
monibus iussit vt ad Iesu ꝓceptū egrediant̄,quaten' ꝑ hoc hoies fallant̄,putando ꝙ Iesus sit fi
lius dei. Itaq; secundū hos impijssimos pharisęos eiectio ista dęmonū fuit obediētia eorundē,in
principē suū,& simulata coactio. Vt aūt in lib. Regū habet̄:Belzebub fuit deus Accharon,ita 4 Reg 1
ꝙ Accharonitę idolū illud colebāt,in quo Iudęi pricipē dæmonioꝝ habitare dicebāt,sicq; no
mine idoli illius etiā principē dęmonioꝝ nominauerūt. ⌊Et alij tentātes⌋.i.experiri volētes,
an Chrūs diuina virtute eijceret dęmones, ⌊signū de cœlo⌋.i.aliquod cœleste & magnū mi
raculū soli deo possibile, ⌊quęrebāt ab eo,⌋ vt.s.tale miraculum ageret seu diuinit' fieri procu Iosue. 10
raret,quēadmodū ad inuocationē seu potius iussionē Iosue sol & luna steterūt in cœlo immo- 1 Cori 1
biles spacio diei vnius,sicq; certitudinal'r scirēt Iesum diuina operari virtute. Deniq; cōsuetu- Ioha. 4
dinariū fuit Iudęis q̄rere signa,,vt cōstat ex veteris & noui testamenti decursu,propter q̄d ait
Apostolus:Iudęi signa quęrūt. Et apud Iohannē ait saluator:Nisi signa & prodigia videritis,
nō creditis. ⌊Ipse aūt vt vidit⌋.i.intellectual'r inspexit,cogitationes eoꝝ,dixit eis. ⌋ Secun-
dū Bedā,nō ad dicta,sed ad cogitatu illoꝝ respōdit eis,vt vel sic cōpellerētur credere potentię
eius,qui cordiū nouit occulta. ¶ Sed qūo veꝝ est hoc,cū Euāgelista iam dixerit,quosdā illorū
dixisse:In Beelzebub principe dæmoniorum,&c.& alios signū à Iesu quęsisse? Ad quod respō
dendū videt̄,ꝙ pharisęi basse & secrete ꝑdicta verba inter se cōtulerūt,& signū quęrere decre

ℓ nerunt,

uerunt. Vnde Chrysostomus ait: Cũ pharisæoꝝ suspitio irrationabilis esset, metu multitudinis
non audebant eam diuulgare, ꝓterea cordiũ secreta cognoscere, aliorũq; cogitationes certitu- D
dinaliter intueri, vtpote singuloꝝ singulas deo est proprium, nec homo hoc potest, nisi deo
dante ac reuelante. Circa hoc scribit Gorra: Potest homo aliquas cogitationes alterius cogno
scere, de quibus agnoscẽdis legit Pilato librũ cõposuisse, sed singuloꝝ singulas solus deus cog-
noscit. Consequẽter tangit Christus rationem, qua reprobat verba dicentium, In Beelzebub
&c. ⌊Omne regnũ in seipsum⌋, i. cõtra seipsum ⌊diuisum,⌋ ita ꝙ vna pars regni contra aliã
præliat, ⌊desolabit⌋, i. cõtinuo debilitabitur & cito peribit, durãte intestina lite atq; discordia,
qm̃ sicut ꝑ cõcordiã paruæ res crescũt, sic per discordiã res maximæ dilabũtur. Secũdum Hie-
Osee 10 ronymũ: Virtus quoq; vnita fortior est q̃ dispersa. Hinc per Oseã scriptũ est: Diuisum est cor
eoꝝ, nũc interibũt, ⌊& domus supra domũ cadet⌋, i. habitatores vnius domus irruent sup ha
bitatores domus alterius, vel mutuo destruent ædificia sua, vel habitatoribus interfectis, ædifi-
cia vetustate deficient. ⌊Si aũt & Sathanas in seipsum diuisus est⌋, i. si vnus eoꝝ contra alium
pugnat & machinatur, ita ꝙ ego succursu principis dæmonum expello dæmonia, ⌊quomodo
stabit regnũ eius?⌋ i. regnum principis dæmonioꝝ, cum ipse contra proprium regnũ agat,
expellẽdo ab hominibus dæmones ei subiectos, quasi dicat, Non diu durabit, cum tamẽ tãdiu
duraturum sit, quousq; homines electi in hoc mundo per ipsum probãdi sunt, quod erit vsque
ad seculi finem. Si autẽ Iudæi & reprobi Iudaizantes affirment quod ad vocem Christi prin-
ceps dæmoniorum expulit dæmones, non ad sui regni dissipationem, sed confortationem, vt
scilicet homines æstimantes Christum ejicere dæmones diuino auxilio, maioribus implicaren
tur erroribus, tenendo Iesum esse filium dei, hoc facile reprobatur, cum vniuersa quæ Christus E
ore & factis edocuit, dæmoni potissimum contrarientur, Nempe ad quid tendit omnis Chri
doctrina, nisi ad priuati amoris omnimodam extirpationem, atq; ad diuinæ dilectionis syn-
cerissimam integritatem, ad suĳpsius cordialem contemptum, & ad dei diligentissimam vene
rationem, ad profundissimam humilitatem, ad patientiam inconcussam, ad omnium etiã inimi
corum beneficentiam & amorẽ, ad plenam in deo fiduciam ad idololatriæ extirpationem, ad
continuam puram ac feruidam mentis cum deo adhæsionem? Per quæ omnia certissimũ est,
regnum diaboli potissimum infirmari ac dissipari. Non ergo Christus cum principe dæmo-
niorum fœdus quiuit habere, & istud veris ac deuotis Christianis, non fide dumtaxat, sed ex-
perimentaliter quoq; certissimũ est, & per innumerabilia miracula soli omnipotenti deo possi-
bilia esse sic probauerunt, per quod vanissima atq; sacrilega Porphyrĳ cõtra Christianam fi-
dẽ excogitata figmẽta penitus destruuntur. Deinde Christus ad idem rationem aliã introdu
cit. ⌊Si autẽ ego in Beelzebub ejicio dæmonia,⌋ sicut expositum est, ⌊filĳ vestri,⌋ id est apo-
stoli, cæteriq; discipuli mei de vestra progenie orti. Vel, filĳ vestri, id est exorcistæ vestri, ⌊in
Luc 10 q̃ ejiciũt?⌋ qua potestate dæmonia ab obsessis expellunt. Supra scriptum est, quemadmodũ
apostoli & discipuli Christi eiecerunt dęmonia. Insuper inter Iudęos fuerunt aliqui exorcistę,
qui per exorcismos seu adiurationes à Salomone æditos, dæmones expellebant. ⌊Ideo ipsi
hi⌋, i. filĳ vestri, ⌊iudices vestri erũt⌋, i. quia dæmonum expulsiones per ipsos factas, non dia-
bolo, sed deo ascribitis, quas à me factas principi ascribitis dæmoniorum. Hinc filĳ isti vestri
erũt in die iudicĳ iudices vestri, nõ potestate, sed cõparatione, secũdum Hieronymum. Quo-
niã cõparatione eoꝝ isti peruersissimi pharisæi magis damnabiles apparebũt, cũ filĳ illi dęmo
nũ expulsiones deo attribuãt, isti diabolo. Præterea si per filios intelligãtur apostoli, cõstat ꝙ F
illi iudices erũt infidelium Iudæoꝝ in die iudicĳ assessoria dignitate, quẽadmodũ Chrũs eis prę
Matth.19 dixit: Vos qui sequuti estis me, sedebitis sup thronos iudicãtes duodecim tribus Israel. ⌊Por-
Matth 12 ro⌋ pro sed, ⌊si⌋ pro quia, ⌊in digito dei ejicio dęmonia. ⌊In Matthęo legitur: Si in spũ dei
ejicio dæmones, quo patet hoc loco ꝑ digitũ dei intelligi spm̃ sanctum, vt sit sensus, Si in digito
dei, i. potestate & operatiõe spũs sancti ejicio dæmonia, ⌊profecto ꝑuenit in vos regnũ dei⌋
, i. regnũ cęleste seu beatitudo æterna ꝑ me patefit vobis, dũ regnũ diaboli vinco atq; debilito,
cœlestisq; regni vobis introitũ ꝓparo . Expulsio quippe vnius cõtrarĳ est alteri⁹ introductio.
1. Iohã. 3 Hinc in canonica Iohãnis scriptũ est: In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Vel,
peruenit in vos regnũ dei, i. regnatiua virtus ac dñatio creatoris, qui ꝑ me hominẽ & ꝑ meam
humanitatẽ operatᷣ i vobis dæmonũ expulsionẽ, ita ꝙ ego sum Chrũs, vobis in lege ac pro-
phetis ꝓmissus, tanquã inter vos regnaturus, de quo Hieremias ꝓdixit: Regnabit rex & sapiẽs
erit. Angelus quoq; virgini gloriosæ de Chr̃o ꝓdixit: Regnabit in domo Iacob in ęternum &
Lucæ 1 regni eius nõ erit finis. Itaq; spũs sanctus dr̃ digitus dei, i. patris ac filĳ, qui sicut sunt vnus verus
deus, omniũq; vnus creator, ita sunt vnũ principium & vnus spirator spũs sancti. ¶ Dicit ergo
spũs sanctus digitus dei. Primo, quia sicut per digitum entia indicant, ita ꝑ spm̃ sanctum diuina
Iohan 16 hominibus demonstrant, iuxta quod loquitur Christus: Cum venerit ille spũs veritatis, doce-
bit vos omnẽ veritatem. Secundo, quia sicut per digitũ res sentitur, seu qũo sapiat experitur, ita
per spm̃ sanctũ homo diuinam experitur dulcedinem. Tertio, quia sicut per digitum homo

ꝓcipue

præcipue opera sua exequitur, ita per dona spiritus sancti, omnis homo electus opera æternæ
vitæ meritoria operatur. Augustinus vero in libro de quęstionibus Euangelij scribit, quod spi
A ritus sanctus dicitur digitus dei, propter partitionem donorū, quę ab ipso præstantur. Alij enim
(vt ait Apostolus) per spiritum datur sermo sapientiæ, alij gratia sanitatum, alij operatio virtu- 1. Cor. 12
tum, &c. Et paulo post addit Apostolus: Hæc omnia operatur vnus atq; idē spiritus, diuidens
singulis, prout vult. In nullis aūt mēbris nostris magis apparet partitio q̄ in digitis nostris. Rursus
Quēadmodū filius dei dicitur manus & brachiū patris, quoniā pater p filiū omnia operatur, sic
spiritus sanctus digitus dei vocatur, quia per eum veritas indicatur. ¶ Postremo pensandū q̄d
filius dei hic asserit se spiritu sancto minorem, quoad suam humanitatem, quoniam sancti spi-
ritus potestate sua humanitas operatur miracula, per quod impij Arrij falsitas declaratur, di-
centis spiritum sanctum puram creaturam, filijq; ministrum, & creatum à filio, quū tamen ī
Christo non poneret verā animā rationalem, sed solū verbū & carnē, quo stante, Christ⁹ à spi
ritu sancto nullā esset sortitus virtutē. ¶ Deinceps saluator per aliā rationem ac similitudinē p-
bat se dęmoni contrariū, non confœderatū. ⌊Quū fortis armatus, &c.⌋ Similitudo seu parabo
la ista, quātum ad literalem intelligentiam superficialiter sumptam, planissima est, sed exponē
da est mystice, vt sit sensus, Quum fortis armatus, hoc est diabolus fortis fortitudine naturali,
quia sicut est sublimis naturæ, ita & magnę potentiæ, propter quod in Iob habetur, Non ē po Iob 4
testas super terram quæ comparetur ei. Dicitur quoq; armatus, multiformi astutia, longa ex-
perientia naturali industria atq; scientia. Naturalia enī in dæmonibus permanserunt secundum
Dionysium quarto capite de diuinis nominibus, multiplici quoq; nequitia seu acie vitiorum ac
malignorum spirituum sibi subseruientiū, ⌊custodit atrium suum⌋. i. impiorum conuenticulū
seu mūdū in maligno positū, ne homines pœniteant, conuertantur, saluentur. Sic enī ante Chri
sti aduentū diabolus homines impios custodiuit, ne sibi subtraherentur, quia nunc pene in to-
to mundo idololatria ac cætera vitia præualuerunt, ⌊In pace sunt ea quæ possidet,⌋ hoc est iu-
xta suam voluntatem possidet tales, quia (vt ait Apostolus) ad voluntatē ipsius captiui ab ipso
B tenemur, & qui sic diabolo sunt subiecti, carnalē, falsamq; pacē habent, & dæmoni infeliciter 2 Timo 2
damnabiliterq; cōcordant, quā pacē venit Christus destruere, quēadmodū ait: Non veni pa- Matt. 10
cem mittere in terrā. Est itaq; pax vera, quæ est tranquillitas mentis in deo & concordia in bo
nis, falsa vero pax concordia est in malis, sicut dū spiritus seu ratio carnalibus desiderijs acqui-
escit, de qua pace ait Psalmista: Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Esaias Psal. 72
vero de vera, spiritualiq; pace testatur: Non est pax impijs. ⌊Si autem fortior illo,⌋ id ē Chri
stus potentior diabolo. Christus nanq; secundū naturam suam diuinā, infinite potentior extat
diabolo, totoq; vniuerso, secundum humanitatem quoq; suam fortior fuit & est diabolo, per
potestatem creatam suæ humanitatis supernaturaliter datā, ⌊superueniens,⌋ Christus enim
desuper venit, iuxta illud Iohannis: Qui de cœlo venit, super omnes est, ⌊vicerit illum.⌋ Chri
stus quippe in omnibus vicit diabolum, puta in tentatione illam viriliter refellendo, in passio-
ne illam patientissime tolerando, in descensu suo ad inferos, infernum spoliādo. Hinc de Chri
sto dixit Psalmista: Quis est iste rex gloriæ, dn̄s fortis & potēs, dominus potens in prælio. De
ipso quoq; in Apocalypsi habetur: Ecce vicit leo de tribu Iuda, ⌊vniuersa arma ei⁹ auferet,⌋
hoc est versutas eius fallacias, tentationumq; machinamenta fraudulentijs plena, quibus deci-
pit homines, cōpescet, deteget, superariq; faciet ab electis, sicut superius dixit discipulis: Ecce
dedi vobis potestatem calcādi sup serpentes & scorpiones, & super omnē virtutem inimici, ⌊ī
quibus cōfidebat.⌋ Diabolus nāq; in suis cōfidit astutijs iā præfatis, quē multi hominū assequū
tur, videlicet simulatores & callidi, qui prouocāt iram dei, q in Esaia loquuntur, Posuimus mē
dacium spem nostrā, & mēdacio protecti sumus, De quibus rursum asseritur: Confidunt ī ni- Iob. 30
hilo, & loquuntur vanitatem, ⌊& spolia eius distribuet.⌋ Spolia diaboli sunt peccatores, quos
tentando decepit, & creatori quasi subtraxit, ac suo subiecit domino. Hos Christus per gratiā
suam redemit & dęmonibus abstulit, eosq; distribuit custodiæ angelorū, ecclesiasticis quoque
C officijs assignauit. Captiuā enī ducēs captiuitatē, dedit dona hominibus, quosdā quidē aposto
los, alios Euāgelistas, alios aūt prophetas, alios vero doctores ordinans, seu pastores. Denique Ephe. 4
diuersas mūdi gentes à dæmone captiuatas Christus distribuit apostolis cōuertēdas, dicēdo:
Euntes in mūdum vniuersum, prædicate Euāgeliū oī creaturæ. Vnde passione instāte prænū
tiauit: Nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. In Esaia quoq; de Chri appellatiōe pdictū ē:
Voca nomē eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. ⌊Qui nō est mecum⌋. i. qui mihi nō
cōsentit, nec cōcordat, nec cooperat, ⌊aduersum me est⌋. i. mihi cōtrarius, & opera operibus Ioh. 12
meis cōtraria facit. ⌊& qui nō colligit mecū,⌋ hoc est homines ad deū creatorē non reducit,
nec virtutibus vnit, prout potest, & obligatur, videlicet orādo, docēdo, seu exemplariter cōuer-
sando, ⌊dispergit⌋. i. à deo auertit atq; erroribus se ac alios quātum in se ē, implicat. Per hoc
Christus insinuat sibi cū diabolo nullā esse cōmunionē aut cōuētionē, quū ipse sit humilis & be
nignus, dispersosq; per vitia & errores, reducēs & cōgregās ad vnitatē fidei, spei & charitatis,

atq; vnanimem dei cultũ. Porro diabolus superbus & malignus, semp conat hoies ab vnitate pdicta auertere, à veri dei cultu dispergere, p idololatrias ac cætera disgregare peccata. Hinc ait Apostolus: Quæ cõuentio Christi ad Belial, aut quæ societas lucis ad tenebras? Et in Iohan D
2.Cor 6 ne legitur: Iesus moriturus erat, vt filios dei qui erant dispersi, congregaret in vnum.
Iohan 11 ¶Cõsequẽter ostẽdit saluator populum Iudæorum sibi incredulum à dæmonibus inhabitari.
Matt. 12 ⌊Quum immũdus spũs exierit ab homine, &c.⌋ In Mathæo, vbi verba hæc scripta sunt, legit Christus protinus subdidisse. Sic erit generationi huic pessimæ, quo constat hæc de populo Iudæorum principaliter dici, ita quod nomine hominis, populus ille signatur, sicut frequenter in
Exod 32 veteri testamento, de toto populo illo, quasi de homine vno, fit sermo. Itaq; ⌊quum immũdus spũs⌋ .i. diabolus, qui ratione simplicis suæ naturæ dicitur spũs, & ob abundãtiã suæ culpæ vocat immũdus, ⌊exierit ab hoie⌋ .i. à populo Iudæorum expulsus est, qñ per Moysen data ẽ ei lex à deo in Sinai mõte, ⌊ambulat p loca inaquosa⌋ .i. per corda & collectiões gẽtiliũ, aqua sapiẽtiæ salutaris carẽtia circumit, ⌊quærẽs locũ⌋ .i. mansionem in eis ad decipiẽdũ eos, quẽad
1.Petri 5 modũ Petrus ait: Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiẽs circumit, quæriẽs quem deuorat, ⌊& nõ inueniẽs,⌋ hoc est in gentilibus fixã atq; perpetuã nõ reperiẽs mansione, quia p Christi apostolos sunt conuersi, ⌊dicit: Reuertar in domũ meã vnde exiui⌋ .i. ad synagogã seu populum Iudæorum, de quo exiui, eo tẽpore, quo deo digne seruiuit, sed qñ Christum recipere renuit, dæmon rursus ingressus est populũ illũ. ⌊Et quũ venerit⌋ diabolus ad synagogã, ⌊inuenit scopis mũdatã,⌋ hoc ẽ, forinsecus supficialiter ornatã quibusdã cærimonialibus obseruantijs & pharisæorum traditionibus, apparẽtiq; sanctitate, quæ oĩa tpe euãgelicæ legis reprobantur, vnde de hypocrisi Chrs in Euãgelio psertim redarguit scribas & pharisæos, ⌊& tũc vadit⌋
Matt. 23 diabolus cernẽs sibi patere introitũ ad Iudæos, ⌊& assumit secum alios septem spũs nequiores se⌋ .i. multitudinẽ & copiã tentatorum ac vitiorum. Septenario quippe vniuersitas explicat, quemadmodũ Chrũs dicitur de Maria Magdalena eiecisse septẽ dæmonia .i. vniuersa pctã morta-
Marci,16 lia, ⌊& ingressi habitãt ibi.⌋ Iã enĩ videmus q̃ indesinẽter corda infideliũ Iudæorum à dæmoni-
1.Thes. 2 bus fuerint inhabitata, qa (vt ait Apl'us) peruenit in eos ira dei vsq; in finẽ, de qbus i Apocaly-
Apoca 3 psi protestat Iohãnes: Dicũt se Iudæos esse & nõ sunt, sed sunt synagoga Satanæ, ⌊& sunt nouissima hoĩs illius peiora prioribus.⌋ Sicut enĩ hæc Iudæorum captiuitas quasi incomparabiliter E
maior est omni captiuitate quã sub lege ppessi sunt, ita nũc grauiora sunt pctã eorum, & propter enormiores transgressiones patiũtur hæc aspera, videlicet propter Chri psequutionẽ & occisionẽ, & qm̃ vsq; in psens quotidie Christũ blasphemant, secundum Hieronymum. ¶Præterea ista moraliter explanantur de quocũq; homine recidiuante, à quo tẽpore sui baptismi seu pœnitentiæ dæmon expulsus est, tuncq; pergit per loca inaquosa .i. corda bonorum à fluxu cõcupiscẽtiæ desiccata, atq; p abstinẽtias arefacta, tẽtare aggreditur ac superare molit, in qbus locum nõ inuenit, dũ ei viriliter reluctãtur. Tunc ergo ad priorẽ reuertitur, quẽ si inuenerit non vere intus purgatum, sed foris dũtaxat ornatũ, & non verã sanctitatẽ, sed apparentẽ virtutum decorẽ inaniter cupientẽ, tunc vadit & assumit septem spũs nequiores se, secundũ sensum ptactũ, q ingressi habitant in recidiuante, ita vt posteriora eius peccata fiunt prioribus suis vitijs deteriora. Vulnera etenĩ repetita sunt periculosiora, tam in corpore q̃ in anima. ⌊Factum est autem, quum hæc diceret.⌋ hoc est tam sapienter, prompte, euidenter ac fortiter Christus suos aduersarios reprobaret, ⌊extollens,⌋ id est deuote & libere eleuans, ⌊vocẽ quædam mulier de turba, dixit illi.⌋ Quidam hãc fœminam dixerunt fuisse sanctæ Marthæ ancillam, quæ admirata sapientiam atq; constantiam Christi, loquuta est, ⌊Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti⌋ .i. tanta est dignitas, sanctitas & pfectio tua o Christe, vt te satis cõmendare non valeam, sed merito etiam beatifico eã quæ te meruit generare, cuius mẽbra beatificata protestor ex tuo contactu, atq; obsequio tibi impenso. Quis enim digne collaudet sacrosanctissimæ virginis illius inuiolatissimum ac castissimũ vterum, in quo vnigenitus dei, deus maiestatis immensæ prælegit incarnari, homo fieri, tot mensibus commorari, crescere & nutriri, cuius post natiuitatem suam vbera suxit? Nonne admirabilis ac præstantissima virgo illa, ex filij huius vnione, communione, contactu, obsequio, inæstimabiliter dignificata, ac deificata, credenda est? Præ- F
terea quoniam Christi matrẽ esse vnicũ ac singularissimũ donũ est, Chrũs vniuersale pfert pconium, ad quod omnes valemus pertingere. ⌊At ille dixit: Quinimo⌋ .i. vtiq; sic est sicut dixisti, nec tantũ hoc solũ sic est, sed & ⌊beati qui audiũt verbũ dei & custodiũt illud⌋ .i. qui verba dei aure mentis aduertũt, seu etiã corporaliter libẽter audiũt, vt sciant & impleãt, memori-
Math 24 ter retinẽdo, & operi mãcipando, beati sunt iam in spe, & tandẽ beati erũt in re, sortiendo in pa
Ioha: 8 tria felicitatem æternã, dummodo iam laudabiliter pseuerent vsq; in finem. Hinc in Iohanne
Deut 6 refert Christus: Qui est ex deo, verba dei audit. Etenim verbum dei est vita, cibusq; animæ,
Matt. 4 quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Deniq; Chri-
Luc.4 stus his verbis conceptum sui spiritualem prætulit conceptui corporali, ita vt nec virgini gloriosæ profuisset ad salutem esse carnalem filij dei matrem, nisi & vere deuota fuisset & Christum

stum in mente spūaliter concepisset. Idcirco secundum Augustinum, beatior fuit concip iēdo
A Christum fide seu mente, q̃ ventre. Vnde & nos de alioꝝ quantumlibet propinquorū sancti
tate non præsumamus quod prosit nobis, nisi illorum virtutes sectari curemus. ⌊Turbis autē
concurrentibus⌋ ad Iesum vt verba sapientiæ eius audirent, & signa potentię suę conspicerēt,
⌊cœpit dicere: Generatio hęc, generatio nequam est.⌋ Supra in isto capite dictum est, ꝙ qui
dam dixerunt Christum in principe dæmoniorum eijcere dæmones, quibus Christus hucus-
ꝙ respondit, nisi quod interposita sunt verba mulieris Christum laudātis. Alij vero signū de
cœlo quærebant à saluatore, quibus nunc loquitur & respondet, dicendo: Generatio. i. plebs
ista postulans signū, nequam est, quia callida intentione, non proficiendi desiderio signū quæ-
rit. Porro in Matthęo legitur, ꝙ isti signum quærentes fuerunt scribæ & pharisæi. Scribę autē Matt. 12
fuerunt doctores & clerici Iudæorū, Pharisęi vero fuerunt religiosi eorum, vt astruit Beda, & ta
men peccata illorum Christus hic publice coram laicis reprehendit, vt etiam notat hic Gorra
⌊signum quęrit,⌋ quęrebant etenim signum aliquod magnū à Christo, per quod certitudina-
liter noscerent eum esse Christū, sicut expositum est, ⌊& signum nō dabitur ei, nisi signū Io-
nę.⌋ Certū est ꝙ Christus post hoꝝ ꝓlationē verboꝝ multa pręclarissima per seipsum & p
suos discipulos misso spū sancto, egit corā Iudęis miracula, ostēdendo se esse Christū, quomo-
do ergo nunc ait, Signū non dabitur ei, nisi signū Ionę? Et respondendū, quod sensus est, Si-
gnum nō dabitur ei. i. ego hac vice signum ei non dabo, quo Christū me esse cognoscat, nisi
signū Ionę. i. excepta re illa mysteriali ac typica, quę in figuram Christi accidit Ionę prophe-
tę. Isti equidē peruersi scribæ ac pharisęi iam multa pręclara Christi viderunt aut perceperunt
B miracula, infideliter quoqꝫ, malitiose & irreuerenter quęrebant signū, idcirco à Christo exaudi-
ri non meruerunt. Deinceps exprimit Christus signū seu mysticum factū Ionę prophetę, q̃d
in libro Ionę, qui in numero duodecim prophetaꝝ minorū quintus est, plenius continetur.
⌊Nam sicut Ionas signū fuit Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi huic.⌋ Ionas quip
pe signū fuit Niniuitis, pręedicendo eis eoꝝ subuersionē, videlicet nisi conuersi pœnitentiam
agerent: sic Christus viua voce scribis & pharisęis ęternam eoꝝ damnationem ꝑdixit, nisi ver
bis suis crederent atqꝫ veraciter pœniterent. Veruntamen Matthęus pręfigurationem istam Matth 12
clarius recitat, dicens: Sicut em̄ fuit Ionas in ventre cęti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit
filius hominis in corde terrę. i. in monumēto tribus diebus & tribus noctibus, vtpote ponendo
partem pro toto. Insuper Christus declarat magnitudinem culpę & pœnę scribarum ac pha
risęoꝝ. ⌊Regina austri⌋. i. regina Saba, quę dicitur regina austri, quoniam regio illa Saba fuit
in parte australi, respectu Iudæę, ⌊surget⌋ id est resuscitabitur & apparebit ⌊in iudicio⌋ id ē in
die extremi ac generalis iudicij, ⌊cum viris generationis huius.⌋ Boni nanqꝫ & mali simul re-
surgent, Dicitqꝫ Beda hoc loco, Regina austri, electa esse non dubitatur, ⌊& condemnabit il-
los,⌋ non potestate iudiciaria, sed cōparatione operis melioris, secundum glossam, quoniā ex
facto bono illius reginę, isti apparebunt damnabiles, imo & damnabiliores. Hinc subdit, qa 3 Reg 10
venit à finibus terræ⌋. i. à locis valde remotis, ⌊audire sapientiam Salomonis⌋ vt patet in li-
bris Regū, venit em̄ cum grandi exercitu & aromatibus multis. ⌊Et ecce plus quā Salomon
hic⌋. i. sapientior Salomone sum ego, qui secundum quod deus substantialiter sum sapientia
infinita, secūdū naturam quoqꝫ assumptā, sapientior sum omni mēte creata, etiam angelica at-
C qꝫ Seraphica, & tamē à vobis cōtemnor ac reprobor, dęmoniacusqꝫ appellor. ⌊Viri Niniuitę⌋ Ionæ 3
qui habitauerūt in Niniue ciuitate, magna itinere dierum trium, vt scribitur in Iona, ⌊surgent
in iudicio cū generatione hac & cōdemnabūt illam⌋ eo modo, quo de regina austri expositū
est, ⌊quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionę.⌋ Quum em̄ Ionas in Niniue ꝑdica
ret, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, rex & populus in Niniue magnam pœni-
tentiā assumpserūt, induentes se saccis & ieiunantes, deumqꝫ valide inuocātes, vt à Iona scribi-
tur. ⌊Et ecce plus q̃ Ionas hic. ⌊Ille em̄ fuit propheta, Christus autē rex & dominus prophe-
tarum, ille creatura, iste creator & deus, & tamen ad pręedicationē Ionæ, paucis diebus in Nini
ue, id est quadraginta, secundum Gorram, prædicantis, nec aliquod ibi miraculum facientis, cō
uersi sunt Niniuitæ, Chr̄o aūt multo diutius ꝑdicanti & multa ac magna operāti miracula,
scribę & pharisæi credere cōtempserunt, nec cōuersi sunt, nisi perpauci.
¶ Cōsequēter Christ⁹ demōstrat se propter Iudęoꝝ istoꝝ incōuertibilitatem nō debuisse à
sapiētiæ suę cōmunicatione seu prædicatione cessare, quia & vna ratio, ob quam animę suę data
fuit sapientia tanta erat, vt p sapientiā suam malis & bonis verbū dei annūciaret, omnesqꝫ quā-
tum in ipso fuit illustraret, iuxta illud Esaiæ de Christo ꝑdictū, dicēte patre ad filium: Dedi te i
fœdus populi, in lucem gētium, vt aperires oculos cęcorū, & educeres de conclusione vinctū.
Itaqꝫ per similitudinem Chr̄s declarans propositum, ait. ⌊Nemo lucernam accendit & in ab
scondito ponit⌋ eam, ⌊neqꝫ sub modio, sed supra candelabrū, vt qui ingrediuntur⌋ domum
⌊lumē videāt.⌋ Hoc vtiqꝫ in exterioribus obseruari sic consueuit, quo Chr̄s intendit, q̃d de-
us trinitas animæ suæ tantam sapientiam non infudit, vt eam prorsus absconderet, sed vt con-

gruo tempore per eam alios illustraret, publice prædicando. Itaq; lucerna est Christi humani
tas luce sapientiæ præclarissime illustrata, quam deus noluit in abscondito ponere, hoc est sub D
vmbra legis noluit eam latere, sed per gratiæ fulgorem atq; euangelicæ veritatis prædicationē
manifestari, ⌊neq; sub modio,⌋ id est sub Iudæorum climate noluit eam artare, sed totum mū
dum per ipsam illuminare. Hinc per Esaiam pater loquitur Christo: Parum est vt sis mihi ad
suscitandas tribus Iacob, & fęces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt sis sal⁹ mea
vsque ad extremum terræ. Posuit ergo deus lucernam hanc super candelabrum, id est, electæ
Psal 2 synagogæ, videlicet & primitiuæ ecclesiæ arcem, imo & toti ecclesiæ Christum præfecit, secū
dum quod ait in psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum
eius, prædicans præceptum eius. De quo candelabro septemplici dono sancti spiritus refulgē
Zachar. 4 te exponitur illud Zachariæ: Et vidi & ecce candelabrum aureum, id est ecclesia diuino amo-
re ornata, & lampas eius, vtpote Christus, eam illuminans super caput eius, & septem infuso-
ria, id est vniuersitas doctorum, lucernis erant. Hinc in Apocalypsi septem ecclesiæ Asiæ per
Apoca. 1 septem candelabra aurea designantur. Quemadmodum enim vna est vniuersalis ecclesia, &
multæ ecclesiæ particulares, ita dicitur vnum candelabrum & multa candelabra. Igitur sup
candelabrum, id est ecclesiam, Christus est positus, vt omnes qui ingrediuntur ecclesiasticam
domum, conspiciant lumen Christi, hoc est doctrina euangelica clarificentur atq; regantur.
Porro quod Christo secundum suam humanitatem competit esse lucernam, constat ex eo q̄d
in Apocalypsi habetur: Dominus deus omnipotens illuminabit eam, videlicet ciuitatē dei san-
ctam Hierusalem, & lucerna eius est agnus, de qua & illud prouerbiorum sumitur: Non
Prou. 31 extinguetur in nocte lucerna eius, puta mulieris fortis, per quam ibi figuratur ecclesia, quam Io E
hannes in Apocalypsi sponsam atq; vxorem agni appellat. Ex præinductis Christus ad nostrā
se informationem conuertit. ⌊Lucerna corporis tui oculus tuus.⌋ Hoc de materiali oculo
ad literam verificatur per similitudinem oculi cum lucerna. Quemadmodū enim in lucerna
lux continetur, totam lucernam sua claritate perfundens, ita in corporali organo oculi lux cō-
tinetur visiua, qua totum corpus in suis motibus actibusq; dirigitur. Sed Christus (sicut ex cō
sequentibus ostenditur verbis) non de corporali oculo principaliter loquitur, sed per verbum
præhabitum innuit, quod sicut oculus corporalis est sensibilis corporis nostri lucerna, sic ocu-
lus noster interior, scilicet intellectus seu eius intentio est oculus animæ nostræ, operumq; no
strorum, quæ mystice corpus vocantur. Anima quippe est totum potestatiuum plures in se vi
res habendo ac continendo, quemadmodū corpus multa continet membra, sic & totalitas siue
congeries operum, corpus tropologice nuncupatur. ⌊Si oculus tuus fuerit simplex,⌋ hoc est,
si intellectus vel eius intentio fuerit absq; errore & obliquitate, hoc est absq; duplicitatis seu si
mulationis siue hypocrisis plica & macula, ⌊totū corpus tuum lucidū erit,⌋ id est, tota anima
recte dirigetur ab intellectu & luce sapiētiæ eius clarescet, operũ quoq; congeries, vere virtuo-
sa consistet, quia intentio imprimit speciem operi, secūdum Ambrosium.
¶ Deniq; (vt scribit hic Gorra) intentio duplicier dicitur, vno modo motus mentis ordinan-
tis opus in finem, alio modo ipse finis intentus, ad quem mens ordinat opera sua. Itaque de in
tentione loquendo, primo modo, ex ipsa intentione indicantur opera siue bona siue mala,
nam ille motus mentis sic ordinantis nunquam est bonus, nisi ordo sit rectus, nec ordo est re-
ctus, nisi conuenienter ordinentur extrema. Sed secundo modo de intentione loquendo, non
omnia opera ex intentione iudicantur, sed illa quæ de se bona sunt vel indifferentia. Quædam F
vero sunt de se vitiosa & mala, quæ hoc modo ex intētione bona seu fine bono bonitatem nō
sortiuntur, vt si quis adulteretur quatenus à cōcupiscētiæ molestia releuatus, quietius spūalibus
vacet. Hinc alij dicūt, q̄ duplex est finis siue intētio, vtpote intendētis, & rei seu operis. Finis au
tem intendētis est quē agēs sibi præfigit, quāuis media nō sint proportionata ad huiusmodi fi
nem, idcirco bonitas talis finis non semper sufficit ad bonitatē moralem operationis. Alius ve
ro finis, vtpote finis rei seu operis, dicitur finis operibus seu medijs ad finem ordinatis propor
tionatus ac congruens, idcirco à tali fine operatio dicitur bona & mala. ⌊Si autem nequam fu-
erit,⌋ i. si intētio tua seu intelligētia aut ratio fuerit peruersa, ⌊etiā corpus tuū tenebrosum erit,⌋
i. operū tuorũ congeries siue collectio, ex tali intētione procedēs vitiosa cōsistet, & tota ani-
ma tenebris vitiorum & ignorantiarum implebitur, nempe si praua præcedat intētio, opus se
quitur vitiosum, quāuis foris bonū appareat, vt si quis eleemosynā tribuat ex intētione laudis
humanæ. Idcirco secundum Augustinum, primo curandum est, vt recta sit mentis intētio, &
ne intellectus peccatis ac passionibus obscuretur, sicq; in iudicando sit errans. Intellectus etenī
habet ipsam volūtatem quæ de se cæca asseritur, omnes quoq; alias animæ vires in actibus suis
dirigere. ⌊Vide ergo,⌋ id est caue, secundum quod cautio est pars prudentiæ, ad quam
Ephe. 5 pertinet pericula deuitare. Vnde Apostolus monet: Videte quomodo caute ambuletis, ⌊ne
lumen quod in te est, tenebræ sint.⌋ i. ne tua ratio siue intētio sit peruersa, aut modis prætactis
obscurata aut obliquata, q̄d fit si opera nostra ad debitū finem non ordinamus, videlicet ad dei
gloriā,

gloriam & honorē, beatitudinḗq; æternā, sed ad carnales delicias, corpales diuitias, aut tēpora-
A les huius vitæ honores vel ad aliqd deo cōtrariū. Hinc hortat Apl's: Om̃e q̃dcūq; facitis in ver- Coloss 3
bo aut ope, oīa in noīe dñi nr̃i Iesu Chr̃i agite, gr̃as agētes deo pr̃i p ipm: ⌊Si ergo corp⁹ tuū
totū lucidū fuerit⌋.i. si vniuersitas seu tota cōgeries op-ꝝ tuoꝝ fuerit virtuosa, vt tā intētio q̃ a-
ctio iñ pcedēs sint bonę⌊ nō habens aliq̃ partē tenebraꝝ.i. nullū pc̃m mortale habēs admi-
xtū. Partes em̃ tenebraꝝ.i. spēs vitioꝝ sunt supbia, auaritia, luxuria, &c.⌊erit lucidū totū⌋.i.
tūc totū opus tuū erit vere, atq; simpliciter meritoriū, deoq; placitū. Nā vno mortali pc̃ō oīa
opa meritoria mortificant, si vero nullū insit pc̃m mortale, charitas dei, & gr̃a reddūt opera co
rā deo splēdētia Hinc in Ecclesiastico habet: Qui in vno peccauerit multa bona perdet⌊& si- eccls 9
cut lucerna fulgoris⌋.i. lucerna psulgida⌊illuminabitur⌋.i. īclite decorabit, ita ꝙ aīa tua his bo
nis corā deo pulchra erit ac fulgida. Quēadmodū em̃ virtutes & dona ac gr̃a spūs sancti sunt
lumina q̃dā illuminātia mētē, sic & actus virtuosi sunt mētis illustratiōes, & p eos aīa ad illūina
tionē disponit ampliorē, sicut opa vitiosa tā interiora q̃ exteriora sunt aīę obtenebratiōes, &
vnum eoꝝ ad aliā obscurationē inducit. Hinc ī Prouerbijs asserit: Iustoꝝ semita quasi lux splē Prou 9
dens procedit, & crescit vsq; ad perfectā diē, via vero impiorum tenebrosa, nesciūt vbi corru-
unt. Itaq; puris cogitationibus, sanctis affectiōib⁹, vtilibus q̃q; sermonibus, ac virtuosis operi-
bus, nosipsos iugiter adornare nitamur.

¶ Elucidatio residuę partis vndecimi cap. Et quū loqueret, rogauit illū qdam pha
risæus vt prandere apud se. Arti. XXXI.

B CONsequēter describit iusta ac sapiētialis increpatio pharisæoꝝ & scribaꝝ à Christo
⌊Et quū loqueret⌋Christ⁹, nō ait Lucas: quū loqueret hęc vtpote stati phabita, qa Matth. 12
nō statim post plationē illoꝝ accidit q̃d hic narrat, vt patet ex his q̃ in Matthæo
scripta sunt. Ibi nanq; habet adhuc eo loquēte ad turbas.i. ea q̃ stati phabita sunt. Ec
ce mater eius & frēs eius stabant foris quęrentes ei loqui, ad quod quū respondissent, rogatus est à
pharisæo sicut nūc dr̃: ⌊rogauit illū qdā pharisęus vt prāderet apud se.⌋ Causa iactātię, & exhy
pocrisi dr̃ hoc pharisæus egisse. Christus tñ q pctōres venit sanare ac informare acquieuit ro-
ganti. Nā subdit: ⌊Et ingressus⌋ domū pharisæi ⌊recubuit. Pharisæus aūt cępit intra se reputās
dicere⌋.i. Christo ad mēsam sedēte seu accedēte. Pharisæus reputās Christū cōtra bonos mo
res fecisse intra se, dixit seu cogitauit. ⌊Quare nō baptizatus esset añ prādiū⌋.i. cur Christus
manus suas nō lauisset añ accessum ad mēsam. Hoc qppe fuit cōtra cōsuetudinē Iudęoꝝ, iuxta Mar 7.
illud Marci: Pharisæi aūt & oēs Iudæi nisi crebro lauēt man⁹ suas, nō manducāt. Huic cōsue-
tudini Christus nō fuit subiectus, nec eā hac vice seruauit, vt tali occasiōe ad saluberrimā pha-
risæorum increpationē ac instructionem veniret. Pro eadē etiā causa discipuli Christi à scribis
& pharisæis increpati legunt apud Matthæum, vbi habet: Quare discipuli tui trāsgrediuntur
traditiones seniorū. Nō em̃ lauāt manus suas cū mādūcant⌊Et ait dñs⌋Iesus⌊ad illum⌋non Matt. 15
ad verba vocalia, sed mētalia pharisæi Christ⁹ rñdit, ostēdēs se cordiū inspectorem, de quo in
Prouerbijs Salomon loquitur: Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorē animę tuę ni-
hil fallet. ⌊Nunc vos pharisæi quod deforis est calicis, & catini, mundatis⌋.i. vasa exteriora, ex Prou 4
quibus bibitis atq; comeditis, lauādo purgatis, ⌊q̃d aūt intus est vestrū⌋.i. mens seu anima ve-
stra⌊plenū est rapina⌋.i. pc̃ō & amore rapinę⌊& iniquitate⌋in deū directe cōmissa, ita ꝙ ple
C ni estis vitijs cōtra deum & proximum. Ecce quātus fuit in Christo zelus iustitiæ, qa hominē
ipm inuitātē, à tā acuta increpatione non pepercit. Nil enim ipsum ab æquitate quiuit auerte-
re. ⌊stulti⌋ Quō Christ⁹ q cępit facere & docere, pharisæos hos stultos appellat, quum ipsemet
dicat: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Et respondendum quod quum verba oris
sint expressiua interioris conceptionis, affectionisq; cordis. Culpa & virtus iudicantur esse in
verbis, ex qualitate dispositionis, seu conceptionis, affectionisve cordis, idcirco ex contemptu
& elatione dicere: Fatue, cum animo exprobandi, prohibetur à Christo. Non aūt si dicatur
ex charitate animo corrigendi. Præsertim à superiori & iudice cuius est alium iuste & charita
tiue arguere. Sic etem̃ Paulus scribit ad Galatas: O insensati Galatæ. Et Christus post resurre
ctionem dixit discipulis: O stulti & tardi corde ad credendū. Christus vero omnium scribarū
& pharisæorum iudex, princeps, & dominus fuit, tanquam verus & summus rex Israel⌊Nō-
ne qui fecit quod deforis est⌋Hoc est corpus humanum quod vultis lauando mundari, ac cor
poralia reliqua, etiam id quod deintus est⌋ vtpote anima quam à vitijs non purgatis ⌊fecit?⌋
per creationem, quo constat, quod vtriusq; naturæ deus requirat munditiam, prout monet
Apostolus: Mundemus nos ab omni inquinamento mentis & corporis perficientes sanctifi
cationem in timore dei, imo quo anima corpore extat præstantior, eo plus internę puritati stu
dendum est. ¶ Præterea, hac Chr̃i authoritate, clarissime refutatur hęresis sacrilegi Manichæi,
duo ponentis principia rerum, asserentis corpus humanum à diabolo factum, animam vero à
deo lucis q̃d etiam cōtra naturalē est philosophiā, quum de summo deo Aristoteles asserat. Ab
hoc ente, omnibus deriuatum est esse, & viuere, his qdem clarius, his autem obscurius, quod

Plato atq; Platonici subtilissime probauerũt, ꝓsertim Proclus Platonicus in elementatiõe sua
theologica in qua & ipsam primã materiã ꝓbat p se à bono exortã. ¶ Deinceps Chr̃s animarum D
sapiẽtissimus medicus post increpationẽ rigorosam adiũgit informationẽ benignã tãq̃ post vi
nũ austeritatis adhibens oleũ pietatis & post vulneris ostensionem, applicãs medicinã. L Ve-
runtñ q̃d superest J. i. q̃d tã multo scelere cõtaminatis pro remedio restat L Date eleemosynã J
vel q̃d superest, i. de his quæ superfluunt vobis videlicet necessario victui atq; vestitui vestro
ac domus vestræ, facite eleemosynam, & ecce oĩa mũda sunt vobis J. i. virtute eleemosynæ
à peccatis omnibus efficiemini puri. Quẽadmodũ aũt ĩ libris de ciuitate dei, recitat Augustinus:
Quidã horum occasione verborum dixerũt, eos q opera misericordię exercẽt, in æternum nõ posse
damnari, quorum error faciliter reprobatur, Christus etenĩ loqtur de eleemosynarum largitio.
Ne prout est act⁹ misericordiæ ad charitatẽ infusam ptinẽtis, ita q̃d ẽ eleemosynarum largitio ẽ
opus virtuosum à charitate imperatũ, & à virtute q̃ misericodia nũcupaf, elicitiue procedens,
sicq; eleemosynã agere meritoriũ est vitæ ęternæ. Nec ideo Christus hæc ait, q̃si sola eleemosy
narum largitio sit purgatiua à vitijs, sed qa inter remedia cõtra peccata est q̃ddam præcipuũ & p
appropriationẽ quãdam, veniam desuper promeref, qa condecens est, vt deus sic faciat no-
Matt. 5 bis, sicut nos facimus proximis nostris. Propter quod ait Christus: Beati misericordes, quoniã
ipsi misericordiã consequent. Hinc Daniel Nabuchodonosor regi cõsuluit: Peccata tua (ingẽs)
eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Vnde in Tobia sanctus dei an-
Tob. 12 gelus Raphael protestaf: Eleemosyna à morte liberat, & ipa est q̃ purgat peccata, & facit inue
Prou. 15 nire vitam æternã. Salomon quoq;: Per fidẽ (inquit) & misericordiam purgauf peccata.
¶ Postremo, Christus tanq̃ sapiẽtia patris discrete loquutus est, q̃d superest. i. de sup̃fluo neces- E
sitatis vr̃æ datæ eleemosynã, quia nõ ita agẽda est scd̃m Bedã eleemosyna, vt teipsm consumas
inopia. Dicit quoq; Chrysostomus, ꝙ eleemosyna ꝓstantior est ieiunio, q̃uis illud sit laborosi-
us. L Sed væ vobis pharisęis J. i. æterna dãnatio imminet vobis, nisi pœniam dignã egeritis.
L q decimatis mẽtam & omne olus J. i. de reb⁹ his paruis ac vilibus decimas datis, siue exigitis
vsq; ad minima, magnam vim facientes, in obseruantijs minorum, & nullam aut paruam in ob
seruantijs præcipuorum, prout consequenter Christus declarat. ¶ Porro quemadmodũ olus
valet ad alimẽtum, sic ruta & menta ad medicamẽtum. Nam ruta acuit visum. Menta reficit &
confortat olfactum L & ꝓteritis iudiciũ J. i. veram discretionẽ omittitis, nec proximis ac subdi-
tis rectũ iudiciũ facitis, nec iudicialia dei ꝓcepta seruatis, sed neq; vosipsos rite discutiẽdo salubri
ter iudicatis, cõsiderãdo, confitendo, arguendo, & castigando propria vestra peccata L & cha-
ritatẽ dei J ita quod nec vere diligitis, nec proximis charitatẽ dei. i. charitatẽ veram ac spũalem
à deo infusam ac iussam, impẽditis, sed carnali pleni estis amore. ¶ Deniq; Chr̃s aptissime iudi-
ciũ charitati cõiunxit, qa iudiciũ sine charitate in crudelitatẽ cõuertitur, charitas aũt sine iudicio
in remissionẽ, charitas vero cũ iudicio ĩ æquitatẽ, ita ꝙ pietas miscef iustitię L Hæc oportuit face
re J. i. charitatẽ dei iudiciumq; seruare in primis ac principaliter est necesse. Charitas nãq; sum
ma est virtus, vitaq; animæ, sine qua nulla virtus proficit ad salutẽ, nec rõnem virtutis pfecte
sortif, nec aliqua actio sine charitate ẽ meritoria. Hinc in Michæa habetur: Indicabo tibi homo
Prou. 3 qd sit bonũ, vtiq; facere iudiciũ, L & illa minora (vtpote) decimationẽ mẽtæ & rutæ ac olerũ,
L non omittere J, sed implere scd̃m illud Prouerbiorum: Honora dominum de tua substantia, &
de primitijs frugum tuarum. Quãuis aũt ista decimatio ad cæremonialia pręcepta ptinuit, nihilo F
minus Christus asseruit eam non debuisse omitti, qa dum ista loquutus est, nondum fuerat euã
geliũ vndiq; publice diuulgatũ, idcirco cęrimonialia legis adhuc erãt seruãda. ¶ Præterea cõns
endũ, ꝙ in lege fuit decimatio triplex. Vna fuit debita seu ꝓcepta quæ dabatur Leuitis, de fru-
gibus vniuersis, altera fuit ptim spõtanea, partimq; debita, vt oblatiões q̃ fiebant in scœnophe-
gia. i. Pascha & Pẽthecoste, qa pro libito suo licebat Iudæis tũc offerri plus aut minus, & quo
adhoc oblatio talis dicebaf, & qm̃ aliqd tenebanf offerre, dicebaf quodammodo debita, tertia
fuit oĩno spõtanea, quæ gratis dabaf. Dicit aũt circa ista Chrysostomus: Iustitiã, misericordiã &
fidẽ, propter suã gloriã deus mandauit, decimas vero propter sacerdotes qui de suo lucro soli
cite agebant, sed de gloria in salute hominũ negligẽtes fuerũt. Sic & nũc oẽs de honore suo
solicite sunt, de dei aũt honore pauci aut nullus suas portiões vigilãter defendunt, obsequium
ecclesiæ non attendunt, idcirco vę eis. Itaq; vsq; in præsens, multi etiã apparenter religiosi, pha
risæos sequuntur, qa de interiori puritate, interna deuotione, synceraq; dei ac proximorum dile-
ctiõe ac cæteris principaliter obseruãdis modice curãt, de exterioribus vero quibusdam cęri-
monialibus obseruatiõibus, seu pũctis parũ poderãtibus deuotionũq; apparẽtijs non mediocri
ter extãt soliciti, qui iuxta Chr̃i doctrinã pricipaliora & necessariora ac viciniora saluti, primo
& pricipali⁹ satagãt custodire, deĩn & alia ordĩate, imo obseruãda sunt oĩa bona atq; salubriter
Eccle. 7 instituta, quũ Salo. dicat: Qui timet deũ nihil negligit. In Eccõ q̃q; legif: Qui spernit modica
Eccle. 19 paulatim decidit. Etenĩ Aug. testante: Sicut submergif qui saxis deprimif, ita qa arena obruif.
¶ Insup rephẽdit saluator supbiã & ambitionẽ pharisęorũ. L Vę vobis pharisæis q diligitis J. i.
vano

vano affectu appetitis⌊ primas cathedras in ſynagogis⌋.i.dignitates, & loca altiora ibidem*
quã in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit: Noli quęrere cathedrã honoris. Et nõ ait Chrſus: Væ q habetis
primas cathedras, ſed q diligitis eas, qm̃ hæc iniuncta ſuſcipere charitatis ẽ, appetere vero am
A bitionis, ⌊& ſalutationes in foro,⌋ vbi cauſæ tractantur, deinde arguit iſtos de ficta ſanitate, Eccl 7
atq; hypocryſi. ⌊Væ vobis qui eſtis vt monumenta q̃ nõ apparent.⌋ hoc ẽ, quomodo intus
diſpoſita ſint, ⌊& hoies ambulantes⌋ ſupra pulchra hmõi ⌊neſciunt⌋ qualia intus exiſtant, ita
& vos phariſæi quã ſitis hypocritæ calliditatibus pleni, quã foris virtuoſi paretis, intus pleni e-
ſtis ſpurcitijs vitioꝝ, & ſpecie ſupductæ ſanctitatis decipitis homines, vnde apud Matthæum
comparatio iſta clarius ſcripta ẽ, Christo dicẽte: Væ vobis q ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, Matt 23.
q à foris patent hoibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia,
ſic & vos, à foris qdẽ paretis hoibus iuſti, intus vero pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. O quã
multi nũc ſimiles illis miſeris phariſæis inueniunt, qui quã ſint hypocritæ, hoibus, magis q̃ deo
omipotenti, incõparabili, & immẽſo cupiũt cõplacere, ſicq; ſuos pdunt labores, & p opa dege
nere bona, p quę æternã beatitudinẽ mererent, ſi ex charitate ad dei honorẽ hæc facerẽt, iſferna
lia promerẽtur incẽdia. Abijciamus ergo totaliter tam viliſſimũ crimẽ, quia & in Iob ſcriptura
fatet: Laus impioꝝ breuis eſt, & gaudiũ hypocrite inſtar puncti, imo quam deteſtabile ſit hy
pocritaꝝ vile collegiũ, & q̃ enorme piaculũ exiſtat hypocriſis, cõſtat ex eo q in Iob legit: Nũ
quid deus exaudiet vocẽ hypocrytæ, quã venerit ſup eũ anguſtia, aut poterit in omipotẽte de 1 Cor. 6
lectari. ¶ Deniq; ſcdm Chryſo. ſtiuſtoꝝ corpa tẽpla ſunt dei, quẽadmodũ ad Corinth. ſcri
bit Apoſtolus: Mẽbra vr̃a templa ſunt ſpũs ſancti. Corpora vero peccatoꝝ ſepulchra dicunt,
qa in eis ſunt animæ ſpũaliter mortuæ. Rurſus ſcd'm Chryſoſtomũ: Sepulchrũ q̃ diu clauſum
ẽ, pulchrũ videt, ſi aũt apertũ fuerit, apparet horribile, ſic ſimilatores, q̃ diu nõ cognoſcũtur lau
dabiles reputant, quã aũt cogniti fuerint, vituperabiles cognoſcunt. Sepulchrũ dr̃ quaſi ſemi-
pulchrũ, tales ſunt hypocritæ, exteri⁹ nitidi, interius fœtidi, ideo nõ ſicut filij Eccleſię, q̃ ait in Cã
ticis: Nigra ſum ſed formoſa. Nigra vtiq; exterius, ſed formoſa interius, Iſti ẽ cõtra intus ſunt
B fœdi, & foris volũt apparere pulchri, ac boni, contra q̃s ait Chryſoſto. O hypocrita ſi bonũ
eſt eſſe bonũ, cur nõ vis eſſe, quod vis apparere. Aut ergo eſto quod appares, aut appare quod
es. Quod eſt ſophiſma in philoſophia rõnali, i. hypocriſis in morali. ⌊Reſpondens autem qdã
ex legiſperitis ait illi: Magiſter hæc dicens⌋ contra phariſæos ⌊etiã nobis⌋ legiſperitis ⌊cõtu
meliã facis⌋.i. honori, & ſtatui noſtro derogas. Hoc præſertim dixit hic legiſperitus, qm̃ Chri
ſtus inter cætera arguit phariſæos, q primas cathedras, amarẽt in ſynagogis. Fuerũt autem in
ter Iudæos cathedræ doctoꝝ & iudicum atq; pontificũ. Cathedra vero doctoꝝ congruebat
legiſperitis, q fuerũt ſcribæ & doctores, ac clerici Iudæoꝝ. Phariſæi aũt religioſi eoꝝ fuerunt.
¶ Porro vt ait Cyrillus, ea redargutio quæ manſuetos tranſfert in melius, ſuperbis hominibus
intollerabilis eſſe ſolet. Et ecce q̃ miſera conſcĩa, q̃ audito dei verbo, ſibi cõtumeliã fieri putat,
& cõmemoratis vitijs impioꝝ, ſe tangi aut ſuſpicat, aut indignat. Etenim mala ſibi ipſis de ſu
is vitijs conſcij, de ſe opinant omnia dici, correctionemq; culpæ reputãt contumeliam perſo-
næ, quibus penſandũ eſt illud Prouerbiorum: Viro q corripientem dura ceruice contemnit, re
pentinus ſuperueniet interitus. ⌊Et ille ait⌋ Chriſtus vtiq; q neminem palpat. ⌊Et vobis legiſ- Prou 29
peritis væ⌋.i. ſimilis cum phariſæis dãnatio imminet vobis ⌊q oneratis hoies oneribus q̃ por
tari nõ poſſunt⌋.i. magna & grauia vulgo agenda iniũgitis, videlicet cæremonialia legis & in
ſtituta varia ſeniorũ vr̃orum. De hoc cęrimonialiũ obſeruantiaꝝ onere vix portabili Petrus Acto. 15
Apoſtol⁹ in actibus cõteſtat: Quid tentatis iugũ imponere ſup ceruicẽ diſcipulorum, q̃d neq;
nos neq; p̃res nr̃i portare potuimus? ⌊ex eteꝝ Moyſi, q̃ ad cærimonialia vix poterat obſer-
uari, p̃ſertim quãtum ad ſenſum literalẽ, ⌊& ipſi vno digito vr̃o nõ tangitis ſarcinas⌋.i. nec
ad modicum curatis obſeruare, & opere adimplere, quæ alios edocetis. Tales ſunt modo quã
plures, qui fortia prædicant, & vix minima ſeruãt, perfecti in verbis, prauiſſimi factis, ſed & ſa-
cerdotes nõnulli, q in abſoluẽdo indiſcreta pœnia grauãt confeſſos, his verbis notant. ¶ In
C ſup arguit ſcribas de ſimulata deuotiõe. ⌊Væ vobis qui ædificatis monumẽta pphetarũ⌋ Nõ
reprehendunt, de hoc quod prophetis propter iuſtitiã interfectis venerãda ac pulchra conſtru-
xerũt monumẽta, ſed quia hoc vana intẽtione egerunt, & quia in malo ſtatu fuerunt impioꝝ
patrũ ſuorum ſequẽdo facinora factis, quæ deteſtabant verbis mendacibus ⌊patres autem ve-
ſtri occiderunt illos⌋ puta prophetas. ſ. Hieremiam, Eſaiam &c. ⌊profecto⌋.i. certe ⌊teſti-
ficamini⌋.i. cõtra voſipſos teſtes eſtis, nõ verbis, ſed factis ⌊quod cõſentitis opibus patrum ve
ſtroꝝ⌋.i. conformis eſtis, p malitioſos effectus, p̃ribus veſtris carnalibus, ⌊qm̃ quidẽ ipſi⌋ pa-
tres veſtri carne, & impietatis exemplari præceſſione ⌊eos⌋ puta prophetas, ⌊occiderũt. vos
autẽ ædificatis ſepulchra eoꝝ.⌋ videlicet prophetarum curioſe ac ſpnoſe ad captandũ vulgi fa
uorem, vt videamini iuſti ac deteſtantes crimina patrum veſtrorum, qbus pſecuti ſunt ſanctos
prophetas, & tamen pari, imo multo maiori impietate perſequimini me meoſq; diſcipulos,
qua patres veſtri pſecuti ſunt vates, quo conſtat, q modo expoſito veſtris patribus cõſentitis

me pſe

me persequendo, eo quod veritatem vobis denũtiem, & iuste vos increpem, quemadmodum
illi prophetas sunt psecuti, quoniã iustas illorum increpationes pari spreuerunt. Sic & modo q
dam sunt præteritorũ sanctorũ cultores, & præsentium cõtẽptores. Quẽadmodum autẽ Chry D
sostomus scribit: Quidã ædificant martyrum monasteria, monumenta basilicas, & tamen vio
lentiam faciunt. Sed non gaudent martyres aut cæteri sancti qñ de pecunijs honorant, p q-
bus pauperes plorant. Qualis est ista iustitia munerare mortuos & expoliare viuẽtes? Propter
hoc in Ecclesiast. asseritur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat
Eccl 34 filium in conspectu patris. L Propterea & sapientia dei dixit ⌋ hoc est, ego Christus qui sum vir
1 Cori. 1 tus & sapientia dei patris, ab æterno, dicendum decreui, & nunc dico quod & p prophetas p
dixi, videlicet: L Mittam ad illos ⌋ id ẽ, ad vos scribas ac pharisæos cæterosq́ Iudæos L Prophe
tas & Apostolos ⌋ Apostoli nanq fuerunt prophetæ, & ante Apostolorũ missionẽ misit Chri-
Matt. 11 stus Iohannem Baptistam, prophetam & plus quam prophetam, sed & prophetæ antiquio-
Luc. 7 res missi sunt, non solum his, q suis fuerũt tẽporib᷒, sed & posteris eorũ, hoc est, ad informati-
onem præsentiũ atq sequentium L & ex illis occidẽt & psequentur ⌋ hoc est, quosdam eorum
Actu. 20 necabunt & infestabunt, nam Iacobum minorem occiderunt, Iacobum quoq maiorem ab He
rode occidi procurauerunt, siue gauisi sunt. Omnes quoq Apostolos multipliciter persecuti
leguntur in Actibus Apostolorum. L Vt inquiratur sanguis omnium prophetarum qui effu
sus est à constitutione mundi, à generatione ista ⌋ quod ait à generatione ista referri potest ad
verbũ inquiratur, item ad complexam hoc, qui effusus est. Et quod dicit, vt &c. notat conco
mitantiam, non causalitatem directam, quia non adhoc impij occiderũt prophetas, vt sanguis
prophetarũ requireretur ab eis, sed ad occisionẽ illam cõsequuta est requisitio ista, quemadmo-
Psal: 50 dum ait Psalmista: Tibi soli peccaui, vt iustificeris &c. Itaq sensus est, vt sanguis omnium
prophetarum qui occisi sunt ab initio mundi, requiratur à generatione ista, hoc est, culpa effu
sionis sanguinis illorũ generationi malorũ imputetur. Sicut enim omnes electi & boni sunt vnũ
corpus & vna ciuitas Christi & vna generatio nominãtur, de qua fatetur in Psalmo: Hæc est
generatio quærẽtium dominum, sic oẽs mali ac reprobi, sunt vnum corpus & ciuitas vna
diaboli, vnde & vna generatio nominãtur, sicq communi dãnatione disperẽt, & similes sunt E
in pœnis. Pœna quoq vnius redundare potest in aliũ, non tñ singula mala ab impijs impetra
ta, à singulis impijs requiruntur, nec quilibet reprobus pro peccatis cuiuslibet reprobi punietur
secundũ Chrysostomũ, sed vnusquisq onus suũ portabit, vt dicit Apostolus: Nihilominus oĩs
sanguis prophetarũ prætactus à generatione mala exquiretur, hoc est ab ea, vel ab aliqua eius
parte, L à sanguine Abel ⌋ qui inter prophetas annumerat, non qa verbo prophetauit, sed q̃ui
am facto (vtpote morte sua) passionẽ Chri, seu persequutionẽ cuiuslibet iusti pfiguraut, q se-
cundũ Bedam, primus martyrium passus ẽ, occisus à Cain fratre suo propter iustitiã L vsq ad
sanguinẽ Zachariæ qui perijt ⌋ hoc est, occisus est, L inter altare & ædem ⌋ id ẽ, templum in q̃
secundũ glossam, erant duo altaria, vnũ incensi quod fuit interius, aliud holocaustorum, q̃d fuit
exterius, puta in atrio ante faciem templi, inter quod altare, & templũ, dicitur Zacharias iste oc
cisus. Quis autẽ fuerit Zacharias inquirit Hieronymus, improbatq́ opinionem dicentium. q̃d
fuit Zacharias, vnus inter duodecim prophetas minores, similiter opinionẽ refutat dicentiũ,
quod fuit pater Iohannis Baptistę, quẽ aliq affirmabant à Iudæis occisum, quia Christum iã
natũ asseruit. q̃d Hieronymus apocryphum protestatur, affirmans q̃d Zacharias iste fuit sacer
dos & pontifex, filius Ioiadæ sacerdotis atq pontificis, iussu Ioas regis lapidatus in templo, vt
in Paralypomenon legitur. Ioada autẽ pater ipsius fuit, vt aliqui dicunt binomius, ita q alio no
2.Par 24 mine dictus est Zacharias.

¶ Preterea refert Gregorius Nissenus, quẽadmodũ qdam dixerũt: Zachariã, istũ fuisse patrẽ Io
hãnis Baptistę, ideoq́ à Iudæis in loco præfato occisum, quoniam Mariam Chri genitricẽ di-
xit virginẽ, nolẽs eam in templo à loco virginũ seqstare. Grecus vero expositor recitat q̃sdam
tradere aliã causam occisionis Zachariæ istius, videlicet qa Elisabeth instante paruulorũ inno-
cẽtũ occisiõe ab Herode cũ Iohãne ĩfantulo fugit in heremũ. Hinc Herodes satellites Elisabeth
ac Iohannem non recipientes, conuerterũt iram in Zachariã, & cũ occiderent in templo tunc F
ministrantẽ. L Ita dico vobis requiretur ab hac generatiõe ⌋ Sanguis oĩs ille iustorũ sicut exposi-
tum ẽ, hoc repetit Christus in confirmationẽ suæ sententiæ.

¶ Postremo, Christus arguit scribas de abusu suę sciẽ, vel de falsa scripturarũ expositiõe: L Væ
vobis legisperitis, qa tulistis ⌋ .i. portastis ac habuistis L clauẽ sciẽ ⌋ .i. doctoratũ seu authorita
tẽ exponẽdi, vel expositionẽ scripturæ veteris testamẽti L ipsi non introistis ⌋ .i. verũ spũalẽq
intellectũ legis ac prophetarũ nõ cognouistis, nec à me discere voluistis, sed ad literã q̃ occi
dit, estis secuti, quemadmodũ ait Apls: Quod velamẽ sup cor eorũ ẽ positũ in lectiõe legis ac p
phetarum, L & eos q introibant ⌋ hoc ẽ, scripturas vere intelligere optauerunt L prohibuistis ⌋
2 Cori 13 à vera intelligentia scripturarum, eas praue interpretando. Alij ita exponunt: Vę vobis legispe
ritis, quia tulistis, id ẽ abstulistis vobismetipsis ac alijs multis, clauem scientiæ hoc est, fidem de
Chr̃o

Christo, per quam ad intellectum scripturæ intratur, Esaia dicente: Nisi credideritis, non in-
telligetis. Isti autē in Christum pſentem credere contemſerunt, aliosq́ ab eo auertere auſi sunt.
A Hoꝝ scribaꝝ impietatē sequūtur quidā prauiſſimi, qui scripturaꝝ habētes notitiā, secundū eas
non viuunt, nec regnū ingrediuntur cœleste, quin potius simplices ac deuotos ab ingreſſu regni
cœlestis, hoc ē, à conuersatiōe laudabili impedire nitūtur. Deniq(vt augustinus libro de cōsen-
ſu Euāgel. staꝝ cōscribit) ea quæ Lucas hic recitauit dicta à Christo adhuc iter agente Hierl'm
versus, Matthęus dicta refert, postquā Christus in Hierl'm venit. Vnde mihi (ait Augustinus)
videntur similes esse sermones, quoꝝ vnum Matthæus, alterum Lucas descripsit. Math. 23
¶ Porro, q̄ vere Christus phariſęos ac scribas reꝑhēderit, ipſi per effectū mox ostēderūt, sicut
subiūgitur ⌊Quum hæc ad illos diceret, cœperūt pharisæi & legiſperiti grauiter insistere⌋ id ē
se Christo opponere. ⌊& os ei⁹ opprimere⌋ hoc ē, verba eius reprobare ac calūniari. ⌊de mul
tis insidiātes ei⌋ hoc ē, ex varijs verbis factisq Christi, quærentes aliquid elicere, quod ei obijce
rent, ⌊& quærētes aliquid capere ex ore eius, vt accuſarent eum⌋ Principibus sacerdotum, seu
Pilato, siue Herodi, aut communitati, tanquā derogantē deo aut Imperatori. Itaq patet quod
qui sibi videntur alijs excellētiores, siue in vita, vt pharisæi, siue in scientia, vt scribę, frequēter diffi
cilius corriguntur, & magis indignant atq remurmurant arguēti, ob hoc vere stulti censendi
sunt, & verificatur in eis illud Ecclesiastici: Sicut sagitta infixa fœmori canis, sic verbum in Eccl 23
corde stulti, verbum videlicet, correptionis, quod pungit eos tanquā sagitta, & sicut canis sagit
tatus mordet sagittam, clamans ac latrans, sic isti verbum correptiōis mēte reuoluunt ac mur
rant, non pensantes quod in Prouerbijs scriptum est: Qui abijcit disciplinam despicit animam Pro. 14
suam, qui autē acquiescit increpationibus, poſſeſſor est cordis. Sed & Iacobo apostolo in sua Iacobi. 3
B Canonica protestante: Si zelū amaꝝ habemus, & contētiōes sunt inter nos, ſapiētia vera care
mus. Non est (inquit) sapientia ista à deo, sed terrena, animalis, & diabolica. Quæ autē desur-
sum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consen
tiens, plena misericordia, & fructibus bonis.

¶ ELVCIDATIO CAPITVLI DVODECIMI MVLTIS autem turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent.

¶ Articulus tricesimussecundus.



IRCA præcedentis finem capituli dictum est, quemadmodum scri-
bæ ac pharisæi Christo multipliciter insidiari ceperunt, vt plebem ab
ipso auerterent, sed oppositum contigit eis hac vice, quia tam euidens
fuit veritas sapientiæ prædicationumq Christi contra iniquos, tanque
pclara eius in miraculoꝝ opatiōe potestas, vt vulgus certatim ad ipsum
confluxit, sicut gloriosus Euāgelista tā recitat. ⌊Multis autē turbis cir-
cumstātib⁹⌋ Chr̄m, ita q ipse fuit in medio eaꝝ, nullū repellens, dansq́ p
latis exemplum vt stent in medio gregis sui, non ad vnam personā pou⁹
quam ad aliam declinando, ex inordinato affectu, sed sine personarum acceptione ad omnes
charitatiue se habeāt ⌊ita vt se inuicē conculcarēt⌋ in quo patet quod cum maxima auiditate
vndiq concurrerūt ad Iesum, & quilibet illi propinquior fieri affectauit, quemadmodum supe
rius dictum ē: Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus exibat de illo & sanabat oēs,
C ⌊cœpit dicere ad discipulos suos⌋ tanquā ad peculiarius charos & magis capaces, quorum in
structio ad ipsum specialiter ptinebat. Nihilominus quod dixit discipulis suis, ad aliorū quoq
retulit instructionem, secundū quod alibi contestatur: Quod vni dico, oīb⁹ dico. ⌊Attēdite⌋ Marc. 13
hoc est, solerter cauete & fugite ⌊à fermento phariseorum, quod est hypocrisis⌋ id est, ipsam
hypocrisim in pharisæis regnantem præcipuæ euitate. Quamuis enim quædā sint vitia hypo
crisi grauiora, ipsa tamen hipocrisi mentem vehementer excæcat. Nunc quoq hypocrisim
specialiter docet vitandam, quia in præcedenti capitulo dictum est, quemadmodum pharisęi
Christo cœperunt insidiari sub specie sanctitatis.
¶ Deniq hypocrisim Christ⁹ apellat pharisæoꝝ fermētū, qm sicut fermētū maſſam dei q̄ fit 1. Cor. 5
panis, alterat, & corrūpit, si īmoderate addatur, iuxta verbū Pauli, dicētis: Modicū fermētū totā
maſſam corrumpit, ita hipocrisis alterat & corrumpit cordium intētiōes, affectiones, & opera.
Nihil enim sic alterat mores, sicut hypocrisis, secūdū Theophylū.
¶ Insuper Christus in Euangelio à duplici pharisæoꝝ fermento docet esse cauendum, videli-
cet à fermento peruersæ doctrinæ, prout in Marco habetur. Item à fermento hypocrisis, sicut Matt. 8
hoc loco. Interdum vero fermentum in bono accipitur, ita, quod fides seu charitas per ipsum
signatur, quoniam sicut fermentum moderate sumptum dat pani bonum saporem, sic fides Mar 8.
seu charitas, omne opus meritorium dirigit, seu informat. Quemadmodum apud Mat
thæum Christus loquitur: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier
abscon

abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. ¶ Conſequēter Chriſtus efficaciſſimam rõnem adiungit cur hypocriſis ſit vitanda. ⌊Nihil autē opertum eſt⌋ hoc ē, nullum opus vitioſum tanta ſimulatiõe poteſt colorari ſeu tegi, quin eius prauitas ſuo tēpore aperiretur, quia in die iudicij à Chriſto cũctis pandet, ⌊neq; abſconditum quod nõ ſciatur⌋ id eſt, nulla interior actio ſeu paſſio animæ, ita vt in pſenti vita poterit hominibus occultari, quin à Chriſto iudice, in hora iudicij ſit manifeſtanda, quoniam cogitationes affectiõeſq; cordis tũc aperiētur, præſertim, ſi per pœnitētiam nõ ſint deletæ, etiam quæcunq; actiones iniquæ, In D
1.Cor. 4 die quippe iudicij (vt ait Apoſtolus) illuminabit dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Secundo exponitur ſic: Nihil opertum, hoc eſt obſcure & myſtice dictũ ⌊quod non reueletur⌋ hoc ē, me illuſtrante clareſcat, iuxta illud Danielis: Ipſe reuelat pfunda & abſcõdita, & nouit in tenebris cõſtituta

¶ Porro ſecũdum Origenē, ideo Chriſtus hoc dixit, quoniam quantumcũq; conetur quis occultare bona aliorũ infamijs, bonum naturale latere nõ poteſt, quaſi Chriſtus dicat diſcipulis, & cũctis vere fidelibus. Quamuis iam aliqui vocent vos ſeductores & impios, tēpus tamē oĩa deteget, arguetq; eorũ calumniã, & veſtrã declarabit iuſtitiam. ⌊Qm̃ quæ in tenebris dixiſtis⌋ hoc ē, obſcure vel in aduerſis, ⌊in lumine dicentur⌋ .i. clare omnibus patefiēt ⌊& q̃d in aure locuti eſtis⌋ hoc eſt, voce ſubmiſſa ⌊& in cubiculo⌋ puta in quãtumcunq; ſecreto ⌊prædicabitur in tectis⌋ .i. tam euidēter ac ſi ſup tecta pdicaret, Et loquitur Chriſtus ſecundum morē Palæſtinæ, vbi hęc dixit, vbi & plana ſunt tecta, ita vt hoĩes ſup ea ſtent ad loquēdum.

¶ Denique verba hæc multipliciter verificantur. Conſtat enim q̃d in die iudicij virtutes bonorũ & vitia impiorũ detegētur. Rurſus quæ Apoſtoli in aduerſitatibus, & carceribus, ſeu locis anguſtis egerunt, & pdicauerunt in primitiua Eccleſia, interim fide inualeſcēte, vbiq; prædicata ſunt publice, & in eccleſijs nunc ſolenniter leguntur. Sed quia ſaluator ob ſuam iuſtitiam varias ptulit pſecutiones, hortatur diſcipulos, oẽſq; Chriſtianos, ne corporalē mortē inordinate for- E
erū loqtur hæc secundum legē cōmunē, quēadmodū Salomon in Ecclesiaste: Nescit (inquit)
A homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo, sic capiuntur homines tē
pore malo, cum eis extemplo superuenerit.

¶ Expositio residuę partis huius duodecimi capituli: Ait aūt ei Petrus: Dñe ad
nos dicis parabolā hāc, an ad oñes?

Articulus XXXIIII.

AIT autem ei Petrus.] Circa hæc ait Theophilus: Petrus cui iā cōmissa ecclesia fue-
rat, quasi omniū curā gerens, inqrit: An ad oñes dñs præinductā parabolā protulis
set. [Dñe ad nos.] tuos Apostolos atq; discipulos tuos, qui nō solū pcepta, sed & con
silia tua obseruant. [dicis hāc parabolam, an ad oñes?] saluādos seu Christianos, qua
si dicat: Pertinet hæc tua doctrina ad nos dūtaxat, an ad oēs fideles? Sed quia facillimum fuit
pēsare, quod parabola immediate præhabita ad omnem spectet saluādū, vt scilicet semper ad
mortē & Christi aduētum paratus sit. Ideo Beda & quidā eū sequētes affirmāt Petrū de hac nō
interrogasse parabola, sed de subtilibus illis vitæ cœlestis institutis, quibus superius dixit salua-
uator: Vēdite quę possidetis. Facite vobis sacculos qui nō veterascūt, &c. Verūtamen magis vi
detur secūdū seriem textus quod de parabola immediate præhabita sciscitatus sit Petrus, præ
sertim qa adhuc simplex & rudis fuit, & in superioribus illis verbis, nō videtur Chrūs posuisse
parabolā, quāuis metaphorice quædā ibi loquutus sit. Hinc quoq; Ambrosius atq; Theophi-
lus exponunt istud de parabola immediate præmissa, qua dictū est: Hoc autem scitote, quoni
am si sciret paterfamilias, &c. [Dixit autem dominus Iesus: quis putas est fidelis dispensator &
prudens, quē constituit dominus super familiam suā, vt det illis in tempore tritici mensuram?]
Quasi dicat: Præhabita parabola oñes concernit, sed ista ad vos meos discipulos specialiter
pertinet, quos meos dispensatores efficio, dum vos alijs ad regendum, & ad erogandum eis
documenta ac sacramenta salutis pręficio, ideo quæro: Quis putas, &c. Non quasi quis sit talis Phil. 2
B ignorās, sed innuens quam difficulter ac raro dispensator ac huiusmodi reperiatur, eo q oēs q
sua sunt quærant, paucissimiq; consistant, qui directe, pure irreflexe, ad deum conuersi sint, illi
us honorem tantū, non propriū commodum exquirentes. Itaq; Quis putas est fidelis dispensa
tor & prudens, hoc est, aliorū prædicator, rector siue prælatus, qui fidelitate iustitiæ ac discreti-
one prudentiæ sit ornatus, quē constituit dominus deus oñipotens seu Chrūs summus eccle-
siæ pontifex sup familiam suā, hoc est gregē fideliū, vt det illis in tempore. i. congruo tempo-
re tritici mensuram, hoc est, spiritualem alimoniam? videlicet prædicationis verbum, virtutis
exemplū, sacramenta salutis, secundum dignitatē & capacitatē illorum. Itaq; dispensatoribus
Christi, puta sacerdotibus & prælatis ac prædicatoribus verbi dei præcipue necessariæ sunt fi-
delitas, atq; prudentia, vt fideles sint Christo, intendendo & quærendo eius honorem in oñi
bus ac diuina populis fideliter erogādo, seu suū officium efficaciter adimplendo, quod totū cū
discretionis moderamine debito est agendum. Hinc ait Apostolus: Hic iam quæritur inter dis
pensatores, vt fidelis quis inueniatur. [Beatus ille seruus.] est, iam in spe, & per merita, qui- 1. Cor. 4
bus beatitudine sempiterna condignus est, seruus (inquam) non à seruitute timoris seruilis, de Ioh. 8
quo in Iohanne loquitur Christus: Seruus non manet in domo in æternum, sed à seruitute fi-
lialis timoris, seu obeditionis & obseruantiæ præceptorum, [quem cum venerit dominus.]
ad iudicium eius particulare vel ad iudicium generale, [inuenerit ita facientem,] hoc est fideli
ter ac prudenter suum officium prosequentem & non verbis tantum, sed & operibus virtuosis
docentem: Peccatori enim dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū Psal. 49
meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos retrorsum. [Vere
dico vobis: Quia super omnia quæ possidet, constituet illum.] hoc est, super quædam omniū
bonorum, quæ possidet, Christus ponet, huiusmodi seruum, quia in regno cœlesti eum val-
de eminenter ac singulariter eleuabit, & non solum pro suis coronabitur meritis, sed & pro me
C ritis vniuersorum, qui sua directione conuersi fuerint ac saluati, ita quod pro suis meritis adep-
turus est auream, & pro acquisitione aliorum aureolam. Vnde Thessalonicensibus scribit Apo-
stolus: Quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ. Nonne vos ante dominum no-
strum Iesum Christum? Augustinus quoq; testatur: Apud deum nihil beatius, episcopi & pres-
byteri, aut diaconi officio, si eo modo militetur, quo noster præcepit imperator, hoc ē, si fiat
& impleatur, quēadmodum Christus iubet.

¶ Deniq; quia opposita iuxta se posita clarius innotescunt, dicto de gloria boni dispensato
ris, de mali dispensatoris pœna subiungitur: [Quod si dixerit seruus ille,] à dño super eius
familiam constitutus, hoc est alijs prælatus. [Moram facit dominus meus venire.] hoc est, ad-
huc longum est tempus quo visitabor à Christo, per particulare iudicium meum, tempore
mortis meæ. Vel in die finalis iudicij, hæc est vana & stulta promissio, qua suggerente dia
bolo, multi fallunt seipsos, iuxta illud Ecclesiastici: Repromissio nequissima perdidit multos,

[&cœ

L& cœperit percutere pueros & ancillas, J hoc est, subditos sibi cõmissos, præsertim pusillos qui per pueros & ancillas cõgrue designãtur. Tales autẽ pastor seu dispẽsator indignus, percutit tribus modis scilicet verbis iniuriosis, iuxta illud Hieremiæ: Venite & percutiamus eum D
Hiere 18 lingua, malis exẽplis, secũdũ illud Apostoli: Sic peccantes in fratres, & percutiẽtes consciẽtiã
1. Cori 8 eorũ infirmã, in Christũ peccatis. Et manibus violentis, prout in Matthæo legitur: Percutie-
Math 27 bãt caput eius arundine, L& edere & bibere & inebriari, J hoc est, carnalitati vacare quæ hominẽ facit demẽtẽ. Tales secũdum apostolũ, Christo nõ seruiunt, sed suo vẽtri. Circa hæc scribit Beda: In hoc seruo, cũctorũ plulũ malorum narratur dãnatio, qui neglecto dei timore,
Roma 16 nõ solũ ipsi luxuriæ vacãt, sed etiam subditos iniurijs stimulant, L veniet dñs serui illius, J scilicet Christus iustus iudex, L in die qua nõ spetat, & hora qua nescit J seruus ille malignus, puta in die mortis siue iudicij, L& diuidet eũ, J hoc est, à cõsortio electorum & à gratia spiritus sancti, eũ æternaliter separabit, iuxta illud in Esaia: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Et in
Matt 25
Malac. 3 Matthæo: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Vnde per Malachiã dñs apertissime ait de dei nouissimo, & separatiõe electorũ à reprobis: Cõuertimini & videbitis quid sit inter iustũ & impiũ, & inter seruiẽtẽ deo & nõ seruiẽtẽ ei. Ecce enĩ dies veniet succensa quasi ignis, & erũt oẽs
1 Timo 5 superbi, & oẽs faciẽtes impietatẽ, stipula, & inflãmabit eos dies veniẽs, & orietur vobis timẽtibus nomẽ meũ sol iustitiæ. L Partẽq; eius cũ infidelibus ponet J i. cũ incredulis erit retributio seu dãnatio eius, imo grauius illis torquebitur, quũ dicat Apostolus: Si quis suorũ & ma
Sap 6. xime domesticorũ curã nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Itaq; acerbissima erit impiorum & negligentiũ prælatorũ ac dispensatorũ dãnatio, sicut in libris Sapiẽtiæ habetur: Iudiciũ durissimũ, in his qui præsunt, fiet. Exiguo enĩ cõceditur misericordia, potẽtes autẽ potẽter tormẽta patiẽtur, & fortioribus fortior instat cruciatus.

¶ Cõsequẽter Christus ostẽdit quod mali dispensatores, imo & oẽs eruditi sed vitiosi, grauiora sustinebũt supplicia, ex sua sciẽtia. L Ille autẽ seruus J nomine, nõ re, nisi forte seruitute seruilis timoris, L qui cognouit voluntatem domini sui, J id est, præcepta diuina, & quid ab ipso deus requirat, & nõ præparauit J id est, ad bene agendum se nõ disposuit, nec mentem aptauit. Homo nãq; debet facere quod in se est, iuxta illud Prouerbiorũ: Hominis est animũ
Pro. 16 præparare. Propter quod Samuel in libris Regũ hortatur: Præparate corda vestra dño. L& E
1 Reg 7 nõ fecit secũdũ volũtatẽ eius J obediendo dei imperio, J plagis vapulabit multis, J i. pluribus
Iacobi 4 ac grauioribus punietur supplicijs, qa grauius multipliciusq; peccauit, ideo scriptũ est: Scien-
2. Petri 2 ti bonũ facere, & nõ facienti, peccatũ est illi. Petrus quoq; t Melius (ait) erat nõ cognoscere viã iustitię, quam post agnitionem retrorsum reuerti. Contigit enĩ eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad vomitũ suũ, & sus lota in volutabro luti. Hinc ait Gregorius: Vbi donum maioris sciẽtiæ, ibi transgressor maiori subiacet culpæ. Et Cyrillus hic loquitur: Homo perspicacis ingenij, qui turpibus se inclinat, inexcusabile cõmittit peccatũ, sed homo rusticanus rationabilius veniã impetrabit. L Qui aũt nõ cognouit J volũtatẽ dñi sui, L& fecit digna plagis J .i. peccata quibus debẽtur tormenta, L plagis vapulabit paucis L .i. minoribus subiacebit pœnis, nihilominus æternaliter punietur, si in mortali peccato discessit.

¶ Quocirca sciẽdum, quod oĩs peccãs est aliquo modo ignorãs & errãs, quoniã caret sciẽtia actuali & practica, boniq; approbatiua, & est in eo error electionis, ideo in Prouerbijs habetur: Oĩs via viri recta sibi videtur: Malũ nãq; secũdũ quod tale non appetitur, quũ bonũ
Prou 21 sit appetitus obiectũ. Vnde sanctus Dionysius fassus est, quod nullus respiciens ad malũ operatur. Appetit enĩ agitq; malũ vt bonũ apparens.

¶ Insuper aduertendum, q duplex est ignorãtia, vtpote facti & iuris. Ignorãtia facti est duplex,
Gene 29 quia interdũ adhibetur debita diligentia, & tũc ignorãtia, excusat à toto, vt patet de concubi-
Gene. 4 tu Iacob cũ Lya. Interdũ nõ adhibetur diligentia debita, & tũc excusat à tãto nõ à toto, vt patet in homicidio quo Lamech occidit Cain putãs quod bestia esset.

¶ Porro ignorantia iuris est duplex, scilicet vincibilis & inuincibilis. Ignorãtia quoq; vincibilis duplex est, quædã est affectata, quæ à nullo excusat, quia nec à toto, neq; à tanto, vt dũ quis nõ vult aut spernit ius scire, vt peccet liberius, quædã est nõ affectata quæ excusat à tãto, ig- E
norantia quoq; inuincibilis duplex est, quædã enĩ accidit sine culpa, sicut dum homo operam dãdo rei licite efficitur furiosus, & hæc excusat à toto. Alia accidit ex culpa. Vnde de hac ignorãtia aliqui dicũt, q excusat a tãto. Quod vero dicit Ambrosius: Grauissime peccas qa ignoras, intelligendum est nõ de enormitate culpæ, sed de magnitudine periculi. Qui enĩ peccare se nescit, nõ dolet nec cõfitetur de tali peccato saltẽ in speciali, deinceps ratio assignatur, cur sciẽter peccãs grauius cõdẽnatur. L Oĩ autem cui multum datũ est, multũ quæretur ab eo J hoc est, quanto deus alicui plura beneficia est largitus, videlicet plura aut maiora dona naturæ aut gratiæ, fortunę siue ecclesiæ, tanto districtiorem ab eo exiget rationem, & maiorem requiret gratiarum actionem, perfectioremq; seruitutem, cæteris paribus. Sed ei qui scit voluntatem dei & nouit quid agendum quid ue vitandum, plus datum est, ergo plus requiretur ab eo.

ab eo,⌊ & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo,⌋ id est sicut homines plus exqui-
A runt ab eo cui plus cōmēdauerunt, ita & deus. ¶ Porro hæc duo, videlicet datū & commenda
tum referri possunt ad idem, & tamen distinctim ponuntur, ad innuendum quod bona nobis
diuinitus impartita, sic data sunt nobis, vt tamen nō liceat nobis vti eis ad libitum nostrū, sed ali
quando de eis ratio exigetur à nobis, propter quod quasi commēdata sunt nobis. Vel datum re
fertur ad dona homini pro seipso collata, commēdatum vero ad dona homini pstita pro alio-
rum directione, vel ad gregē dominicum alicui commēdatum, & certū est quod plus require-
tur ab eo, cui maior animarum cura commissa est, quia de cunctis & singulis daturus est ratio- 3 Reg. 20
nem, ad quod applicari potest illud Regū: Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima
tua pro anima illius. Ioseph quoq; in Genesi in figura Christi ait fratribus suis patriarchis, per
sonam prelatorum tenētibus: Non videbitis faciem meam, nisi adduxeritis fratrem vestrum
minimum ad me. Præterea audiant hec & contremiscant homines excæcati, vani & stulti, qui
de donis dei seipsos erigunt & extollunt, qui de subtilitate ingenij, excellentia scientiæ, eloquen
tia, pulchritudine, opulentia, nobilitate, potentia, dignitate se iactant, inaniter gaudent & alios
spernunt, quasi hæc ipsa à seipsis, non à deo sortiti sint, & quasi non sint de vniuersis & singu-
lis districtissimo iudici rationem daturi, quum tamen vnūquemq; oporteat tanto esse deo sub
iectiorem, gratiorem, atq; de eius iudicio amplius timoratum, quanto plura desuper sortitus ē
dona. Idcirco beatus homo qui semper est pauidus, perpēdēs quam horrēdum sit incidere in
manus dei viuentis. Vnde Apostolus sciscitatur: Quid habes quod nō accepisti? Quod si acce
pisti, cur gloriaris quasi non acceperis?
B ¶ Cōsequenter ostēdit saluator, quod præ inducta sua præcexta, documēta, siue cōsilia iplēda
sint potius amore diuinitatis, quam timore damnatiōis, quia multo perfectius est omittere ma
la & agere bona ex puro dei amore seu zelo iustitiæ, quam terrore supplicij. ⌊ Ignē veni mit
tere in terram,⌋ id est, ad hoc à summo cœlo descendi, hominibusq; apparui per incarnatiōis
mysterium, vt diuini amoris ardorem in cordib⁹ hominum collocarem, ⌊ & quid volo nisi vt
accendatur?⌋ hoc est actuetur, & spiritus sancti motione inflammetur, atq; in opus virtuosum
erumpat. Porro cor humanum instar terræ per ignorantiam fuit obscurū, per cōcupiscētiam
molle, & per malitiam frigidum, ideo eguit igne hoc charitatis inflammante cōtra frigiditatē
illuminānte contra obscuritatem, consolidante contra molliciem. Recte ergo charitas ignis vo-
catur, quia per eam peccati labes consumitur, affectus accēditur, spiritus in cœlestia eleuatur.
Potest quoque per ignem intelligi euangelica Christi doctrina, quæ mentem à vitijs purgat,
atq; inflammat, quemadmodum aurum per ignem purgatur & incalescit. Similiter lex noui te
stamenti, quæ est lex charitatis & gratiæ, ignis rite asseritur, iuxta illud Deuteronomij: In dex
tera eius ignea lex. Vnde & spiritus sanctus in specie ignis, seu igneis linguis apostolis missus
est, vt igneam legem euangelizarent sermone feruenti. De prædicto dilectionis igne ait Psal- Psal. 38
mista: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. De igne autem Psal. 118
diuini sermonis fatetur: ignitum eloquium tuum vehemēter. Hieremias quoq; inquit: Factus
est sermo domini corde meo quasi ignis exæstuans. Non ergo pigro & frigido corde deo
altissimo obsequamur, sed corde feruēti atq; promptissimo, nempe quo opus ex promptiori
feruētiorīq; corde procedit, eo plus complacet deo.
¶ Deinde Christus prædicit, se mortem crucis passurum antequā genus humanum prædicto
C charitatis igne inflammetur. Christus enim sua sacratissima passione, tantam gratiā humano
promeruit generi, atq; ex suæ passionis memoria præcipue accēduntur corda fidelia. ⌊ Baptis
mo autem habeo baptizari,⌋ hoc est, mihi incumbit & restat ex præordinatiōe diuina, vt ba
ptismo sanguinis, scilicet proprij cruoris effusione instar aquæ perfundar atq; intingar in cru-
ce pro totius mūdi redemptione, & quomodo coartor,⌋ id est secundum iudicium rationis
ad passionē hāc vehemēter afficior, tū ex amore diuino quo patris honorē instaurari peropto,
vt eius cœleste regnū adimpleatur, tū ex amore hominū, quo eorū salutē exopto. Hinc Chri- Matt. 26
stus in nouissima professus est cœna: Desiderio desideraui hoc pascha mādūcare vobiscū ante
quam patiar. Et Petro passionem dissuadēti, dixit: Vade retro me Satana, qa nō sapis ea quæ
dei sunt. Itaq; coartor, ⌊ vsq; dū perficiatur,⌋ hoc est, quousq; mea passio cōsummetur & dicā Iohan 19
Cōsummatū est. Christus enī incessabiliter fuit in actu interiori dilectionis. Iohan 15
¶ Denique Chrysostomus ponit sex genera baptismorū, quorū primus fit verbo, quēadmodū
in Iohāne loquitur Christus discipolis: Iam vos mūdi estis propter sermonē quē loqut⁹ sum
vobis. Secūdus fit aqua tantum, sicut fuit baptismus Iohannis. Tertius spiritu tantum, de quo Matt. 3
in actibus apostolorū ait discipulis Christus: Iohānes quidem baptizauit aqua, vos autem ba- Acto. 1
ptizabimini spiritu sancto. Quartus fit aqua & spiritu, iuxta illud Iohānis: Nisi quis renatus
fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quintus fit igne tribulatio
nis & pœnitentiæ, secundum illud Esaiæ: Si abluerit dominus sordes filiarum Sion spiritu ar-
doris. Sextus fit per martyrium, de quo nunc sermo, de quo etiam Christus loquutus est filijs

Zebedęi. Potestis baptizari baptismo quo ego baptizor? Communiter autem ponitur triplex
Matt.10. baptismus, videlicet fluminis, flaminis ac sanguinis. Deinde ponitur modus perueniendi ad di- D
uini perfectionem amoris. ⌊Putatis quia pacem veni dare in terram?⌋ quasi dicat, Nolite pu-
tare, quod ad hoc venerim, vt pacē carnalem, mundanā & inordinatam præstem hominibus,
per quam concordēt in vitijs, & prosperitatē consequantur terrenā. ⌊Nō dico vobis⌋ .i. talē
pacem dare non veni, ⌊sed separationem,⌋ hoc est bonā ac saluberrimā diuisionem spūalem,
imo & corporalē, vt scilicet homines in me credentes amore dei, desiderioq; pacis internæ dis-
sentiant à malis hominibus, & discedant ab eis, qui eos à spirituali profectu & syncerітate diuini
amoris quærunt auertere, aut impedire nituntur.

¶Est igitur pax spūalis interna & bona, quæ est quies mentis in deo seu ordinata concordia,
Iohan 14 propter quam dandam Christus potissimū venit, propter quod iussit discipulis: In quamcūq;
Psal. 72 domū intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. Et iterum: Pacem (inquit) relinquo vobis, pa
cem meam do vobis. De inordinata vero, falsaq; pace loquitur ad Hierusalem: In hac die quæ
ad pacem tibi. Et Psalmista: Quia zelaui super iniquos pacem peccatorū videns, sed de vera
pace, quā Apostolus ad Galatas inter fructus spiritus computat, scriptum est apud Esaiā: Nō
est pax impijs, dicit dominus. Illa etenim pax interna, est charitatis effectus, & imperturbatū
quoddam gaudium mentis in deo, quæ vocatur pax pectoris, & est inchoatio & prægustatio
quædā pacis sanctorū in patria, quæ est pax æternitatis, de qua fertur in psalmo: Qui posuit fi-
Psal: 147 nes tuos pacem. ⌊Erunt enim ex hoc,⌋ id est de cætero, præsertim post euangelicæ legis diuul-
gationē vbiq;, ⌊quinq;⌋ personæ ⌋ in domo vna⌋ manentes ⌊diuisi,⌋ hoc est dissentientes, ita
quod boni non consentient malis. Nam ⌊tres⌋ erunt diuisi ⌊in duos⌋ .i. contra duos, & simili- E
ter ⌊duo⌋ erunt diuisi ⌊in tres⌋ .i. contra tres ⌊diuidentur,⌋ prout consequenter exemplificat
in textu. ⌊Pater in filium, & filius in patrem,⌋ ita vt vnus eorū discors erit ab alio amore iustitię
potius volens deo adhęrere q̃ homini vitioso, quātumcunq; propinquo, sicq; gratia in electis
præualebit naturæ, amorq; spūalis amori carnali, iuxta eundem sensum, ⌊mater⌋ diuisa erit ⌊in
filiam, & filia in matrē suā, socrus⌋ quoq; ⌊in nurū suam, & nurus in socrū suam.⌋ Sed cur iam
sex personæ exprimuntur, quū supra de quinq; facta sit mentio? Ad quod respondet Ambro
sius, quod quāuis sex personæ exprimantur, realiter tamen sunt quinq;, quia eadē persona est
mater & socrus. Quæ enim est mater filij, socrus est vxoris filij sui. Deniq; istud in primitiua ec-
clesia potissimū accidit, quādo in eadē domo aliqui erant fideles, aliqui infideles, & adhuc sæ-
pe contingit in tantū, vt filij & filiæ inuitis parētibus religionem introeant.

¶Præterea quū Chrūs de primo suo aduētu atq; secūdo, & de passione sua ædidisset sermo-
nē reprehēdit Iudæos, incredulos pˢertim. ⌊Dicebat aūt ad turbas: Quū videritis nubē orientē
ab occasu,⌋ hoc est à plaga occidētali exurgentē, ⌊statim dicitis: nymbus⌋ .i. pluuia ⌊venit,⌋
hoc est cito pluet, ⌊& ita fit⌋ frequenter, quāuis non semp propter causam contrariam, inter-
dū emergētē. Ab occidente etenim pluuialis ventus exurgit, quia tunc calor solis debilior fit, ita
vt vapores calidos eleuet, & eorū humiditatē nō desiccet, propter quod pluuia generatur, ⌊&
quū austrū,⌋ id est ventū australē seu meridionalē ⌊flātē videritis⌋ .i. cognoueritis vel tactu
senseritis. Visus enim pro quolibet sensu accipitur, ⌊dicitis, quia æstus erit⌋ .i. calida aura, ⌋ & ita
fit,⌋ quoniā ventus australis est calidus, iuxta illud Iob, Nonne vestimenta tua calida sunt, quū
Matt. 16 perflata fuerit terra austro? ⌋ hypocritæ,⌋ sicut in Matthæo scribitur: Chrūs potissimū hæc
pharisęis, Sadducæisq; dixit qui pleni erāt hypocrisi, ⌊faciē⌋ .i. dispositionē ⌊cœli⌋ aerei ⌊&
terræ probare,⌋ hoc est per pˢfata signa præcōiecturare ⌊nostis,⌋ videlicet q̃ tēpestas erit aut
calor, ⌊hoc autē tēpus quō nō probatis⌋ .i. Quare ex oraculis prophetarū non aduertitis ne-
q; probatis quod modo impletū sit tēpus primi aduētus Christi vobis in lege & prophetis p-
missi? Quia ex his, quę in lege & prophetis scripta fuerunt, hoc debuerūt aduertere, potissimū
pharisęi. Nam Christo ista loquēte, ablatū fuit sceptrū à Iuda: & alienigena imperauit Iudæis,
per quod patuit esse tēpus primi aduentus Christi, quēadmodū in Genesi Iacob prędixit: Nō
auferetur sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit ex
pectatio gentiū. Similiter numerus hebdomadarum, de quibus Daniel prophetauit, & infra
quas Christum prædixit venturum, tunc fuit cōpletus. Christus quoque fecit miracula, q̃ Esai
as eum esse facturū prędixit: Ecce deus vester (inquit) ipse veniet & saluabit vos. Tunc aperi-
entur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit
lingua mutorū. Sed ne aliqui Iudæorum de ignorantia scripturarum veteris testamenti se ex-
cusarent, Christus adiecit. ⌊Quid autem à vobisipsis,⌋ hoc est, cur ex naturali ratione vestra
⌊non iudicatis quod iustum est? ⌋ id est non concluditis me esse Christum, quum per tot mira
cula me esse Christum demonstrem? Quum enim verbis protester me esse Christum, si ita nō
esset, essem pessimus blasphemator, nec possem operari miracula, proprie dicta soli deo pos-
sibilia, quum deus non sit testis falsitatis, nec per impios agit miracula ad roborationem men-
Iohan. 15 daciorum. Hinc in Iohanne Christus fatetur: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fe-
cit, pec-

cit peccatū non haberēt, imo Iesus ex modo agendi miracula, vtpote tam authoritatiue & imperialiter atq; repente ea agendo, Christū dei filium se esse probauit. Dicit ꝑterea Origenes: Nisi esset nobis naturaliter insitū id quod iustum est iudicare, nunq̄ saluator verbū istud dixisset.

A Dicit quoq; Basilius: Necessariæ sunt humanæ vitæ sydeꝝ cōiecturę, dūmō quis vltra mensuram nō perquirat eoꝝ indicia. Cōtingit aūt quædā de pluuijs futuris prænoscere, plura quoq; de æstibus & impetu ventoꝝ, quanta vero cōmoditas ex taliū coniectura vitæ humanæ præstetur, quis nescit? Pertinet nāq; ad nautā ꝑnosticare procellaꝝ pericula, ad viatorē mutationē aeris, ad colonū fructuū copiam. Præterea Christus hortatur ad cautissimā periculoꝝ damnationis æternæ declinationē. Cū autē vadis cū aduersario tuo ad principē. Gregorius & Beda per aduersariū istū intelligunt verba sacræ scripturæ seu diuinū sermonem, qui nostris carnalibus desiderijs cōtrariatur. Augustinus aūt interdū per aduersariū istū intelligit conscientiā remordentē. Origenes vero per aduersarium istū intelligit diabolū. Itaq; secundū primā acceptionē, iste est sensus, Cum vadis cū aduersario tuo .i. cum sermone diuino, ad principem .i. ad Christū omniū dominatorē. Nunc enī habendo in nobis verba dei propiquamus ad Christi tribunal, properādo ad mortē, da operā .i. satage, liberari ab illo .i. ab eius accusatiōe, hoc est acquiesce & obediens esto diuino sermoni, ne per allegationem ipsius in diuino iudicio inueniaris reus atq; dānabilis, prout apud Iohannē loquit Christus: Sermo quē loquutus sum, indicabit eum in nouissimo die, ne forte trahat te apud iudicem .i. ne trāsgressio diuini sermonis seu prænūtiatio eius sit causa, quod etiā inuitus cōpellaris corā Christo iudice cōparere, sicut ait Apostolus: Omnes stabimus ante tribunal Christi. Dicit aūt forte, propter libertatem arbitrij, Roma 14
qua potest homo malū vitare, & iudex tradat te exactori .i. diabolo, qui exigit tibi pœnam pro culpa infligi, teq; sibi puniendū adiudicari, & exactor mittat te in carcerē, infernalem, de quo apud Esaiā prædicit: Claudētur in carcere. Dico tibi, non solum cōminando, sed Esaiæ 34
etiam certissime prænūtiando, nō exies inde .i. de pœnis inferni nō erueris, quāuis in hora iudicij localiter cōtingat exire ad modicū tēpus, vel interim ꝑ dispēsationem diuinā, donec etiam

B nouissimū minutū reddas .i. pro minimis culpis debitas tuleris pœnas, qd nūq̄ implebis, quia nunq̄ plenarie illud debitum persoluetur, eo q̄ pœna æterna debeatur peccato mortali directe, sed venialibus pctis non debet pœna æterna, inquantū sunt venialia, sed rōne adiuncti .i. peccati mortalis sibi annexi. ¶ Deniq; q̄ ait, donec, quāuis frequēter accipiatur inclusiue, hic accipitur exclusiue, sicut cū dicit, Iste nō recessit à suo errore, donec obijt. Sic quoq; sumitur in Psal. 118
scripturis, quum dicitur, Oculi nostri ad dominum deū nostrū, donec misereatur nostri. Et Nō Mat. 1
cognouit eam, scilicet Ioseph Christiferam virginem, donec peperit. Secundo exponit, Quū vadis cum aduersario tuo .i. remurmurante conscientia, ad principem Christum, da operam liberari ab illo .i. à remorsu conscientiæ te expurga emendando quod conscientia reprehendit, ne trahat te ad iudicem .i. ex eius remorsu & testimonio contra te, inueniaris damnabilis. Cætera sicut iam dictum est exponantur. Tertio sic, Quū vadis cum aduersario tuo .i. diabolo ad principem Christum, quia durante hac vita, in qua viator es, tendens ad aliam vitam & ad diuinum examen, tentator te non deserit, sed insidiando graditur tecum, da operam liberari ab illo .i. ab eius tentamentis te excute, viriliterq; resiste, ne trahat te apud iudicem .i. potestatem & ius habeat in te, ita vt possit te violenter trahere ad diuinum tribunal, & iudex tradat te exactori diabolo. Potest quoq; per exactorem intelligi angelus bonus, exigens iustitiam fieri contra iniquos, qui mittit in carcerem permissiue seu effectiue. Vnde in Matthæo Christus de ange- Matth. 13
lis sanctis profatur: In consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Postremo Origenes hic ait, quod quilibet homo duos angelos habet, videlicet malum, qui hortatur ad vitia, & bonum, qui persuadet ad bona ac optima. A malo autem angelo liberamur, habendo virtutes, & si absq; peccato fuerimus, secure ei possumus respondere, Nil debeo tibi.

C ¶EXPOSITIO CAP. XIII. ADERANT AVTEM quidam ipso tempore, nuntiantes illi de Galilæis. Art. XXXV.

IAm præcedenti capitulo longam fecit saluator de pœnis peccantium mentionem, ideo hac occasione quidam astantium nuntiauerunt ei de occisione q̄rūdā, qui inique se habuerūt, q̄si alludētes eloquio Christi. Aderant autem quidā, hoc est Christo corporaliter affuerunt, ipso tempore, quo sermonē præcedēti capitulo scriptū deprōpsit, nuntiantes illi, scilicet Christo, quasi ipse non omnia sciret, vel vt quid ipse de materia ꝓponenda sentiret callide explorarent, de Galilæis, quorum sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum, hoc est, quos Pilatus occidit dū sacrificarēt, ita q̄d sanguis eorū & sanguis victimarum q̄s ma- Luce. 13

qui post Christi ascensionem ad tempus soli huic Iudæorum populo prædicauerunt, Hui⁹ au
A tem multitudinis fuit cor vnum & anima vna,ideo singulariter cultor vocatur. Nam verbo p̃-
dicationis atq; exemplaris vitæ virtute, varijsq; miraculis,& precibus amorosis synagogam
à peccatis purgare,ad pœnitentiam scindere,virtutibus fœcundare, intra horreum dei, quod
est ecclesia,congregare conati sunt, L Ecce anni tres sunt ex quo venio,quærens fructum in fi
culnea hac,⌋id est satis diu plebis huius emendationem sum præstolatus, quia per tria tempo-
ra condistincta,scilicet ante captiuitatem Babylonicam,& item post reditum Iudæorũ de Ba-
bylone,& nunc tertio,in meo aduentu quæsiui opera virtutum in plebe hac, L& nõ inuenio,⌋
id est hucusq; non repperi, non quia nullo tempore bene se habuit synagoga, quum in libro
Iudicum scriptum sit,quemadmodum filij Israel tempore Iosue & seniorum qui longo post
eum vixerunt tempore,domino seruierunt,similiter tempore Dauid,& alijs quibusdam tem-
poribus,vt ex libris Regum,Paralipomenonq; probatur,sed quia comparatiue loquendo,qui
domino seruierunt,pauci fuerunt.& tempora quibus hoc contigit,breuia erant, quemadmo-
dum ex decursu libri Iudicum & Regum ostenditur, propter quod deus per Hieremiam de
Hierusalem protestatur:In indignatione & ira facta est ciuitas ista,à die qua fundata est. Di
citur autem Christus quærere,nec inuenire,non quod infœcunditatem malorum ignoret,sed
vt suam ad nos diligentiam,prouidentiamq; demonstret,& vt humanam declaret ignauiam,
seq; pro nostra salute probet solicitum,& examinatorem totius vitæ nostræ,secundum id psal Psalm.13
mi:Dominus de cœlo prospexit super filios hominum,vt videat si est intelligens aut requirẽs
deum. L Succide ergo illam,⌋hoc est destruendam atq; damnandam prænuntia,eo quod nõ
B susceperit Christum,sicut per Danielem prædictum est:Ciuitatem & sanctuarium dissipabit
populus cum duce venturo. Et in psalmo:Fiat habitatio eorum deserta. Iuxta hunc modum
loquendi dominus loquitur per Hieremiam:Ejice illos à facie mea,id est,ejiciendos prænuntia. Psalm.68
L Vt quid etiam terram occupat?⌋hoc est,cur inaniter terram promissionis,quæ est omnium
terrarum egregia immoratur? Terram nanq; inutiliter,indigneq; occupat,qui locum suæ man
sionis,bonis operibus non adornat. Et sicut talis indignus est pane quo vescitur, ita indignus
est terra qua sustentatur, L At ille,⌋id est præfatus vineæ huius cultor, videlicet chorus aposto-
lorum ac primitiuæ ecclesiæ in Hierusalem congregatæ, L respõdens,dixit illi,⌋ videlicet Chri
sto: L Domine dimitte illam & hoc anno,⌋hoc est clementer differ hanc vltionem, quousq;
tempus prædicationis meæ in Iudæa cõpleatur,quod per quadragintaduos circiter annos du-
rauit, L vsq; dum fodiam circa illam,⌋id est orando,docendo,exemplariterq; viuendo & mi-
racula operando,mentem populi huius ad suscipiendam fidem & gratiam tuam aperiam, vel
hoc facere nitar, L& mittam stercora,⌋id est per memoriam vitiorum eius, eam ad humilita-
tem & compunctionem inducam. Peccata enim sunt stercora,quorum dolorosa recordatio
ac deploratio cordialis,agrum mentis impinguat atq; fœcundat,quemadmodum fimus terrã.
L Et siquidem fecerit fructum,⌋supple bene res gesta est,nec succidetur,& hic est modus lo-
quendi truncatus vt moris est loqui eis, qui ex vehementi dolore loquuntur. Ideo apostolo-
rum chorus sic loquitur,quoniam synagogam pro maxima sui parte nouit non conuertendã,
propter quod cordialissime tristabatur,prout ad Romanos fatetur Apostolus: Tristitia mihi
magna est,& dolor cõtinuus cordi meo pro fratribus meis,qui sunt Israelitæ. L Si autem,⌋id
C est si conuersa non fuerit, L in futurum succides illam,⌋hoc est, post quadragintaduos annos
Romanorum manibus eam trades,quantum ad corporis mortem,animas vero dæmonibus
æternaliter puniẽdas,vt nouimus cõtigisse. Ex p̃missis (vt dicũt nonnulli) patet, quod precibus
ac meritis apostolorum ac primitiuę ecclesię fuit dilata Iudæorum succisio per tot annos, intra
quos multa millia eorundem fuerunt conuersa.

¶ Præterea,quoniam synagoga figura fuit ecclesię,facile est parabolam hanc ad ecclesiam ap
plicare,seu ad religionem quamcunq;,quæ frequenter venit lapsum notabilem,maxime tyrã
norum persequutione cessante,ita quod Christus voluit eam in parte plagare & extirpare,si-
cut prohdolor in terra sancta dudum iam fecit,quam propter Christianorum facinora cani-
bus tradidit possidendam,sed cultor ecclesiæ,scilicet chorus bonorum pastorum ac prædica-
torum precibus obuiauit,sępeque veniam impetrauit,vt deus in hoc anno,id est tempore gra
tię parcat & differat vltionem.

¶ Postremo,quidam per ficulneam intelligunt genus humanum,quod peccauit in lege na-
turæ,in lege scripta,& in lege euangelica.

¶ Consequenter præclarum describit Christi miraculum suę doctrinę roboratiuum. L Erat
autem docens in synagoga eorum,⌋scilicet Iudæorũ, L sabbatis:⌋id est die quodam sabbati,
imo sabbatis frequentius docuit, eo quod dies illa celebris fuit Iudæis,& tunc copiosius cõflu
ebant ad synagogam,id est ad domum orationi & doctrinæ seu lectioni deputatam,eratq; in
singulis Iudæorum vrbibus communiter talis domus, imo & in ciuitatibus, vbi sub dominio
gentilium morabantur,synagogas habebant,sicut ex actibus apostolorum facile est probare.

Interdum vero synagoga Iudæorum collectionem designat. ⌊Et ecce mulier⌋ fuit ibidem præ-
1 Reg 16 sens, ⌊quæ habebat spiritum infirmitatis⌋ .i. infirmitatē ex diabolico spū sibi deo permitten D
te inflictam, vel propter sua peccata, quēadmodū spūs malus vexauit Saulem, vel propter ma-
Iob. 2 iorē fœminæ huius exercitationem, profectum & gloriam, vt fuit infirmitas sancti Iob à dæ-
mone percussi, vel vt ex fœminæ huius tam miraculosa sanatiōe, virtus Christi patefieret, glo
rificareturque deus, sicut de cæco nato dicitur in Iohanne, quod natus est cæcus, vt opera dei ma
nifestaretur in eo, ⌊annis decem & octo,⌋ sicque infirmitas fuit ei magis inolita difficiliusque cu-
rabilis ex sua natura, iuxta illud Ouidij: Sero medicina paratur, cum mala per longas inualuere
moras, quamuis omnipotentiæ Christi nil esset difficile, ⌊& erat inclinata,⌋ hoc est vultu &
corpore versus terram depressa & incuruata instar brutorum, contra naturalem hominis figu
ram & situm, cui competit caput habere erectum, quoniam congruit ei cœlestia quærere &
terrena trāscendere supernorum intuitu & amore, ⌊nec omnino poterat sursum respicere,⌋
tāquā ita contracta. ⌊Quam quum vidisset Iesus⌋ corporali intuitu, imo potius miserationis
affectu, ⌊vocauit ad se.⌋ Poterat vtique à se corporaliter distantem curare, sed vocauit eā ad se,
vt cunctis pateret miraculum ad dei honorem & hominum ædificationem, ⌊& ait illi: Mulier
dimissa es ab infirmitate tua,⌋ hoc est, me iubente hæc tua indispositio in instanti fugatur & de
finit, quia meum dixisse, fecisse est, & virtuti immensæ competit agere in instanti, quum nil ei
queat resistere. Christus autem secundum quod deus, omnipotens est, & immensus in omni
perfectione, sanctitate & gloria. ⌊Et imposuit illi manus,⌋ non quia sine tactu huiusmodi nō
potuerit eam sanare, sed ad insinuandum quod corpus suum fuit diuinitatis suæ instrumentū,
potentia plenum, & item ad ostendendum beneuolentiam, charitatem & humilitatem suā ad E
Mat. 8 pauperes & infirmos. ⌊Et confestim erecta est⌋ corpore, & ad naturalem situm reducta est.
Marci, 1, In quo patet quam imperialiter Christus egit miracula. Et sicut fœminam istam non rogatus
Lucæ, 4 curauit, socrum autem Petri rogatus, ita interdum gratiæ dona largitur antequam inuocetur,
Acto, 9 vt patet in Pauli conuersione, interdum vult inuocari, ⌊& glorificabat deum,⌋ id est, mulier
hæc deo gratias retulit, eiusque potestatem cognouit, confessa est, & exaltauit corde, verbo &
opere, pro tam gloriosa sua curatione. Et quamuis fortasse nondum tunc nouerit, quod ille q
eam sic vocauit, tetigit & sanauit, consisteret deus, non tamen fuit ambigua, quin potestate eā
curasset supernaturali atque diuina, ideo deo specialiter gratias dixit, nec dubium quin & Chri-
sto tanquam homini sancto. ¶ Iuxta intelligentiam spiritualem, per fœminam inclinatam in-
telligi potest quæcunque anima seu persona carnalibus vitijs implicata, quam deo iuste permit-
tente diabolus diu intus ligauit vinculis peccatorum, iuxta illud prouerbiorum: Iniquitates suæ
capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Talis igitur anima à diabolo
vincta, ita efficitur debilis, spiritualiterque infirma, vt hostibus suæ salutis nequaquā resistat, sed i
omni pœnæ tentatione succumbat, atque quotidie frequentissime vulneretur, diuina transgre-
diendo præcepta, ac mortalia incidendo peccata. Itaque toto affectu terrenis immersa, sursum
non valet respicere, deum synceriter contemplando, eius iudicia commendo, & quæ ad salu-
tem suam pertinent ponderando, quemadmodū in Daniele de luxuriosis presbyteris legitur,
quod euerterunt oculos suos, vt non aspicerent cœlū, neque recordarentur iudiciorum iustorū.
Talem autem animam Christus interdū misericordissime aspicit, præuenit, & per inspirationē
internam, per directionem angelicā, per exhortationem humanam, seu alio modo ad se vocat, F
videlicet ad conuersionem mentalē, pœnitentiamque condignam, & paulo post infundit ei fi-
duciam de remissione peccatorum suorum, manum quoque, hoc est suum ei impendit auxilium
ita quod subito ad diuinorum meditationem atque amorem erigitur, sicque cognoscens in quan
tis fuit periculis, erroribus & peccatis, deo totis regratiatur præcordijs, & tanto feruentius ei
obsequitur, quo maiorem ab ipso misericordiam est sortita. Denique Christus in corporali hu-
ius fœminæ curatione quinque effecit, quæ in spirituali impiorum curatione spiritualiter agit.
Etenim fœminam illā, vidit, vocauit, sanauit, tetigit, & erexit. Similiter peccatorem spiritua
liter curaturus, Primo videt eum oculis suæ clementiæ, sicut vidit Matthæum in teloneo sedē
tem. Secundo vocat per inspirationē internam, iuxta illud Iob: Vocabis me, & ego responde
bo tibi. In Apocalypsi quoque: Ego sto ad ostiū & pulso. Tertio sanat per peccatorū remissio-
nem, quemadmodum per Esaiam loquitur: Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Vnde p Hie-
Iere, 71, remiam petitur: Sana me domine & sanabor. atque in psalmo: Qui propitiabitur omnibus ini
Psal. 102 quitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Quarto tangit per virtutū infusionem, &
per exercitationem mentis ad satisfactionem, seu opera quælibet bona, secundum illud Regū:
Abijt cum eo pars exercitus quorum tetigerat deus corda. Quinto erigit ad cœlestia per æter
norum contemplationē, feruidumque amorem, prout apud Esaiam scribitur: Dominus eri-
git mihi aurem, vt audiam eum quasi magistrum. ⌊Respondens autē archisynagogus.⌋ Res-
pondit autē nō ad alicuius interrogationem, quia interrogatus nō legitur, sed ad miraculorum
opus Christi apte se loqui putauit aut finxit. Porro archisynagogus est nomen officij, nō per-
sonæ

sonæ, quia principem synagoge designat, ⌊indignans, quia sabbato curasset hominem, ⌋ hoc
A est, fœminam istam ⌊Iesus, ⌋ in quo patet indiscretio, ignorantia & falsa iustitia, imo & inui-
dia eius, indiscretio, quia zelum legis habuit, sed non secundum sciētiam, ignorantia, quia præ-
ceptum de obseruantia sabbati nō intellexit, falsa iustitia, quia indignatus est Christo, vera eñ Chryso.
iustitia habet compassionē, falsa dedignationē, scd̄m Gregoriū: Inuidia (quia vt ait Chrysosto
mus) non indignabat ob sabbati violationem, sed propter Chr̄i glorificationē, vnde infra voca
tur hypocrita, quia finxit se de sabbati violatione turbari quum torqueretur inuidia, ⌊dicebat
turbæ: Sex dies sunt ⌋ in hebdomada ⌊in quibus operari oportet ⌋ hoc ē, licet & expedit, sicut
deus sex diebus omnia fecit, septimo aūt die quieuit, in cuius memoriam iussit septimum diem
seu sabbatum celebrari, ⌊in his ergo ⌋ sex diebus, ⌊venite & curamini ⌋ qui estis infirmi, & non
in die sabbati ⌋ ne præuaricemini diuinum pręceptum, Cōsequēter Saluator archysinagogū re
darguit, ostendens quod ille magis contra sabbatum fecit quam ipse, & quod præceptum de sab
bati obseruatione non intellexit, quia non quæcunq; opa deus sabbato fieri prohibuit, alioq nō
licuisset sabbato comedere, bibere, loqui, cibaria scindere, potum effūdere. Seruilia ergo opa fu
erunt illo die illicita, non opa charitatis, pietatis & necessitatis. Hinc ait Ambrosius: Deus septi
mo die ab operibus mundi quieuit, non ab omni opatione, quum sempiterna & iugis sit opatio
eius, sicut filius ait: Pater meus vsq; modo opatur, & ego operor, vt ad similitudinem dei secu
laria nostra opera, non religiosa, cessarent. ⌊Respondit ad illum dominus & dixit: ⌋ Archisyna
gogus ausus non fuit Christum directe arguere, sed populum alloquēdo, quasi indirecte redar
guit eum. Sed Christus dei iniuriam non sustinens, nec populi deceptionem ferens, apertissi
B me redarguit archisynagogum, & eius fautores. ⌊Hypocrita, ⌋ iustum te simulas, quum
plenus sis vitijs, ⌊vnusquisq; vestrum in sabbato non soluit, ⌋ propria manu, vel per ministran
tem, bouem suum aut asinum, & ducit adaquare? ⌋ Quasi dicat: Imo hoc facitis, quum tamen
hoc sit opus magis manuale, quam infirmum verbo curare, at manu contingere. ⌊Hanc autē
filiam Abrahæ, ⌋ Tam carnis propagatione, quam fidei ac virtutum imitatione, ⌊quam alliga
uit ⌋ hoc est, vinculo infirmitatis constrinxit. ⌊satanas, ecce decem & octo annis, non oporte-
bat solui à vinculo isto die sabbati? ⌋ Quasi dicat: Vtiq; expediebat, tum quia homo nobilior
est iumento, tum quia indigentia fœminę huius maior fuit quam iumentorum in sabbato, tum
quia alligatio ista miserabilior fuit. ⌊Et quum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij e-
ius. ⌋ Quia clarissime eos conuicit, & derisione dignos monstrauit, ⌊& omnis populus ⌋ hoc
est, populares & simplices, nam aduersarij erant scribæ & pharisæi, humanæ gloriæ cupidi,
ideo Christi honorationem ferre non poterant, ⌊gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebant
ab eo ⌋ hoc est in pręclarissimis Chr̄i miraculis, q̄ ipse potentissime atq; promptissime fecit, ita
quod summa numerum superant, iuxta illud Iohannis euangelistæ: Multa alia fecit Iesus, quæ
si scribantur per singula, nec ipsum mundum arbitror posse capere eos qscribendi sunt libros.
Naturale equidem est menti humanæ, in tam supernaturalibus atq; insolitis delectari, eo quod
naturaliter scire & in cognoscendo proficere optet, vnde & noua placent.
¶ Deniq; Christus aduersarios suos varijs modis conuicit. Primo, per operationem mira-
culorum, sicut quum dixit: Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata, an dicere, surge Matt. 9.
& ambula, &c. Secundo per allegationem scripturarum, sicut quum allegauit illud ex Psalmo:
C Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos &c. Item: Lapidem
quem reprobauerunt ædificantes. Tertio, per propositionem parabolarum, vt quum dixit ad Psalm. 17
pharisæum. Duo debitores erant, &c. Quarto, efficacia testimoniorum, sicut quum dixit Iu- Matt. 23
dæis. Vos misistis ad Iohannem &c. Quinto subtilitate quæstionum, vt quū interrogauit Iu- Marci 12
dæos. Cuius est imago hæc & superscriptio. Itemq;: Baptismus Iohānis de cęlo erat, an ex ho
minibus. Sexto, exhibitione exēplorū, sicut hoc loco.
¶ Postremo, quia Iudæi Christum frequenter de sabbati transgessione reprehenderūt, ideo Matt. 12
multipliciter se excusat & illos conuincit. Primo, ex hominis dignitate, vt ait apud Marcū: Sab
batū factum est propter hominem, non homo propter sabbatum. Secūdo, ex sua maiestate, vt
quum ait in Matthæo: Dominus est filius hominis etiam sabbati. Tertio ex legis authorita
te, dum ait: Si circūcisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Moysi, &c. Quarto,
ex sacerdotū operatione, quoniam sacerdotes sabbatum violabant, nec tamen se reos putabāt,
prout in Matthęo allegat. Quinto, ex eorum cupiditate & peruersitate, quoniam curam peco
rū sanationi hominū præferebant. Sexto, ex operis qualitate, q̄niam soluere hominem à vincu
lo satanę, opus est charitatis, & hi duo modi in præsenti loco tangūtur.
¶ Præterea, cōfutatis incredulis, subditur instructio credentiū, qui in Christi operibus gloria-
bantur. ⌊Dicebat ergo ⌋ Iesus ad turbas: Cui simile est regnū dei, & cui simile esse existimabo
illud? ⌋ Primo interrogat, & interrogationē sub alijs verbis resumit, vt attētos redderet audien-
tes & materiæ pponendæ excellentiam declararet, deinde rñdet. ⌊Simile est grano synapis ⌋

¶ Regnum dei seu regnum cœlorum in scripturis multipliciter sumitur. Primo, pro ecclesia militanti. Secundo, pro ecclesia triumphante. Tertio, pro æterna felicitate, seu præmio beato D
rum. Quarto, pro cœlesti mansione eorum puta pro cœlo empyreo. Quinto pro actiuo regimine dei. Sexto, pro negotio, quod in militanti ecclesia agitur. Septimo, pro statu ecclesiæ militantis. Octauo, pro virtute & gratia ecclesiæ militantis, per quas ad ecclesiam triumphantē perducitur. Nono, pro sacra scriptura. Decimo, pro ipso dño saluatore, secundum Hieronymum. Itaque regnum dei hic accipi potest, primo, sexto, septimo, octauo, nono & decimo modis. Cum enim
Lucæ, 13 Christus hæc dixit, primitiua ecclesia militans, scilicet plebs credēs, in ipsum instar grani synapis parua fuit. Vnde superius vocauit eam gregem pusillum. Rursum prædicationis negotium quod tunc in plebe hac agebatur à Christo, in loco agebatur angusto, & in paruo terræ angulo fuit comparatione orbis terrarum.

¶ Præterea status huius Ecclesiæ & virtus ac gratia eius tūc modici erant, præsertim, extēsiue loquēdo, quia adhuc pauci credebāt, & ipsi quoque Apostoli adhuc rudes tunc erant, valdeque imperfecti. Similiter scriptura diuina tūc nondum fuit multiplicata per mundum, vt postmodum per Apostolorum prædicationem, sed & ipse Christus tunc adhuc paruus fuit in cordibus Iudæorum, quia modice reputabatur ab eis. Vnde Iohannes Baptista prædixit: Illum oportet crescere, me autē minui. Itaque similis est regnum dei grano synapis, quod primo permodicum est: [quod acceptum, misit homo in ortum suum, & creuit, & factum est in arborē magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius.] Pariformiter primitiuam ecclesiam militantē misit deus in ortum suum, hoc est in tēplum Hierusalem, quod fuit locus cultus diuini, & habitaculum dei, in quo Apostoli suscepto spiritu sancto post Christi ascensionem primo orsi sunt prædicare euangelicam legē. E
Quotidie quoque vnanimiter fuerunt in templo & porticu Salomonis, prout in actis Apostolorum habetur: Deinde ecclesia creuit mirabiliter omni die, velut in arborē magnam, quia per totum mundum diffusa est, & plena fuit fructibus bonis, ita quod volucres cœli, hoc est, viri cōtēplatiui, ac spirituales doctores, atque prælati requieuerunt in ramis eius sub protectione & vmbra documētis & gratia Apostolorum, qui fuerunt velut rami ecclesiæ, per climata mundi hinc inde extenti, vel rami ecclesiæ sunt potestas eius spiritualis ac secularis. Quemadmodum autem dictum est de incremento ecclesiæ, ita de incremento euangelicæ prædicationis, & ecclesiastici status, itemque virtutes & gratiæ primitiuæ ecclesiæ, est dicendum, quia hæc omnia, primo in Hierusalem & Iudæa, quasi in loco angusto fuerunt, deinde per quatuor mundi plagas diffusa sunt, fueruntque ista plantata in horto dei, hoc est, in ipsa ecclesia seu corde credētium. Vnde sponsa in Canticis ait: Veniat dilectus meus in ortum suum.

¶ Insuper scriptura sacra primo paucis cognita & concessa, per discipulorum Christi prædicationem, toti mundi est communicata, in cuius ramis, hoc est, varijs expositionibus præfatæ volucres cœli quiescunt, diuina vocando.

¶ Postremo, Christus primo inter Iudæos modice reputatus, imo vilipensus reprobatus & crucifixus, per Apostolorum prædicationem ac signa toti mūdo innotuit, atque in cordibus electorum sic creuit, quod agnitus est honoratus ac adoratus, vt verus deus, sicque in eius ramis, hoc est, potestatibus, defensionibus & gratijs requieuerūt fideles. Vnde apud Danielē designatus est Christus per lapidē abscisum de monte absque manibus, qui lapis factus est mons magnus impleuitque totam terram. Sed & Christum misit pater in hortum suum, hoc est, in ecclesiam & primo ad synagogam. [Cui simile æstimabo regnum dei?] De quo iam dictum est: [simile est fermento F
quod acceptum mulier abscondit] hoc est, miscuit [in farinæ tria sata] id est, in tres mensuras farinæ aqua aspersæ. Satum enim secundum Bedam est mensura iuxta morem prouinciæ Palestinæ, vnū & dimidiū modium capiens, [donec fermentaretur totum, hoc est, tota massa à fermento virtutem acciperet, vt esset apta materia panis. Simili modo, sacra scriptura seu Christus, vel fides & charitas eius, seu prædicatio euangelica, tāquam virtuosum optimumque fermentum à muliere, hoc est, increata sapientia, tanquam à causa principali, & ab apostolica cōgregatione, tanquam à causa secundaria instrumentali seu ministerio illibatæ carnis Christi cōmixta est congregationi fidelium seu credentiū cordi infusa, tanquam in tria sata propter summæ trinitatis mysteriū, vel propter tres status seruorum dei, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum vel propter statum coniugatorum, cōtinentium, & virginum, donec fermentaretur totum, hoc est, quousque vniuersum mysticum corpus Christi, quod est vniuersa ecclesia electorum fideliū Christo incorporaretur, eiusque fide, charitate & gratia formaretur, & per sacrā scripturam instrueretur, & tantam à Christo virtutē
1 Cor. 10 acciperet, vt de ea Apostolus fateretur: Vnus panis & vnū corpus, multi sumus. Itaque fermentum hoc
1 Cor. 5 loco in bono accipitur. Alibi vero in malum accipitur, vt cum Apostolus ait: Modicum fermētum totam massam corrumpit. Et cum in Ozea legitur: Quieuit ciuitas paululum à commixtione, donec fermentaretur totum.

¶ Prosecutio expositionis huius capituli, ab eo loco quo dicitur: Et ibat per ciuitates & castella docēs. Articulus XXXVI.

Quū

QVoniam Christus iam de euangelicæ prædicationis ac fidei multiplicatione figura 2.Par. 19
liter est loquutus, consequẽter facto verba sua verificat. ⌊Et ibat Iesus⌋ cum disci
pulis ⌊per ciuitates & castella⌋ Galilææ atq; Iudææ, ⌊docens⌋ tam vrbanos q̃ vil
A lanos tanquã psonarũ acceptor nõ existẽs, sed oẽs tam paruos quam magnos, Esaiæ 40
tam doctos q̃ idiotas, quãtum in se fuit ad salutẽ inducẽs, ⌊& iter faciẽs in Hierusalẽ⌋ hoc est, Matthæi
ad locum suæ passionis propinquans, & genus humanũ liberare desiderans, sicut iam ante te-
status est. Baptismo habeo baptizari, & q̃uo coarctor donec pficiatur. ⌊Ait aũt illi qdam. Do-
mine, si pauci sunt q saluantur?⌋ Hoc ideo interrogauit, quia audiuit Christum de cœlesti re- Actu. 10
gno plurima prædicare, documẽtaq; ardua tradere pro acquirenda salute. ⌊Ipse aũt dixit ad il Lucæ. 12
los.⌋ Vnus quæsiuit, sed Christus ad oẽs qui aderant, dirigit responsionem, quoniam quæstio-
nis solutio ad oẽs spectauit, & forte iste vnus ex aliorum interrogauit instinctu. ⌊Contendite⌋
.i. cum lite & pugna contra dæmones & pctã, contra mundum & propriã carnem, irtestena-
⌊epulari autẽ & gaudere oportebat,qa frater tuus mortu⁹ fuerat⌋p peccatũ, de q̃ morte ait
saluator:Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vita enĩ aĩæ est charitas dei,q̃ per mortale
pc̃m̃ amittitur,& ipsum mortale pc̃m̃ mors aĩæ perhibetur,⌊& reuixit,⌋per gratiæ infusio
nem,⌊perierat,⌋æternam dammationem merendo,& dæmonũ manum incidendo,⌊& in-
1.Petri,5, uentus est⌋.i.ad manus pastoris,saluatorisq̃ sui redact⁹ est, nõ vtiq̃ casu,sed præordinatiõe
Roma,5, diuina,quæ nullũ electorũ perire pmittit,q̃uis sinat eũ ad tẽpus errare.Hinc talibus scribit Apl'⁹
Petrus:Eratis aliquãdo sicut oues errãtes,sed cõuersi estis ad pastorem,& episcopum aĩarum
vestrarũ.Itaq̃ ex hac docemur parabola,q̃ incõprehensibilis & immensa sit misericordia dei ĩ
pœnitentes,qui etiam frequenter in illis in quibus abundauerunt delicta, superabundare facit
gratiarum charismata,& eos qui longo tempore vitiose vixerunt,facit eos præire, qui à pueri-
tiam innocentia permanserunt.Nemo ergo desperet,nullus quoq̃ præsumat,nec aliquis, quã-
uis feruentior videatur,alium spernat. ¶Denique sensum huius parabolæ diuus Diony
sius in libro ecclesiasticæ hierarchiæ deuotissime introducit,exponendo mysticas rationes cæ
remonialium actuũ,quos in primitiua ecclesia episcopus seu hierarcha circa baptizandos exhi
buit.Itaq̃ sententialiter ait:Vere optimus & superoptimus deus,q & recedentibus se præbet
ama-

amabilẽ,& accedẽtibus obuiat & occurrit,totusq; totos amplectens salutat,suscipit,& velut in
humeris tollit,nec de prioribus malis illos accusat,sed festũ peragit diem,conuocatq; amicos,
A vt sit omniũ lætantiũ habitudo,optimos quoq; in lætitiam suscitat angelos.

¶ELVCIDATIO CAP. XVI. DIXIT AVTEM AD discipulos suos:Homo quidam erat diues. Art. XXXIX.



Aluator in isto cap. hortatur ad opera pietatis,præsertim ad eleemosynarum largitionem,primo per parabolã,secũdo per rem(vt creditur)
gestã. ⌊Dixit aũt ad discipulos suos,⌊ quibus pre ceteris datũ fuit nosse mysteriũ regni dei,& quos tanq̃ totius mũdi futuros doctores sin- Matt. 13
gulariter de euangelica lege edocuit,ad quos etiã ista parobola præci- Marci 4.
pue pertinebat,inquantum ipsi oim prælatorum tenebant figurã. ⌊Homo Lucæ. 8.
quidã,⌋ videlicet vnigenitus dei propter nos incarnatus,de quo in Baruch scriptũ est:Qui fecit stellas,hic est deus nr̃,& post hæc in terris
visus est,& cũ hoĩbus cõuersatus est, ⌊erat diues,⌋ q̃a secundũ naturã
diuinam diues est in seipso infinitis diuitijs,qm̃ patris ac filij et spũs sancti vna est opulentia,sicut & vna essentia ,& hæc opulentia est ipsa diuinitas adoranda,in qua est,vel potius q̃ ẽ oim
bonorum atq; pulchrorum ac desiderabiliũ supplena et interminata possessio. Vnde et in libro de
causis habetur:Causa prima est diues in se et diues in alijs. Porro secundũ assumptã humanitatẽ,
Chrũs q̃q; est diues et ditior vniuersis,qm̃ eius humanitas prælata est omni enti creato,oisq; creatura subiecta est ei,propter quod in Matthæo dixit:Data est mihi ois ptãs,in cœlo et in terra. Math. 8.
Spũalis q̃q; opulentia aiæ Christi est maxima in donis grẽ,bonisq; gloriæ. Dicit aũt Augustinus in libro de ciuitate dei:Deus est diues,nõ pecunia,sed omnipotẽtia. Veruntamen temporalẽ
in corporalibus paupertatẽ propter nos Chrũs assumpsit,vt eius inopia corporali nos diuites 2 Cor. 8.
efficiamur opulẽtia spũali. Denique sicut Sapiẽs ait:Si diuitiæ quæruntur,qd sapientia locupletius? Sapien. 8
B de qua in Prouerbijs legitur:Longitudo dierum in dextera eius,et in sinistra eius diuitiæ et gloria. Proue. 3.
Et rursus:Sapientia q̃q; cũ sit vna,oĩa pt,⌊ qui habebat villicũ,⌋ i. dispẽsatorẽ. Quãuis aũt villi- Sapien. 7
cus villæ rector et custos proprie nuncupetur,hic tñ pro iconomo seu domus procuratore et
dispẽsatore accipitur,qui vniuersam substantiã domus dispẽsat. Iconomus quippe tã pecuniæ,q̃
frugũ et oim q̃ paterfamilias possidet,dispẽsatorem designat, ⌊et hic diffamatus⌋ i. accusatus
⌊est apud illũ,⌋ i. Christũ omnium iudicẽ,quẽ latere nil potest. ¶Porro diffamatio ista iniq̃
apud deũ seu Christũ fit varijs modis,testimonio q̃q; multiplici. Primo p ipsam infallibilẽ & Hiere. 29.
oĩa intuentẽ sapiam dei,q per Hieremiã fatetur:Ego sum testis & iudex. Secundo,p angelos bonos,q zelo iustitiæ corã deo opera hoim bona & mala proponũt,vt sup Danielẽ expositores
affirmãt. Tertio,p angelos malos,quẽadmodum in Zacharia patet de Satan,q Iesu filio Iose- Zach. 3.
dech aduersabatur per accusationẽ procacẽ. Quarto,p remorsum cõsciarum,secundũ illud ad Ro- Roma. 2.
ma. Testimoniũ reddẽte illis cõscia ipsorum. Quinto, per euidẽtiam operum,prout in Genesi dñs Gene. 4.
ait ad Cain:Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et rursus:Clamor Sodomorum venit ad me Genesi 18
Sexto,quærela vicinorum atq; egentiũ,vnde in Prouer. Salomon ait:Qui abscondũt frumentũ Prou. 11.
in tpe,maledicentur:bñdictio aũt sup caput vendẽtiũ, ⌊quasi dissipasset bona illius⌋ i. bona sibi
ad bñ erogandũ atq; vtẽdũ cõmissa inutiliter cõsumpsisset & expẽdisset. ¶Per villicũ istũ intelligi pt quicũq; aliorum prælatus aut princeps,imo & qlibet Chrĩanus. Nã quilibet horum dona & bñficia sibi desuper data,corpus & animã seu sibi cõmissos iuste ordinare debet ad honorẽ & gloriam dei,potissimũ aũt q alijs in spũalib' præsident,gregẽ sibi cõmissum & ecclesiastica bona recte disponere obligantur,sermone & opere subditos ædificãdo,& tpalia fructuose ac salubriter,
nõ supflue aut carnaliter expendendo,sed & principes seculares ea q̃ sibi supfluũt,in pios debẽt
vsus conuertere, quilibet Chrĩanus donis naturæ & grẽ ac fortunæ sibi concessis legitime ad
dei honorificentiã vti tenetur. Oĩa equidẽ q̃ habemus,dona sunt dei, & eorum dispẽsatores potius 1 Cor. 4
C q̃ possessores aut dñi sumus,vtpote rationem de eis daturi. Porro preciosissima dei bona sunt ani- Rom. 8.
mæ rationales Christi sanguine liberatæ,quas dissipat,qui prauis exemplis,falsis doctrinis aut
negligentia eas ad vitia trahit aut trahi permittit,nec reuocat,q̃d tanto sceleratius est apud deum,q̃to exterioribus rebus præstantiores sunt aiæ immortales. ⌊Et vocauit⌋ dñs ⌊illũ⌋ villicum
Hæc vocatio nõ est illa,qua quisq; tpe mortis ad diuinum vocatur tribunal,sed ea qua quis in vita præsenti diuinitus admonetur per inspirationẽ angelicam seu diuinã, per beneficia & flagella,p
prædicationes hominum & cõminationes æternaliũ tormentorum , vt cogitet quam suo tempore
deo de omnibus rationem reddere posset, ⌊& ait illi:Quid hoc audio de te?⌋ i. cur ita te habuisti,q mihi taliter accusaris? Vt autẽ Gorra hic scribit,in hoc verbo datur prælatis exemplũ in
quatuor. Primo,ne peccata suorum dissimulent. Secundo,vt veritatem famæ inquirant, Nam ait,
quid audio. Tertio , ne accusatores prodant , quia non ait , ille vel talis mihi hoc dixit,sed audio. Quarto,vt articulũ de quo quis accusatur aut diffamatur specificent. Melius enĩ potest se

homo corrigere cũ ei exprimitur in quo deliquit, aut excuſare ſi innocens ſit. Nã ait, quid hoc
L Redde rationem villicationis tuæ J.i. ad reddendũ te pͣpara, & quõ reddere poſſis exaĩa, iãq
dũ tempus merendi ſupeſt corã deo te pone, & quaſi ante eius tribunal adductus eſſes à te ipſo D
exige rationem diſpenſatiõis tibi creditæ, & qualiter vſus ſis bñficijs dei, L iã enĩ nõ poteris vil
licare J.i. in proximo eſt, vt de hac vita tollaris, & bñficijs dei ad meritum diutius vti nõ que-
as, qa poſt mortẽ nõ eſt tempus merẽdi. Ergo dũ tempus habemus, operemur bonũ ad oẽs, ſi
cut & Salomon hortatur: Quodcũq̧ pͦt manˀ tua, inſtãter operare, qa nec opes, nec ratio nec
Galata.6 ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. L Ait aũt villicus intra ſe J.i. pͦuide cogitauit, atq̧
Eccle.9 cõſilium à pͦpria ratione q̃ſiuit, quid ſibi in tanto eſſet agendum diſcrimine. Sic timor multos
inducit ad meliora. L Quid faciã? J potius cogitauit quid faciam, q̃ quid dicam, ſciens ꝙ apud
iuſtum ac infallibilẽ iudicem plˀ valeant opa virtuoſa, q̃ verba pulchra, dicẽte Aplͦo: Nõ i ſermo
1 Cor.4 ne eſt regnum dei. Et Chſo: Nõ oĩs q dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnũ cœloꝝ, ſed q facit
Math.7. voluntatẽ patris mei, L qa dñs meus aufert à me villicationẽ J.i. cõminat ꝙ ſtatim auferet me
de vita pͥſenti, ita ꝙ in eius bonis dñari & pͦmereri non potero, ideo niſi mihi modo prouide
am nullũ poſt mortẽ mihi reſtabit remediu. L Fodere nõ valeo J.i. dura pœnitẽtiæ opera exer
cere nõ queo, abſtinẽdo, me flagellando, flẽdo & vigilando. Quãuis opera iſta ſint viris pfectis
dulcia atq̧ facillima, q pͦ cõſuetudine exercitatos habẽt ſenſus, & in omni actu virtutũ ſpũaliter
delectantur, L mendicare erubeſco L.i. aduerſa æquanimiter ferre nõ poſſum, ſeu alios ad inter
cedendum pro me pͣcari verecundor, niſi & ego ipſe aliquid boni agã, & tẽporalia tribuendo
merear ſpũalia mihi rependi ſuffragia. L Scio quid faciam, J quia ratio mea p. euangelicæ legis
doctrinam inſtructa dictat mihi quid debeã agere, L vt cum amotus fuero à villicatione J.i. p
Matt. 5 mortem ſublatus fuero de hac vita, ita ꝙ nec alijs, nec mihi ipſi præeſſe poſſim ad meritũ, L re
cipiãt me J hi quibus bñfacere cogito. L i domos ſuas J.i. meritis ac ſuffragijs pauperꝝ atq̧ hu
miliũ perducar ad regnũ cœloꝝ, qd domus eſt pauperꝝ, ſicut ait ſaluator: Beati pauperes ſpũ,
Iohã.14 qm ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. Et ait pluraliter, in domos ſuas, qa in vno regno cœleſti diuerſæ
ſunt mãſiones, hoc eſt diuerſi gradus pͥmioꝝ, ſecũdũ gradus varios meritoꝝ, put aſſerit Chſus
In domo patris mei mãſiones multę ſunt, hoĩes quoq̧ ſecundũ exigentiã meritoꝝ ſuoꝝ ad an E
3.Reg.6. geloꝝ ordines aſſumunt. In has domos cœleſtes nõ ingrediũtur adulti, niſi per oſtiũ ſeu opera
miſericordiæ corporalia aut ſpũalia, in cuius figurã legit in libris Regum ꝙ Salomon fecit in in
greſſu ſancti ſanctoꝝ duo oſtiola de lignis oliuarum, per quæ pietatis opera exprimũtur. L Cõ
Matt.6 uocatis itaq̧ ſingulis debitoribus dñi ſui J.i. religioſis & indigentibus, qui quantũlibet iuſti ſint,
Lucæ.11. attamẽ debitores ſunt dei, vel propter pctã ſua quotidiana venialia ſaltẽ, propter quoꝝ remiſ
ſionẽ exclamant: Dimitte nobis debita nr̃a, ſicut & nos dimittimˀ, vel qa de acceptis donis deo
ſeruire ac regratiari tenentur, nec deo æquiualẽs valent repẽdere, J dicebat primo: Quantũ de
bes dño meo? At ille dixit: Centũ cados olei. L Cadus eſt amphora certæ menſuræ ſeu quãtitatis
Porro parabola iſta ſcd̃m expoſitionẽ hãc nõ tenet in oĩbus, qa & omne ſimile eſt aliquo mõ
diſſimile, aliter idẽ eſſet nõ ſimile. Nõ ergo neceſſe eſt, vt parabola ſeu ſimilitudo ſemp quatuor
pedibus currat. Poſſunt tñ per centũ cados vniuerſa hũanæ fragilitatis pctã ſignari, qa (vt Iaco
Iacob.3. bus ait) in multis offendimus oẽs. Qui aũt vult ſibi ignoſci a deo, debet & alijs libenter ignoſce-
re, L dixitq̧ illi: Accipe cautionẽ tuã J.i. chartã in qua ad cautelã deſcribitur forma cõtractus
ſeu debitũ, quę à Tobia chirographũ appellat, L ſede cito. J Celeriter enĩ agenda ſunt bona, &
Tob.4. pͥſertim miſericordię opa. Sicut enĩ hilarẽ, ita & celerem datorem diligit deus. Et qui cito dat,
2.Cor.9. bis dat, neſcit dare q dare tardat. Propter qd aſſerit Auguſt. Et rẽ perdit & meritũ, qui paupe-
Prouẽ.9. rẽ moleſta mora ſuſpẽdit. Hinc Salomon ait: Ne dicas, vade, cras dabo tibi, cũ ſtatim dare poſ
ſis, L & ſcribe quinq̃ginta, J ſicq̧ mediã partẽ dimittit. L Deinde alio, J ſcd̃m antiq̃ grãmaticã
.i. alteri, L dixit: Tu vero q̃tũ debes? Qui dixit: Centũ choros tritici. J Chorus hic ſumitur pro
mẽſura. L Et ait illi: Accipe lr̃as tuas, J q̃ paulo ante dictę ſunt cautio, L & ſcribe octogita. J Cur
minus dimiſit huic q̃ præcedenti? Rñdet, ꝙ ad inſinuandũ, ꝙ indigentioribus magis ſit tribuẽ
dum, rurſus, ad innuendũ, ꝙ cordialius debeamus indigentibus cõpati q̃ ſuccurrere valeamus.
Oleo nãq̧ cõpaſſio, tritico aũt ſubuentio deſignat. Itaq̧ ad hoc Chrũs hanc induxit parabolã, F
vt ſciamus ꝙ ſicut deſpenſator qui de bonis domini ſui fecit liberalitatẽ & curialitatem in illo-
rum receptus eſt domibus quibus taliter fecit, ita & nos de bonis nobis cõceſſis alijs communi
care debemus, & pͥcipue diuites ſeculi huius pauperibus debent liberaliter ſubuenire, vt p hoc i
1.Tim.6 domo illoꝝ.i. in regno cęloꝝ ſuſcipi mereantur, quẽadmodũ ad Timotheũ ſcribit Apoſtolˀ:
Diuitibus huis ſeculi præcipe nõ ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed facile tri-
buere. L Et laudauit dñs villicũ iniquitatis J.i. diſpenſatorẽ iſtũ iniquum, qui & ante bona ſui
dñi diſſipauit, & nũc de reſiduo furtũ cõmiſit, L quia prudenter egiſſet J.i. nõ de furto & dilapi
datione rei alienæ eum laudauit, quoniam laus debetur virtuti, non vitio, ſed de quadã appa-
renti prudẽtia, quæ tamẽ non fuit vera prudentia, ſed iniuſtitia, attamẽ aliqd ſimile veræ pru-
dentiæ in eius opere fuit, nam induſtrioſe ſibi prouidit, & acute excogitauit, vnde & laudatio
eius

eius non fuit laus absoluta, sed secundum quid. Multo magis Christus qui nullum sustinet dam
num, & vere pijssimus est, laudabit prælatos ac diuites, si subditis & egenis misericordes ex-
A titerint, ⌊quia filij huius seculi⌋ .i. dilectores mundi, qui mũdũ istũ pro patria amãt, in terrenis
hæreditatẽ exoptant, seculo se cõformant, tẽporalibusꝙ potius quam diuinis intẽti sunt, de q-
bus Iohãnes dicit: Ipsi de mũdo sunt, & de mundo loquũtur, & mũdus eos audit. Tales ad de Iohan.4.
um nõ pertinẽt, & frequẽter mũdi nomine exprimunt. De quibus loquitur filius dei patri: ætec Iohã.17.
non pro mũdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mũdo, quia tui sunt, Vt ergo non si-
mus de numero filiorum seculi huius obtẽperemus Apostolo exhortanti: Nolite conformari
huic seculo, sed renouamini spiritu mentis vestræ, ⌊prudentiores⌋ hoc est, astutiores & dili-
gentiores in tẽporalibus acquirẽdis, conseruandis & expediẽdis ⌊filijs lucis⌋ hoc ẽ, deuotis &
spiritualibus hominibus ⌊in generatione sua⌋ carnali, hoc est, inter suos sunt ⌊sunt⌋ Hoc di- Rom. 8.
citur, non quod impijs insit vera prudẽtia, cum dicat Apostolus: Prudẽtia carnis mors est. Ari
stoteles quoq in æthicis probat, quod solis virtuosis insit prudentia, sed ideo Christus sic loq
tur, q a mundani hoĩes solicitiores agilioresꝙ sunt circa terrena negotia quam spirituales circa
diuina & circa spiritualem charissimatum diuinoꝝ profectum, quũ tamẽ spũalia bona incõpa
cabiliter præstantiora sint rebus carnalibus & terrenis. Propter quod incomparabiliter plus la
borandum esset pro spiritualibus quam terrenis. Vnde & aliqui, vtpote viri sancti, infatigabi-
les ardentissimiꝙ fuerunt. Sed tales comparatione aliorum paucissimi fuerunt, & sunt. Christus
autẽ loquitur secundum quod communius accidit. Huius quoq ratio assignatur. Prima est mẽ
tis nostræ obscuratio, seu naturæ p peccatum corruptio siue infectio, propter quam procliui-
or est homo ad vana ac mala quam ad bona atꝙ salubria. Secunda est spũalium rerum subtili
tas seu ad cognoscẽdum difficulta. Sẽsibilia nãꝙ sunt grossiora & notiora. Spũalia vero subti
lia minusꝙ nota, ideo minus optantur, quia vt asserit Augustinus, inuisa diligere possumus, nõ
autem incognita. Sed hęc ratio in viris perfectis locum nõ habet, q fidẽ habet cũ copiosis rõni
bus credendorum, purificatæꝙ mẽtis intelligẽtia. Tertia, quoniam multis viribus circa sensibi
B lia versamur atꝙ ab eis mouemur, vtpote exterioribus ac interioribus sensibus ac duplici appe
titu, sensitiuo, videlicet concupiscibili, & irascibili.

¶ Porro, circa intelligibilia & spũalia solo intellectu versamur & voluntate. Merito quoꝙ bo
ni vocant filij lucis. Primo q a p charitatẽ & gratiã sunt filij lucis increatę, de qua in Iohãne ha 1.Iohã.1.
bet: Deus est lux, & tenebræ nõ sunt in eo vllæ. Scdo, qm lucidam, hoc ẽ, virtuosam & exẽpla Ephe. 5.
rem habẽt cõuersationem. Vnde ab Apostolo lux vocant: Fuistis (inqt) aliquãdo tenebræ, nũc
aũt lux in dño. Tertio, qm donis grẽ gratũ faciẽtis, quæ lumina quædã sunt, intus ornant, sub-
dunt, regunt. Quarto, verã lucẽ quę deus est sup oĩa diligũt. Quinto, q a ad lucẽ glorię pordina
ti sunt, & ad patriã claritatis æternæ suspirant, tendunt, festinant, ibi hæreditati optantes.

¶ Deinceps saluator parabolam istam ad propositum applicat: ⌊Et ego dico vobis⌋ Salubri-
ter cõsulẽdo, seu præcipiẽdo, ⌊facite vobis amicos de mammonæ iniquitatis⌋ hoc est, diuitias
& tpalia pauperibus erogãdo, procurate vobis amicitiã sanctã sup sanctæ trinitatis, & angelo-
rum sanctoꝝ ac paupeꝝ. Deus eñ & oẽs electi misericordiã diligũt & liberales ac misericordi
ter sua cõmunicãtes synceriter amãt. Mammon Syriace est nomẽ diaboli de diuitijs male acq
rendis seu expendẽdis, aut auariter cõseruandis tẽtantis. Hinc mammona appellãtur diuitiæ,
quæ dicunt mãmona iniqtatis, nõ quod in seipsis sint malæ aut vitiosæ, quum teste Apostolo:
Omnis creatura dei sit bona, sed multis de causis tales dicunt. Primo, quia multoꝝ vitioꝝ sunt
materia atꝙ occasio, propter quod ait Valerius: Diues currit ad libitum, corruit ad illicitum. Et 1.Tim 6.
Paulus testat: Qui volũt diuites fieri, incidũt in tẽtationẽ & laqueũ diaboli, & in desideria inutilia 1.Tim.6
& nociua. Secundum, q a communiter inique acquirunt, auare seruant, illicite expendunt. Vñ
ad innuẽdum, quam rarum ac difficile sit, diuitẽ esse iustum, scriptum est in Ecclesiastico: Bea
tus diues q inuẽtus est sine macula, q post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris.
Quis est hic & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita sua.

C ¶ Insup diuitiæ dicunt iniqtatis, quasi inæqualitatis, q a inæqualiter possidẽtur, & non æque ce
tinent, q a quod qs vltra necessaria vitæ sibi reseruat, nec pximoꝝ necessitati cõicat, mãmona
iniqtatis censet. Mensurã vero certi moderaminis in diuitijs appetẽdis, aut cõseruãdis docet
Apls, dicẽs: Hñtes alimẽta, & qbus tegamur his contẽti simus. Potest etiã verbũ istud exponi
de diuitijs vitioso affectu aut actu prauo adeptis, de qbus eleemosyna fieri potest, vt de acqui
sitis p lenociniũ meretricium, aut laborem in die festo. De diuitijs vero iniusto titulo acquisitis,
non debet fieri eleemosynarum largitio, sed restitutio. ⌊Vt cum defeceritis⌋ ã vita præsenti,
hoc ẽ, obieritis, de quo defectu scriptum est: Deficiẽs Abraham mortuus est, ⌊recipiãt vos⌋ p
fati amici .s. deus & angeli ac pauperes sancti, ⌊in ęterna tabernacula⌋ .i. mãsiones cœlestes, q
nõ à parte añ, sed à parte post nũcupant ęternę, de qbus ait Psal. Quam dilecta tabernacula tua Genesi 25
dñe virtutũ. Quãuis aũt quilibet electoꝝ recipiatur ad aliquam specialem & certã mansionẽ re Psalm 83
gni cœlestis, tamẽ qui vnam ingreditur, in tabernacula ingredi dr̃, hoc est, ad locum illum seu

patriam beatorum, vbi mansiones plurime distinguuntur, itemq́ ad totius cęlestis curiæ soci-
Nume 24 etatē, sed & frequēter in scripturis numerus pluralis pro singulari & econtrario ponit. Horum taber
naculorum fuerūt figurę habitacula filiorum Israel, de quibus in Numeris Balaam ait: Quam pulchra D
tabernacula tua Iacob, tētoria tua Israel. Vel cū defeceritis à proprijs meritis, illis carēdo recipi
ant vos, scilicet angeli & pauperes prælecti, i. gratiā pœnitēdi & finaliter obtinendi vitā bea-
tam suis suffragijs vobis procurēt. ⌊Qui fidelis est in minimo⌋ hoc ē, vsu, erogatiōe seu dispē-
satione tēporalium rerum & opum ⌊& in maiore fidelis est⌋ id ē, in vsu & dispēsatione spūaliū.
Qui enim tpalibus ordinate vtit, referēdo ea ad spūalia bona p hoc ipm meret, & suscipit gratiam
am bene se habendi circa res spūales, quas tēporalibus cunctis præponit, & circa eas virtuose
exercendas, tractandas, cōmunicandas, præsertim se occupat. Spūalia aūt hęc bona sunt pdi-
catio, & sacra doctrina, ecclesiastica sacra, virtutes, & dona spūs sancti, quorum dispensatio ad pla
tos, doctores & pdicatores, pcipue ptinet, quēadmodū Paulus in taliū ait psona: Sic nos existi
1. Cor. 4. met homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quæritur inter dispē
1. Petri 4 satores, vt fidelis quis inueniatur. Verumtamē ad vnūquemq́ dispēsatio ista quodāmodo spe-
ctat, prout diuus Petrus princeps Apostolorum hortat: Vnusquisq́ sicut accepit gratiam in alte-
rutrū illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Hinc cōstat q̄d aua
ri, ambitiosi, immundi, nequaquam sunt boni prędicatores aut prælati, qa ad sua cōmoda, ad tē
porales honores, carnales delitias, impie reflectuntur. Qui vere in omnibus dei honorē & pro-
ximorum quærit salutē, & commissum sibi diligenter implet officium, verbo & ope instruēdo,
virtutibus insistendo, & ea quæ dei sunt subditis impendendo, hic dignus extat prælatus & prę
1. Tim. 4 dicator, atq́ in spiritualibus fidelis probat, quēadmodū ad Timotheum docet Apostolus: Esto
Tit. 2. (inquiens) exemplū fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate. Attende lectioni, exhor-
tationi doctrinæ. Profectus tuus manifestus sit omnibus.

¶ Postremo, minima dici possunt bona fortunæ seu exteriora bona, magna dona naturæ. Bo-
na maiora, dona grāæ, bona maxima, dona gloriæ. Ex his cōcludit Saluator: ⌊Si ergo in iniquo
māmona⌋ i. in tpalibus diuitijs dispēsandis, quę iniquæ vocant ob causas phabitas ⌊fideles nō
fuistis⌋ fidelitate ad iustitiā ptinēte, ea erogādo, scdm q̄d iustū est seu fide, q̄ est virtus theologi- E
ca, p q̄ propter bona spūalia & futura spernunt, & liberaliter expendunt corpalia & caduca,
⌊quod vestrū est⌋ i. bona spūalia & interna vobis diuinitus pparata, & immortali animæ cō
naturalia, haberiq́ iussa, ⌊quis credet⌋ i. cōmittet ac tribuet ⌊vobis⌋ quasi dicat: Indigni estis
huiusmōi bonis, imo & platura, spūaliumq́ dispēsatiōe. ⌊Et si in alieno fideles non fuistis⌋ i. in ex
teriorum ac tpaliū possessiōe & vsu ⌊q̄d vestrū est⌋ i. dona gloriæ sempiternæ ad quæ finaliter
cōditi estis, & pretio sanguinis Chri recuperata ac empta sunt vobis, ⌊quis dabit vobis?⌋ Nul
lus vtiq́. Porro exteriora ac tpalia dicunt homini aliena tanq̄ extrinseca, & secū nō pmansura
1 Tim 6. atq́ ab eo q in hoie principale est, puta à parte intellectiua prorsus extranea, ideo non sunt p-
Psal. 48 priæ nra eius. Vnde & emigrantes de seculo isto, ferre ea nobiscū nō possumus, dicente Aplo:
Nihil intulimus in hūc mūdū, haud dubiū, quia nec auferre quid possumus. Et Psalmista: Homo
cū interierit nō sumet oia. Vera igit hois bona sunt ac verę diuitiæ, q̄ sibi nolēti auferri non q̄-
unt, q̄ eū iustus pficiunt, & scdm intellectiuā animæ portionē sibi conueniunt, atq́ in diuino cō
spectu eū diuitē reddūt. Hinc quidā philosophus dixit: Thesaurū meū mihi nullus auferri pōt
p thesaurum sapiam suā intelligens. ¶ Pręterea aduertendū q̄d Christus loquēs de bonis viæ ait:
Quis credet, i. cōmittet vobis, quia de eis redditurus est rōnem, sed de bonis patriæ dicit, quis
dabit vobis, qm̄ bona patrię dari dicunt, eo q donū sit datio irreddibilis scdm philosophū, de
bonis aūt gloriæ perceptis nō est amplius rō exigenda. Sed obijci potest, q bona gloriæ sunt p-
miū q̄d cadit sub debito, nō sub dono, sicq́ redditur magis q̄ dat. Ad hoc Gorra rñdet: Quum
4 pmiū æternū recepturus sit homo propter meritū operum bonorum, si cōparet præmiū ad radicē
meriti, puta ad grām quā deus gratis cōtulit homini ad merendū, tunc dicit præmium dandū,
qm̄ datū est illum quo operat ac promeret. s. grā. Si autem cōparet, ad opa meritoria, tunc di
cit reddendum sicut merces pro labore, & sicut præmium pro merito condigno. Condigno
(inquam) non condignitate valoris, cum præmiū sit bonū infinitū, meritū aūt bonū finitum, sed F
cōdignitate cōuentionis. Sic enim deus cōuentionē fecit cū homine, vt finaliter laborare in vinea
sua. i. in ecclesia, dabit ei pro operibus meritorijs denarium æternæ beatitudinis.

¶ Consequenter dissuadet & phibet Chrs seruire cupiditati, imo & omni iniquitati, eo q pec-
cato deseruiēs, deo subiectus non sit, sicq́ summū icommutabile & immensum bonū amittit,
ob cuius amissionē vitā dam, debet homo oēe pctm̄ summo cū studio deuitare, atq́ ob cuius
amorē & adeptionē debet oēe opus bonū infatigabiliter cōmunicare. ⌊Nemo seruus pt duo-
bus dñis seruire⌋ seruitute vtriusq́ placēte, dñis (inq̄) voluntate cōtrarijs in quātū cōtrarijs, hoc ē
in eo, in q̄ sibi inuicē cōtrariant. Et p hos duos dños intelligunt hoc loco deus oīpotēs & diabolus
Iohan. 14 de q̄ Christus contestat: Venit ad me princeps mundi huius. Ipse enim est rex nim filiorum supbiæ.
Iob. 41. His simul seruire nequimus, qm̄ sicut deo places oē bonū vere honestū virtuosū & charitatiuū,
Omne

Omne quoq; malum oppositum displicet ei, ita diabolus detestat omne tale honestum, & amat
A omne inhonestū turpe ac vitiosum. ¶ Porro idem est seruare diabolo, & mūdo ac carni seu cō
cupiscentijs eius. Hinc om̄is seruus peccati, est seruus diaboli, & ecōtra om̄isq; amator mūdi,
hoc ē vanitatū & impietatū seculi huius, inimicus est dei. Quicunq; autē à tētatione seu cōcupis 2. Petri. 2
cētia, passione aut vitio superat, seruit vitio atq; diabolo, quēadmodū Petrus dicit: A quo qu is Iacob. 4.
superatus est, huius & seruus est. Hinc iniqui sunt serui corruptiōis. His consonat illud Iacobi: 1. Ioha. 2.
Nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est deo? Quicūq; ergo voluerit amicus huius mū- Galat. 1.
di fieri, inimicus dei constituetur. Illud quoq; Iohannis: Nolite diligere mundum, neq; ea q̄ in
mundo sunt, quia si q̄s diligit mundum, nō est charitas patris in eo. Sed & Apostolus profite-
tur: Si adhuc hominib⁹ placerem, Chr̄i seruus non essem. ⌊Aut enim vnum⌋ .i. diabolum ⌊o-
diet⌋ qui nō est amandus ex charitate, quū nō sit beatitudinis capax, sed obstinatus tamen quā-
tum ad bonā naturā quā habet à creatore diligēdus ē naturali amore. Sic enī & deus diligit eū
iuxta illud Sapientiæ: Diligis omnia q̄ sunt, & nihil odisti eorū q̄ fecisti. ⌊& alterum⌋ scilicet deū
⌊diliget⌋ qui propter summā suā, pfectam, immensamq; bonitatē, propter seipsum primo Sapien. 12
summe incomparabiliterq; amandus est, deinde, quoniam prior dilexit nos. 1. Iohā. 4.
¶ Insup propter beneficia sua atq; p̄missa ⌊aut vni adhærebit⌋ .i. diaboli p conformitatē affe
ctus, ea videlicet cupiendo & amplectēdo quæ diabolo placēt, vt sunt opera vitiosa. Diabolus
quoq; secundū Gregoriū, omniū impiorū est caput, ideo ei adhærēt sicut capiti membra, & ipse
sua suggestione pestifera influit eis vitam iniquam, vitiorumq; motum, potius quoq; ait Salua
tor, adhærebit q̄ diliget, quia peccator nō amat diabolum, q̄uis ei consentiat. ⌊& alterum⌋ .i.
B deum ⌊contemnet⌋ eius præcepta paruipendendo, trāsgrediendo, & vana ac vilia ei præferen
do. Et scd̄m Augustinum nō ait, odio habebit, sed cōtēnet, quia vt dicit nullius fere conscien-
tia, deum potest odisse. Augustinus tamen secundū Gorram hoc verbū retractauit. Nam & fre
quenter in scripturis legunt Iniqui deum odisse quum apud Iohannem Chr̄s testet: Oderūt me Iohan 15
& patrē meum. Et Psalmista loquit deo: Quoniā ecce inimici tui sonauerunt, & qui oderūt te Psalm. 82
extulerunt caput. Veruntamen dici potest, quod deus considerat dupliciter. Primo, secūdum
se, & sic cum sit pura bonitas non potest odiri. Secundo, inquantum prohibet & punit ea, quæ
peruersis voluntatibus placent, & ita puersi odiunt eum. ⌊Nō potestis eodem tēpore ⌊deo ser
uire & mammonæ⌋ hoc ē, diuitijs seu dæmoni de auaritia diuitijsq; tentanti. Qui enī deo vera
citer seruit, eius mandata custodit, & nulli subiacet peccato mortali, sed in summo ac inuariabi-
li bono finē sibi constituit, illi magis q̄ alicui rei creatæ p charitatē mentaliter adhærendo, q autē
māmonæ seruit, in terrenis opibus sibi finē constituit, & eas magis quā deū cupit ac amat estq;
auaritiæ seruilēs ac subiectus. Quæ tantæ est impietatis, vt eam Apostolus idolorū nominet ser
uitutem. Et in Ecclesiastico scriptum est: Auaro nihil est scelestius, nihil est iniquius quam ama Ephesi. 5.
te pecuniā. ⌊Audiebāt autē hæc⌋ .i. præscriptam Christi disputationē cōtra auaritiā. ⌊Phari- Eccles. 10
sæi⌋ qui cæteris religiosiores videbant, ⌊qui erant auari⌋ quorū peruersitatē & carnalitatē multi
clerici & specie tenus religiosi iā assequuntur ⌊& deridebant eū⌋ Carnalis enī hō nō pcipit ea q̄
sunt spūs dei, secundum Apostolum: Tales sunt omnes indurati in vitijs, & sapiētes in oculis p- 1. Cor. 2
prijs, qui dum vitia sua tangi, seq; reprehendi aduertunt, indignantur, atq; derident. Quēadmo Isaiæ. 5.
dum scriptum est in Amos propheta: Odio habuerunt corripientē & loquentem perfecte ab Amos 5
ominati sunt. Contra quos in Prouerbijs asserit: Viro qui corripientē dura ceruice cōtēnit, re- Prouer. 29
C pētinus superueniet ei interitus. ¶ Deniq; pharisæi ideo Christum docētem hæc deridebant
quia in veteri lege tēporaliū, abundantia promittebant, & quoniam Abraham multiq; alij vir
tuosi in lege illa diuites fuisse scribunt. Sed pharisæi isti verba Christus non intellexerunt. Non
enī simpliciter opulentiam, sed auaritiam seu ipsis deseruire diuitijs reprobauit. Temporalium
quoq; affluētia, non promittebatur in veteri lege, tanquā vltimatū ac principale præmiū virtu
tū sed tanq̄ minus principale & introductoriū. Plebs nāq; Israelitica pro maxima sui parte car
nalis fuit ac rudis, idcirco p tēporaliū promissionem alliciebatur ad spūalia ac diuina. ¶ Postre
mo, iusti, non seruiunt diuitijs, sed diuitiæ seruiunt eis, quoniam implent illud Psalmistæ: Diui Psal 61
tiæ si affluant, nolite cor apponere. ¶ Deinceps Chr̄us modesta increpatione, atq; salubri in-
formatione derisores istos confutat. ⌊Vos estis q iustificatis vos corā hominibus⌋ hoc ē, ve-
stra vitia palliatis, & multa mala sub specie boni pagitis, atq; p simulatā iustitiam decipitis ho
mines, ita vt iustos vos arbitrentur. Bona quoq; q̄ videmini agere, non propter dei gloriā, sed
ob propriam laudē efficitis. Contra quos ait Saluator apud Matthæum: Videte ne iustitiam Matth. 6
vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. De qbus legit in Iob: Simulatores & cal Iob. 36
lidi prouocant iram dei. ⌊Deus autem nouit corda vestra⌋ hoc est, iniq̄tates vr̄as latentes, in- Hiere. 23.
fallibiliter inspicit. Prout per Hieremiam protestatur: Si occultabitur vir in absconditis, & ego 1. Reg 16
non videbo eum. Vnde & in libris Regum habetur: Homo videt quæ parent, dominus Amos. 5.
autem intuetur cor. Hæc est notitia reprobationis. De qua per Amos prophetam loqtur de-
us: Cognoui multa scelera vestra, ⌊quia quod altum est hominibus⌋ hoc est, ab hominibus

magnū

magnũ ee putať, vt ſimulata iuſtitia, opulentia eerum, ornatus exterior, pompa atq; proſperitas
mũdi, [abominatio eſt apud deũ] ſeu ante deũ, hoc ē, diuinę mẽtis ſup ſapiẽtiali iudicio vanũ D
ac deteſtabile reputať, quia à vera beatitudine impedit, ſeu à ſynceritate æquitatis ac veritatis
recedit, ideo alia ſunt iudicia dei, alia iudicia hoim. Proptee q̃d in libris Regũ profatur: Nõ ſe-
cundũ intuitũ hominũ ego iudico. Per Eſaiã quoq; fatet: Non em̃ cogitatiões meę, cogitatiões
veæ, neq; viæ meæ, viæ veſteæ. Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à
vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibu? veſtris.
¶ Denique quod de vitijs dictũ eſt, etiã de vitioſis hominibus accipi põt, quia frequẽtet cõtingit,
quod hi qui ſua aut alioꝝ hominũ reputatione ſunt magni, prudẽtes, ſeu virtuoſi, coeã deo ſiũt
Prouer.8 viles, & vitioſi, quẽadmodum per Ozeam dñs loquiť de quibuſdã: Facti ſunt abominabiles ſi-
cut ea quæ dilexerũt. In Prouerbijs quoq; increata ſapiẽtia aſſerit: Arrogantiam, & ſuperbiã &
viã prauã, & os bilinguæ deteſt oe. Sed & ſimulata æquitas nõ eſt æquitas, ſed duplex iniqui-
tas. Quod vero nunc ait Saluator: Quod altum eſt hominibus, de hominibus carnalibus & mũ
danis, nõ de hominibus vere ſapiẽtibus ac diuinis potiſſimũ intelligẽdum videť. Homines em̃
ſpirituales, ſapiẽtes, diuini, vere ac deiformiter iudicant, & in iudicando ſe deo conſoemant, qa
per dona ſpiritus ſancti, quibus pleni ſunt, dirigũtur ab eo in iudicando, nec paſſiones, & vani
Pſalm 14 tates ſequũtur, ſed habẽt intellectum, ſyncerum, atq; purgatũ affectum. Vnde quę placẽt deo,
placent & eis, & quæ diſplicent deo, diſplicent eis. Propter quod de homine iuſto ait Pſalmi
ſta: Ad nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malign?. In libeo q̃q; Iob, in pſona iuſti quis ait:
Ecclr.7. Ego vidi impium firma eadice, & maledixi pulchritudini eius. Veruntamen ſæpe decipi que-
unt in iudicando, quam diu in hac vita ſubſiſtunt. Itaq; coram deo ſupermundiſſimo ſynceri E
ter ambulemus, omnem vanitatem verſutiam'q; vitantes, ne'q; hoibus placere inaniter affecte
mus. Quoniam deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam deus
ſpreuit eos. Ecce quid hoerribilius dici poteſt, quum Salomon dicat: Cõſidera opera dei, quod
nemo corrigere poteſt, quem ille deſpexerit.
¶ Conſequẽter Chrũs breuiter tangit, cur Phariſæi nõ debuerunt ſe cõtra ſua documẽta qui-
bus paupeetatem opulentiæ peætulit, & affluentiam tẽporaliũ eerũ diſſuaſit defendere. [Lex
& prophetæ vſq; ad Iohannẽ] hoc eſt: Legalia & peophetica illa promiſſa, q̃bus cultorib? dei
tẽporaliũ abundãtia promittebanť vſq; ad Iohannis Baptiſtæ p̃dicationẽ durauerũt, [Lex et re
gnum dei euangelizať] hoc ē, à tpe q̃ Iohãnes predicare exorſus eſt, cœperũt cœleſtia bona
manifeſte peomitti, & vita æterna doceri, atq; euãgelica pfectio p̃dicari, quæ amore ſpũalium
cœleſtiumq; bonoꝝ ad tẽporaliũ inducit contẽptum. Hinc Matthæus ſcribit: Venit Iohãnes
peædicãs in deſerto, & dicẽs: Pęniam agite, appropinquabit em̃ regnũ cęloꝝ. Tempus autẽ
prædicatiõis Iohãnis & Chriſti diſcipuloeumq; eius, eeputať vnum & idem, quia p̃dicatio Io-
hannis diſpoſitiua fuit ad Chr̃m, & modico tpe Chriſti prædicationẽ præceſſit, qui apeetius q̃
Iohannis paupeetatem edocuit, cęleſtis'q; regni beatitudinẽ euangelizauit, & ipſo iubente di-
ſcipuli eius. Vnde in libeo de eccleſiaſticis dogmatibus diciť: Bonũ eſt facultates cum poſſeſſio
ne pauperibus eeogare, melius eſt cum intentione ſequendi Chriſtum, totum ſimul donare, &
abſolutum à ſolicitudine cum Chriſto egere.
¶ Poſtremo, ob cauſam prætactã, Iohãnes vocať quaſi orizon ſeu mediũ veteris & euangelicæ
legis. Item'q;: Finis legis & principiũ euãgelicæ veritatis. Potius tñ cõpetit Chr̃o eſſe finẽ legis F
quia legẽ impleuit, ceſſareq; fecit, & figuræ legaliũ, ac vaticinia propheraꝝ in ipſo ſunt ad imple
ta. Propter quod ſcriptũ ē: Finis legis eſt Chr̃us. Et in Iohãne: Veritas p Ieſum Chr̃m facta ē.
Hinc aliqui dicũt, q̃ Chr̃s fuit finis legis extra. Iohãnes vero finis intra, qa & ipſe ad legis obſer
uantiã tenebať, [& oĩs in illud vim facit] i. quicũq; regnũ cęloꝝ adipiſci ſatagit & mereť,
neceſſe eſt vt p bonã violentiã vincat ſeipm, corpus ſuũ ſubdẽdo ſpiritui, & peopriã volũtatẽ
voluntati mãdatis'q; dei, q̃d difficile extat potiſſimũ in principio cõuerſiõis. Paſſiões nãq; ſunt
fortes & viam iuſtitiæ cõtinuare vſq; in finẽ nõ eſt mediocritee laborioſum. Peoptee quod ait
Matt.11. Pſalmiſta: Propter verba labioꝝ tuoꝝ, ego cuſtodiui vias duras. Quãuis pfectis charitate fee-
uentibus ſuaue ſit iugũ dei & leue onus ipſius, qui dicunt: Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cũ di
lataſti coe meum. Item'q;: In viam teſtimonioꝝ tuoꝝ delectatus ſum, ſicut in oĩbus diuitijs.
Itaq; oĩs tendens in illud eegnum, vim facit ſibimetipſi. Hinc in Matthæo clarius ait Chr̃us:
Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.
¶ Præterea teſte Gregorio: Quidam rapiunt regnum cęlorum per omnium abiectionem, alij
illud mercantur per eleemoſynarũ largitionem, alij id furãtur pee occultam ſanctitatem, alij
quaſi compelluntue ipſum acquirere pes temporalem aduerſitatem. Itaq; à propeijs vitijs nõ
vincamur, paſſionibus non ſubdamur, prauis conſuetudinibus efficaciter eeluctemur, implen-
2.Tim 2 tes illud Apoſtoli: Labora ſicut bonus miles Chriſti, vt impleať in nobis quod in Apocalypſi
ſpondet Saluator: Vincẽti dabo edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo dei mei. ¶ Deinceps
Chriſtus oſtendit, quod præinducta non protulit vt legis veritati in aliquo derogaret, quum
& in

& in Matthæo testes: Non veni soluere legē, sed implere. ⌊ Facilius est cœlum & terram prę-
terire. ⌋ hoc ē annihilari quãtum ad absolutā omnipotentiā dei hoc ipm potētis p solam suę con
A seruatiōis liberrime subtractionē, iuxta illud Machabæorum: Nos in omnipotenti deo cōfidimus
qui potest nos & vniuersum mūdum vno nutu delere, ⌊ quam de lege vnū apicē cadere. ⌋ id ē,
quam minimā legis portiūculam, iussionē, seu verbū veritate destitui, effectu impletiōis priua
ri, irritari, cassari. Lex enī illa Mosaica cū fuerit supnaturalis atq; diuina, increatæ veritati innī
tebat, ideo q̄ impossibile ē deum nō esse veracē tam impossibile ē legē ipsius esse inanē. Sed qc
q d in ea contētum est, verificat, & obseruat pro loco & tpe, vel litealr, vt de pceptis morali-
bus patet, vel spūaliter, vt de cæremonialibus cōstat pceptis. Hoc est quod in Matthæo loquit
Christus: Donec transeat cœlum & terra, vnum iota aut vnus apex non pteribit de lege. Ideo
Esaias scribit: Verbum dei nostri stabit in æternum.

¶ Porro, q hęc ita se habeant, Chrus cōsequenter quasi exēplariter manifestat: ⌊ Omis qui di-
mittit vxorē suā ⌋ sibi legitime copulatā, ita q inter eos contractum est matrimoniū verū, ⌊ & Matth. 5
ducit alteram ⌋ prima adhuc viuēte ⌊ mœchat ⌋ adulterium cōmittēdo, qa cum altera nō con-
trahit verū matrimoniū, eo q vinculū matrimoniale sit indissolubile. Vnde q in Matthæo ad-
dit Saluator, excepta causa fornicatiōis, intelligendū est de dimissiōe quantū ad thorum, qa sic
licet eā ob fornicationē relinquere, non quantum ad vinculū, quod solū in morte dissoluit, ⌊ & Deut. 4 Matth. 19
q dimissam à viro ducit, mœchat ⌋ eam cognoscendo, quū non sit veraciter coniunx eius legi Marc. 10
tima, priori viuente marito. Itaq; Chrs ondēdo vinculū cōiugale esse indissolubile, legē pfecit,
nō soluit. Lex enī vxoris admisit repudiū, nō tanq̄ culpa carēs ac licitū, sed propter maius malū
vitādum, qa ad vxoricidiū proni fuerūt Iudæi. Vnde in Malachia, postq̄ dñs dixit: Quū odio
habueris eam, dimitte. Adiecit: Operiet autē iniqtas vestimētum eius. ¶ Moraliter sc̄dm Gor
rā, q dimittit vxorē suā spūalē. s. parrochiā, & ducit aliā, vt pote pinguiorē, qa pinguior ē, mœ
chat, qa nō qrit spūalem fructū, sed tēporale lucrū. Superius Chrs hortatus est ad auaritiæ de-
testationē eleemosynarumq; largitionē p parabolā, hic idē agit cōmemorando rē gestā. ⌊ Ho
B mo quidā erat diues ⌋ In exterioribus, pauper in anima, qa virtutibus carens. Non dicit hic, q
sit parabola, ideo cōmuniter dicunt expositores, qd sit res gesta, putantq; aliq quod homo iste
fuit Nabal, de quo in libris Regū habet, ⌊ & induebat purpura ⌋ quæ est vestis regij ornatus ac
habitus, rubeiq; coloris, qua vestiebatur exterius ad ostentationē inanē, ⌊ & bysso. ⌋ Byssus est 1 Reg 25
vestis seu genus candidissimi atq; mollissimi lini, quod tantum nascit in Aegypto. Bysso ergo
interius induebatur ad carnem, propter ipsius molliciem.

¶ Porro circa vestium vsum seu fluxū, multa iuste reprehendunt. Primū est preciositas seu pre-
tij sumptuositas. Indignū est nāq; vile corpus cadauerq; putridū, vestibus immoderantee pre
tiosis ornari, vnde plurimi pauperes Chri possent refici & vestiri. Secundū est multiplicitas mu
tatoriorū seu vestimētorum, iuxta varietatē dierum aut temporū, aut festorum, cōtra qd ait Hie
ronymus: Rapere aliena conuincit, q retinere sibi supflua cōprobat. Vnde multis pterea sertimq;
clericis dici iam potest: Vestimēta vestra à tineis comesta sunt. Tertiū est curiositas, quæ respi
cit studium exterioris ornatus. Multi enī plus studēt ad ornatū vestiū, vt hominibus placeant
quam virtutum vt placeāt deo. Contra quod loqtur Augustinus: Non affectetis vestibus pla-
cere, sed moribus. In Ecclesiastico quoq; fert. In vestitu ne glorieris vnquam, & in die honoris Matth. 11
tui, non extollaris. Et Gregorius scribit: Nemo putet in luctu & studio vestiū deesse peccatum,
alias Chrs de asperitate vestitus non laudasset Iohannem. Quartum est, indecentia respiciens
psonę statū aut ordinē, quia nō decet clericū vestiri vt histrionē aut militē, propter qd p Sopho
niam dñs cōminat: Visitabo sup oēs q induti sunt veste peregrina. Sed heu qa canonici iam in
cedunt vestiti tanquam milites. Quintū est ostentatio, qua multi tūc se pretiosius vestiunt, cū
à pluribus videndos se arbitrant.

¶ Deniq; supfluus vestium cultus tam in viris quam in fœminis valde damnabilis est, qa ad li
bidinem prouocat, propter quod in vsu vestium multi mortaliter peccant.

C ¶ Contra diabolicam vero & insensatissimam vanitatem fractillationis, institutionisq; vesti-
um dominus ait per Iohelem: Scindite corda vestra & non vestimenta vestra. ⌊ Et epulabatur
quotidie splendide, ⌋ hoc est, delicate, crapulose, superflue, pompose, excedendo in ciborum
& potuum multiplici varietate, exquisita præparatione, sumptuosa, seu pretiosa consumptio-
ne, vasorumq; ornatu curioso ac splendido, atq; in his assiduus fuit, gulam in consuetudinē ver
tens, ex qua luxuria, accidia, & alia varia consequuntur peccata. Huic carnalitati iam maxime
subiacēt, qui de crucifixi patrimonio sustentantur, cum tamen ad præcipuam moderantiā ob Iacob. 5
ligantur. Talibus dicit Iacobus: Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda Roma. 13
vra. Quo contra hortatur Apostolus: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Et denuo ad Ro
manos: Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum car-
nem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et Christus in-
fra ait xxi capso: Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ.

Oquam

O quam multi enormiter excedūt in istis, quorum cū fuerit satisfactum naturę, vnius cibi aut
duorum sumptione, iam tertiū ferculum apportat, & appetitus de nouo ad gulam & voracitatē
infeliciter prouocat. Tales diuina illuminatione se reddunt indignos, & propriam vitam ab D
Prouer. 20 breuiant, sanitateq; priuant, quum Salomon contestet: Qui amat vinum & pinguia, non erit sa
piens. Natura quoq; paucis contēta est, & superfluitate obruit, atq; grauat. ⌊Et erat quidā mēdi
cus nomine Lazarus⌋ Non diuitis sed egeni & ægri nomen proprium Chr̄us expressit, quoni
am pauperē istū p approbationē cognouit, & in libro vitæ seu prædestinatiōis æternæ habuit
scriptum, diuitē vero ꝑ approbationē non nouit, sicut & reprobis loquit: Non noui vos, Hinc
Matth. 7 Moysi ait: Inuenisti grām coram me, & teipsum noui ex nomine. Ecce quomodo alia sunt iu
Exod 33 dicia dei, alia mundi, & quomodo sapientia seculi huius stultitia est apud deū. Certe apud hūc
mundum immundum, hoc est, homines seculares, carnales, magis famosa, & nota sunt nomi
na opulentorum quam egenorum. Sed apud deum est econuerso.
¶ Porro, ex hoc quod Chr̄us pauperē nomine certo designat, conijcit istud esse res gesta secū
dum Ambrosium, ⌊qui iacebat ad ianuam diuitis⌋ in quo patet, quod infirmus ac debilis fuit,
& diues p ignorantiā se excusare nequiuerit, quoniā intrans & exiens illum aspexit, ⌊vlceribus
plenus⌋ tanquā alter Iob, & sic miserabilior fuit, magisq; impiū fuit ei non subuenire, ⌊cupiēs
saturari de micis⌋ hoc est, fragmētis ⌊quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat⌋ quo
cōstat, q minima postulauit, & quod non solum diues ille, sed & ministri eius duri, immiseri
cordissimiq; fuerunt, qui infirmo, egeno, famelico, tā parua negabant. Crudeles nāq; & immi
sericordes dñi, habere solent familiā sibi consimilē, iuxta quod in Ecclesiastico legitur: Secun
dum iudicē populi, sic & ministri eius. Salomon quoq; fatet: Rex impius omes ministros habet
iniustos. ⌊Sed & canes⌋ diuitis ⌊veniebant, & lingebant vlcera eius⌋ Sicq; canes benigno
res fuerūt pauperi huic quam diues. Canes quippe naturali magisterio suæ linguæ vulneribus
pauperis medebatur, quē diues cōtēpsit cōtra ius naturale. Diues etiā suis canib⁹ beneficētior
fuit q̄ pauperi. Et heu q̄ multi sunt hodie tales, qui pauperes aspicere vix dignant, aut ex eorū
Iacob. 2. aspectu grauant, qui illud Iacobi aduertant: Iudiciū sine misericordia illi qui nō fecit misericor
diam. ⌊Factū est autē vt moreret mendicus⌋ hoc ē, nō casualiter, sed deo sic disponente conti E
git pauperē istū mori. Deus em̄ vnicuiq; ꝑstituit certū tēp⁹ viuēdi, ⌊& portaret ab angelis⌋ .i.
anima eius ab angelis sanctis honorifice ducebat ⌊in sinum Abrahæ⌋ hoc ē ad secretā illā quie
tem sanctoꝝ in limbo patrū, quæ p sinū Abrahæ designat. Per sinū etem̄ quies exprimit q di
citur Abrahæ sinus, nō q̄d ipsius sectū aut ipe primus in limbū illū descēdit, sed qm̄ ipe specia
Galat. 3. liter pater credentiū multarumq; gentium appellat, scd̄m illud Apl̄i Pauli: Qui ex fide sunt, hi
Roma. 4 sunt filij Abrahæ: Laudatur enim Abraham ꝑcipue de magnitudine fidei suæ. Propter q̄d ait
Apl̄s, q cōtra spem in spem credidit, & nō est infirmatus in fide, sed plenissime credidit. Hinc
loquit Augustinus: Sinū Abrahæ, intelligo remotā sedē quietis, atq; secretā vbi extitit Abrahā,
quæ ipsius dicta est, nō q ipsius sit solū, sed qm̄ ipe ibi multaꝝ gentiū pater est positus, qb⁹ ē
ad imitandū fidei principatui ꝑpositus. Veruntā scd̄m Petrū Rauennensem dr̄ sinus Abrahæ,
propter hospitalitatis officiū, in quo Abrahā fuit excellens, itaq; & nunc se beatum quasi non
crederet, si in superna gloria, à suo cessaret hospitalitatis officio.
¶ Præterea contuendū, quod quia Abraham iam de limbo inferni ad celeste translatus est re
gnum, nunc p sinum Abrahę significat quies sanctoꝝ in patria. Vnde sanctus Martinus dixit:
Abrahæ me sinus suscipiet. Ecce quam salubre est in seculo isto egere, infimari, contemni, dū
modo propter deum patienter ferat. Patientia nanq; opus ꝑfectum habet. Et vtiq; ad depor
tationem animæ Lazari vnus sufficerat angelus, sed vt ait Chryostomus: Multi angeli adue
nerunt, vt chorum lætitiæ facerēt, & pauperis animā abundantius cōsolarent ac honorarent.
Merito quippe huic egeno angelica exhibebant obsequia, cui negata fuerūt humana. ⌊Mor
tuus est autem diues⌋ morte naturæ, qua anima separatur à corpore, & morte culpæ qua sepa
ratur à deo. Itemq; morte gehennæ, qua separatur à superna felicitate, ⌊& sepultus est in infer
no⌋ hoc est, anima eius in profundo infernalium suppliciorꝝ est collocata, & infra terram q̄si
in tumulo posita, cōclusa ac relegata, quēadmodum in Ezechiele sepulchra regnū Aegypti & F
Ezec. 32. Assur dicuntur in inferno in circuitu eorum cōsistere, ibi sepeliūtur parrochiani diaboli. Quē
admodum autē parrochianus dei vocatur, qui eius baptismo intinctus est, eiq; primitias soluit
ac decimas, & horas eius ac missas libenter audit, propter quod moriēs dignus ē in ipsius cemi
terio sepeliri, sic parrochianus diaboli iudicat, qui concupiscentiaꝝ carnalium aquis intingitur
& primitias seu exordia opeꝝ suoꝝ diabolo offert, agēdo quæ illi sunt placita, bonaq; tempo
ralia vitiose consumit, & cantilenis, mūdanis, verbis scurrilibus, detractorijs, & iniquis quasi dia
boli horis intēdit, idcirco moriens sepelitur in cemiterio infernali, sepultura asini, hoc est, sine
honore, Merito ergo ait Psalmista: Mors peccatorū pessima. Et rursus: Sicut oues in inferno
positi sunt, mors depascet eos. ⌊Eleuans autē oculos suos⌋ interiores .i. altiora considerans &
quia sola anima diuitis ibi fuit, corporales oculos nec habuit nec leuauit, ⌊cū esset in tormētis⌋
damni

dammi & sensus, videlicet in carẽtia beatificæ fruitionis dei, atq; in sensibilibus supplicijs tarta-
A ri. Est quippe in illis æternaliuet cõdemnatis valde multiplex dolor, vtpote ex dæmonum hor
ribili visione, ex maioris mali pœnalis futuri timore, ex remorsu conscientiæ, ex certa cogniti
one irrecuperabilis suæ damnationis, & desperatione omis salutis, nec tantum affliguntur ab ig
ne tartareo, quantum puniuntur in mente, ex eo q sciunt nunquam se liberandos, vt dicit Al-
bertus. ⌊vidit Abraham à longe⌋ id est, cõsiderauit eũ esse in loco alte super se posito, quia nõ
solum dissimilitudine, sed & locali distãtia inter se distabãt loca præfata, scilicet lymbus patrum,
infernusq; dãnatorum. Itaq; huic diuiti, condemnato, intellectum dedit vexatio, propter quod
ait Gregorius: Oculos quos clausit hic culpa, ibi aperuit pœna. In hac etenim vita impijs delecta
tionibus mente cæcatus, nõ cõsiderauit pœnas prauorum & gaudia beatorum. ⌊& Lazarum in si- Isaiæ, 28,
nu eius⌋ id est, in participatione quietis & certæ expectationis cœlestis beatitudinis, in q Abra-
ham fuit. ¶ Quocirca scribit Gregorius, q damnati vsq; ad diem iudicij, sanctos super se atten
dunt seu vident in gloria, nõ autem post diem iudicij. Quod quomodo intelligendum sit, Lyra
maiorum iudicio se cõmittere perhibet, & addit quod damnati vsq; ad diem iudicij videant
gloriam beatorum. Vt sonare videntur verba Gregorij, nõ habetur ex hoc loco sufficiens argu
mentum, quia saluator narrat hic rem gestam ante suam passionem, quando Abraham non-
dum fuit in gloria. Sed Gorra aliquomodo elucidat verba Gregorij dicens: Videre requiem
aut gloriã beatorum contigit dupliciter. Primo in generali, ita q damnati cogitent sanctos esse in
quiete & gloria, sed in quali nõ vidẽt. Secũdo in particulari, ita vt videãt qualis sit gloria electo
rum. Primo modo reprobi vsq; ad iudicium cernũt requiem beatorum, sed secundo modo nõ
B vident. Nec tamen de huiusmodi visione lætantur, sed cõtristantur, tam ex alienæ felicitatis inui
dia, quam ex illius quietis carentia, post diem vero iudicij ad proprias pœnas consideratio eo-
rum magis reflectetur, ita quod de sanctorum gloria non cogitabunt. Sed contra hæc verba
obijci posset, quia in reprobis in æternum manebit pœna damni, quæ est ex consideratione feli
citatis amissæ, ergo & post iudicium cogitabunt iniqui de felicitate cœlesti, quam scient se ami-
sisse & electos obtinuisse. Veruntamen satis probabile reor, q quanto tunc illorum pœna au-
gebitur, tantũ eorum de gloria beatorum cõsideratio minuetur. Sed, circa hæc multa difficilia
possent moueri, quæ potius pertransseunda existimo, ne incerta pro certis inducam. ⌊& ipse Esaiæ, 65
clamans,⌋ iuxta illud Esaiæ: Clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlula-
bitis. Iste tamen clamor spiritualis fuit atque interior, scilicet affectio vehemens, quamuis
indigna. ⌊Pater Abraham⌋ Patrem vocat, cuius virtutes imitari neglexit, propter quod in- Iohan. 8,
dignus fuit eum patrem vocare, quamuis carnalẽ ab eo sumpsisset originem. Vnde apud Io-
hannem Christus ait Iudæis: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Vos patre diabo-
lo estis, itaq; si diues iste in pauperes pius ac liberalis & hospitalis fuisset, Abraham rite patrem
vocasset. ⌊miserere mei,⌋ cum dãnati sint in vitijs obstinati, nec vnquam pœniteant, quo-
modo sibi petunt & cupiunt misereri? Dicendum, quod de peccatis suis nõ pœnitẽt, inquan-
tum sunt dei offensiua, turpia & iniusta, sed vt sunt eis causa tanti supplicij. Sed & diues iste
damnatus petijt sibi misereri quantum ad pœnæ mitigationem, nõ quo ad culpę ablationem.
Nam addit. ⌊& mitte Lazarum⌋ id est dirige eum ad me, ⌊vt intingat extremum digiti sui
in aquam⌋ id est, aliquid, saltem modicum quid subuentionis mihi impendat. Christus au-
C tem hoc loco, per corporalia spiritualia metaphorice exprimit, vt communitas hominũ ma-
gis intelligat, quæ spiritualia in sua simplicitate non capit. ⌊& refrigeret linguam meam⌋ in
qua quia magis peccauit, tã per delectationes gustus in cibis & potibus, quam per verba ina-
nia, quæ abũdãt in crapula, ideo magis precatur releuamẽ pœnæ in lingua. Per quæ enĩ quis Sapien. 11
grauius peccat, per hæc & in his magis punitur. ⌊quia crucior in hac flamma.⌋ Qualiter in-
corporei spiritus corporeo igne affligantur, doctores super quartum sententiarum descri-
bunt. Communis autem responsio est, quod ille ignis inquantum est instrumẽtum diuinæ iu-
stitiæ spiritus condemnatos affligit, quemadmodum aqua baptismi agit in animam, inquan-
tum est diuinæ misericordiæ instrumentum. ⌊Et dixit illi Abraham.⌋ Secundum Augusti-
num, quod in corporalibus facit situs, hoc in spiritualibus ordo. Ideo loquutio animarum &
angelorum ad inuicem intelligenda est fieri per spiritualẽ conuersionem ad inuicẽ. ⌊Fili⌋ carnis
propagatione, nõ virtutum immitatione, ⌊recordare quia recepisti bona⌋ temporalia, diuiti
as, delitias & honores, ⌊in vita tua⌋ super terram transacta, in qua si aliquid de genere operum
bonorum egisti, mercedem tuam vltra condignum sortitus es. Nullum etenim bonum deus ir-
remuneratum relinquit. ⌊& Lazarus⌋ in vita sua recepit, ⌊similiter mala⌋ id est mala pœna-
lia, paupertatem, infirmitates, famem, opprobria copiose perpessus est, per quæ culpæ eius q-
tidianæ quasi per ignem purgatæ sunt. Hinc ait Gregorius: Si quæ repræhẽsibilia in paupe-
ribus videmus, non debemus eos despicere, quia fortassis quos morũ infirmitas vulnerat, hos
medicina paupertatis curat. Diuitibus vero, etiam si boni appareant, omnino timendum est,
ne forte pro bonis quæ agunt, in præsenti à deo retributionẽ suscipiant. Nam vt ait Boetius,

quamuis occulta sint dei iudicia, dum in seculo isto electis proueniunt aspera, & reprobis pro-
Iacob. 1. spera, occultiora sunt tamen dum electis eueniunt prospera & reprobis dura. Potius igitur est D
in aduersis q̃ in prosperis gloriandum, quẽadmodũ Iacobus dicit: Omne gaudiũ existimate
fratres, quum in tentationes varias incideritis. ⌊Nunc aũt hic consolatur,⌋ in certa præstolatio
ne felicitatis æternæ, ⌊tu vero cruciaris⌋ cruciatu perpetuo. Quemadmodum autem momen
taneum est quod hic delectat, æternum vero quod illic cruciat, ita & momentaneum est quod
hic nunc in via pœnitentiæ, temporalibusq; aduersitatibus cruciat, æternum autem quod in fu-
tura retributione delectat. Eligamus ergo cũ Moyse potius cũ populo dei, i. electis nũc in vi-
Heb. 11 ta pœnitentiali affligi, q̃ temporalis peccati habere iucunditatem, quia vt ait Apostolus: Non
Rom. 8. sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sursumq;
2. Cor. 4. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimita-
te æternum gloriæ pondus operatur in nobis. ⌊Et in his omnibus⌋ i. inter ea quæ spectant ad
huius rei de qua loquitur materiam, ⌊chaos magnum⌋ i. grandis distantia meritorum & sta-
tuum atq; locorum, ⌊inter nos⌋ electos in bono iam cõfirmatos, ⌋& vos⌋ reprobos ac dam-
natos in malo inconuertibiliter obstinatos, ⌊firmatũ est⌋ i. irremouibiliter cõstitutum rigore
diuinæ iustitiæ, quæ post hãc vitam nõ dat pœnitentiæ locum secundum legẽ communẽ, ⌊vt
hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint⌋ i. vobis euenire & auxiliari nõ valeant. Beati enĩ
& sancti sic sunt diuinæ iustitiæ post vitã hanc conformati, ꝙ damnatis subuenire nec possunt
nec volunt, loquendo de volũtate deliberatiua & practica, quamuis voluntate naturali, eis p-
sertim suis propinquis & olim charissimis succurrere vellent, si esset possibile. Istud vero nõ pos
se, eorũ beatitudini non repugnat, sicut nec non posse peccare. ❡Sed quæri potest, an beati pos E
sint in infernum descendere etiam corporibus reassumptis & glorificatis? Et apparet, q̃d imo,
quia (vt Augustinus & Anselmus testantur) quocũq; esse voluerit spũs, erit mox corpus, per do
tem agilitatis. Localis namq; distantia motum corporũ glorificatorum nõ poterit impedire.
Et respondendũ, ꝙ beati nunquam descendent, neq; descendere volẽt seu cupient in infernum
ad ibi manendum, vel ad inde eripiendum, si tamen rationabilis causa eis esset descendendi il-
luc, non impedirentur, ⌊neq; inde huc transmeare⌋ i. qui damnati sunt ad locum & societatẽ
Eccles. 11 sanctorũ non queunt ascendere, quia non pœnitẽt, sed immobiliter manẽt in illa auersione ac
praua affectione, in qua à corpore recesserunt, iuxta illud Ecclesiasten: Si ceciderit lignum ad
austrum aut ad aquilonem, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. Hinc secũdum Damascenũ, quod
angelis est ruina, hoc hominibus mors. Dicit autem Gregorius, dubium nullum esse, quin dam
nati vellẽt ad locũ atq; consortium beatorum ascendere si esset possibile. ❡Sed contra hoc ar-
gui potest, quia secundum hoc damnati nõ manerẽt in auersione sua à deo, nec in sua praua af-
fectione qua ad carnalia & caduca se finaliter cõuerterunt. Præterea in tantum odiunt deũ, ꝙ
non cupiũt sibi vniri aut esse cum ipso. Thomas quoq; allegat Augustinũ dicentem, ꝙ dam-
nati nõ cupiũt veram felicitatem, sed detestãtur omne bonum honestum. Insuper sancta Bri-
gida in reuelationibus suis describit, quemadmodum anima quædam peruersa, tribunali Chri
sti oblata, dicebat: Quamuis possem saluari nõ vellem, ne tu cõsolationem aut gaudiũ habeas
de me. Cui alludens diabolus qui astabat, asseruit: Talis est etiam mea voluntas. Ad hæc breui
ter respondetur, ꝙ sicut damnati in hac vita maluerũt frui bonis caducis & vanis, q̃ vero & in-
commutabili bono, ita perpetuo post mortem manet in eis talis peruersa voluntas, mallentq; F
turpiter delectari quam deum synceriter cõtemplari. Nihilominus tanta est eorum afflictio, ꝙ
mallent esse cum beatis in cœlo, quam taliter cruciari in inferno, inquantum esse in cœlo atq; in
gloria esset eis euasio tantæ miseriæ & proprium commodum, nõ tamen appetunt esse ĩ cœlos
aut cum deo ac sanctis inquantum hoc cederet ad honorem & gloriam dei, sicq; per hæc faci-
le est quæ allegata sunt concordare. ❡Præterea prædictis obijci potest, ꝙ quidam sanctorũ le-
guntur quosdam in peccatis mortalibus defunctos de inferno liberasse, damnati quoq; inter-
dum apparent viuentibus. Et respõdẽdum, ꝙ nullus per sententiã diffinitiuam & absolutam
damnatus liberari potest seu ingredi de inferno tanquam non reuersurus in illum, sed per dis-
pẽsationem diuinã ad tempus potest exire, imo in die iudicij omnes exibunt mox infelici⁹ rui-
turi in pristinũ lacum. ⌊Et ait: Rogo ergo pater vt mittas eum⌋ s. Lazarũ, ⌊in domum patris
mei, Habeo enĩ quinq; fratres, vt testetur,⌋ hoc est firmiter & cum testimonio dicat ⌊eis⌋ quæ
Iob 10 pertinent ad salutem & quid mihi acciderit, ⌊ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum⌋
s. in infernum, qui (teste beato Iob) est tenebrosa & operta mortis caligine, terra miseriæ & te
nebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitant. Cœ
lum vero est locus gaudiorum, & mundus iste locus est meritorum. Damnatus ista petiuit nõ
ex charitate, quam nec in morte nec postea habuit, sed ex seruili timore, ne suppliius damnatio
augeretur ex fratrum suorum damnatione, cum quibus consors fuit in vitijs, & quibus vitio-
sæ vitæ reliquit exempla, materiamq; peccandi seu opes. ⌊Et ait illi Abraham: Habent Moy-
sen & prophetas,⌋ hoc est, libros legis & prophetarum, in quibus de agendis, credendisq; in-
struũt

struuntur, audiant illos auribus cordis, intelligendo videlicet & obediendo. Et ille dixit.
Non pater Abraham i. Moysen & prophetas non audiunt. Ista cognouit damnatus hic ex
A recenti sensatorum memoria seu coniecturali notitia ex cõsideratione sui iudicando de alijs. Por-
ro ex eo quod Abraham ait de fratribus diuitis, Habent Moysen & prophetas, elicitur, quod Israeli-
ticæ stirpis erant, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiã agent, quia ex incõsueta appari-
tione atque ad ipsos exhortatione specialiter facta, fortius mouebuntur. Sed frequenter contin-
git oppositũ. Huiusmodi quoque apparitiones sæpe iudicantur phantasticæ, & licet ad horam
aliquos moueant, multoties tamen tẽpore procedente parum fructificant. Hinc subditur. Et
ait illi Abraham: Si Moysem & prophetas, qui tantæ sanctitatis & authoritatis fuerunt, non
audiunt per veritatis notitiam, atque iustitiæ adimpletionẽ, neque si quis ex mortuis resurrexe-
rit, ad eosque venerit, credent ei, credulitate procedẽte in stabilem actũ virtutũ. Vnde Iudæi
tempore Christi Lazaro fratri Marthæ suscitato nõ crediderunt, sed mortẽ inferre decreue- Iohan. 12
runt. Mortuis quoque qui cum Christo resurrexerunt & multis in sancta ciuitate apparuerunt, Matt. 27
Christũque resurrexisse testati sunt, nõ crediderunt Iudæi, sicut nec Christo. ¶ Ex hac euangeli-
ca lectione multa possunt saluberrima considerari, videlicet rigor atque subtilitas, diuini iudicij,
quo agente sic accidit, vt diues qui nec minima Lazaro tribuit in hac vita, in nullo etiam mini- Prou. 21
mo exauditus est post hanc vitam, iuxta illud Prouerbiorum: Qui obturat aures suas ad clamo-
rẽ pauperis, ipse clamabit, nõ exaudietur. Item, quod sicut electis omnia cooperantur in bonũ, sic
peruersis & reprobis omnia cooperantur in malum. Itaque nullus in vestibus stulte lætetur, ne-
mo in epulis se dissoluat, nec tempore mensæ loquacitatem admittat, sed cũ cordis custodia, ti-
moreque dei alimenta suscipiat ad necessitatem, nõ ad voluptatem. Vnde ait Basilius: Quantũ
possumus delicias mundi & ciborum opulentiam fugiamus, ne quando cruciati in flammis in-
ferni guttam aquæ quæramus, & nullũ refrigerium consequamur.

¶ EXPOSITIO CAP. XVII. ET AIT AD DISCIPULOS SUOS: Impossibile est vt nõ veniant scandala. Art. XL.

B 
T ait ad discipulos suos: Impossibile est, vt non veniant scandala. Nõ
absolute atque in particulari necesse est scandala euenire, sed eo modo
quo impossibile est homines non peccare, impossibile est scandala non
oriri. Scandalum nanque est dictum aut factum minus rectum præbẽs
alteri occasionem ruinæ culpabilis seu peccati. Et ista descriptio datur de
scandalo actiuo. Scandalum vero passiuum est huiusmodi ruina pecca-
ti, quo quis incidit ex inordinato verbo aut facto alterius. Hoc tamen in-
telligendum est de scandalo passiuo, quod directe & per se quis incur-
rit ex verbo aut facto alterius. Quocirca pensandũ, quia vt scribit Thomas in secũda secũdæ, quæst.
xxxxi. secundum Hieronymũ, scãdalon græce, latine offensio, ruina vel impingẽtia dicitur. Quẽad-
modũ enim in via corporali aliquando obex aliquis ponitur, in quẽ si transiẽs impingit, collabitur,
sic in via spũali seu vitæ, operumve processu contingit hominem ex dicto aut facto alterius ad
peccati ruinam induci, talisque obexque scandalum nuncupatur. Nil autẽ ex sua natura disponit 1. Tess. 5
ad spũalem ruinã, nisi aliquem rectitudinis debitæ patiatur defectum. Nam & id quod speciẽ
mali habet, defectuosum est atque vitandũ, dicente Apostolo: Ab omni specie mala abstinete
vos. ¶ Præterea aduertendum, quod dictum vel factum hominis potest dupliciter esse alteri pec-
candi occasio. Vno modo per se, quando videlicet quis exemplo aut admonitione intendit ali-
um ad peccatũ inducere, vel etiam quamuis ipse non intendat, hoc tamen opus suũ tale est, quod ex
sua natura alium ad peccatum inducere potest, vel quoniam malũ est, vel quoniam speciẽ ma-
li habet, taleque dictũ seu factũ dicitur scandalũ actiuum. Secunda per accidens, quando ex di-
cto aut facto alicuius aliquis scandalizatur præter intentionem agentis, & præter conditionẽ
operis, vt cũ opus in bonũ est, sed alter ex sua malitia inde ad peccandum inducitur, & hoc est
C scandalum passiuũ sine actiuo, nã agens non peccat, nec quantũ in se est alteri occasionẽ ruinæ
ministrat. Patet itaque, quod interdum sunt simul, scandalum actiuũ in vno & scandalũ passiuum in
altero, quãdoque vero est scandalum actiuũ in vno, nõ autem passiuũ in altero, dũ alius non con- 1 Cor. 11
sentit nec læditur. Sæpenumero quoque est scandalũ passiuũ sine actiuo, sicut nunc patuit. Itaque
impossibile est vt non veniant scandala, eo modo quo ait Apostolus: Oportet hæreses esse, vt
qui probati sunt, manifesti fiant, quæ est necessitas finis, quia ad aliorum probationẽ, scandala,
hæresesque proficiunt. Rursus necesse est talia esse, necessitate conditionata, sicut præuisa à deo
necesse est euenire. Væ autem illi per quem veniũt, i. æterna damnatio imminet & debetur
ei qui scandalizat seu scãdala parit, & hoc verũ est de scãdalo illo actiuo, quod est mortale pec-
catum. Scandalũ quippe actiuũ est veniale peccatũ, quãdo quis actũ venialis peccati, vel qui so-
lum habet speciem mali committit, quãdoque vero est mortale peccatũ, vel quia homo mortale

peccatū cōmittit, vel quia proximi salutē cōtēnit, nō curat seu paruipendit, nolēs propter eam
omittere quod sibi est placitū. Porro scādalū actiuū per se, ex intētione agentis tunc est morta
le peccatum, dū quis aliū ad peccādū mortaliter conatur inducere. Quod si ad veniale peccatū
inducere velit, erit veniale peccatū. ⌊Vtilius est illi si lapis molaris imponatur in collo eius, & D
projiciatur in mare, q̄ vt scādalizet vnū de pusillis istis.⌋ Ad literam dicit hoc Chrūs de saxo
molari, loquens secundū cōsuetudinem prouinciæ Palestinæ, vbi mos fuit, vt maiora crimina
punirentur grādi lapide ad collū rei ligato, ipsum reum in aquā iactādo ac submergendo, p q̄d
Christus insinuat enormitatē huius peccati. Melius autē est corporaliter mori atq; necari, quā
impie viuere, & aliū spiritualiter occidere.

¶ Insuper duplex est scādalū, scilicet pharisæoꝝ, id est, eoꝝ qui ex sua militia ex verbo aut fa-
cto alterius quamuis bono scandalizātur, quēadmodū pharisæi ex verbis atq; operibus Chri-
sti, aliud pusilloꝝ seu infirmoꝝ aut imperfectorum, quod ex eorum infirmitate aut ignorantia
nascitur, de verbo aut facto alterius.

¶ Circa hæc quæritur an propter scandalū vitandū sint bona spiritualia omittenda? Ad quod
Thomas respōdet, quod quædā bona sunt de necessitate salutis, ad quæ homo tenetur, & hæc
propter vitandū alterius scādalū nō sunt deserenda, alia sunt spiritualia bona, non necessaria
ad salutē, & circa illa ē distīguendū, nā scandalū quod ex talibus bonis causatur, quandoq; est ex
malitia scādalizati, vt de pharisæis iam dictū est. Vnde cū aliqui spiritualia bona impedire co-
nātur, scandala cōcitando, nō sunt propter hoc bona huiusmodi omittenda. Interdū vero ori
tur scādalū de spiritualibus bonis ex infirmitate aliquoꝝ, quod est pusillorum, & tunc propter
charitatē sunt spiritualia bona occultāda vel differenda, donec ratione reddita cesset scandalū
tale. Quod si post ratonē redditā nō cessaret, tūc pertineret ad malitiā. essetq; scandalū phari
sæorum, & nō essent bona omittēda. ¶ Porro, quod ait Hieronymus: Dimittendum est pro-
pter scandalum, omē quod potest prætermitti, salua triplici veritate, scilicet vitæ, iustitiæ &
doctrinæ, de scandalo pusilloꝝ accipitur. Itaq; quāuis per viros virtuosos sæpe scandala veni-
unt, sicut per Christū venerūt, nō tamē væ eis debetur, quia non accidit hoc ex culpa eorum.
nec veniūt per eos causaliter, sed occasionaliter & indirecte, vtpote occasione assumpta non
data. Dicit quoq; Hieronymus: Qui scādalizatur, paruulus est. Maiores eñi scandala non reci- E
piunt. Perfecti nāq; deo firmiter cohærēt, & in nobis sunt stabiles, omīa ordinate agētes, id-
Tob, 12, circo ex inordinatis alioꝝ verbis aut factis non cōcutiuntur, aut mouētur ad culpam, sed potius
ad charitatiuā & piam cōpassionem, orationē & subuētionem, ad pleniorē quoq; proprij cor
dis custodiā & cautelā. De hac materia loquitur Christus diffusius in Matthæo, vbi & mul-
ta de ea re sunt dicta. ¶ Præterea, si tam graue est crimē, vnū scandalizare pusillū, quid fiet de
his qui totā scandalizant cōmunitatē, cōgregationē siue ecclesiam? quod etiā in prælatis, do-
ctoribus & religiosis grauius est peccatū. Ideo subditur. ⌊Attēdite vobis⌋ id est, diligenter ca
uete, ne quēpiam scādalizetis. Proximo eñi debemus famā bonā seu ædificationē, deo hono-
rem & gloriam, nobisipsis debiti adimpletionē. Specialiter vero monet discipulos de nō scā-
dalizando, quoniā figuram gerebant tā prælatoꝝ quam religiosoꝝ ac prædicatoꝝ siue do-
ctorum, quorum scādalum actiuum periculosius, grauiusq; consistit, quia eorū verba & facta
magis trahūtur in exempla. Et quoniam alioꝝ scādalo læsi, sunt pie recuperādi, subdit salua-
tor. ⌊Si peccauerit in te,⌋ id est, te sciente secundum Augustinum, vel in te, i. cōtra te tibi fo-
re faciendo. ⌊Frater⌋ id est, proximus ⌊tuus⌋ quicūq; siue vir siue fœmina, ⌊increpa illū,⌋
id est charitatiue redargue. Primo in secreto, apto loco & tēpore, & si sit spes probabilis de
emēdatione ipsius. Primo itaq; secrete est increpādus, ne increpator non sit pius correptor,
sed fraterni criminis proditor, & ille pudore amisso in vitijs persistat. Cōseruāda est equi-
dem proximi fama, ⌊& si pœnitentiā egerit,⌋ id est, dolere & emēdare velle se dicat seu fa-
cto demūstret, ⌊dimitte illi,⌋ offensam in te commissam. Semper eñi dimittenda est iniuria
quātū ad culpā, vt scilicet qui offendat nō odiatur, sed diligatur, & quāto maiorē pœniten-
tiam mōstrat veniāq; humilius petit, tāto plus ignoscēdū est ei, nō solū culpā nō imputando,
sed etiā pœnā seu satisfactionē relaxando, in parte vel toto, nisi relaxatio pœnæ vergeret in
detrimētum reipublicæ seu boni & pacis communis, aut in derogationē obseruationis iusti- F
tiæ, aut in nocumētum offensoris, vt si ex tali ignoscētia pronior & impudentior redderetur
ad perpetrādū iniqua. ⌊Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit
ad te, dicens, pœnitet me, dimitte illi.⌋ Septenario numero vniuersitas multoties designatur,
quoniam septem diebus omē tempus hoc voluitur. Et Tobiæ Raphael angelus ait: Ego sum
Matt, 18 vnus de septē qui astamus ante deum. Itaq; sensus est: Quotiescūq; aliquis peccet in te, dimitte
te illi quotiescūq; hoc ipsum petierit. Tamen (vt tactū est) etiā non pœnitenti & nō rogāti igno-
scendum est quātum ad culpæ & odij remissionē, quamuis maior sit ratio dimittēdi petenti
quam non petenti. Possent hoc loco plurima dici de correptione fraterna & modo ac ordi
ne eiusqualiter sit agenda, quomodo quoq; ad omnes pertineat, inquātum est actus chari-

tatis, specialiter autē ad præsides secundū q̄ est actus iustitiæ. Quæ quia super Matthæū proli
A xe sunt habita, iam omittuntur. Itaq; non simus difficiles ad parcendum, nec tardi ad ignoscē Matt. 18
dum, nec proni ad vltionem, neq; immoderanter memores illatæ nobis iniuriæ, pensantes q̄d i Gene 49
Genesi patriarcha sanctissimus Iacob affirmat: Maledictus furor eorum quia pertinax & in-
dignatio quia dura. In Leuitico quoq; dominus ait: Non quæras vltionem, nec memor eris in-
iuriæ ciuium tuorum. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice. i. euidenter. Primo, se Leuit 19
crete argue eum, ne habeas super illo peccatum. Hinc iubet Apostolus: Deponite iram & indi Col 3
gnationem, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet
querelam. Insuper in Marco Christus hortatur: Quum stabitis ad orandum, dimittite si quid
habetis aduersus aliquem. Quod si non dimiseritis, nec pater vester qui in cœlis est dimittet vo Marci. 11
bis peccata vestra. Hinc in Ecclesiastico habetur: Qui vindicari vult, à domino inueniet vindi- Eccl. 28.
ctam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti ti
bi peccata soluentur. Quum autem tanto grauior sit offensa, quanto maior est honorabilitas &
excellentia eius qui offenditur, nonne immensa & irrationabilissima atq; immensa stultitia est Math. 7.
vt homo vas putridum petat sibi à deo ignosci, quū ipse proximo suo nō velit ignoscere? Et Lucæ. 6
rursus: Nonne infinita est pietas dei hanc nobis legem ponentes, vt quomodo volumus no- Eccl 28
bis ab ipso fieri & ignosci, sic faciamus ignoscamusq; proximis. Ideo in Ecclesiastico scribitur:
Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelā? In hominem sibi similem non habet mise
ricordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum? Quis exorabit pro peccatis illius? Itemq;
Memento nouissimorum tuorum, & desine inimicari, & non irascaris proximo tuo, & absti-
B ne te à lite. ⌊Et dixerunt apostoli domino: Adauge nobis fidem,⌋ hoc est, perfice & cōforta
fidem nostrā, vt possimus hæc ardua tua præcepta & documenta supernaturalia adimplere.
Hoc petierūt apostoli, quoniam tam incessanter iniurianti ignoscere & scandala deuitare, delin
quentemq; corripere, procedunt ex magna fide, qua quis firmiter ac lucide credit prouidētiā
ac iudicium dei, præmiumq; beatum pro actibus bonis. ¶Specialiter vero fidei petierunt au-
gmentum. Primo, quoniam ipsa est fundamentū virtutū. Secūdo, propter actuū eius difficul- 2. Cor. 10
tatem, quia difficile est rationē in oībus fidei subiugare, sicq; intellectū in captiuitatē redigere, Marci. 9.
propter quod dixit saluator: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti Et Paulus testatur: 2. Tess. 3
Non omnium est fides. Tertio, quoniā audierunt Christū frequenter fidem præcipue cōmen
dare, dicendo: Fides tua te saluum fecit. Quarto, quia præcipua est virtuositas fidei ad facien-
dum miracula, quæ apostolis ad cōfirmationem prædicationū suarū necessaria erant.
¶Præterea fides augetur dupliciter. Primo, extensiue & quantum ad eius obiectum, dum plu
ra credibilia creduntur explicite, sicut literati multa credunt explicite, quæ simplices credunt
implicite, credendo sicut credit ecclesia. Secundo, intensiue & quo ad eius subiectum, dum cre
dibilia lucidius cognoscuntur, & firmius, ferventiusq; tenētur. Quod augmentum datur po
tissimum per donum intellectus, quo homo rationes credendorum agnoscit, atq; per sapien-
tiæ donum, quo veritatem diuinorum quam credit dulci prælibatione degustat, experimenta-
literq; sapit quod credit, & quam vere per fidem catholicam deo complaceatur & vniatur, &
ita futuræ beatitudinis saporem quendam & pignus nunc accipit, ita q̄ nihil est sibi certius, nil-
q; rationabilius ei apparet, quam ea quæ fides Christiana proponit. Vtrumq; autem fidei hoc
C augmentum præsertim necessarium est prælatis atq; doctoribus, qui & cæteros erudire habent
in fide, ideo apostoli tanquam primi & summi post Christum in ecclesia eius prælati & magi-
stri rationabiliter petierunt sibi fidem augeri, quam Christus post suam resurrectionem in eis
paulatim perfecit, quousq; in die pentecostes eam in eis plenissime consummauit.
Vnde & consequenter fidei virtuositatem eis demonstrat. ⌊Dixit autem dominus: Si haberet
is fidem sicut granum sinapis,⌋ id est, fortem valde & vigorosam, intensam atq; inuictam,
quemadmodum granum sinapis, quamuis sit modicū quantitate, est tamen magnum virtute,
feruidum & amarū, veneniq; expulsiuū: sic Christianorum fides debet esse feruida per charita
tē, amara per prōptitudinem sustinendi aduersa, ne tēpore tentationis deficiat, omnis quoque Marci 9.
veneni, errorum atq; perfidiæ expulsiua, ⌊diceretis huic arbori moro: Eradicare & transplanta- Matt. 21
re in mare, & obediet vobis,⌋ hoc est, ad orationem seu iussionem vestram arbor huiusmodi Marc. 11.
subito de terra euelletur, & in mari plantabitur, quum talis eradicatio subitanea sit miraculosa,
& miraculosior plantatio arboris in fluido maris loco. Sed omnia possibilia sunt credenti, quia
diuina virtute fiunt huiusmodi, & frequenter angelico ministerio. Porro in Mathæo & Mar
co Christus exemplificat de monte: Diceretis (inquiens) huic monti, tollere & mitte te in mare,
certumq; est beatissimos apostolos & alios multos sanctos valde mirabiliora & præclariora fe
cisse miracula quam sint ista. Et quoniam Christus ait: Diceretis huic arbori, quidam putāt, q̄d
quando hæc dixit, prope se huiusmodi arborem vidit. Præterea quia saluator suis electis excel-
lentissima gratiarum charismata promisit & contulit, præstiturusq; fuit tam in donis gratiæ
gratum facientis, quam gratiæ gratis datæ, ideo post prædicta saluberrime instruit eos de pro

funda & inconcussa humilitate semper in omnibus conseruanda, vt omne bonum omnipotenti
creatori iugiter ascribatur, & tanto plus ei regratiemur, quanto copiosiora gratiæ dona ad ipso D
sortiti fuerimus. Ad hoc igitur persuadendũ aptissimã atq; planissimam introducit parabolã.
⌊Quis autem vestrum habens seruũ arantem, aut boues pascentem, qui regresso⌋ seruo ⌊de
agro dicat illi: Statim transi ad mensam, recumbe,⌋ id est quiesce seu comede, ⌊& non dicat⌋
ei ⌊para quod cœnem,⌋ hoc est, ad cœnandum præpara mihi cibum & mensam, ⌊& præcin
ge te & ministra mihi donec manducem & bibam,⌋ cibaria apponendo & deponendo, ⌊&
post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi?⌋ id est, nunquid domi-
nus habet gratea agere illi suo ministro, ⌊quia fecit quæ ei Imperauerat? Non puto.⌋ Seruus
enim tenetur ad hoc & post laborem in agro habet laborare in domo, vt sit assidue i labore, nec
Ec.I. 33 insolescat, iuxta id Ecclesiasticis Cibaria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus
seruo. Itemq; Seruũ inclinãt operationea assiduæ. ⌊Sic & vos cũ feceritis omnia quæ præcep
ta sunt vobis⌋ à deo, ab ecclesia, à recta ratione, ⌋ dicite ⌋ ex toto corde cum plena humilitate,
Psalm. 15 ⌊serui inutiles sumus,⌋ .i. nostra seruitute nihil vtilitatis aut perfectionis deo attulimus, qui bo-
Iob. 35 norum nostrorũ non eget. Vnde & Iob habetur: Si peccaueris, quid ei nocebis? & si iuste ege-
ris, quid ei donabis? ⌊quod debuimus facere, fecimus⌋ implendo præcepra.
¶Hoc beatissimo documẽto aufert à nobis increata sapientia dei omnem vanæ gloriationis,
Iacob, 3. præsumptionis, ac pompæ occasionẽ, causam, materiã. Si enim hi se seruos inutiles reputare de-
Esai 64 bent, qui omnia impleuerunt præcepta, quid nobis incumbit, qui in tam multis offendimus, & ea
ipsa quę forsan implemus præcepta, tã imperfecte implemus, ita vt (iuxta Esaiam) vniuersæ iu- E
stitiæ nostræ sint quasi pannus mẽstruatæ. Deniq; etiã secũdũ philosophum: Diis parentibus
& magistris rependi nõ potest æquiualẽs: Quomodo igitur vero, omnipotentiq; deo aliqd po-
terimus condignum repẽdere? Sed & quicqd sumus, habemus ac agimus boni, ab ipso est, &
1. Cor. 4 ipsius est, ipsiq; adscribendũ tanquã datori & cõseruatori, dicente Apostolo: Quid habes quod
non accepisti? Itaq; eo ipso quo totum quod habemus & sumus à deo suscepimus, obligamur
totũ hoc eius obsequio mãcipare, ad eius honorẽ & gloriã ordinare atq; conuertere, totumque
ei pro posse subijcere, et quo plura nobis dona cõtulerit, eo ad regratiandũ, obediendum et ob-
sequendum obligatiores cõsistimus. Hinc viri sancti quo perfectiores et gratiosiores, eo et hu-
miliores fuerunt, suumq; imperfectum semper pẽsabant, et quicquid boni in eis fuit, deo hu-
milime adscripserunt, seq; à seipsis nihil nisi deficere et peccare habere profitebantur. Hos er-
go nos imperfectionibus pleni, sequi conemur, istud Christi sapientissimũ documẽtũ iugi me
moria reuoluentes. Sed quũ alibi dicat Christus: Seruũ inutile proijcite in tenebras exterio-
Matt. 25, res, quomodo iusti vere se dicũt seruos inutiles? Et respondẽdum, q; hic dicũtur inutiles serui
respectu dei secundum sensum præhabitũ, alibi vero respectu sui vel proximi, qui nec pro-
priam salutem sunt operati, nec alijs exemplarea fuerunt.
Cõsequẽter describitur gloriosum à Christo peractum miraculũ, vel potius plura miracula, q
bus ipsius confirmabatur supernaturalis doctrina. Queadmodum enim naturalis scientia pro-
batur per argumenta atq; principia naturali ratione patẽtia, sic supernaturalis sapiẽtia Chri-
sti in Euangelio tradita per supernaturalia, soliq; deo possibilia roborata est opera, per quæ
deus testimoniũ perhibuit euangelicæ veritati. ⌊Et factũ est dum iret in Hierusalem,⌋ id est,
versus ciuitatẽ illã, in qua paulo post fuit passurus. Istud enim paruũ ante festum palmarũ certum p
est contigisse ⌊transibat per mediam Samariã & Galilæã⌋ id est, per medium prouinciarum
istarũ, in quibus plurima prædicauit & multa egit miracula. Per Hierusalem, quæ pacis visio
interpretatur, superna beatorũ patria designatur, per Samariam autẽ, quæ interpretatur custo
dia, intelligitur vita actiua, quæ in obseruantia præceptorum consistit, per Galilæam vero, quę
transmigratio interpretata est, contemplatiua exprimitur vita, quæ in spirituali trãsitu à vi-
sibilibus ad inuisibilia sita est. Qui ergo ad supernam cupit pertingere patriam, primo in acti-
bus se exerceat vitæ actiuæ, deinde in actibus contemplatiuæ, ad quam ducit vita actiua, si-
cut ad habitaculum ianua. Porro (vt quidam hic scribunt) Samaria fuit terra Gentilium, Ga-
lilæa Iudæorũ. Sed aduertendum, quod Samaria multo tempore ad filios Israel pertinebat,
quibus propter idololatriam à regibus Assyriorum vastatis, victis, translatis, prouincia illa
4 Reg 17 gentilibus data est, quos rex Assyriorum ibi constituit, prout in libris Regum clare describi-
tur. ⌊Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurerunt ei decem viri leprosi⌋ Non
casualiter, sed viri illi cognita ex multorum relatu Christi potentia ad curandum, obseruabãt
eius aduentum, ⌊qui steterunt à longe,⌋ quia secundum legem Moysi non debebant inter
alios commorari aut cõuersari, & propter reuerentiam Christi non accesserunt ad eum, de
sua immunditia secundum Theophilum verecundantes & suspicantes quod Christus sicut &
alij eos forsitan fastidiret, ⌊& leuauerũt vocẽ suã dicentes⌋ ex vehemẽti corporalis sanatio-
nis affectu, q̃s nos spũali lepra infecti .i. vitiorũ varietate cõtaminati, sectari debemus, dicendo
ex ardentissimo cordis optatu q̃d illi dixerũt, ⌊Iesu præceptor,⌋ præcipere præcipue p̃sertim ac pprijs
time

sime cõpetit Christo, secundũ q deus est, sed secundũ naturã assumptã cõpetit ei participati-
A ue & ministerialiter quãtũ ad deũ, excellenter tñ respectu alioꝝ dei seruoꝝ. Om̃is nãq creatura Hebr. 2
etiã Christi humanitati creditur eẽ subiecta, ⌊miserere nostri⌋, i. cõpatere & cõpatiendo suc
curre nobis infirmis, liberando nos ab hac pœnali miseria, quæ est lepra.

¶ Preterea quãto ratio mali amplius cõpetit malo culpæ, quam malo pœnæ, tãto plus exore-
mus tolli à nobis peccata, q̃ corporalia incõmoda, morbos siue aduersa. Sed heu multi plus do
lent ac deflent mala exteriora, corporalia ac caduca q̃ interiora, spiritualia & æterna, quoꝝ val
de obturatus est interior oculus. ⌊Quos vt vidit⌋ Nõ solũ exteriori aspectu, sed interno com
passionis affectu, mox in effectum misericordiæ extẽdendo, ⌊dixit: Ite ostendite vos sacerdo
tibus⌋ Nõ dixit: Iubeo vos sanari, aut curo vos, sed ostendite vos sacerdotibus, vt doceat nos
omnem ostentationẽ, superbiamq̃ vitare, ne magna agamus, aut agere cupiamus propter ho
minum admirationem, applausum seu laudem.

¶ Misit quoq eos ad sacerdotes, Primo, vt tũc futuroꝝ instrueret insaniã hæreticoꝝ dicen-
tiũ, legẽ Mosaicã nõ esse à deo, sed à sæuissimo quodã diabolo, quoꝝ præcipuus extitit immũ
dissimus Manichæus. Secũdo, vt legẽ sponte seruando, humilitatis & obediẽtię nobis præbe- Leuit. 14
ret exẽpla. Præceptũ enĩ fuit in Leuitico, vt emũdati à lepra, sacerdotibus se præsentarent, pri
mo quatenus sacerdotes iudicarẽt, an vere mũdati essent an nõ: secundo, vt pro sua curatione
offerrent sacrificiũ in lege determinatum. Legalia aũt vsq ad Christi passionem ac Euãgelicæ
legis diuulgationẽ cursum habebãt. Tertio propter mysticã rationẽ, videlicet ob potestatis cla
uium cõmendationẽ. Sacerdotũ etenĩ nouæ legis est mundos seu pœnitẽtes admittere, immũ-
B dos & impœnitẽtes excludere. ⌊Et factum est dũ irent, mũdati sunt⌋ ad ostendendũ Christi 4. Reg. 5
pietatẽ atq potẽtiam, & propter fidei & obedientiæ meritũ cõmẽdandũ. Melior etenĩ est o-
bediẽtia q̃ victima. Itẽ, ne virtute legis, sacrificijve legalis, aut sacerdotũ putarẽtur mũdati, sed
sola potestate diuina. ⌊Vnus aũt ex illis vt vidit⌋ per experientiã ac corporalẽ intuitũ, carne
sua in colore ac dispositiõe tã euidenter ac mirabiliter subito immutata, ⌊quia⌋, i. quod ⌊mũ-
datus est⌋ à lepra corporali, imo & spirituali, qa vt creditur Christus mente curauit, q̃s corpo-
raliter sanauit, ⌊regressus est⌋ ad Iesum ⌊cũ magna⌋, i. amorosa, deuota, grata, iucũda, sensi-
bilitereq sonora, seu alta ⌊voce⌋ gratiarum actionis & laudis, ⌊magnificãs⌋, i. spũaliter ma-
gnũ, vtpote om̃ipotẽtẽ, & piũ esse protestans, & facto demõstrans, ⌊deũ⌋ cuius virtute tã mi
rabiliter se sensit esse curatũ. Et q̃uis iste nõdũ fortasse explicite credidit Iesum esse verum deũ
credidit tñ sanctũ hominẽ ac prophetã, q diuina potestate ista egisset, ⌊& cecidit in faciẽ suam
ante pedes eius⌋, s. Christi, illi regratiãdo, seq illi totis viribus humiliãdo, cuius beneficio gra
tioso tã clementer ac mirabiliter fuit curatus. ⌊Et hic erat Samaritanus⌋, i. natiõe Gentilis vtpo
te de illoꝝ progenie natus, q̃s Salmanasar translatis decẽ tribubus cõstituit pro illis in terra Sa-
mariæ. Et forsan iste proselytus, i. ad Iudaismũ iã añ cõuersus. Per hoc aũt q̃d dicitur Samari
tanus fuisse, docet q alij nouẽ erant Iudæi. Rursus p hoc q ipse solus ad Chr̃m reuersus est gra
tias agẽs, pfigurata est mystice gentiliũ ad Chr̃m cõuersio, remanẽtibus in pfidia sua Iudęis.

¶ Porro alij nouẽ reuersi nõ sunt, qa suã curationẽ asscripserunt obseruantię legis. Vel ideo, qm̃
dixit ad eos: Ostendite vobis sacerdotibus. Vel, qa à sacerdotibꝰ Chr̃o inuidẽtibus adhoc in-
ducti sunt, vt nõ virtuti & efficacię Chr̃i, sed legis suã adscriberẽt sanitatẽ. ⌊Respondẽs aũt Ie
C sus, dixit: Nonne decem⌋ leprosi ⌊mundati sunt, & nouẽ vbi sunt?⌋ q. d. Patet ad oculũ ma-
gna ingratitudo eoꝝ seu impietas sacerdotũ, q eos taliter subuerterũt. ⌊Nõ est inuẽtus⌋ de istis
decem ⌊q rediret⌋ ad me ⌊& daret gloriã deo⌋, i. de sua miraculosa curatione gr̃as ageret deo
eiusq potẽtiã glorificaret, seu me dei filiũ verũq deũ p tanto bñficio honoraret. ⌊nisi hic alie
nigena⌋, i. natiõe gẽtilis & alienus à deo ac lege, Sic & Naaman Syrus curatus à lepra per He-
lisæũ redijt ad eũ, gr̃as deuotissime agẽs. ¶ Præterea quærit, quõ isti nouem reuersi nõ sunt, si à
Chr̃o nõ solum corpaliter, sed & spũaliter curati fuerũt? Ad q̃d respõdere qs põt, q simul cor
poraliter, spũaliterq in via ad sacerdotes mundati sint, sed postq̃ sacerdotibus sunt locuti, ab
eisdẽ seducti fuerũt, sicq ingrati effecti sunt, & recidiuauerũt. ⌊Et ait illi Iesus: Surge⌋ à terra
in qua iaces prostratus, atq à pristina in qua aliqñ iacuisti consuetudine inclinationeq mala,
⌊vade⌋ ad loca tibi accõmoda, & de bono in melius ac de via ad patriã salutis æternæ, ⌊qa fi
des tua te saluũ facit⌋, i. actu fidei tuæ meruisti à me ita curari, & si nõ de condigno, saltẽ de cõ
gruo. ⌊Interrogatus aũt à pharisæis⌋ vel ex curiositate, vel ex derisiõe ⌊quando venit regnum
dei⌋, i. quãdo cœlestis beatitudo, quã promittis & pdicas conferet aut manifestabit ⌊Respõ-
dit: Nõ venit regnũ dei cũ obseruatiõe⌋ hoc est ipsius prætaxatiõe seu tp̃is pcognitiõe, ita q ob
seruari nõ valet, neq præsciri quãdo ventuꝝ sit regnũ istud. Tunc etenim veniet, cum homini
bus conferet quod erit in hora iudicij particularis, quantum ad singulos, stolamq animæ. In
hora vero iudicij vniuersalis quantum ad omnes electos, tunc corpore etiam glorificandos
Cum ergo vtriusque iudicij dies, seu hora extet incognita, nec sine reuelatione queat præsciri,
certũ est, quod regnũ præfatum non veniat cũ obseruatiõe, de quo regno oramus quotidie:

Adueniat regnum tuũ, ideo quilibet dies vitæ huius ordinandus & expendēdus est tanquam
Matt 6 sit vltimus, vt semp simus parati ad mortem. Vnde & Apostolus de hac re quærētibus, Chri D
Acta.1, stus respondit: Non est vestrum nosse tēpora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.
Per quæ verba Christus repressit digitos oīm de hac re prænosticare & calculare ꝑsumentiū.
Hi quoq; q tēpus aduentus Christi ad iudicium determinate prædicere attentarunt, vt abbas
Ioachim & alij quidam, errasse inuēti sunt, quoniam tempora ab eis determinata iam trāsie-
runt. ⌊Neq; dicent⌋ hoc ē, certitudinaliter prædicere non valebunt qcunq; sint illi. ⌊Ecce hic
aut ecce illic⌋ id ē, in quo loco appareat Chr̄us ad iudicandum, sed tūc primo id innotescet, cū
ipse seipsum ad iudicādū ꝓsentē ostenderit. Istud qdam exponunt de ꝓnesciētia tpis scđm q̄d
dictum est: Alij de ꝓnesciētia loci, q̄a licet in valle Iosaphat dicat futurum iudicium, tn̄ determi
natus locus in q̄ Chr̄us sedabit, sert ignotus. Alij quoq; per vallē Iosaphat intelligunt vallē iu-
dicij, non locum illum ad literam, q̄a Iosaphat interpretatur iudicium.
¶ Consequēter saluator tāgit causam, cur quęstio ista facienda non sit, vel cur sibi credēdū exti
terit. ⌊Ecce enī regnum dei intra vos est⌋ hoc ē, in vestra potestate est constitutū, vt illud pro
mereri possitis, quia si feceritis q̄d in vobis est, deus gratiam tribuet ꝓmerēdi. Vel, regnū dei
Ioh.1, intra vos est, hoc ē, ego Chr̄s rex cœloꝝ p quē venitur ad regnum illud, qui regno in mentib⁹
electoꝝ inter vos sum, vobisq; loquor, qui mētiri non valeo, de quo apud Iohannem ait Bapti
sta: Medius aūt vestrum stat, quē vos nescitis. ⌊Et ad discipulos suos ait: Veniēt dies quando
desiderētis⌋ hoc ē, in quibus optabitis ⌊videre vnum diem filij hominis⌋ i. famosum & præci
puum illum Chr̄i diem quo ipse in cœlo est regnaturus, qui est dies ęternitatis & gloriæ, de qua
Psalm 83 prædixit Psalmista: Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Alij exponunt de die generalis E
iudicij, q̄ erit vnus & desiderabilis est electis inquantum plenam beatitudinē consequēter in
eo. Quidam vero ita exponūt: Desideretis videre vnum diem filij hominis, hoc ē, Chr̄m, quē
nunc quotidie cernitis, saltē vno die habere corporaliter pro vestra consolatione præsentem.
Per hæc verba saluator insinuauit discipulos multa passuros, & in ꝑsecutionibus positos, opta-
1Cor,12. re debere diem prædictum, quia & Paulus testat: Supra modum grauati sumus, ita vt tederet
Psal. 119, nos viuere. Itemq; cupio dissolui & esse cum Chr̄o. Tale quoq; desiderium sępe orit ex seruen
Psalm 41 ti amore, sicut ait Psalmista: Heu mihi quia incolatus me⁹ prolongatus est &c. Et: Quemad-
modū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. ⌊Et non videbi-
tis⌋ diem præfatum statim ad libitum vestrum, sed tēpore diuinitus præstituto. Per visionem
autē diei intelligitur res optata in ipso videnda. ⌊Et dicent vobis⌋ Pseudo prophetæ, qui ante se
cundum Chr̄i aduentum multos decipient. ⌊Ecce hic, & ecce illic⌋ hoc ē: Vnus dicet Christū
hic esse seu de proximo apparere, alius dicet, q̄d alibi sit, & adhuc longe distet eius aduentus.
Ista dixit Christus discipulis suis in ꝑsona fidelium, qui postmodum erant futuri. Constat enī
quod discipuli Chr̄i quibus hæc dixit, ante horum impletionē trāslati fuerunt ad patriā. ⌊Noli
te credere⌋ talium erroribus, neq; sectemini eos p vitæ conformitatem. ⌊Nam sicut fulgur
choruscans de sub cœlo⌋ i. à nubibus in quibus generat, q̄ sunt sub cœlo stellato, & sub quali
bet spera cœlesti ⌊in ea q̄ sub cœlo sunt⌋ i. sup terram atq; in aere ⌊fulget⌋ clare ac sensibiliter
⌊ita erit filius in die sua⌋ i. tam manifestus erit eius aduētus ad iudicium, die ad hoc diuinitus
præordinata, ita q̄ nulli de hoc dubium relinquet. Quidā sæpe authoritatē istam allegāt ad ꝓ-
bandum, quod iudicium illud finale celerrime fiet ac finiet, quēadmodū quasi momētanea est F
emicatio fulguris, p hoc reprobantes errorem Lactātij, asserentes q̄ generale iudicium per tē
pora longa durabit, sicq; Thomas istud interdū allegat. ⌊Primū aūt⌋ hoc est, prius q̄ secūdus
eius cōpleat aduētus ⌊oportet⌋ necessitate cōditionata, & vtile est ꝓgressis salute humani ⌊illū
multa pati⌋ videlicet diuersa gn̄a tormētoꝝ, & plurimos acerbissimosq; dolores in corpe & in
aīa, in oib⁹ virib⁹ atq; mēbris ⌊& reprobari⌋ i. morti adiudicari, cōtēni, opprobrijs affici, ⌊à ge
neratione hac⌋ hoc ē à pharisæis me nunc deridentibus, cęterisq; Iudęis.
¶ Consequenter Chr̄us p duo exēpla ostendit, qualis erit secundus eius aduentus ad iudican-
dū, vtpote celerrimus & incertus quātum ad præscientiam tēporis, propter quod intimorati
vana securitate fallentur, & qui se modo non præparant, etiam tunc impacati erunt & disperi
Gene,6 bunt. ⌊Et sicut factum est in diebus Noe⌋ hoc ē tēpore q̄ vixit, & deo iubēte archam cōstru
xit, diluuiumq; futurum prædixit, ⌊ita erit & in diebus filij hoīs⌋ i. circa secundū Chr̄i aduē-
tum in quo suam potentiam mirabiliter declarabit, propter quod illud tēpus dicit specialiter
esse ipsius, quū tamē ipse sit dn̄s tpis vniuersi. ⌊Edebant & bibebant⌋ i. crapulose ⌊vxores duce
bant & dabant ad nuptias propter voluptatē magis q̄ propter prolis procurationē, ⌊vsq; in
diem in quo intrauit Noe in archam⌋ Nō enī crediderūt ꝓdicationibus & cōminatiōibus eius,
sed ludis, vanitatibus, & carnalitatibus intēdebant, ⌊& venit diluuiū⌋ sicut in Genesi legit:
Gene 7 Anno sexcētesimo vitę Noe, mēse secūdo, septimo die mēsis venit diluuiū, aptiq; sunt oēs fon
tes abyssi magnæ, & chataractæ cęli apertæ sunt & multiplicatæ sunt aquæ, & facta ē pluuia sup
terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & eleuauerunt aquæ archam in sublime.

Quinde

Quindecim cubitis altior fuit aqua montibus excelsis, obtinuerūtq; aquę diluuij terra centum
quinquaginta diebus, & requieuit archa super montes Armeniæ ⌊& tulit omnes⌋ .i. vniuersos
A qui extra archam erant submersit. Octo quippe homines fuerant in archa videlicet Noe cum
coniuge sua, & tres filij sui cum eorum vxoribus. Propter quod Petrus ait: In archa paucæ, id est 1. Petri, 3
octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Illud enim fuit vniuersale diluuium. Cōformiter inun
datio vitiorum, vt hęresum ac schismaticum eos qui in ecclesiastica nō pmanēt vnitate & charita
te operit, perdit, cōdēnat. ⌊Similiter sicut factum est in diebus Loth⌋ fiet circa secundum ad-
uentum filij hominis. ⌊Edebant & bibebant, emebāt & vendebant, plātabant & ędificabant⌋
.i. terrenis & carnalibus rebus immoderāter, cū falsa securitate vacabāt, absq; vllo timore peccā
tes, & quasi diu victuri, coniugia ædificiaq; agentes ⌊qua die autem exijt Loth à Sodomis⌋ .i. à ci
uitate Sodomorum ⌊pluit⌋ deus ⌊ignē & sulphur de cœlo⌋ aereo, vnde & aues cœli dicuntur, Genesi 19
⌊& omnes perdidit⌋ .i. habitatores Sodomæ & Gomorrhæ & Adamæ & Seboim ignis &
sulphur peremit, prout in Genesi legitur: ⌊Secundū hoc erit⌋ .i. similimodo fiet ⌊qua die fili-
us hominis reuelabitur⌋ .i. in iudicio omnibus visibiliter ostendetur, quia vsq; ad diem illum aut
circiter aliqui vitijs indurati in secura stultitia erūt, vtpote Antichristo occiso. Sed his obuiare
videturc ōmune dictū catholicorum doctorum dicentiū, quod Antichristi occiso, eiusq; fraudibus pa
tefactis, oēs conuertentur, imo ad Christum, & ei deuotissime obsequētur. Et respondendū quod
nō simpliciter oēs cōuertent, quidam durissimi in suis impietatibus impenitentes manebunt,
dicentes, quamuis princeps noster scilicet Antichristus occisus sit, nos tamen pacem habemus
de quibus scribit Apostolus: Quum dixerint: Pax & securitas, tūc repentinus eis superueniet interi 1. Thess, 5
tus. ⌊In illa hora⌋ .s. tempore illo paruo ante iudiciū, nō in ipsa iudicij hora in qua oēs domus
erunt destructæ, ⌊qui fuerit in tecto, & vasa eius⌋ fuerint ⌊in domo ne descendat tollere illa⌋
hoc est, tantum erit periculum, horror, & acceleratio illius iudicij, quod tunc non vacabit, neq; ex
pediet alicui circa tēporalia occupari, quæ tūc penitus auferent ab eo, & ipsum protinus oportebit
ad tribunal Christi deduci. Vnde tunc curādum nō erit de minimis, cū instabit maxima & in-
B cōparabilis illa causa discriminis infiniti. ⌊Et qui in agro fuerit, similiter, nō redeat retro⌋ hoc
est, ad sua terrena per amorē seu corporalē motum reuerti non curet, quū tūc omnia relinqui
oporteat, sed soli prouideat sibi quomodo iudici metuēdo psentetur saluādus. ⌊Memores esto-
te vxoris Loth,⌋ id est, pensando quid fœmine illi acciderit, præcauete inordinatam ad tem-
poralia affectionem, ne simul cum illa tangat vos plaga dei. Nam sicut illa contra pręceptum
dei retrospiciendo conuersa ē subito in statuā salis, sic qui immoderanter ad carnalia & terre-
na se vertunt, peribunt. Vnde alibi asserit Christus: Nemo mittens manum suam ad aratrū
& respiciens retro, aptus est regno dei. ⌊Quicunq; quæsierit animam suā saluā facere⌋ hoc est, in Gene, 19
præsenti vita voluerit eam à persecutionibus & aduersis corporaliue nece eripere, malens Chri
stum negare, seu æquitatem relinquere, quam seipsum morti persecutionibusq; exponere, ⌊per-
det illam⌋ hoc est, suo demerito & carnali timore ad æternam damnationem perducet. Po-
test & ita exponi: Quicunq; quæsierit animam suam saluam facere ęternaliter in futuro perdet
eam, hoc est, libenter sustinebit aduersa, & si opus fuerit etiam mortem pro Christo. ⌊Et qui per-
diderit illā,⌋ hoc est, vitam suam morti & tribulationibus exposuerit propter deum atq; iusti
tiā, ⌊viuificabit illā⌋ hoc est vitam gloriæ sibi acquiret merito fortitudinis & constantiæ suæ.
Vñ i Matthæo ait Christus: Qui pdiderit aīam suā ppter me, inueniet eam. His consonat quod
in Iohanne dominus loquit: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custo- Math 16
dit eam. ⌊Dico vobis: In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumet, & alter relinquet⌋ Iohā, 12,
hoc est, hora iudicij etiam qui nunc proxime sibi inuicem copulantur, ab inuicem diuidentur, ita
quod vnus erit electus, & propter suas virtutes assumetur ad numerum electorum, occurretq; Chri-
sto in aera, sicut ait in talium persona Apostolus: Nos qui viuimus, qui residui sumus, simul rapi-
emur cum illis in nubibus obuiam Chrō in aera. Alius reprobus erit, & ob sua demerita relinq̄-
tur inter damnandos in terra cū corpore graui. 1 Thess, 4
C ¶ Spiritualius autem loquendo per lectum, quies seu status contemplationis accipitur. Sicq;
per duos istos designati sunt qui in statu contemplatiuorum sunt positi, quorum multi tunc
frigidi erunt, sicut & nunc sunt, quia in omni statu sunt boni & mali, atq; in omni conditio-
ne & gradu optimis admixti sunt pessimi, vt asserit Augustinus, Et Gregorio asserente, vbiq;
Cain adiungitur Abel ad exercitationem. Tales ergo iniqui tunc relinquentur. Nullus ergo
præsumat aut stultam sibi securitatem promittat, imo beatus homo qui semper est pauidus, &
secundum Augustinum, tunc erunt securi, qui modo non sunt securi. ⌊Duæ erunt molentes Proue 28
in vnum,⌋ hoc est, pariter seu vna in mola, ⌊vna assumetur, & altera relinquetur.⌋ Po-
test hoc literaliter accipi de mulieribus tunc circa temporalia occupandis, quarum vna tan-
quam bona erit saluanda, altera tanquam iniqua damnanda. Spiritualius vero per mulieres
molentes signantur personæ in vita actiua cōsistentes, quæ temporalis solicitudinis pondere
velut quadam mola grauantur, quarum quædam tunc saluabuntur, aliæ damnabuntur.

⌊Duo

[Duo erunt in agro, vnus assumetur, alter relinquetur.] Per agrum designatur ecclesia, in qua crescunt lilia & violæ virginũ, rosæ martyrum, lilia confessorum & vniuersarum fructus virtutũ. Itaq; per duos existentes in agro exprimunt prælati & prędicatores, qui præsunt ecclesiasticis gregibus Chri, quorum quidã pastorale officiũ debite implent, & quæ docent operibus exequunt, ideo ad beatitudinẽ assumentur. De quibus ad Timotheum scribit Apostol'ꝰ: Qui bene præsunt pres
1.Tim.5. byteri, duplici honore digni habeant, maxime q laborant in verbo & doctrina. Alij nẽgligẽter & scandalose se habent, & quod verbis docẽt, ope destruunt, ideo relinquentur. De quibus in libro Sapiẽtię habetur iudicium durissimũ, in his q præsunt, fiet. Tales quippe agrum eis cõmis
Sapien.6 sum, hoc est, corda subditorum suorum à spinis & tribulis. i. passionibus & peccatis nõ purgãt virtutũ seminibus non fœcundant, sed incultum relinquunt, indecorum & aridũ, iuxta illud Prouerbiorum: Per agrum hominis pigri transiui, & p vineam viri stulti, & ecce totum repleuerãt vrticæ
Prou. 24 operuerãt sup faciẽ eius spinæ. [Respondentes] discipuli [dicunt illi] Quomodo dicunt discipuli rñdisse, cum interrogati non fuerint & verba eorum sequentia non ad quæstionẽ aliquã rñsiua, sed interrogatoria sunt? Ad quod dicendũ, q multoties in scripturis respondere sumitur, pro correspondenter seu apte proportionateq; loqui ad verba seu facta alterius, sicq; hic sumitur. [Vbi dñe] .i. quo vnus assumet, & alius relinquetur. [Qui dicit illis] ad vnum istorum dando responsum, ex quo patet alterius quoq; solutio. Vbicunq; fuerit corpus] hoc ẽ, Chrũs homo vere corporeꝰ, q in forma hũanitatis glorificata, iudicabit illic cõgregabunt & aquilę] hoc est, sancti qui superna sunt contẽplati, & p desideria sancta ad cœlestia in terris positi volauerunt. Membra nanq; & serui suo capiti ac dño, coniungent. Hinc in Iohanne ait: Pater quos
Iohan 17 dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt videant claritatem meã. Et item ait apłs
Iohã.14. omnibusq; electis: Vado parare vobis locum, & item veniã, & assumam vos ad meipm, vt vbi sum ego & vos sitis. ¶ Deniq; de præfatis aquilis, q soli iustitiæ soliq; sapientiæ visum mentis suæ p cõtemplationẽ infigunt, in Esaia legit: Qui sperant in dño mutabũt fortitudinem, assu
Isaiæ.40 ment pennas vt aquilæ, volabũt & nõ deficient. Tales qq; instar aquilarum spũaliter renouantur
Ephe.4 proficiendo in esse gr̃æ ac virtutũ, p q̃d vitiorum abijciunt vetustatẽ, prout ad Ephesios monet Apłus: Renouamini spũ mentis vestræ, & induite nouum hominẽ. Sic renouat qui pro spiritualibus bonis orans diuinitus exaudit. Propter quod dixit Psalmista de deo loquens animæ:
Psal:102. Qui replet in bonis desiderium tuũ, renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua. Iterum: Sicut volatus aquilæ in cœlo incertus celerrimusq; consistit, sic interna sanctorum vita carnalibus est ignota vehemẽterq; properat ad superna. Carnalis enim homo, non percipit ea quæ sunt spiritus dei se
1.Cor.2. cundum Apostolum: Et tanto plus ad patriam festinamus, quanto ardentius deum diligimus.
Prou.30. In Prouerbijs quoq; Salomon loquitur: Tria sunt difficila mihi, & quartũ penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super terram, viam nauis in medio maris, & viam viri in adolescentia sua. ¶ Insuper sicut aqla in arduis sibi nidificat, pullosq; suos prouocat ad volandũ, sic contemplatiui in altissimis sibi locum & qetem præeligunt, vtpote in supernis, & ad actus cõtemplatiuos prouocant alios.

¶ ELVCIDATIO CAP. XVIII. DICEBAT AVTEM & parabolam ad illos, qm̃ oportet semper orare.

Articulus XLI.



VIA oratio est efficacissimũ medium euadendi omne periculũ & impetrandi omne bonum, ideo Christus in isto capł'o de ea pertractat, & q̃lis esse debeat pandit, videlicet cõtinua seu instans & freques, ac humilis. Ad q̃d aptissime declarãdũ, inducit quasdã, vt patebit parabolas: Dicebat aũt & parabolã ad illos] .s. discipulos suos, & i eorum psona ad vniuersos fideles, [qm̃ oportet semp orare & nõ deficere] ab oratione. Qd' ait semper, non denotat omnimodam tẽporis cõtinuationẽ sed omnẽ
1.Thess.5 horã opportunã & debitã seu congruã ad orãdũ. Sic & Apłus ait: Sine
Acto.10. intermissione orate. Et in Actibus legit: Corneliꝰ Cẽturio vir religiosus & dep̃recãs deũ semp. p
2.Cor.10. ¶ Deniq; æquiualenter semp orat, q semp aliquid boni agit, seu qcquid facit, in dei gloriã propriamq; refert salutem, imo hoc modo non solum religiosa vigilia & abstinentia, imo somnus atq; refectio meritoria esse possunt. Oratio nanq; secundum Damascenum, est petitio decentium à deo. Petitur aũt aliqd non verbis dũtaxat, sed & signis ac gestis. Deinceps Christus inducit parabolam de vidua quæ sua importunitate impetrauit à iudice crudeli q̃d petijt. Per
Eccle.18. locum à fortiori acquiremus à Christo iudice clementissimo, quæ instanter præcamur, si impleuerimus illud Ecclesiastici: Non impediaris semp orare, & ante orationẽ prępara aĩam tuam & noli esse sicut hõ qui tẽtat deũ. [Iudex qdã erat in ciuitate quadã qui deũ non timebat, & hoĩes nõ reuerebat.] Ideo indignus fuit authoritate, officio, & noĩe iudicis. Iudex enĩ dicit quasi ius dicens qui

cens, qui ex omni parte debet esse iustitia decoratus & timoratus, ne deũ cuius ipse minister est
A in quocunq; offendat. Hinc iuxta philosophũ, iudex debet eẽ quasi viua lex, & animata iustitia.
Sed heu multi modo sunt iudices huic cõsimiles, qui cupiditate cæcãtur, & munera diligunt,
affectionẽ quoq; magis quam rationẽ sequũtur, diuinũ nõ formidãtes iudicium, quibus dicit Sapien, 6
Sapiens: Audite & discite iudices terræ, quoniã data est vobis a domino potestas, qui interro
gabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur, quoniã cum essetis ministri illius, non
recte iudicastis, neq; custodistis legem iustitiæ. Cito & horrende apparebit vobis. ⌊Vidua
autem quædam erat in ciuitate illa. Ideo exemplum ponit de vidua, quia est persona magis
miserabilis, quum destituta sit viri solatio, propter quod crudelius est ei non subuenire. Vnde Esaiæ, 1,
per Esaiã dominus loquitur: defendite viduã. Itẽq; de iniquis principibus protestatur ibidẽ.
Causa viduæ nõ ingreditur ad eos, ⌊& veniebat ad eum dicẽs⌋ suppliciter: ⌊Vindica me⌋ se-
cũdum processum iuris, ⌊de aduersario meo⌋ mihi iniuriãte. Hoc ex zelo iustitiæ licitum est
postulare, idq; peragere ad iudicẽ spectat, secũdũ illud ad Romanos: Minister dei est vindex
in iram ei qui malũ agit. Potissimũ vero ad iudicẽ spectat personis miserabilibus recto subue Rom, 13
nire iudicio, vtpote oppressis, viduis, pupillis, orphanis, desolatis, egenis, infirmis & peregri-
nis. Talibus quippe deus præcipue miseretur, secũdum quod in Deuteronomio scribitur: De-
us magnus atq; terribilis facit iudiciũ pupillo & viduæ, amatq; peregrinũ, ⌊& nolebat per mul Deut, 10
tum tẽpus⌋ in quo eius duritia & iniustitia patet cui cõformes sunt, qui causas prolongãt di- Esaiæ, 5
latiõibus frustratorijs, trahẽtes iniquitatẽ in funiculis vanitatis. Quo cõtra sanctus Iob de se- Iob. 31
ipso fatetur: Oculos viduæ expectare nõ feci. ⌊Post hæc aũt dixit intra se⌋ Nõ extra, ne sua
B iniquitas innotesceret alijs, & vt ex iustitia agere crederetur, quæ acturus fuit ex tædio susti-
nẽdi molestiam deprecãtis. ⌊Et si deum nõ timeo, nec hoiem reuereor⌋ ita quod nec propter
deum, nec propter homines iustitiã seruo, tamẽ quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo
illam. ⌋ Victus enim fuit nõ pietate, sed precũ viduæ importunitate. Improbus etenim labor oia
vincit, ⌊ne in nouissimo⌋ hoc est, ad vltimũ, ad me, ⌊veniẽs suggillet me, ⌋ hoc est, importu
nis suis clamoribus strangulet aut suffocet. ¶ Deniq; similitudo secũdũ se est causa amoris,
ideo simile suo simili se cõiungit atq; applaudit, interiores quoq; habitus animæ eã ad actus
suos inclinant. Hinc ipsi iudices, qa ĩpietatẽ nõ odiũt, eẽ syncera intẽtiõe nõ vlciscũtur, & si vl
ciscũt, hoc ex crudelitate aut cupiditate seu simili ĩordinato affectu, potius q̃ ex æquitatis zelo
efficiũt. Iusti vero iudices quo fuerint iustiores, eo plus iniustitias detestãtur & persequuntur.
⌊Ait aũt dñs⌋ Iesus Christus exhortando, vt subditur: ⌊Audite⌋ .i. sapiẽter attendite, ⌊quid
iudex iniquitatis dicit⌋ id est, præfata iã verba iudicis huius iniusti dicẽtis, quia molesta est mi
hi, &c. Et ex hoc Christus cõcludit intẽtum, videlicet, quod multo magis deus iustissimus su-
os exaudiet. ⌊Deus autẽ nõ faciet⌋ .i. imo vtiq; faciet, ⌊vindictã electorũ suorum clamãtiũ ad
se die ac nocte⌋ pro iusta vltione. Deus enim per Moysen & Paulũ hortatur: Mihi vindictam, Deut, 32
& ego retribuã. Nullũ etenim malũ impunitũ relinquit, ⌊& patiẽtiam habebit in illis?⌋ .i. nõ su Rom. 12
stinebit electorum suorum iniuriã. ¶ Circa hæc occurrũt dubia tria. Primũ, quomodo per iudicẽ Hebr. 10
istũ iniquũ deus iustus valeat designari. Secũdũ, quomodo electis dei liceat pro vindicta cla- Math. 5
mare ad deũ, quũ alibi iubeat Christus: Orate pro persequẽtibus & calumniãtibus vobis. Ter
tium, quomodo deus nõ differat neq; sustineat iniuriã electorum, quũ frequẽter cernamus per-
C secutores iustorum vsq; ad vltimã viuere ætatẽ sane ac prospere. Ad primũ dicendum, q̃ in ista
parabola nõ fit comparatio personæ ad personã, sed negotij ad negotiũ, nõ tam secũdum si-
militudinẽ quam secũdum excessum, vt præinducta declarant. Ad secundum dicẽdũ, q̃ iusti
semper spiritualiter diligunt aduersarios suos in vita præsenti, nec ex odio orãt pro punitio-
ne illorum, sed potius ex spirituali amore, inquantũ expedit pro salute illorum, vt in vita hac cor-
rigantur, ne grauius aut diutius peccẽt, nec communi noceãt bono, vel vt per hoc misericor-
diã cõsequãtur, aut in futuro mitius torqueantur. Hinc pœnæ vitæ præsentis medicinales di-
cuntur. Rursus iusti sic orant sæpe zelo iustitiæ, & cõformando se diuinæ iustitiæ. Ad tertium
respondetur, q̃ deus dicitur statim vlcisci. Vel, quia interiori vindicta mox vindicat, gratiam
subtrahẽdo aut peccantem durius relinquẽdo ac indurãdo, quẽadmodũ ait in Psalmo: Dimisi
eos secũdũ desideria cordis eorum, ibũt ĩ adinuentionibus suis, quæ est vtiq; metuẽdissima atque Psalm. 80
grauissima dei vindicta. Aut quoniã tẽpore præordinato, mox vindicat, iuxta quod in Deu- Deut, 38,
teronomio testatur: Mea est vltio & ego retribuã eis in tẽpore. Hinc rursus dicitur: Dñs de- Deut, 7,
us tuus, ipse est deus fortis, reddẽs odiẽtibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltra non diffe-
rat, protinus eis restituẽs quod merentur. Ideo Christus ait: ⌊Dico vobis, quia cito faciet vin
dictam illorum. ⌋ Quia & vita hæc breuis est, & post eam grauissima est vltio dei, iuxta illud
Ecclesiastici: Vindicta impij ignis & vermis. ⌊Veruntamen filius hominis veniens putas in-
ueniet fidem in terra?⌋ Tanquam dicat: Quamuis deus sic zeletur pro suis electis, attamen Eccle. 16
Christus veniens ad iudicium seu ad faciendam electorum vindictã, paucos comparatiue loquẽ Mat. 88
do inueniet vere fideles in terra, qui fide formata & fidelitate iustitiæ sint fideles, Multi enim

vocati

vocati,pauci vero electi.Ideo per Micheam scribitur:Perijt sanctus de terra,& rectus in ho-
Michea.7 minibus nõ est. Et Paulus fatetur:Omes q̃ sua sunt quærũt,nõ q̃ Iesu Chri.¶Insup cum humi D
Phil.2 litas sit scarissimũ fundamẽtum virtutũ,reddẽs orationẽ deo valde acceptã,iuxta illud Ecclesi
Eccl.35 astici:Oratio humiliantis se nubes penetrabit,idcirco Chrs cõsequenter ad humilitatẽ suos in-
formar exẽplo.L Dixit aũt ad quosdam qui in se J.i. in proprijs meritis potius q̃ in pietate &
gratia dei,L cõfidebat tanquam iusti J.i.quasi vere essent iusti & virtuosi, quum fuerint vani,
spiritualiterq; superbi,& illi fuerunt pharisæi,quos modo sequuntur qui in seipsis inaniter glo
riantur,& de meritis suis psumũt,seu bona q̃ agunt proprijs viribus ac laboribus magis q̃ gra-
Rom.10 tiæ dei asscribunt,de qbus ait Apostolus:Ignorãtes dei iustitiam & suã q̃rentes statuere iustitię
1.Cor.4. dei nõ sunt subiecti. Contra quos itẽ vociferatur:Quid habes quod non accepisti? Si aũt ac-
cepisti,qd gloriaris quasi non nõ acceperis? L & aspernabant cæteros J tanq̃ iniustos & viles,
quũ tñ ipsi sola sua supbia alijs essent viliores,qm̃ sola supbia destruit omnia si comitetur. ¶De
niq; ipsa eorũ aspernatio ostẽdit,q vere iusti nõ erant,dicente Gregorio:Vera iustitia habet cõ-
passionẽ,falsa dedignationẽ.Nõ etiã attendebant illud Esaiæ:Væ q spernis,nonne & ipse sper
Esaiæ 3. neris? Cum fatigatus desieris cõtemnere contemneris.Huiusmodi modo sunt q stulta singula
ritate lætãtur,nec in vero spũalis vitæ fundamento se figunt,sed religiosiores cupiũt apparere,
& quũ prorsus carnales sint spũales,se arbitrãtur.De quibus Iudas Aplus in sua fatur canonica:
Hi sunt qui segregant semetipsos,animales spiritum non habentes: L Duo homines ascende-
bant in tẽplũ vt orarent J Ideo enim ecclesiã intrare debemus,vt oremus,& cætera q̃ ibi agen-
da sunt diuina agamus.Idcirco væ illis qui tẽplum ingrediuntur ad fabulandum,ad inspicien-
dum mulieres,ad videndum & cõplacendũ hominibus L vnus pharisæus J Pharisæi erant reli- E
giosi Iudæorũ,sicut nunc monachi Christianorum,erantq; pharisæi ab alijs in habitu,in obser
uantijs multis,cultuq; religionis distincti,propter q̃d dicebantur pharisæi .i. diuisi,eratq; secta
Acto 26. eorum inter Iudæos celebris & famosa.Vnde in Actibus Paulus fatetur:Secundum certissimã
sectam nostræ religiõis vixi pharisæus,L & alter publicanus. J Publicani noiabantur q publi-
cis occupabantur negotijs,vectigalia exigendo,seu cõducẽdo,aut seculi huius lucra sectando.
Et quia talia raro fiunt absq; peccato publicani reputabant publici pctõres.L Pharisæus stãs. J
Quum tamen magis debuisset se in terram prosternere seu genua flectere ad reuerẽtiam maie
Matth.6. statis diuinæ,sed stetit vt ab alijs videretur sicut & alibi ait de talibus Chrũs:amant in synago
gis & angulis platearũ stãtes orare, L hæc apud se orabat J simulatorie magis q̃ vere . Oratio
enĩ est deuota eleuatio mentis ad deũ cum impetrãdi affectu,atq; vt ait Gregorius:Orare est
in cõpunctione amaros gemitus ex corde nõ composita verba sonare.L Deus,gratias ego ti-
bi,q a non sum sicut cæteri hominum J vtpote L raptores,iniusti,adulteri.
¶ Mirum alicui potest videri,cur,vnde & quomodo iste pharisęus fuit supbus, q bona sua deo
adscripsit tanq̃ datori & ei gratias egit. Sed multiplici laborauit superbia. Primo, qa & si oẽ
bonum cognouit esse à deo,bona tamen sua sibi à deo pstita ęstimauit,nõ solum ex diuina cle-
mentia,sed etiã pro sua industria siue iustitia.Secundo qa ex verbis gratias egit, tamen men-
te ad seipsum reflectebatur,videri cupiẽs & laudari,imo & de sua gratiarũ actione vanitatẽ cõ
cepit. Tertio,qa de bonis suis sup alios insipienter se extulit.Quarto,qm̃ alios temere iudicauit
& spreuit,specialiter publicanũ cuius interiora non vidit.
¶ Porro,vt ait Gregorius quatuor sunt species supbię. Prima,dum bonũ quod qs habet à sei- F
pso habere se putat.Secũda,quando & si sibi desuper datum credit,tamen p suis meritis sibi da
tum existimat.Tertia,quando q̃d nõ habet habere se iactat.Quarta, dum despectis cęteris sin
Prouer.28 gulariter cupit videre habere quod habet.¶ Præterea,cũ in Prouerbijs Salomon dicat . Iustus
in principio accusator ẽst sui,pharisæus iste inordinate exorsus est à propria laude. Rectus er-
go ordo orandi est,primo seipsum humiliter accusare,deinde deum suppliciter exorare , atq;
in fine gratias agere,sicut sacerdos in missa præmittit confiteor,postea orat , & postremo in
gratiarum actione cõsumat officiũ,L velut etiã hic publicanus J Despectiue hoc ait & temera-
1 Cori.2. rie iudicat:Quis enĩ scit qd agat in hoie nisi spũs hominis? Ideo dicit aplus:Tu quis es q iudi-
Rom.14. cas alienum seruum? Suo dño stat aut cadit. Vnde absolute & certitudinaliter iudicare aliquẽ
esse in pecato mortali non possumus,nisi videamus aut certe noscamus eũ esse in actu peccati
mortalis,seu debiti actus omissione.Non igitur faciliter iudicemus , nec alios contemnamus,
præsertim quia & si agnosceremus quales iam sint,ignoramus tamen quales futuri sint aut in
præscientia dei existant.Ideo formidolose putare habemus quod forte nos simus præsciti &
ipsi prædestinati.Hinc in Malachia habetur:Nunqd non pater vnus omnium nostrum? Nũ-
qd non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; nostrum fratrem suum,violãs
pactum patrũ nostrorũ.Propterea sapientissime monet Aplus:Fratres & si occupatus fuerit
homo in aliquo delicto,vos q spũales estis huiusmodi instruite in spũ lenitatis considerans te-
ipsum,ne & tu tenteris. L Ieiunio bis in sabbato J.i.in hebdomada quæ apud Iudæos sic voca
batur à sabbato tanquam à die celebriori, Tale est ieiunium ieiunantium ventre à cibis,non
mente

mente à vitijs, contra quos dñs per Esaiam affirmat: Nunquid tale est ieiunium qđ elegi? ⌊de- Isaiæ. 58
cimas do omniũ quæ possideo,⌋ qđ magnũ non est, quũ omnia quæ habemus à deo sumpse- 1.Par. 29
mus, propter quod Dauid rex deuotissime confitetur: Quis ego & quis populus tuus dñe deus, vt
A possimus tibi ista promittere? Tua eñ sunt omñia, & quæ de manu tua accepimus dedim⁹ tibi.
⌊& publicanus à longe stans⌋ .s. in posteriori parte templi, reputans se indignũ appropinq-
re sacratioribus locis, vt choro atq; altari. Per quod multorũ etiam clericorũ ac sacerdotum im
pudentissima reprobatur præsumptio, qui quũ vitijs animæ & corporis pleni sint, sacra loca i-
gredi non verentur, pollutisq; labijs psallere deo, aut etiã celebrare, ⌊nolebat nec oculos⌋ cor-
porales ⌊ad cœlũ leuare⌋ quæ vitiorũ & pristinæ turpitudinis suæ pudore, erubescens coram Esd.8.
diuinæ sanctitatis p̃sentia apparere, & quasi deũ non audẽs aspicere habitantẽ in cœlis. Interio
res th̃ oculos raptim erexit ad deũ cœli. Sic & Esdras populi sui pctã detestans, ait: Deus meus
cõfundor & erubesco leuare faciẽ meã ad te, qm̃ iniquitates nr̃æ multiplicatæ sunt, super caput
nostrũ, & delicta nostra creuerũt vsq; ad cœlũ, ⌊sed p̃cutiebat pectus suũ,⌋ præ cõtritionis do
lore, & reprehendẽs cor suũ q̃ tantorũ flagitiorũ origo, causáq; fuit. Pectoris eñ percussio est
interioris prauitatis redargutio dolorosa. ⌊dicens: Deus propicius esto mihi pctõri.⌋ Oratio
breuis verbo, sed magna virtute, modica quãtitate, sed plena inia, q̃ de fonte pectoris Christi
processit. Hæc nãq; est parabola, nõ res gesta, quãuis frequenter tale qđ accidere quiuerit. Vn-
de Christus asserit sic publicanũ orasse, vt doceat nos ita orare. Frequenter ergo hæc verba corde
humillimo ac feruenti dicamus. Deinde ad nostrã informationẽ ponit iudicis superni, videlicet
Chri sententia. ⌊Amẽ⌋ .i. vere ⌊dico vobis, descendit hic⌋ publicanus iustificatus ⌋.i. de iniu-
sto iust⁹ effect⁹ à deo per suã verã ac humilẽ pœnitentiã, iuxta illud Ezechielis: Si impius ege-
rit p̃nitẽtiã, omniũ iniquitatũ eius nõ recordabor amplius, ⌊in domũ suã⌋ .i. præ pharisæo, q
sicut peccator aduenit, sic pctõr reuersus est, imo maior pctõr q̃ ante, qa in templo multa inci-
dit pctã, vt patuit. ⌊Quia ois q se exaltat⌋ per superbiã .i. magnũ & p̃clarũ vane se reputat, lau
dem cupit humanã, ad p̃lationẽ, honores, excellentiã sursum aspirat, ⌊humiliabit⌋ .i. à deo iu
dice deprimet, reprobabitur, atq; in tartarũ deijciet post vitã p̃sentẽ, nisi se interim per pœni-
B tentiam verã sponte humiliet, ⌊& qui se humiliat⌋ modo per peccatorũ suorũ confessionẽ, pro
priæ imperfectionis, defectuositatis & fragilitatis recognitionem, per sursum sub diuinæ ma-
iestatis altitudine cordialem ac intimã inclinationẽ, depressionẽ, obedientialẽq; subiectionem,
⌊exaltabitur⌋ in p̃senti per gratiæ sublimia incremẽta, & in futuro p̃ dona gloriæ altiora, iuxta
illud Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Hinc in Prouerbijs habetur: Humilẽ spũ suscipiet Iob.28
gloria. Itemq;: Superbũ sequetur humilitas. Quod consonat Christo dicẽti: Qui se exaltat, hu Prou.25
miliabitur. Quemadmodũ eñ in materiali statera vna parte depressa altera eleuatur, & ecõuer
so: sic in diuinæ statera iustitiæ est decretum, vt qui in vita hac per superbiam eleuantur, in fu
tura per pœnam confusibilem deprimantur, & vice versa. Hinc Petrus apostolus hortatur:
Humiliamini sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Et in Ecclesiastico
edocetur: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam, quoniam
ab humilibus honoratur. Quemadmodum enim aquarum fluenta ad vallium decurrunt pro-
funda, & quo vallis est decliuior, eo plus aquæ congregantur in ea, sic diuinarũ charismata gra
tiarum ad corda descendunt humilium, qui quanto humiliores extiterint, eo copiosioris sunt
gratiæ susceptiui. Propter quod ait scriptura: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gra-
tiam. Sic & philosophi morales testati sunt, quod honor sequitur fugientem. Væ igitur ambiti
osis & vanis hominibus, quia illius sunt serui, de quo in Iob conscriptum est: Ipse est rex super
vniuersos filios superbiæ. Hinc Leo papa testatur: Tota Christianæ sapientiæ disciplina non i
abundantia verbi, non in astutia disputandi, neq; in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & vo
luntaria humilitate consistit, quam dominus Iesus ab vtero matris vsque ad supplicium crucis
pro omni fortitudine & elegit & docuit. ⌊Afferebant autem ad illum & infantes,⌋ hoc ẽ, pa-
rentes seu alij infantulos adduxerunt ad Iesum, ⌊vt eos tangeret.⌋ Ex miraculis enim Christi,
& ex eminentia sapientiæ, eloquentiæ, conuersationisq; suæ, crediderunt eum esse eximiæ san
C ctitatis, sicque ex eius contactu infantulos posse benedici seu gratiam consequi, siue pro tunc,
siue in posterum, quoniam virtus Christi per corpus ipsius redundauit ac diffundebatur in ali-
os. ⌊Quod cum viderent discipuli, increpabant illos,⌋ qui infantulos adducebant, non quod nol
lent infantes à Christo tangi & benedici, sed quia putabant eum ex tali adductione infantium
grauari, & offerentium importunitate lassari. ⌊Iesus autem conuocans illos,⌋ puta discipulos
suos, ⌊dixit: Sinite pueros venire ad me,⌋ quia propter eorum innocentiam & naturæ in eis pu
ritatem, deiq; in eis expressam similitudinem diligo eos, præsertim qui ab originali peccato
mundati sunt, & gratiam, charitatemq; habitualem habent in anima, quales & isti infantes fu-
isse creduntur, vtpote circumcisi, ⌊& nolite vetare⌋ id est prohibere ⌊eos⌋ ab accessu ad me.
Talium est enim regnum coelorum, id est innocentium, piorum, simplicium & mundorũ, qui
per pueros figurantur, & pueris quantum ad bonas puerorum proprietates assimilantur. Sed

& puerorum ab originale purgatorum est regnum cœlorum si ante vsum rationis decedant, aut postea susceptam gratiam non omittant. ⌊Amen dico vobis, quicunq; non acceperit re-
gnum dei sicut puer,⌋ hoc est, qui per imitationem bonarum proprietatum pueri non tendit D
ad regnum cœleste, ⌊non intrabit in illud.⌋ Quemadmodum enim puer non perseuerat in ira sed cito placatur, non aspirat ad alta, sed modicis contentatur, læsus non meminit, nec alteri insidiatur aut detrahit, videns fœminam non inordinate afficitur, ita nisi quis istas proprietates per gratiam, exercitiumq; sequatur, damnabitur. Ideo monet Apostolus: Malitia paruuli estote. Et Petrus: Deponentes omnem malitiam & omnem dolum & simulationes & inuidias & detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. In Prouerbijs quoq; æterna sapientia ait: Si quis est paruulus, veniat ad me. Et Psalmista: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. ⌊Et interrogauit eum quidam princeps, dicens.⌋ Quidam dicunt, quod princeps iste fuerit legisperitus, & princeps vocetur, quoniam diues fuit. Veruntamen Marcus Euangelista vocat eum adolescẽtem, similiter & Matthæus. ⌊Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo? hoc est, æternam beatitudinem in æternum habebo. Bonus magister fuit Christus ob vitæ sanctitatem, doctrinæq; veritatem. Et item, quia in prædicando disertissimus fuit, & supernaturalia sua documenta supernaturalibus probationibus, puta miraculis soli deo possibilibus roborauit. Recte etiam interrogauit, quid faciendo, nunquid loquendo, vitam æternam possidebo, quia non nudis verbis, sed virtuosis operibus vitam meremur æternam, dicente Apostolo: Non in sermone est regnum dei, sed in virtute. Verba quippe comparantur folijs, opera fructibus. Quemadmodum ergo infructuosa, igniq; apta est arbor folia producens, non fructus: sic homo qui verba absq; operibus habet, vanus & vacuus, æternoq; igne dign⁹ censetur.

⌊Dixit autem Iesus ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus.⌋ Quum ergo Iesus fuerit bonus, optimusq; magister, imo essentialiter bonus secundum quod deus, cur redarguit principem istum, qui vere loquutus est? Et respondendum, quod ideo eum redarguit, quia non omnifarie bene sensit de Christi bonitate, æstimans eum hominem purum, & nõ nisi par-
ticipatiue bonum, item ad innuendum, quod soli deo competit bonitas secundum perfectam E
et plenam bonitatis rationẽ: quoniam deus est ipsa bonitatis essentia, & bonitas omniformiter pura, quomodolibetq; perfecta & infinita, in quo nihil est nõ boni nec priuatiue nec contrarie, nec contradictorie. Præterea ad innuendum, quod non sine grandi & rationabili causa admittenda est laus propria, præsertum coram frequentia plebis. Nam (teste Chrysostomo) vir iustus & sapiens quasi in faciem cæditur, dum manifeste laudatur. Scit enim gloriam & honorem deo deberi, seq; à seipso nil nisi defectuositatem & culpam habere.

⌊Mandata nosti,⌋ id est, mandata legis, quæ erant triplicia, scilicet moralia, cærimonialia, iudicialia. Christus vero de moralibus solum prosequitur, quoniam principalia erant, & de naturalis dictamine rationis atq; in euangelica lege seruanda. Hinc subditur. ⌊Non occides,⌋ affectu & opere, iussu, consilio, aut non impediendo quum possis. Occidere autem hominem nemo debet propria & priuata authoritate, sed publica authoritate fieri potest, & loquendo de homine vt est reus, quum in Exodo scriptum sit: Maleficos nõ patieris viuere. ⌊Non mœchaberis,⌋ corde aut facto. ⌊Non furtum facies, Non falsum testimonium dices,⌋ quia testis iniquus non erit impunitus. Talis enim peccat in deum mentiendo seu peierando, atq; in proximum ei nocumentum inferendo, seu causam ipsius impediendo. ⌊Honora patrem tuum & matrem,⌋ hoc est, tam carnales quam spirituales parentes eis reuerentiam exhibendo, obediẽdo, & in quibus indiguerint pro viribus succurrendo. ⌊Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea,⌋ quod valde perutile est, cum in Threnis Hieremias testetur: Bonum est viro quũ portauerit iugum ab adolescentia sua. Acceptissimum etenim deo est, quod homo florem adolescentiæ suæ in diuino expendit obsequio, quia passiones tunc fortius vigent, & homo huic mundo tunc aptior est. Deniq; adolescens iste verbum hoc vere protulit non iactanter. Fuit equidem virtuosus. Vnde secundum Marcum, præcucurrit ante turbam, & genuflexo interro-
gauit, dicendo: Magister bone, additq; Marcus, intuitus eum Iesus, scilicet post responsionem F
iam positam, dilexit eum, vnde non ficte interrogauit, vt aliqui putauerunt, sed intentione syncera. ⌊Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc vnũ deest.⌋ Quo verbo ostenditur, quod princeps ille vere loquutus sit. Itaq; vnum ei defuit, scilicet adimpletio consiliorum, quod est opus supererogationis, nec necessarium est ad salutem, nisi ei qui se sponte obligauit ad hoc. Veruntamen sanctus Hieronymus dicit eum esse mentitum, quum paulo post legatur, contristatus, audito quod omnia sua dare deberet pauperibus, ex quo concludit Hieronymus, quod non dilexit proximum sicut seipsum, sed hoc faciliter solueretur, dicendo quod dilexit proximũ sicut seipsum, & eleemosynas tribuere consueuit quantum diuina requirunt præcepta, non vt exigit cõsiliorum perfectio, vnde & nunc sunt aliqui boni Christiani sua pauperibus cõmunicantes, qui tamẽ pa

rati non sunt omnia sua propter Christum vendere atq; pauperibus dare. Aliqui quoq; affir-
A mant, quod princeps iste omnia præcepta custodiuit, quantum ad opus exterius, non quo ad
opus interius, quod si verum esset, Christus qui cordis eius fuit inspector, ipsum tanquam bo-
num & iustum non dilexisset. ⌊Omnia quæcunq; habes vende⌋ .i. immobilia bona præsertim,
nam pecunias quas habebat, & alia quædam similia, poterat non vendita æque apte dare pau
peribus, ⌊& da pauperibus⌋ pure propter deum, non diuitibus, nec propter fauorem, laudem
vel obsequium hominum. Craton philosophus, de quo legitur in vita beatissimi Iohannis apo
stoli, docuit discipulos suos temporalia vendere atq; contemnere, sed non docuit ea pauperi-
bus elargiri, sed potius ad captandam hominum laudem inutiliter dispergere, Apostolus tamē
conuertit eundem cum suis discipulis, ⌊& habebis thesaurum,⌋ hoc est, præmium copiosum,
diuitiasq; æternas, ⌊in cœlo,⌋ quæ est felix mercatio, sapiens commutatio, abundantissima re-
muneratio. Quod enim pauperibus propter Christum donatur, ipsi Christo confertur, ideo
Christus bona sua cœlestia danti rependit. Et qui dei amore terrena relinquit, merito cœlestia
recipit. Itaq; sicut lex promittebat temporalium abundantiam, sic Euangelium consulit illorū
abiectionem, vt terrenorum amore, solicitudine, occupatione quoque multiplici derelictis, ap-
tior fit ad diuinorum homo amorem, & expedita simplici ac libera mente tendat quotidie ad
æterna. Hinc ait Hieronymus: Si habes in potestate rem tuam vende: si non habes, proijce.
Et Bernardus: Gloria & diuitiæ in domo Christi superna, sed paupertas non inueniebatur in
ea, sed in terra abundauit. Ideo Christus eam elegit, vt ipsam sua æstimatione nobis faceret p̄-
tiosam, ⌊& veni,⌋ per mentis spontaneam promptitudinem, ⌊sequere me,⌋ per vitæ imita-
B tionem. Christus enim doctor infallibilis, ipse via & ostium, perfectio & exemplar, iudex & p̄-
mium. ⌊His ille auditis, contristatus est,⌋ quia ex vna parte graue sibi fuit, cuncta sua relinque-
re, atq; ex alia parte erubuit, graueq; sibi fuit Christi consilio quod tam reuerenter genib' flex
is petijt, non parere, in quo patet bonitas eius & imperfectio bonitatis ipsius. Habuit quippe af
fectionem aliqualiter immoderatam ad opes suas, Nam subditur, ⌊quia diues erat valde.⌋
Iudæi quoq; paupertatem non mediocriter abhorrebant, quum in Deuteronomio Moyses di
cat: Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.
⌊Videns autem Iesus illum tristem factum⌋ inordinata & excessiua tristitia, quæ ex anima ei⁹
redundauit in corpus ipsius, de qua in Ecclesiastico habetur: Tristitiam non des animæ tuæ.
Apparuitq; in vultu illius, secundum illud Ecclesiastici: Cor hominis immutat faciem illius, si-
ue in bono siue in malo, ⌊dixit: Quam difficile est qui pecunias,⌋ id est diuitias, quæ per pecuni
as hic signantur, quia numismate omnia comparantur, ⌊in regnum dei intrabunt,⌋ hoc ē, val
de difficile est hoc & rarum, quamuis non sit impossibile, quia difficile est temporalibus abun-
dare, & ad ea inordinate non affici, nec eis superflue vti, potissimū his, qui non sunt in charitate
perfecti. Obiecta enim huiusmodi fortia mouent vires intense, & difficile & rationi affectio-
nes & operationes earum in omnibus moderari. ⌊Facilius est camelum per foramen acus trā-
sire, quam diuitem intrare in regnum dei.⌋ Hoc loco per diuitem communiter intelligunt ex-
positores immoderatum diuitiarum amatorem, ita quod eas plus amat quam deum. Talis
enī est in mortali peccato, & rite auarus censetur, nec potest saluari, si manet huiusmodi secun-
dum ordinatam dei potentiam, quum tamen deus posset camelum per foramem acus transdu
cere, transsubstantiando quid modicum in camelum quod ire posset per acus foramen.
C Si vero per diuitem intelligatur qui temporalibus rebus abundat, & ad eas aliqualiter inordina
te afficitur, tamen citra deum, tunc vtrunq; istorum est deo possibile. Sed quodammodo mira-
bilius agit deus talem diuitem à peccatis mortalibus præseruando, æternaliterq; saluando, quā
si camelum prætacto modo per foramen acus transduceret, secundum quem modum (Augu
stino testante) mirabilior est iustificatio impij, quam creatio mundi, quæ non est minus incom
prehensibilis & miranda, quam esset præfata cameli per acum transitio. Metuenda sunt ista di-
uitibus, maxime his, qui de patrimonio Christi diuites sunt, aut fieri quærunt, in beneficijs ec-
clesiasticis, plus quærentes proprium commodum, quam diuinum obsequium, quibus omni-
nibus pensandum est illud Hieronymi: Difficile, imo impossibile est, vt præsentibus & futuris
fruatur quis bonis, vt hic impleat ventrem & ibi mentem, vt de delicijs ad delicias transeat, vt
in terra & in cœlo appareat gloriosus. Hinc sacratissimus Iacobus apostolus in sua clamat ca-
nonica: Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs quæ aduenient vobis. Sed (vt ait Ber-
nardus) excusant se quidam, dicentes: Abraham & Isaac & Iacob terrenas diuitias habuerunt.
Sufficit nobis esse tales, vt illi fuerunt.
Quid respondebimus, inquit, imitatoribus antiquorum sanctorum? Imponant super altare
vitulos & immolent hircos. Hoc enim fecit Abraham & patres, quibus meliores non sumus.
Sed dicunt, vbi reuelata est veritas ista transierunt. Quid ergo si temporales diuitias vmbrā
fuisse diximus futurorum, & quid mirum si terrena possidēt, quibus sola terrena pmissa sunt?
⌊Et dixerunt⌋ discipuli Christi ad eum, ⌊qui hæc audierunt. Et quis potest saluus fieri?⌋ hoc

 est, si

est, si tam arcta est via salutis, quis poterit beatitudinem adipisci? præsertim si solus diuitiarum
Matt 7 affectus facit esse damnabilem. Et Hieremias testatur: A minore vsq; ad maiorem omnes aua D
Hiere.6 ritiæ student. ¶ Porro difficultas consequendi salutem faciunt quinq;. Primum est corruptio
Sapien, 9 naturæ seu vulneratio virium eius, quæ difficulter curatur. Vnde in Sapientiæ libro asseritur:
Genesi,8. Corpus quod corrũpitur, aggrauat animam. Et in Genesi: Sensus & cogitatio cordis humani
Matth,7, proni sunt in malũ ab adolescentia sua. Secundũ est, arctitudo viæ, iuxta illud Matthæi: Arcta
est via quæ ducit ad vitam. Difficile enim est in oĩbus mediũ obseruare, & neq; ad dexteram,
neq; ad sinistram declinare. Tertium est expugnantia inuisibilium hostium callidissimorum
fortium & infatigabilium, quibus resistere tam difficilius est, quam propriæ carni & mundo, vt
Ephe 6, ad Ephesios dicat Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed
Psalm.17 aduersus principes & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quartum est, praua
societas, quemadmodum scriptum est: Cum peruerso peruerteris. Quintum est, desiderabili-
tas, apparensq; bonitas & delitiositas in rebus creatis existens, quæ fortiter allicit, mouet, accen
dit, ita vt difficile exter resistere. Sed hanc difficultatem recta viuendi, seruiendiq; deo mitiga-
re debent & tollere, atq; in facilitatem & delectationẽ conuertere debet amor dei feruidus &
syncerus, cui cuncta quæ dei sunt, facilia & iucunda videntur, exemplum Christi, omniũq; san
ctorum, magnitudo præmij æternalis, pauor incendij infernalis, formido diuini iudicij, odiũ di
aboli & omnis peccati. ⌊Et ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud
deum, ⌋id est, quamuis homines proprijs viribus nequeant terrena ita despicere, vitia supera-
Phil 4 re, & vitam mereri æternam, adiutorio tamen omnipotentis dei hæc possunt, sicut ait Aposto
Rom. 8, lus: Omnia possum in eo qui me confortat. Rursusq;: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. E
Prou,21, Deo quippe proprium est in ipsam rationalis creaturæ voluntatem immediate agere, & eam
pro suo libito immutare, conuertere, inflammare. Propter quod Salomon loquitur: Cor regis
in manu dei est, quocũq; voluerit, inclinabit illud. ⌊Ait autem Petrus, ⌋qui tanquã os aposto-
lorum, vertex collegij, futurusq; princeps non solum apostolici chori, sed & totius vniuersalis
ecclesiæ, primus fuit in quærendo, primus in respondendo, primus in admissione cœlestium
secretorum, primus in excellentia miraculorum, magnitudine beneficiorum, prælatione om-
nium Christianorũ. Talem nanq; primatum decuit plenum Christi vicariũ super vniuersam
ecclesiam. ⌊Ecce nos ⌋apostoli ⌊dimisimus omnia ⌋temporalia propter te quantum ad domi
niũ, & si non quantum ad vsum, ⌊& sequuti sumus te, ⌋non corporaliter solum, sed spirituali-
ter quoq; credendo, obediendo, amando. Non enim sufficit exterior exteriorum relictio, nisi
adsit interior interiorum imitatio, vt discamus à Christo humilitatem, patientiam, mansuetu-
Matt,19 dinem, charitatem. Hæc dixit Petrus, cupiens de præmio informari à Christo. Vnde secundũ
Matthæum adiecit: Quid ergo erit nobis? ⌊Qui dixit eis ⌋scilicet cunctis illis in quorum per-
sona & pro quibus Petrus fuerat sciscitatus. ⌊Amen dico vobis: nemo est qui relinquit do-
mum, ⌋hoc est, locum natalem seu habitaculum aut familiam siue cognatos, ⌊aut parentes
aut fratres, ⌋per quos intelliguntur & sorores, ⌊aut vxorem, ⌋quæ post matrimoniũ consum
matũ non est relinquenda, nisi de communi amborum consensu, & ob religionis ingressum
seu aliam idoneam causam, quæ tunc relinquitur quantum ad thorum & domum, non quantũ
ad vinculum coniugale, quum sit ante mortem insolubile. Potest quoq; exponi de muliere nõ
dũ habita, vel de habita ante matrimonij consummationem, ⌊aut filios, & non recipiat mul- F
to plura in hoc tempore, ⌋hoc est, præstantiora, abundantioraq; bona in vita præsenti, vtpo-
te præcipua munera gratiarũ, consolationes internas, contemplationes synceras, quotidianũ in
spiritualibus rebus profectum, pacem internam, interiores diuitias. Fit quoq; de numero ami-
corum, filiorum dei, & omnes angeli ac beati atq; deuoti, vt amicum & fratrem familiariter di-
Galata 3 ligunt eum, quod tamen intelligendum est, si præfata relinquendo simul abijciat omnes cordi
carnales affectus, vitiososq; motus, nec corde redeat in Aegyptum, priorem relinquendo fer-
uorem, & quũ spiritu cœperit, consummando in carne. Alias externa illa relictio, quid prodes
set? pauendumq; ei esset quod in Apocalypsi dominus comminatur: Habeo aduersus te pau-
ca, quia charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœni-
tentiam, alioquin venio tibi cito. ⌊& in seculo futuro vitam æternam, ⌋hoc est, beatificam dei
visionem, gloriosam superbeatissimæ trinitatis fruitionem, facialem diuinitatis intuitũ. Hoc est
plenum & perfecte quietatiuum, contentatiuumq; præmium electorum, quo omnis potenti-
alitas eorum reducitur prorsus ad actum, increatæ & infinitæ beatitudinis participatio præ-
optanda, delitiosa, dignissima, de qua in Iohanne loquitur Christus ad patrem: Hæc est vita
æterna, vt cognoscant te solum verum deũ, & quem misisti Iesum Christũ. Itemq; Iohannes:
Quum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Præterea verbis his datur
consolatio & fiducia maxima his qui euangelica sectari consilia elegerũt, & in claustris claustra
liter cõuersant. Quod si tanta promittitur merces his qui reliquerũt domum aut parentes aut
fratres, &c. quanta erit merces eorũ qui hæc oĩa etiam in flore iuuentutis deserunt, si ta-
men

meu in dei itinere non tepescant, sed in anteriora iugiter extendant seipsos.
¶Postremo ad voluntariam paupertatem multa inducūt. Primū, quia nudi nascimur in hunc Iob.1.
A mundū, ideo dicit Apostolus: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubiū quia nec auferre 1.Tim. 6
quid possumus. Secundū, quoniam sensitiua & vegetatiua nil possidendo sufficientiam sortiū-
tur, propter quod ait saluator: Respice volatilia cœli, quoniam non serunt neq; metunt, & pa- Math. 6
ter vester cœlestis pascit ea. Et alibi: Considerate lilia agri quomodo crescunt. Tertium est sa
cra scriptura ad hoc hortans. Quartum, quoniam Christus & electissimi eius vitam pauperem
elegerunt. ⌊Assumpsit autem Iesus duodecim discipulos suos,⌋ id est apostolos, inter q̄s tunc Matt.20
proditor vnus fuit, qui tanquam Satan adsuit inter filios dei, ⌊& ait illis⌋ secrete, vt in Matthęo
legitur, ad vitandum inquietudinem, turbationem & scandalum plurimorum, & quorundam
aliorū discipulorum suorum qui apostolis infirmiores fuerūt. ⌊Ecce,⌋ quod valde notabile ē,
& mirum, quod scilicet vnigenitus filius dei spōte locum suæ passionis accessit pręcognoscens,
⌊ascendimus Hierosolymam.⌊ quæ in montanis sita fuit, & ideo de Galilæa venientes ad eā Lucæ,13
localiter ascendebant, de qua Christus prædixit: Non capit prophetam perire extra Hierusa
lem, ⌊& consummabuntur,⌋ id est opere implebuntur, ⌊omnia quæ scripta sunt per prophe-
tas de filio hominis,⌋ hoc est, quæ ad suam pertinent passionem & resurrectionem, de cuius
passione tam clarissime prophetatum legitur in Esaia & Daniele ac psalmo, qui incipit, Deus
deus meus respice in me, vt potius videatur historia quam prophetia. Denique quoniam Chri
stus tantæ fuit dignitatis, eiusq; passio tantæ fructuositatis, ac cætera eius mysteria tā mirāda,
imo oīa illa quasi incredibilia, decentissimum & vtilissimum fuit ea diu & per multos ante de
nunciari, vt suo tempore facta & fieri crederentur, ideo omnium prophetarum opus est Chri
stus, & vniuersi prophetæ non sunt loquuti nisi super dies Messiæ, vt etiam Iudæorum testan- Iohan,18
tur magistri. ⌊Tradetur eñ gentibus.⌋ Primo enim ad capiendum eum venerūt cohors & tri
bunus qui erant gentiles & ministri Iudęorum, vt in Iohanne habetur, deinde pontifices & eo-
rum ministri tradiderunt eum Pilato, qui à suis militibus fecit eum flagellari atq; illudi, sicut sub
B iungitur, ⌊& illudetur,⌋ dicentibus illis: Aue rex Iudæorum, ⌊& flagellabitur,⌋ vsque ad co
starū patefactionem, quod fuit nobilissimo atq; tenerrimo corpori Christi pœna ineffabiliter Isaiæ, 50
magna, ⌊& cōspuetur⌋ immundissimis canū illorum sputis, quemadmodum per Esaiam ait:
Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab ī-
crepantibus & conspuentibus in me, quod totum Sibylla apertissime pronuntiauit, sicut in li-
bro de ciuitate dei commemorat Augustinus, ⌊& postquam flagellauerint, occident eū,⌋ Iu-
dæi procurando, Gentiles exequendo, Pilatus sententiam dando, ⌊& die tertia resurget.⌋
Hinc per Danielē prædictū fuit: Post hebdomadas sexagintaduas occidetur Christus. Et per
Sophoniam: Expecta me dicit dominus in die resurrectionis meæ in futurum. Itaq; Christ⁹
passionē suam prædixit, vt ea impleta ex tali prænuntiatione roboraremur in fide, scientes ꝙ
sciens & spontaneus venit ad passionem, item vt discipuli sui tēpore suæ passionis minus tur-
barentur & scandalizarentur, resurrecturū quoq; considerent. Iacula eñ præuisa minus lędūt.
⌊Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbū istud absconditū ab eis,⌋ id est incognitum,
⌊& non intelligebant quæ dicebantur⌋ à Christo de sua hac passione & resurrectione, in quo
patet magna & mira eorum simplicitas, quum Christus tam euidentissime loqueretur. Sed ei⁹
præsentiam tantum amabant, quod verba de sua ablatione & morte corda eorū non intraue
runt, & denuo quoniā Christus eis sæpissime in parabolis loquebatur, etiā cū nunc aliquid pa
rabolice loqui forte putabant.
⌊Factū est autē quū appropinquaret Iesus Hiericho⌋ ciuitati, ⌊cęcus quidā,⌋ qui à Marco Bar
thymæus, id est filius Thimæi vocatur, ⌊sedebat secus viam mendicans.⌋ In Matthæo legit̄ Marci,10
Christus duos cæcos illuminasse quū abiret à Hiericho, & Marcus scribit vnū cæcū illuminasse
quū à ꝓfata vrbe discederet, ideo q̄dam dicūt, quod iste cæcus sit alius ab illis, alij dicunt quod
sit vnus illorū, & quod obijcitur, quū appropinquaret, exponunt adhuc non longe esset, seu pro
C pe existeret. ⌊Et quū audiret turbā prætereuntē,⌋ Multi nanq; ibant cū Iesu, diuersi diuersas
ob causas, videlicet auiditate videndi miracula, audiendi eloquentissima & sapientissima eius
verba, suscipiendi corporalia alimenta, recipiendi cōsolationē ex eius intuitu, & ædificationē
ex eius vita & moribus, quidā vero vt obseruarent eū & accusarent, ⌊interrogauit quid hoc es-
set,⌋ id est cur tantus ibi populus iret, & qui essent. ⌊Dicebant autē, quod Iesus Nazarenus
transiret,⌋ ideo alij secū trāsirent. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.⌋ Quam-
uis eñ Iesum corporaliter nunquā vidisset, tamen ex aliorū relatu & fama eū cognouit, Chri-
stumq; credidit. Et quoniā tanta eū audiuit perpetrasse miracula, cū grandi clamore, ex arden
ti sanitatis affectu clamauit, vt sibi succurreret. Filiū quoq; Dauid vocauit, quoniā apud Iudæ-
os vulgatū fuit, & penes omnibus cognitū, quod rex Messias ex Dauid semine nasceretur. ⌊Et
qui præibant,⌋ Iesum sicut regem quidā præcedere solent, ⌊increpabant eum vt taceret,⌋ vel

¶Praeterea, intelligentiã spiritualem tangendo, per Hiericho quæ interpretatur luna, quæ in mutatione existit continua, humanæ mortalitatis significatur defectus, cui quũ filius dei per
A incarnationis mysteriũ propinquasset, assumendo nostras pœnalitates absq; peccato, cæcus quidã, hoc est, genus humanũ vitijs obtenebratum secus viam sedebat, quia pro maiori sui par te extra iter fuit salutis, cui tamen pro aliqua sui parte per prophetaæ vaticinia, aliisq; modis instructũ appropinquauit expectando saluatoris aduentũ. Quẽ quum in terris videri, & inter homines conuersari audisset, pro gratia illuminationis internæ cœpit suppliciter exclamare, sicut in euangelicæ historiæ constat decursu, quẽadmodũ à principio natiuitatis Christi ex vir gine quidã cognouerunt eius aduentũ, & tam pro se quam pro totius humani generis depreca bantur salute, vt Zacharias qui dixit: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Lucæ, 1
Hoc conspicientes spiritus maligni, qui Christi in corda nostra aduentũ per anticipationem impedire nituntur, immittendo cogitatus, affectusque vitiosos, increpabant taliter exorantes ad oppositum instigando, similiter Iudæi increduli, cernentes Gentiliũ conuersionem ad Christũ, increpabant eos, ne nomen ipsius inuocarent aut honorarẽt, sicut in actibus Apostolorum docetur, quibus consimiles sunt omnes, qui alios à bono conantur retrahere. Sed electi Actu, 13
tanto fortius clamauerunt ad dominũ, quanto illi impudentius restiterunt. Nos quoq; quan to grauius experimur nos impugnari, tanto feruentius atq; constantius enitamur, & exclame mus ad deum quousq; cũ Psalmista dicere valeamus: Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fau Psalm 68
ces meæ. Stans autẽ Iesus, iussit illum adduci ad se, quia p Apostolos, eorũq; coadiutores, iussit prædicari vbiq;, & genus humanũ sibi per fidẽ adduci & incorporari. Sed & nunc quoq; quo tidie spiritualiter cæci per prælatos atq; doctores ecclesiæ ad Christum sunt reducendi. Adducti vero ad Christũ per fidẽ, quum peterẽ illuminationẽ internam pleniorẽ, illustrati sunt eminenter donis spiritus sancti, ita vt reuelata facie gloriam domini cum Apostolo specula- 2 Cori, 3
rentur, quo facto, totis præcordijs deo gratias obtulerũt, quod potissimũ in primitiua fiebat ec clesia, quod vt omnis plebs per quatuor terræ plagas dispersa cognouit, illorum amplexata ẽ
B fidem, deditq; deo laudem. Vnde & nos incessanter deum pro illuminatione sua copiosa con tinua ac superpijssima deprecemur, ne vnquam obdormiamus in morte peccati, sed deo su- Psalm. 12
per excelso quotidie alacrius obsequamur. Sic enim ad Ephesios ait, & orat Apostolus: Pater Ephe, 1,
gloriæ det vobis spiritum sapientiæ in agnitione eius.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI DECIMINONI.
Et ingressus perambulabat Hiericho: Et ecce vir nomine Zachæus & hic erat princeps &c.
¶Articulus, XLII.



IN PRAECEDENTIS CAPITVLI FINE DEscriptum est, quod Iesus appropinquans ciuitati, nomine Hiericho, cæco Lucæ, 18
præstitit visum, nunc autem historiam prosequens, Euangelista testatur ⌊Et ingressus⌋ Iesus vrbem hanc Hiericho, ⌊perambulabat Hiericho⌋ trãseũdo per eam, docens terrena esse petranseunda, hoc est, non immo andum eisdem per immoderatum affectum, sed summo & incommuta bili bono iugiter debere nos adhærere. Per Hiericho enim præsens secu lũ variationib⁹ plenum signat, quoniam Hiericho luna interpretatur, quæ quotidie variatur. ⌊Et ecce vir nomine Zachæus⌋ Zachæus inter alios aderat ibi, qui nominatim exprimitur, quoniã exemplare & virtuosum est quod de ipso hic recitatur, fuitq; de nu mero electorum, ⌊& hic erat princeps publicanorum,⌋ hoc est, eorum qui publicis negotijs intendebant, videlicet exactionibus tributorum, & theloneis, vectigalibusq; leuandis, quæ ne gotia implicare solent peccatis, & tales homines erant communiter peccatores, ⌊& ipse di-
C ues⌋ in temporalibus. Ista de ipso narrantur, vt eius conuersio gratiosior, mirabiliorq; appareat, & ne magni peccatores desperent, nec diuites contemnantur, sed huius Zachæi imitentur exemplum. ⌊Et quærebat videre Iesum quis esset,⌋ hoc est, Iesum corporaliter intueri optauit, quia de eius sapientia, eloquentia, sanctitate, atque miraculis multa audiuit, estq; naturale hominibus tales homines libenter aspicere, sicut & cætera magna & rara ac noua. Vnde & infra habetur, quod Herodes multo tempore fuit cupiens videre Iesum, & viso eo gauisus est valde, ⌊& non poterat pre turba⌋ Ex omni enim parte fuit Iesus grandi turba stipatus, multis milibus secum pergentibus.

¶Deniq; & à spirituali intuitu Christi multos quotidie impedit turba hominum incompositorum, secularium q; curarum, carnalium quoq; phantasmatum ac carnalium propinquorum, Psal 54
ideo ad vacandum deo aptissimus est locus secretus. Propter quod ait Psalmista: Ecce elon-

gaui fugiens,& mansi in solitudine. Et de electa aīa dñs ait per Ozeam: Ducam eam in soli-
tudinem,& loquar ad cor eius. Abbati quoq; Arsenio desuper dictum est: Fuge,tace,quiesce,
⌊quia statura pusillus erat.⌋ hoc est,corpore paruus,sicut econtrario,Saul,& alij quidā magni D
statura fuisse scribuntur. ⌊Et præcurrens ascendit in arborem Sycomori.⌋Sycomorus est ar-
bor in folijs moro consimilis,& in alijs ficui,sed stipite distans,& altitudine maior,per quā si-
gnificatur crux Christi propter mori rubuginē & ficus dulcedinē. Si ergo Christū mente aspi-
cere volumus,ad crucē ipsius confugiamus,eamq; per dilectionem,meditationē,& imitationē
ascendamus,considerando qd pro nobis passus sit Christus,& eius sectando vestigia,sicq; illu-
minabimur gratiose à deo, & Christum contemplabimur radiose. Talis fuit Paulus qui ait:
Christo confixus sum cruci. Itemq; Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto. ⌊vt
videret illum.⌋Beati etenī oculi qui Christū fideliter aspexerunt,⌊quia inde⌋hoc est, per vi-
am illā ⌊erat transiturus.⌋In quo patet vehemens feruor Zachæi ad Christi aspectū,& quod
non erubuit in arborē scandare quū esset princeps tam opulentus. ⌊Et cū venisset ad locum⌋
illum ⌊suspiciens⌋hoc est,sursum ad arborē illā aspiciens ⌊vidit illum Iesus,⌋ corporali intui-
tu,tamagis tamē interno pietatis aspectu,quo & mētem Zachæi misericorditer præuenit,teti-
git,emolliuit,illuminauit,accendit,& quicquid Zachæus foras fecit,Christus intra se vidit ⌊& di-
xit ad illum:Zachæe⌋Proprio nomine eū appellat,quē corporaliter ante non vidit, nec no-
minari audiuit,sed ipse omnia in luce sapientiæ suæ cognouit, ⌊festinans descende⌋ quia ope-
ra bona cum feruore,& animo prompte sunt peragenda, ⌊quia hodie in domo tua oportet
me manere⌋hoc est,tua deuotione hoc meruisti,vt in materiali domo tua tecū sim hodie per
corporalem præsentiam,atq; in spirituali domo tua,hoc est,in mente tua permaneā per gra-
tiæ inhabitationē,sicut dicit Apl'us: Christum per fidem habitare in cordibus nostris. Si er-
go & nos gratiosam Christi quærimus inhabitationē,ipsam quæramus hominumq; relinquē-
tes tumultū,in altū ascendamus virtutū,carnalia desideria aspernantes. Vnde de increata sapiē-
tia,quæ Christus est,scriptum est in libro Sapientiæ: Clara est & quæ nunquam marcessit sa-
pientia,& facile videtur ab his qui diligunt illam,& inuenitur ab his q quærunt illam,præoccu-
pat eos qui se concupiscunt.

¶Porro,quam verū sit hoc,innotescit in hoc opere Christi nondum inuitatus à Zachæo inui- E
tauit se apud eum,q affectum ipsius cognouit,& plus illi exhibuit,q̃ ille ausus fuit rogare,q se
ipsum præbuit illi ad commanēdum & conuescendū. Chrūs quippe pietatis suæ abundantia,&
merita supplicū excedit & vota, & quanto ardentius petit,tanto seipsum suaq; dona copiosi-
us impartit,qniam feruor amoris quasi hiantem apertam & patulam facit mentem amantis,
ad susceptionem amati. ⌊At ille festinans descendit.⌋Tanq̃ perfecte obediens & pristini tumo-
ris altitudinem derelinquens. Nemo enim (vt ait Ambros') cū desidia Iesum q̃rit. Et,vt ait
Bernardus: Verus obediens moras nescit,nec mandatū procrastinat,oculos parat,visui iussio-
ni,aures auditui,manus operi,pedes itineri,& sese totum recolligit intus, vt imperantis iussio-
nem impleat foris. Et istud deo gratissimū est, quia nil acceptabilius ei offerre valemus,quam
propriam volūtatem plenarie, ⌊& excepit illum in domū suam gaudens.⌋hoc est, gratias ma-
ximas agens,quod talis ac tantus ad ipsum diuertere dignabatur,in interiori quoq; domo sua
suscepit eū lætissime. Per hoc quod Christus mentē illius tam benignissime illustrauit ad cōsi-
derādū ea quæ dei sunt,& ad verā spectant salutē atq; diuino inflammauit amore. Ita & nos
Christū intus hilariter suscipiemus,consolationes experiemur cœlestes, si exhortationibus ac
iussionibus eius ac vicariorū ipsius obedientes prompte fuerimus ab altitudine propriæ reputa-
tionis totaliter descendentes. ⌊Et cū viderent omnes,⌋Quod Iesus ad Zachæū cum suis iret
discipulis, ⌊murmurabant,dicentes: Quod ad hominem peccatorem diuertisset.⌋ Quasi di-
cant: Hoc indecens fuit. Isti fuerunt pharisæi,& alij quidam in proprijs oculis iusti, multiplici-
terq; indiscreti. Primo,temerarie iudicando,tam de Zachæo qui iam per veram contritionem
fuit conuersus & iustificatus,& de Christo qui quum animarum medicus esset, peccatores vi-
tare non debuit,sed accedere vt eos conuerteret, nec tali causa cum peccatoribus se miscere
fuit prohibitū in veteri lege. Zachæus quoq; per suam pœnitentiam iam à Christo meruit vi- F
sitari. Potissimum autem præsumptuosum, periculosūq; est superiorū, & meliorū ac sapi-
entiorū facta faciliter dijudicare. ⌊Stans aūt Zachæus.⌋Vt cū debita reuerentia,loqueref ad
Christū,& bonū suū propositū publice protestando ostenderet, q̃d Saluator non indecenter
ad ipsm diuertisset,sicq; malignorū reprimeret verba, ⌊dixit ad dominū⌋Iesum: ⌊Ecce dimi-
diū bonorū meorū domine,do pauperib'.⌋pure propter deū,& vt mihi mea dimittant peccata
etiamquantū ad pœnam,atq; gratiam consequar ampliorem,qm teste scriptura: Sicut aqua
extinguit ignē,ita eleemosyna extinguit peccatū. In his verbis patet magna & mira Zachæi
conuersio,ita q̃d de ea potuit dici. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Nā ille q paulo ante tam aua-
rus fuit in acquirendo & retinendo terrena, subito factus est tam prōptus & liberalis in dando.

Nō enī

Non enim dixit, dabo, sed do, tanquam nunc paratus ad hoc, ⌊ & si quid aliquem defraudaui ⌋ A Hoc est, per fraudem seu alio modo contra iustitiam alicui quid subtraxi. Et per hoc quod ait, si quid aliquē &c. innuit, quod sibi conscius non fuit, se multos aut plurimos defraudasse, reddo quadruplū, paratus plus reddere si tu iubes. Nō dixit, reddam aut restitui faciā, quia secundum Augustinū tenet homo statim restituere bona iniusta si potest, & semper iudicād᷒ est in mora quousq; restituat res quæ reddi debet, & potest nec redditur, neq; ante hoc agitur pœnitentia, sed simulatur, nec dimittitur peccatū nisi restituatur ablatū. Sed sunt qdā qui q̄ diu viuūt aut q̄ diu viuere posse confidunt, restituere differunt, læthaliter infirmantes aut senectute confecti disponūt de restitutione, quorū vita & mors periculosissima extat.

¶ Deniq; lex Moysi in aliquibus iussit reddi duplum, in aliquibus quadruplū, in quibusdam vero quintuplum, vt in Exodo habetur. Solomon quoq; in Prouerbijs ait de fure. Deprehensus reddet septuplū. Vnde Zachæus videtur loqui de restitutione per erogationē, ita q̄d sciuit se talē defraudationē nō commisisse, in qua plus q̄ duplum reddi iubetur, vel per vnam hanc mediam, quā expressit, aliæ intelliguntur extremæ. Sed & pœna furti, secundū tēporū varietatem & causæ exigentiā potuit apud Iudæos esse diuersa. ⌊ Ait autem Iesus ad eū: Quia hodie salus domui huic facta est ⌋ hoc ē, in hoc die gratia cōuersionis & meritū veræ salutis cōcessa sunt desuper patrifamilias huius domus & eius domesticis, qui illius exēplo pœnituerunt, fuitq; in cordibus illorū factus dies spūalis, lucente in eorū mēte sole iustitiæ, qui tenebras vitiorū & noctem peccati inde fugauit, ⌊ eo quod & ipse ⌋ Zachæus sit ⌊ filius Abrahæ. Exod. 22 Prouer. 6

¶ Circa hoc dicunt Beda, Glossa, & Gorrha, quod Zachæus dicitur filius Abrahæ, non carnis B propagatione, sed virtutū imitatione, ita quod natione fuit Gentilis, quod & Ambrosius sentire videt, dicendo: Zachęus nulla ingenitę dignitatis, nobilitate sublimis, exigu᷒ meritis sicut populus nationum. Sed quibusdam magis apparet, quod fuerit natione Hebręus, alias Iudęi murmurando potius dixissent contra Christū, quod ad hominē gentilē diuertisset, quam quod ad hominem peccatorē. Detestabilius enī reputabāt accedere gentiles q̄ peccatores Iudæos. Propter quod in Actis loquit Petrus: Vos scitis quomodo abominatū sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam. Acto. 10

¶ Deinde quia gentiles non tenebant, nisi ad restitutiōem simpli, nisi forte in aliquo casu, & sic si Zachęus fuisset gentilis, non dixisset de redditione in quadruplū. Quid horū sit verius certū nō reor, quanquā hoc certū sit, ꝙ ista argumenta nihil concludant, quia & Iudæi vocabant gētiles cōmuniter peccatores. Nam & Paulus: Nos (inquit) natura Iudæi, & non ex gētibus peccatores. Zachæus quoq;, vt dictum est, ex deuotionis feruore per modū superogationis mentionē fecit de restitutiōe in q̄druplū. ⌊ Venit enī ⌋ in hunc mundū per incarnatiōis mysterium ⌊ filius hoīs ⌋ hoc est Christus filius virginis ⌊ quærere ⌋ docendo & p diuersa loca eundo ad hoīes, ⌊ & saluū facere ⌋ hoc est, à peccatis & pœnis æternis eripere, atq; ad felicitatē cœlestem reducere, ⌊ quod perierat ⌋ hoc est, genus humanū in prima parente originaliter vitiatū & ob originale peccatum gratia & gloria priuatū, multis q̄q; actualibus & personalibus posterorū peccatis infectū ac pditū, Idcirco dicit Apostolus: Fidelis sermo & oīni acceptione dignus, q̄a Iesus Christus venit in hunc mundū peccatores saluos facere. Et per Esaiam de Christo prædictū est: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Angelus quoq; dixit ad Ioseph: Ipse saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Ecce iste Zachæus omnibus nobis Galat. 2 1. Tim. 1 Esaiæ. 53 Matt. 1

C in exemplū est positus, vt eius pœnitentiam, feruorem, liberalitatē, & pietatē sectemur, Quod si qs paratus non est, iniuste habita in quadruplū reddere, saltē in simplū restituat, & si alter ex sua defraudatiōe dānū ppessus est, non in ablato dūtaxat, sed etiā in alijs quæ p licitū vsum ablati, quiuit lucrari, studeat proposse satisfacere atq; refundere. Vnde & mora in restituendo est piculosa ac vitiosa, quū alter damnū patiat ex ea. ⌊ Hęc illis audientib᷒ ⌋ hoc ē, discipulis Christi cæteris quoq; q aderant, audientibus q̄d Christus dixit se venisse ad q̄rendū atq; saluandū q̄d perijt, ⌊ adijciens ⌋ quæ sequuntur, ⌊ dixit parabolā ⌋ q̄ statim subiungitur ⌊ eo q̄d esset prope Hierusalem ⌋ hoc est ciuitati illi propinquaret. ⌊ & q̄a ęstimarent ⌋ discipuli eius ac alij ⌊ quod confestim ⌋ hoc est mox quū Iesus in Hierusalem aduenisset, ⌊ regnum dei manifestaretur ⌋ hoc est regnum q̄d per prophetas Christū habiturū prædixit, euidenter possideretur & haberetur à Christo, iuxta illud Esaiæ: Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. De quo & angelus dixit ad virginem. Dabit illi dominus deus sedem Dauid patris, & regnabit in domo Iacob in æternum. Iudæi quippe, imo & discipuli Christi ante ipsius ascensionem, credebant Christum in primo suo aduentu temporaliter in hoc seculo, cū maxima opulētia & magnificentia regnaturum, promissa prophetarum de Christi regno loquentium ad literam carnaliter intelligentes. Propter q̄d Apostoli in die ascensionis loquuti sunt Christo: Domine, si in tempore hoc restitues regnū Israel? Et q̄a Hierusalem fuit Iudęę vrbs metropolitana ac regia, putabāt Christū in ea suum solium positurum, statim quum hac vice eam fuisset ingressus, præsertim, quia iam tot ac tanta fecit miracula, ita quod à plurimis credibatur esse Messias

Messias rex Israel, multaq; millia sequebãtur eũ, tanquam parata ipsum acceptare in regẽ. Vnde & paulopost scilicet in die Palmarũ occurrerunt et cum mirabili reuerẽtia quasi regi Messię. D ⌊Dixit ergo⌋ sequentẽ parabolam, ad excludẽdum ab eis istum errorẽ. ⌊Homo quidam nobilis⌋ hoc est, Christus secundũ vtranq; suã naturã prænobilis, quia scd̃m diuinitatẽ ex patre ęterno æternaliter natus, & secundum humanitatem ex virgine regiæ ac Dauiticæ stirpis ort⁹, ⌊in regionẽ longinquam⌋ hoc ẽ, de hoc mundo in cœlũ empyreum, de quo fertur in Psalmo: Placebo domino in regione viuorum, ⌊accipere sibi regnũ⌋ super vniuersos ordines angelorum, qui licet ab exordio mundi fuerunt Christo subiecti secundum quod deus est, tamẽ in sua ascensione cœpit speciali modo super eos regnare etiam secundum suam humanitatẽ vt verbo vnitam. Omnes enim angelici spiritus subduntur ac seruiunt homini Christo, & purgantur, illuminãtur, ac perficiuntur ab eo, imo & ab eius humanitate, seu anima secundum diuini Dionysij documenta, ⌊& reuerti,⌋ in die iudicij ad dandum singulis quod merentur, quemadmodum in apocalypsi fatetur: Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuique secundum opera sua.

¶ Potest autem & ita exponi: Homo quidam abijt in regionẽ longinquam, hoc est, de summo cœlo venit in hunc mundum inferiorẽ, quemadmodum scriptum est: A summo cœlo egressio eius. Propter quod Christus apud Iohannem loquitur de seipso: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est ĩ cœlo, accipere sibi regnum, hoc est, ex electis Iudæis & Gentilibus colligere sibi populum, in quo regnaret per gratiam. Vnde in Psalmo pater loquitur filio: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam &c. Per Zachariam quoq; de Christo prædictum est: Potestas eius à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsq; ad terminos terræ, E & reuerti, in fine mundi, vel paulo ante, quando per eius virtutem & gratiam Iudæi generaliter cõuertentur ad fidem per prædicationem Heliæ, vt in Malachia legitur. De quo & Paulus ad Romanos testatur: Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. ⌊Vocatis autem decem seruis suis,⌋ hoc est, cunctis credentibus, qui per decem signãtur propter decalogi adimpletionem, per quam digni sunt serui dei vocari. Vel: Quia denarius est primus limes numerorum, sequentesq; numeri sunt replicationes ipsius, ac partium eius. Possunt quoq; per seruos istos specialiter accipi ordo prælatorum, prædicatorum, siue doctorum, ⌊& dedit illis decem mnas⌋ hoc est, varia dona tam gratiæ gratum facientis, quam gratiæ gratis datæ, nec omnibus æque multum, sed vnicuiq; secundum ipsius virtutem, seu capacitatem. Hinc ait Apostolus: Alij per spiritum datur sermo sapiẽtiæ, alij sermo scientiæ, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutum, alij genera linguarum, alij discretio spirituum, alij interpretatio sermonum. Itemq;: Vnusquisque proprium donum habet à deo.

¶ Porro, secundum glossam mna decem drachmas appendit seu valet. ⌊Et ait ad illos: Negotiamini dum venio⌋ hoc est, beneficijs donisq; dei vobis concessis fructuose vtamini, crescendo in eis, & multiplicando ea per opa bona seu merita, sicq; per bona vitę præsentis mercando bona gloriæ vitæ futuræ, & hoc per totum tempus vitæ istius vsque ad finem seculi, in quo ad iudicandum redibo.

¶ Interim nanq; est status merẽdi ac demerẽdi. Hæc est negotiatio spiritualis ac bona, qua regnum cœlorum emitur paupertate, quies æterna tẽporali labore, honor & gaudium regni cęlestis, confusione & dolore incolatus terrestris. F Hinc apud Matthæum ait Saluator: Simile est regnum cœlorum homini negotiatori. Est autem & negotiatio secularis, quæ in loco sacro prohibetur, de qua dicit Christus: Nolite domũ patris mei facere domum negotiationis. ⌊Ciues autẽ eius⌋ puta Iudæi, de quorum terra & populo secundum carnem natus est Christus, ⌊oderant eum⌋ Nam & Pilatus sciuit, quod per inuidiam tradidissent eum. Et apud Iohannem asserit Christus: Odio habuerũt me gratis, imo intantum oderant eum, quod grauis fuit eis ad videndum, cuius causa in libro Sapientiæ clarissime aperitur, vbi in eorum persona asseritur. Tanquam nugaces ęstimati sumus ab illo, & improperat in nos peccata legis, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immundicijs, & dissimilis est alijs vita illius. Impletumq; fuit in eis, quod in Prouerbijs Salomonis legitur: Non amat pestilens eum qui se corripit. Quorum peruersitatem nunc multi sequuntur, qui ab animarum suarum respuunt curari vulneribus, & indesinenter vulnerant semetipsos. ⌊Et miserunt legationem post illum,⌋ hoc est, post Christi ascensionem conati sunt euangelicam fidem, ac legem, regnumq; Christi in terra destruere. Ad quod faciendum quosdam hinc inde miserunt, quorum ad tempus vnus extitit Paulus, transiens ad Damascum ad persequendum ibidem Christianos. Hinc in Hieremia dicitur: Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra, ⌊dicentes: Nolumus hũc regnare super eos⌋ Hoc est, Iesus iste non ẽ Messias in lege & prophetis promissus. Vnde apud Iohannem dicitur: Non habemus regem nisi Cesarem. De quibus à Daniele legis prophetatum. Nõ erit eius populus qui eum negaturus est. ⌊Et factũ est vt rediret⌋

ad ge-

ad generale iudicium, ad quod in fine ſeculi venit Chriſtus, ⌊accepto regno, ⌋ quia ante finē
ſeculi pene totus mundus conuerteretur ad Chriſtū, pręcipue Iudæi ꝑ Heliam, & cęteri potiſſi
A mum Antichriſto occiſo. Propter quod ꝑ Danielem ſcribitur: Dedit ei, ſcilicet pater Chriſto
poteſtatem & regnū, & honorē, & oēs populi tribus & lingue ſeruient ei, ⌊Et iuſſit vocari ſer
uos, quibus dedit pecuniam⌋ .i. credētes iubebit ad iudicium ſuū adduci ꝑ angelos, dicēte Apo
ſtolo: Oēs nos ſtare oportet ante tribunal Chriſti, ⌊vt ſciret⌋ .i. ꝑ retributiōis effectū, & iudi-
cialem ſuā ſniam eos ſcire, atq; alijs ſciri faceret, iuxta quē modum ſcriptū eſt in Exodo: Dixit
dominus ad filios Iſrael. Iam nunc depone ornatū tuū, vt ſciam quid faciam tibi, ⌊quantum
quiſq; negotiatus eſſet⌋ .i. quantū in bonis opibus fructificaſſet, ſpūaleq; lucrū de donis dei ſibi
conceſſis feciſſet. Cui eīm plus datū eſt, plus requiretur ab eo, & qui ad altiora ſe obligauit, ad ꝑ
fectiora tenetur. Vnde de prælatis & ꝑdicatoribus hæc ſpecialiter poſſunt exponi, de quibus
tunc diſtriſſimū fiet iudiciū, quia cōmiſſæ ſunt eius animæ, pro quarū ſalute Chriſtus dignatus ē
crucifigi, tuncq; potētes potēter patiētur tormenta, & fortioribus fortior cruciatus inſtabit, vt
dicitur in libro Sapiētiæ: ⌊Venit autem primus, dicens: Domine mna tua decē mnas acqſiuit.⌋
Per hunc primū ſeruū diuino tribunali in die iudicij præſentandū intelligūtur, qui maiora gra
tiæ dona ſortiti ſunt, atq; eiſdē fructuoſe ſunt vſi, ſicut qui vltra præcepta ſeruant conſilia, vel
paſtorale officiū digne adimplent. Itaq; primus dixit: Dñe, mna tua, .i. gratia mihi à te pſtita de
cem mnas acquiſiuit, hoc eſt, copioſum fructū te cooperante ꝑduxit, ſicut Apoſtolus ꝑteſtatur:
Gratia dei in me vacua nō fuit. ⌊Et ait illi⌋ Chriſtus infallibilis iudex ⌊Euge ſerue bone⌋ .i. vir
tuoſe, qui bonitatē tibi cōceſſam diffudiſti, cōicaſti, auxiſti. Bonū eīm eſt ſui diffuſiuū, vt S. Dio
nyſius effatur: Euge hoc loco ē interiectio deſignās affectū cōmēdātis nō iſultatis, ſicut in Pſal
mo quo fertur: ⌊Ferant cōfeſtim confuſionē ſuam q dicūt mihi, euge euge: ⌊quia in modico
fuiſti fidelis⌋ .i. bonis vitæ præſentis, quæ comparatione futurorū bonorum, parua & pauca
ſunt, laudabiliter vſus es ad gloriam dei, ædificationemq; proximi, & tuiipſius ſalutē, ⌊eris po-
teſtatē habēs ſup decē ciuitates⌋ hoc eſt, abūdantiorē felicitatē atq; honorē ſortieris in cœlis,
B & pro omnibus ac ab omnibus, quibus fuiſti cooperator ſaluationis, glorificaberis in ſupernis.
Nam & poſt iudiciū manebit in beatis ordo dignitatis, ac cōgrue ad inuicē honorationis. Vn
de dicit Apoſtolus: Quæ eſt ſpes noſtra, aut gaudiū, aut corona gloriæ? Nonne vos ante domi
num? Et alter venit, dicens: Domine mna tua⌋ hoc ē gra tua mihi collata ⌊fecit quinq; mnas⌋
hoc ē, cōpetētē & mediocrē fructum produxit. Per hūc intelliguntur, qui diuina ꝑcepta ſeruare
cōtēti ſunt. ⌊Et huic ait: Et tu eſto ſup quinq; ciuitates⌋, hoc eſt, proportionatū, tibiq; debitū
ſuſcipe præmiū & honore in cœlo, vbi oēs ſunt reges, vtpote gloria & honore coronati. ⌊Et
tertius venit, dicēs: Domine, ecce mna tua quam habui repoſitam in ſudario⌋ hoc ē, donū qd
à te ſuſcepi, & qd fructuoſe vſus non ſum illud multipicādo tibi reporto.

¶ Porro ſudariū dr veſtis quo facies à ſudore detergit, vel mortuorū corpora inuoluunt. Per
hoc ergo qd dicit ſe mnam in ſudario poſuiſſe, ſignat, qḋ à bonis opibus mortua fuit, vel propter
vitam carnalem, nec ſibi nec alijs profuit. Quo contra dicit Apoſtolus: Hortamur vos ne inna
cuum grām dei recipiatis. Itemq;: Noli negligere grām dei quæ in te eſt. ⌊Timui enim te⌋ Si
vere timuiſſet timore filiali, vitaſſet peccata amore iuſtitiæ, & ne dei offenſam incurreret, ſi ve
ro timuiſſet deū timore ſeruili, vitaſſet ſaltem quōdāmodo quædam peccata timore pœnarū.
Poteſt tamen hic timor intelligi puſillanimitas bene agendi, qua quidam retrahunt à bonis opi
bus, ⌊quia homo auſterus es⌋ Chriſtus nanq; in iudicio terribilis erit & rigoroſus, nunc quoq;
ipſe qui in ſeipſo pius & dulcis eſt, quibuſdam peruerſis videtur auſterus, inquantum præcipit
quæ eis dura ac difficilia apparēt ac diſplicēt, eaq; prohibet, quæ eis delectabilia extant, & cō-
placent, ⌊tollis quod non poſuiſti⌋, hoc eſt plus requiris quam cōtuliſti, ⌊& metis quod nō ſe-
minaſti⌋ hoc ē, tibi aſcribis & aſcribi requiris, quod pſonaliter non effeciſti. Hoc ſeruus ini-
quus ideo dicit, qm̄ Chrus de donis grāe quæ donauit ſpūale lucrū, vt dictum eſt, exigit, totūq;
bonū qd operat homo ꝑ gratiā eius, ſibi principaliter iubet adſcribi, dicens: Sine me nihil po-
C teſtis facere. Et ꝑ Ozeam: Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum. Hæc autem
Chriſtus iuſtiſſime facit, quia ad hoc nobis habitus donorū atq; virtutū largitur, vt per eos ꝑ-
cedamus in actum, nec ſic totum attribuit, quin opera bona imputet nobis ad meritum & ꝑ
eis copioſiſſimū cōferat præmium, et munerans vltra condignum. ⌊Dicit ei⌋ iudex, ⌊de ore⌋
vel ſcdm qſdam ex ore ⌊tuo te iudico⌋ hoc eſt ex proprijs verbis tuis iam contra me dictis
te reprobo, reumq; comprobo, ſicut ait ſcriptura: Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis
condemnaberis. Vnde in Iob legitur: Os tuum condemnabit te, & non ego, & labia tua reſpō
debunt tibi, ⌊ſerue nequam⌋ quia fraudulentus in dominum tuum, & ei calumniam irrogans
piger ad bene agendum, pronus ad impie accuſandum, proteruus ad emendandum. Itaq; qd
pro ſui excuſatione ſe apte dixiſſe putauit, vertitur ei ad culpæ augmentum, ideo grandis fa-
tuitas eſt propria excuſare peccata, quia (vt ait Bernardus) in animam ſuam peccat q ſeipm ex
cuſat, tanq̄ à ſe indulgentiæ medicinam repellens, & vitā gratiæ ſibi ore proprio intercludēs.

Quę eīm

Quæ enim maior nequitia, imo & maior stultitia, quam contra propriam armari salutem, &
Psal 140 linguæ mucrone semetipsum cõfodere? Ideo orat Psalmista: Non declines cor meum in ver
Iob. 13 ba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Agamus ergo quod sanctus Iob ait: Vi-
as meas in conspectu dei arguam, & ipse erit saluator meus. [Sciebas quia homo austerus sum, D
tollens quod non posui & metens quod non seminaui] hoc est, si durum & rigorosum me no
ueras, quare cognitio fidei nõ induxit te ad timoratius fructuosiusque viuendum, attendendo quod
mea diligentius essem exacturus? [& quare non dedisti pecuniam meam ad mensam,] id est,
quur donũ gratiæ tibi cõcessum non expendisti ad aliorum spiritualem refectionem, instru-
ctionem, seu ædificationem, [& ego veniens] ad iudicium vniuersale, vel particulare, id ē, per
actum iudicialem te visitans [cum vsuris vtique] hoc ē, spiritualibus lucris profectibus seu me
ritis tuipsius vel alterius qui ex te ædificatus est seu profecit, [exegissem eam] id ē, rationem
de ea quæsissem & præmium contulissem. Hoc enim exigit Christus, vt de bonis quæ præstitit,
proficiamus nobisipsis ac alijs. Per hunc seruum intelliguntur negligentes rectores & infructuosi
2. Tim 3 doctores, inutilesque fideles, qui nec sibi nec alijs sunt fideles ac vtiles, imo magis nociui, de qui-
bus ait Apostolus: Mali hoĩes proficient in peius, errantes & in errorem mittentes. [Et astan
tibus] .s. angelis qui deo ad obediendum, ministrandum, laudandum, contemplandum, atque
fruendum indesinenter assistunt seu adstant, iuxta illud Danielis: Millia millium ministrabant
ei & decies millies cētena millia assistebãt ei, [dixit: Auferte ab illo] nequam seruo [mnam]
hoc ē, donum gratiæ sibi collatum, quod dicitur auferri quantum ad habitum, vel quantum ad
vsum seu fructum. Angeli vero hoc auferũt, suam administrationem non amplius impendē-
Math 13 do hominibus post hanc vitam, vel ostendendo, quod homo iuste priuetur gratia sibi data, vel
executioni diuini iudicij cooperando, secundum illud Matthæi: Mittet filius hominis angelos
suos, & eos qui faciunt iniquitatem mittēt in caminum ignis. [& date illi qui habet decē mnas]
hoc ē, qui abũdanti gratia sibi donata, cum abundãti fructu optime vsus est. Quando enim
quis in spiritualibus bonis plus quotidie profiecit, tanto amplius gratia eius augetur, cunctæ eius
virtutes perficiũtur. Nam gratia bono ipsius vsu meretur augeri vt aucta mereatur & perfici.
Tullius quoque ait: Sciētia est nobilis animæ thesaurus, quæ distributa recipit incremētum, & aua
Eccle. 41 rum dedignatur possessorē, & nisi publicetur, elabitur. Cui concordat illud Ecclesiastici: Sapiē-
tia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque?
¶ Porro gratia ab vno auferri, & alteri dari asseritur, nõ quod eadē numero sic tollatur & detur,
quum accidēs non migret de vno subiecto in aliud, sed quia in specie similis sic confert, & fru
ctum gratiæ quē vnus si bene vixisset consecutus fuisset, cõsequitur alter. Angeli vero dant gra
tiam talem alicui disponendo & cooperando seu illuminando, vel impetrando. [Et aiũt] an-
geli [ei: Dñe decē mnas habet] hoc ē, gratiarum charismata copiosa. [Dico autē vobis] ego
Christus oĩm iudex [quod omni habēti dabitur] .i. habēti grām cum vsu fructuoso ipsius maior
grã adijcietur, [& abundabit] in spiritualibus bonis, [ab eo autē qui nõ habet,] vsum seu actum
gratiæ, ad quem gratia ordinatur, vtpote à seruo accidioso. Vel qui non habet, hoc ē, in com-
paratione quorundam electorum parum aut quasi nihil gratiæ habet, quia quod modicum est
pro nihilo, secundum philosophum reputatur, [etiam quod habet,] id ē, ipsum habituale seu
modicum gratiæ donum, [auferetur ab eo] Ipse enim peccãdo illud amittit, seipsumque illo priuat
& sibi id aufert quodammodo effectiue, deus vero seu angeli permissiue. [Veruntamen inimi
cos meos] hoc ē, infideles præcipue Iudæos incredulos [qui noluerunt me regnare super se,]
Pilato quippe dicēte: Regem vestrum crucifigam? Responderunt indurati Iudæi: Non habe-
mus regē nisi Cæsarē. De quibus apud Hieremiam habetur: Præuaricatione præuaricata ē in
me domus Israel, & domus Iuda ait dñs: Negauerunt dñm & dixerunt: Non est ipse, de quibus
verificatur quod per Ozeam dñs loquitur: Recesserunt à me, & ego erudiui eos, & roboraui bra
chia eorum, & in me cogitauerũt malitiam, [adducite huc,] hoc est, ad meum tribunal. In die
namque iudicij, angeli sancti deferēt reprobos resuscitatos ad iudicij locũ, prout in Matthæo asse
rit Christus: In consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ
[& interficite ante me] hoc ē, in cõspectu meo in ignē æternum proijcite, æternaque morte per
approbationē dignos iudicate. Hæc est mors æternæ pœnæ atque miseriæ, de qua in Apocaly F
psi inducitur: Timidis autē & incredulis & execratis & omnibus mendacibus pars illorum erit
in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda, in quam infelicissimam, acerbissimã
& indeficiētissimam mortem angeli sancti pariter trudent atque proijcient vniuersum illum re-
proborum tristissimum cumulũ .s. in infernum, vt dictum est. Quidam exponũt hæc de in-
terfectione Iudæorum per Titũ & exercitũ Romanorum, quæ in vltionem sanguinis Christi facta
est quadragesimosecũdo anno post passionem ipsius, ad quam impiorum occisionem deus insti
gauit Romanos, inquantum siebat in sanguinis Christi vindictam, quamuis Romani hoc ignora-
rent, atque ob aliam causam id perpetrarent, quemadmodum per Hieremiam & Ezechielem asse
ruit se adducere Chaldæos contra Iudæos prauissimos prædictorũ tēporibus prophetarum, vt
patet

patet in libris eorũ.⌊Et his⌋parabolis⌊dictis pcedebat⌋discipulos verbis & factis instruens
A eos ad animi fortitudinẽ atq; constantiã, vt essent parati ad mortem pro fide seu iustitia susti
nendã, ⌊ascendens Hierosolymã,⌋in qua se statim passurum præsciuit & prænarrauit, sicq; fa
cto monstrauit quod verbis prædixit, in quo exemplum dedit prælatis volũtarie prgeũdi ad
pœnã & mortẽ pro salute gregis eis cõmissi, aut etiã aliorũ, quũ fuerit opportunũ, prout in li
bris Machabæorũ de quodã sic scribitur: Eleazarus ætate prouectus, gloriosissimã mortẽ ma 2.Mac.6
gis q̃ odibilem vitam complectens, volũtarie præibat ad supplicium. Hinc in epistola Iohãnis 1.Ioha.3
scriptum est: In hoc cognouimus charitatẽ dei, quoniam ille animã suam pro nobis posuit, &
nos debemus pro fratribus animas ponere.⌊Et factum est quũ appropinquasset Iesus ad Bet
phage & Bethaniam ad montem qui vocatur Oliueti.⌋Secundũ glossam, Betphage fuit villa
seu viculus sacerdotũ prope montem Oliueti. Habebant enĩ sacerdotes veteris testamenti vi
cos extra ciuitatem ad alendũ pecora sua. Bethania quoq; villa fuit, non longe a latere montis
præfati. Sciendũ vero quod Lucas nõ obseruat hic stricte ordinẽ rei gestæ. Primo etenim ve
nit Christus in Bethaniam, scilicet sabbato ante ramos palmarũ, & ibi tunc factũ est conuiuiũ,
de quo in Iohanne legitur, in quo Lazarus vnus fuit discumbentium, & Martha ministrabat.
Die autem sequenti veniens Iesus a Bethania ad Hierusalẽ, transiuit per Betphage, quæ erat in
medio, & sic venit ad montem Oliueti, qui ideo sic vocatur, quoniam multæ oliuæ crescebãt
in eo,⌊misit duos discipulos suos.⌋Eisdem rationibus misit duos, quibus (vt in expositiõe de
cimi capituli dictum est) misit discipulos suos binos ad prædicandum, dicuntq; aliqui quod se Lucæ 10
cũdum Chrysostomũ duo isti fuerunt Petrus & Philippus, quorũ alter, scilicet Petrus, Corne
B lium quasi asinum, Philippus Samariam quasi asinam per fidem adduxit ad Iesum siue con
uertit. Sed iuxta hoc istud de Philippo apostolo non possent intelligi, quoniam ipsi Samariã
non conuertit, sed de Philippo vno de septem primis diaconibus, qui conuertit Samariam,
vt in actibus describitur, prout ibidem expositores testantur. Veruntamen Chrysostomũ il
lud non asserit, sed in expositione cuiusdam perhibet se legisse. Et si rite recordor, legi quod
Origenes hoc dixerit. Qui vero hi duo discipuli fuerint, scriptura non exprimit nec certum ẽ,
⌊dicens: Ite in castellum,⌋hoc ẽ, in ciuitatem Hierusalem, quæ vel despectiue vocatur castel
lum, quia nõ fuit in ea vera vnio ciuium, sed magna dissentio atq; inuidia, vel propter situm lo
ci, quia in montibus posita erat, & ob fortitudinem murorum, munitionumq; eius. Potest quo
q; (vt aliqui putant) per castellum intelligi aliqua domus lapidea seu fortalicium iuxta murum
in qua, vel prope quam asina fuit,⌊quod contra vos est,⌋id est, ex opposito vestri secundũ lo
calem distantiam, vel contra vos, quia me vestrum dominũ ac magistrum habitatores eius ni
tũt occidere, vosq; dispergere,⌊in quod introeuntes, inuenietis pullũ asinæ alligatum,⌋ præse
pi aut alteri rei, ne vagando discurrat,⌊cui nemo vidit vnquam hominum sedit,⌋hoc est, sup
quem nullus hucusq; sedit ad viam agendam, ob pulli iuuentutem & teneritudinem,⌊Soluite
illum & adducite mihi.⌋In Matthæo habetur, quod Iesus dixit: Inuenietis asinam alligatã & Matt. 21
pullum cũ ea, soluite & adducite mihi. Vnde elicitur, quod vtrũq; animal fuit ligatũ & a Chri
sto iussum adduci.⌊Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis pullum, sic dicetis ei, Quia do
minus operam eius.⌋id est, ministrationem⌊desiderat,⌋non ob suam necessitatem absolutã
sed propter scripturæ verificationem, & ad nostram informationem ac mysticam rationem,
quia per pulli sessionem figurabatur, quod Christi imperio gentilitas esset subdenda, ita quod
illud Apostoli adimpleret: Glorificate & portate deum in corpore vestro.⌊Soluentibus autẽ
illis⌋duobus Christi discipulis⌊pullum, dixerunt domini eius,⌋scilicet pulli, i. custodes vel eo 1 Cor. 6
frequenter vtentes, si non ad sedendum, tamen ad aliqua alia. Vt enim communiter fertur, pul
C lus & asina communibus hominum vsibus deputabantur.⌊Quid soluitis pullum?⌋sup quẽ
nullus vsq; nunc sedit.⌊At illi dixerunt, quia eum dominus necessarium habet,⌋secundum
modum prædictum & propter causas iam tactas.

¶ Sed quid sciuerunt illi quem discipuli Christi designarent nomine domini? Ad quod respõ
det, q; forte iã audierunt Iesum Nazarenum illuc venire, & ex habitu seu alijs signis notabant,
quod illi duo essent discipuli eius, fuitq; tunc rumor cõmunis, quod Iesus esset rex Messias, vn
de p dominũ intelligebãt Iesum.⌊Et duxerunt illũ,⌋scilicet pullũ simul cũ asina,⌊ad Iesum.
Et iactantes vestimenta sua super pullum,⌋imo & super asinã secundũ Matthæum, vt Iesus
mollius, decentiusq; sederet,⌊& imposuerũt Iesum⌋super pullum reuerẽtialiter ministrãdo.

¶ Circa hæc multa quæri possent ac dici, vtpote de mystica significatiõe castelli & pulli ac asi
næ, & an Christus successiue super vtrũq; animal sedit, de quibus, quia super Matthæũ hæc scri
psi, nunc nihil dicam.⌊Et quũ appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt
omnes turbæ descendentiũ⌋eũ Iesu de altioribus locis circa montem hũc. Vel, descendẽtium
.i. de Hierusalẽ, quæ altius sita fuit ei obuiantiũ, quia sicut in Iohanne legitur: Turba multa quæ
cõuenerat ad diẽ festum, cum audisset quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos pal Iohã. 12
marũ & processerunt obuiam ei,⌊gaudentes,⌋spirituali iucunditate de omnipotentia dei &

mirabilibus eius factis p Christum, ⌊laudare deum voce magna⌋.i.deuota ac sonora, super omnibus quas viderant virtutibus, ⌋hoc ē, vniuersis Christi miraculis diuina virtute peractis D quæ corporalibus oculis fieri conspexerunt, dicentes: ⌊Benedictus⌋.i.omni bona dictiōe seu appellatione dignus & sanctus siue laudatus est & sit, ⌊qui venit in nomine domini⌋id est, in deo videlicet in virtute & secundum voluntatem ipsius atq; ad gloriam eius, ⌊pax in cœlo⌋ hoc est, in cœlesti regno est pax æternitatis, pax imperturbabilis & completa, hoc est sempiterna tranquillitas, delitiosissima, inconcussibilis & consummata quietatio mentis omnium be
Coloss. 1 atorum in deo. ¶Porro, per hoc quod dicunt, pax in cœlo, designatur recōciliatio generis humani cum deo & angelis sanctis facta per Christum, quemadmodum de Christo ait Apostolus: Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cœlis sic[q]; exponi potest pax, id est, pacificatio est in cœlo dei, & angelorum ad homines.

¶Præterea quæri potest, quur Christo nascente angeli cecinerunt, pax in terra hominibus,
Lucæ, 2 nunc vero ipso ad passionem tendente clamitant turbæ, pax in cœlo. Ad quod dicitur, quia i Christi incarnatione & natiuitate pax vera, scilicet Christus de cœlo in terram descēdit, sed p passionem ipsius ascendit, pax ista in cœlum, ⌊& gloria in excelsis⌋.i.honor, glorificatio, beatitudo, lætitia sit deo in cœlestib⁹ habitanti, cui debetur omnis honor & gloria. vnde & supra angeli cantasse leguntur: Gloria in altissimis deo, vbi hæc plenius exponuntur. ⌊Et qdā pharisæorum de turbis⌋.i.inter populos istos tunc existentes, ⌊dixerunt ad illum⌋scilicet Christū ⌊Magister⌋ Non audebant ei irreuerenter loqui timore plebis, ⌊increpa discipulos tuos⌋.i. istos qui te tam excellenter collaudant, vel discipulos tuos, q istud præ cæteris faciunt, seu alios ad hæc inducunt. Hoc ex inuidia protulerunt, quoniam Christum spernebant, nec regem Israel esse credebant, nec a deo venisse. ⌊Quibus ipse dixit: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt⌋tanq̃ dicat. Hunc diem præordinaui, vt in ea debitus mihi honor exhibea E tur, & quis ac qualis sim ostendatur, ne per ignorantiam vos excusare possitis quod mihi non creditis. Idcirco si homines mea non loquerentur præconia, saxa aliquibus signis, scissuris aut motionibus maiestatem meam mirabiliter declararent, quod etiam in Christi constat passiōe completum secundum Glossam: Nam ipso in cruce pendente petræ scissæ sunt, suis[q]; scissionibus creatori suo quasi compatiebantur, eius[q]; eminentiam ipso facto sunt protestatæ.

Matt. 27 ¶Possunt quoq; per lapides dura gentilium corda intelligi, quorum quidam puta Centurio & ei consimiles, videntes mirabilia quæ in Christi passione fiebant, glorificauerunt deum dicentes: Vere hic homo filius dei erat. ⌊Et quum appropinquauit, videns ciuitatem fleuit su
Marc, 15 per eam.⌋ Corporaliter vrbi Hierusalem appropinquauit, a qua & corporis circunscriptione distabat, qui secundum suam diuinitatem vniuersum incessabiliter mūdum implet.

¶Deniq; quum eam corporalibus oculis aspexisset, signum præcipuę compassionis monstrauit, pręsentem ciuitatis iniquitatem atq; futuram ipsius calamitatem ac pœnam deflendo, qui non solum secundum quod deus, sed etiam secundum scientiam suam creatam ac inditam, ciuitatem illam, omnem[q]; eius proprietatem & qualitatem ab incarnatiōis exordio infallibiliter vidit intellectuali intuitu, sed hac vice sensibiliter ea visa præcipue compassionis motum sponte assumpsit, quam & materialibus lachrymis tanquam signo certo ostendit.

¶Præterea lachrymatus est Iesus. Primo in sua natiuitate secundum sanctos doctores. Secundo in sua circuncisione, secundum Bernardum & alios. Tertio, in Lazari suscitatione, vt fert F apud Iohannem. Quarto in hac processione. Quinto instante sua passione, quando & sudor
Iohā. 11, eius factus est sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Vnde ad Hebręos dicitur: Cum cla
Hebr, 5 more valido & lachrymis preces offerens. Sexto in sua passione, in qua & sæpius pre acerbitate dolorum spōte plorauit. Itaq; vidēs vrbē pfatā, eius[q]; pulchritudinē exteriorē, defleuit ipsius culpam & pœnam tam temporalem quam æternam. Nomine autem ciuitatis habitatores eius intelliguntur, ⌊dicens: Quia & si cognouisses⌋id est, si miseriam & euersionem tibi imminentem cognosceres, ⌊& tu⌋ vtique fleres, quæ modo infeliciter excęcata lętaris quum malefeceris, & exultas in rebus pessimis, quia propriam peruersitatem non pensas, & pœnas tibi debitas ac instantes non præuides. Hoc modo quotidie homines virtuosi prauorum, excæcatorum[q]; hominum obtenebrationem internam ac damnationem æternam deplorant, qui nesciunt cur defleantur, de quibus Salomon protestatur: Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Hanc Christi pietatem sectari debemus, quia & ipse tanquam pijssimus etiam inimicę ciuitatis calamitatem defleuit. Vnde & nos non solum amicorum, sed etiam inimicorum mala deflere, & pro ipsis orare debemus, dicente Apostolo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non scandalizor? Sic & sanctus Iob
2 Cor. 11 ait. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. In
Iob. 30 duratis vero in vitijs & cunctis iniquis condolendum est iugiter. Propter quod in Ecclesiastico asseritur: Luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitę illorum.

¶Refert Augustinus in libro de ciuitate dei, quemadmodum quidam princeps militię Romanorum

manoꝝ

manorum ciuitatem Syracusanam opulentissimam atq; pulcherrimam mox capturus & oppressurus primo in eminenti sita loco ruinam illius deplanxit. ⌊E: quidem in hac die tua,⌋
A hoc est in tempore paruo & labili quo tuis vanitatibus, non creatoris tui viuis honori & cultui,⌊quæ ad pacem tibi,⌋id est,ea habes quæ ad tuam carnalem, fallacemq; pertinent pacem Hoc modo filij seculi huius,qui in concupiscentijs suis ac proprijs voluntatibus ambulant, q temporaliter prosperantur,hac carnali & deceptoria pace fruuntur,qui in transitorijs ac sensibilibus rebus sibi finem constituunt, atq; in talibus mente vtcunq; quiescunt, de quibus ait Psalmista:Quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns, de quibus in Iob habetur: Domus eorum securæ sunt & pacatæ,&non est virga dei super illos ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad infernum descendunt. Psal: 78, Iob, 21
Est autem & alia pax vera spiritualis interna,quæ est tranquillitas mentis in deo, qua carent iniqui,iuxta illud Esaiæ:Non est pax impijs dicit dominus,de qua in Iohanne ait saluator:Pacē relinquo vobis,pacem meam do vobis,quam inter fructus spiritus ponit Apostolus ad Galatas,dicens: Fructus autem spiritus est, charitas,gaudium,pax,patientia,longanimitas,⌊nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis,⌋hoc est,aduersa tibi imminentia nunc te latent, quia & mihi ea tibi prænuntianti credere aspernaris. Horum periculosissimam securitatem multi sectantur,qui ex longanimitate & patientia dei audentius peccant & deteriores redduntur,in consuetudinem peccati ruentes. Propter quod in Ecclesiaste dicitur:Quia non cito profertur contra malos iudiciū, absq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. Itemq;: Sunt impij qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Istis competit illud Sapientiæ: Dixerunt impij,apud se cogitantes non recte, Venite fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creaturam tanquam in iuuentute celeriter,⌊quia venient dies in te,⌋id est,contra te,⌊& circundabunt te inimici tui⌋puta Romani,videlicet Titus & Vespasianus cum exercitu Romanorum, ⌊vallo,⌋ id est,aggere,quia(vt legitur)tres aggeres circa Hierusalem ad eam capiendam fecerunt,Vel, vallo,id est,exercitu suo instar valli per gyrum vrbis disposito,secundum illud Esaiæ:Circundabo quasi sphæram in circuitu tuo,& iaciam contra te aggerem,⌊& coangustabunt te vndiq; huc est,sic obsidebunt,vt egredi nec possis nec audeas,sed fame & siti ac alijs modis grauissime affligaris. Ad tantam enim angustiam habitatores Hierusalem deuenerunt,vt mulieres proprios pueros comederent,vt in libro de bello Iudaico Iosephus refert,⌊& ad terram prosternent,quia tam homines quam ædificia Hierusalem prostrauerunt Romani,ideo subditur,⌊& filios tuos,⌋id est,ciues,⌊qui in te sunt,⌋ Ciuitas nanq; seu communitas per modum matris se habet respectu particularium personarum contentarum in ea, quas fouet & protegit,⌊& non relinquent in te lapidem super lapidem,⌋hoc est,funditus te subuertent. Hoc tamen per modum hyperbolicæ loquutionis intelligi potest,quemadmodum in Iudicum libro leguntur filij Beniamin ita ad certum fundia iecisse lapides, vt capillum tangere potuerint. Legitur quoque, quod Tito ac Vespasiano destructa Hierusalem,ad sua reuersis, Iudæi qui timore Romanorum in speluncis & syluis se absconderunt, redeuntes, cœperunt ciuitatem Hierusalem reparare,& sacra loca venerari. Quo cognito,miserunt Romani Helium Adrianum qui postea fuit Imperator,a quo ciuitas Hierusalem fuit tunc omnino subuersa, ita quod lapis super lapidem non remansit.
Ecclesi.8, Isaiæ, 57 Ioha, 14 Sapien, 2
B

¶ Deniq;,quoniam pœnam deus infligit propter culpam,& pœnam grauiorem propter culpam maiorem,consequenter Christus subiungit causam & culpam, propter quam tot mala pœnalia fuerant infligenda,eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ,⌋hoc est,nō ad uertisti,neq; cognoscere voluisti istis diebus me regem Messiam esse missum ad te, nec credis
C me esse Christum,nec meum agnoscis aduentum. Nam & si ad tempus aliqualiter ista nouerunt,tamen tempore procedente,& Christo eos acriter increpante,propria sunt inuidia excæcati. Itaq; visitatio Christi sumitur hic in bono,& fuit eius in mundum hunc missio, incarnatio,& inter homines conuersatio,prædicatio,de qua supra loquutus est Zacharias: Benedictus dominus deus Israel,quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Itemq;:Per viscera misericordiæ dei nostri,in quibus visitauit nos oriens ex alto. Lucæ, 1.
Ad hanc Iudæorum excæcationem applicatur illud Esaiæ prophetæ: Cognouit bos possessorem suum,& asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit,& populus meus non intellexit. Et illud Hieremiæ prophetæ: Miluus in cœlo cognouit tempus suum,populus autem meus non intellexit iudicium domini.
¶ Præterea Christus filius dei, deus & homo visitauit genus humanum, sicut creator creaturam,sicut dominus seruū,sicut medicus ægrum,sicut redemptor captiuum,sicut saluator damnatum,sicut vita mortuum,sicut magister ignarum. Vnde per Zachariam prophetam hortatur Lauda & lætare filia Sion,quia ecce ego venio & habitabo in medio tui. Sed heu reprobi & ingrati filij hoīm non cognouerūt creatorem,saluatorē,doctorē,& medicū suū,imo instar Zach, 2

 phrene-

phreneticorum & tanquam furiosi infirmi insilierunt in eum, & manus sacrilegas iniecerũt in
Iohan, 1. ipsum, iuxta illud Iohannis: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cognouerunt. In pro- D
pria venit, & sui eum non receperunt. In quibus impletum est quod per Oseam dominus pro
testatur: Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt cõtra me mendacia. Et ego erudiui eos, ipsi autem
recesserunt a me, & in me cogitauerunt malitiam. ⌊Et ingressus in templum.⌋ Quum enim in
trasset ciuitatem Hierusalem, primo ingressus est templum. Primo, quia vt ipsemet dixit: In
his quæ patris sui erant oportuit eum esse, id est, in templo & actibus sacris quos in templo ex
ercuit. Itaq; primo hoc fecit propter patris sui honorem, quemadmodum ait apud Iohannẽ:
Ego honorifico patrem meum. Secundo, propter nostram ædificationem, vt scilicet ciuitatẽ
quamcunq; ingrediendo primo intremus ecclesiam, adoremusq; dominum. Hinc ait Chryso
stomus: Tu Christi imitator quum ingressus fueris aliquam ciuitatem, ante omnem actum ad
ecclesiam curras. Tertio, vt abusiones quæ erant in templo, corrigeret, & zelum dei atq; iusti
tiæ nos habere doceret contra peccata. Nam subditur, ⌊cœpit eiicere ementes & vendentes
in eo.⌋ Apud Iohannem legitur, quod flagello de funiculis facto illos eiecit. Veruntamen Io-
hannes loquitur ibi de alia eiectione, illa videlicet quæ contigit paschali solennitate, primo se-
quenti post mutationem aquæ in vinum, ideo non videtur tam certum an ista quoq; eiectio p
flagellũ tale sit facta. Vtraq; tamen valde mirabilis fuit, atq; (vt asserit Origenes) mirabilior mu
tatione aquæ in vinum, suscitationeq; Lazari, quia tot hominum mentes compescere, vires li
gare, ingenia immutare, mirabilissimum fuit. Egrediebatur quippe quidam diuinus splendor
ex vultu & oculis vnigeniti dei, quo territi, non audebant neq; valebant reniti. Ex quibus pro-
batur, quod seculares actus non debent in ecclesia exerceri.


¶ Fecerunt autem principes Iudæorum in primo atrio templi ex auaritia tria loca venalibus,
in quorum vno sedebant vendentes, in alio nummularij, in tertio alij, & hoc ideo, vt nullus se E
posset excusare ab oblatione. Si enim non detulerunt secum offerenda, inuenerunt ea ibi vena
lia & si pecuniam non habebant, inuenerunt ibi nummularios ad mutuandum paratos, q iſi
in hoc commoda & emolumenta propria quærerunt. Nam quia sub manifesta vsura conce-
dere prohibiti erant fratribus suis Iudæis, mutuabant eis propter quædam munuscula fructu
um. Dicit hoc loco Gorra: Per istos vendentes & ementes designantur septem genera hoim
ab ecclesia expellenda. Primi sunt secularibus actibus dediti. Hinc placita non debent in eccle
sia fieri. Secundi sunt tumultuosi, ne deuotionem impediant diuini officij. Tertij sunt clerici ne
2, Tim, 2 gotiatores, quia non licet eis negotiari, dicente apostolo: Nemo militans deo implicat se ne-
gotijs secularibus. Quarti sunt simoniaci. Quinti, excommunicati. Sexti, interdicti. Septimi, cõ
tentiosi. Ad quorum omnium eiectionem, iam vix sufficerent funes magni, quum multi sint vi
Psal. 70 tijs his infecti. Dicit quoq; Chrysostomus: Qui voluerit esse mercator, proijciatur de ecclesia,
dicente Psalmista: Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Et si
mile huic Cassiodorus ait: Ex quibus videtur negotiationis officium esse omnino illicitum, qđ
secundum Thomam in secunda secundæ verum est de negotiatione quæ solum atq; finaliter
fit intuitu lucri, non propter finem licitum & honestum. Itaq; Christus eiecit de templo ven-
dentes & ementes, & ne videretur hoc irrationabiliter agere, allegauit scripturã, ⌊dicens: Scri
ptum est⌋ in Esaia, in persona dei dicentis: ⌊domus mea,⌋ hoc est, templum seu materialis ec- F
clesia, diuino cultui consecrata, ⌊domus orationis vocabitur,⌋ id est, locus diuini officij, nõ se-
culariũ, illicitorũq; actuũ aut confabulationũ. Enormiter igitur peccant, q sacris locis abutunt
& eis irreuerentiã irrogãt, vt qui intrant ecclesiam vt inspiciant fœminas, & fœminæ intran-
tes vt videant viros, & qui ibi lasciue hinc inde aspiciunt, aut libidinose se ac sceleratissime con
cupiscunt, aut alijs se ostentent, & q ibi fabulationibus, scurrilitatibus, iocis, risibusq; iniēti sunt
Nec in cœmiterijs debẽt ludis aut alijs actibus vanis, sed dei laudibus, orationibus, cõtempla-
tionibus, prædicationis & sacris oblatiõib' ibidem cũ omni reuerentia & deuotione vacare, ne
alia ibi fiant nisi propter quæ cõstructus ac deo dedicatus est locus, cui & propter dignitatẽ sa
cramenti honor debetur præcipuus, ⌊vos autem fecistis eam spelũcam latronũ,⌋ id est, simi-
lem tali speluncæ, tot scelera exercendo in dei domo, in qua & animas spiritualiter occidistis, ali
quos forsitan corporaliter trucidastis, sicut in primo templo lapidatus fuit Zacharias filius Io-
iadæ. Vnde per Hieremiam loquitur dominus: Nũqđ spelunca latronũ facta est domus ista?
Iere, 7. ⌊Et erat quotidie docẽs in templo.⌋ Hoc verum est, quãtum ad certum tempus, quia in die
palmarũ & duobus diebus sequẽtibus, non aũt feria quarta, quia tunc mansit in Bethania, & p-
ditor vẽdidit eum. Itaq; Christus passione instãte, a pdicatioib' & sanctis increpationibus nõ
cessauit, quo docemur, ne timore mortis aut cuiuscunq; incommodi cessemus a spiritualibus
actibus debitis, per quod etiam quorundam increpatur pigritia, qui dum senescunt, expo-
nunt se otio & corporali quieti, cum adhuc gregi sibi cõmisso, ac alijs multis possint prodesse
imo tunc cum maiori reuerẽtia audirentur. Aduertãt hi quod ait saluator: Qui perseuerauerit
vsque

vſq; in finem, hic ſaluus erit. ⌊Principes ſacerdotum,⌋ puta pontifices, ⌊& ſcribæ⌋ id eſt legis Matt 24
doctores & ⌊principes plebis⌋ videlicet inferiores, rectores & ſeniores populi, ⌊quæ-
rebant illum perdere⌋ id eſt Chriſtum occidere, ⌊& nō inueniebant quid facerēt illi⌋ hoc eſt,
A modū exequendi ſuam malitiam nō inuenerunt, quoniam ex timore communitatis non aude
bant in Ieſum mittere manum, ideo ſubditur ⌊Omnis eñi populus ſuſpēſus erat⌋ id eſt mente
valde attētus ad doctrinam atq; miracula Chriſti, ⌊audiens illum⌋ prædicantem auribus mē Matt 21
tis & corporis, nempe (vt Euangeliſta Matthæus teſtatur) Chriſtus eadem hora multos cęcos
aliosq; curauit infirmos. ¶Ecce qualiter inuidia mentem excæcat, quomodo ambitio parit in-
uidiam, qualiter paſſiones rationem ſubuertunt, & quanta eſt cordis humani malitia. Nam quā
to ſaluator præclariora egit miracula, quo gloriofius prædicauit, quo plures habuit audientes,
quo magis honorabatur à populo, tanto infeliciſſimi principes, ſcribæ, phariſæi, ſenioresque Iu
dæorum vehementius torquebantur inuidia & accendebantur, non aliud cogitantes, niſi qua-
liter eum poſſent opprimere, qui eos ſapientia, eloquentia, fama, ſanctitate, miraculis ſuperauit.
Erant nāq; valde ambitioſi, auari & vani, ideirco ſuū magiſteriū paruipendi cernētes, & Chri-
ſtum magnificari ab om̃ibus grauiter affligebantur. Vnde dixerūt: Videtis quia nihil profici-
mus. Ecce totus mūdus abijt poſt eum. Et prohdolor hominū peruerſitatem multi ſequuntur, Ioha. 12
inter quos ſunt zelus & contentio, detractio & infeliciū ſuſpitionū tumultus, dū vnus veretur ne
alius eū in honore præcedat, qui vtinā ſe mutuo in veris virtutibus ſuperare ſtuderent, quib⁹ Pſal 4
recte clamat propheta: Filij hominū vſquequo graui corde, vt qd diligitis vanitatem & quæ- Pſal. 39
ritis mendacium? Verum, vt idem fatetur: Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non
reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

¶Poſtremo, iuxta tropologicum intellectū, quemadmodum dominus Ieſus videns ciuitatem
Hieruſalem eā defleuit, ſic vnuſquiſq; veraciter Chriſti fidelis cōſiderās deformitatē ac ruinam
militātis eccleſiæ ſeu cuiuſcūq; eccleſiaſticæ perſonæ aut animæ ex charitatis fraternæ compaſ
ſione eā deplorat, pro ipſa precatur, ei ſubuenire conatur, eiq; loquitur, quia ſi cognouiſſes, id ē
B rite attenderes quæ & quāta tibi inſtent pericula, quāta ſuſtinebis (niſi pœniteas) ſupplicia & ia
fleres, teipſum ac vitā corrigeres, quæ modo non penſas, quoniam ſeculari proſperitate & pace
carnali perfrueris, & per eas ac cæteras tuas iniquitates ſic obtenebraris ac falleris, quod ad ſa-
lutem tuam ſpectātia nō perpendis. Sed venient dies in quibus hi ab inuiſibilibus hoſtibus ſuis
circundabūtur, impugnabuntur, anguſtiabūtur, vincentur, id eſt, ad æternalia pertrahēt tormē
ta. Quod totum in hora mortis præcipue agitur. Circūdant nanq; dæmones peccatorem, ad
eius deiectionem concorditer propinquando, vallumq; ei parant, varias decipiendi calliditа
tes ei ponēdo impugnant eum, vitia ſuggerendo, anguſtant eum dire alliciendo aut per ad-
uerſa terrēdo, vincūt & ad terram proſternūt, ad cōſenſum ac praua opera perducēdo, & non
relinquunt in eo lapidem ſuper lapidem, id eſt virtutem vnam alteri innitentem, quia dum ho
mo ad mortale ruit peccatum, mox gratiam & virtutes infuſas amittit, quarum vna corro-
borat aliam, & vna innititur alteri, quemadmodum in exercitu bene diſpoſito vnus alteri præ-
bet ſubſidium. Vnde ſecundum vnam cōſiderationē fides dicitur fundamētum virtutum, ſe-
cundum aliam, humilitas, ſecundum aliam, charitas, ſine qua nullius virtutis actio extat meri-
toria. At vero quoniam domus dei eſt anima vere deuota, quæ eſt ſedes & thronus ſapientiæ
increatæ, videamus ne anima noſtra fiat ſpelunca latronum, id eſt habitatio dęmonum, vitijs
inhęrendo, aut alicui detrahēdo ſeu inuidendo, ne etiā fiat domus negotiationū, ita vt pro bo
nis quę agimus, laudes requiramus humanas aut commoditates carnales, ſed ſoli deo placere &
ſemper adherere, ęternaliterq; vniri queramus.

¶ELVCIDATIO CAP. VICESIMI. ET FACTVM eſt in vna dierum, docente illo populū euāgelizante.

Articulus quadrageſimuſtertius.

C 
VM in ſacratiſſimo die palmarum audiſſent principes, ſcribę, pha
riſęi & ſeniores Iudęorum Ieſum à populo regem Iſrael, id eſt, Meſ-
ſiam vocari, & maximis commendari pręconijs, vidiſſentq; eum cum
ingenti honore pene ab omnibus ſuſcipi, & in ciuitatem Hieruſalē in-
troduci, quē ſtatim poſt reſuſcitationē Lazari concorditer diffinierūt
occidere, vehementiſſime ſunt turbati, pluresq; modos excogitauerūt,
qbus eū poſſent circumuenire & capere, prout partim in pſenti tangit
capitulo Euangeliſta. ⌊Et factū eſt in vna dierum,⌋ videlicet feria ſe-
cūda poſt palmarū, vt patet ex his quæ à Matthæo ſcripta ſunt, ⌊docēte illo⌋ ſcilicet Chri-
ſto, populum ⌋communem, qui eum reuerenter audiuit in templo, ⌊& euangelizante⌋ id eſt,
bona ęternę beatitudinis nunciante, docuit eñi eos moralia, vtpote vitia fugere, virtutum Matt. 21

 exerci-

exercitijs inhærere,& euangelizauit eis æternã salutem esse eis præstãdam,si suis obedirent do-
ctrinis, L conuenerũt principes sacerdotum, ⅃ id est pontifices, in quibus fuit maior authoritas
L & scribæ ⅃ hoc est doctores, in quibus fuit maior scientia legis secundũ aliquẽ modũ, L cum se-
nioribus, ⅃ in quibus fuit maturior ætas,& successerunt septuaginta senioribus, quos deo iuben- D
Nume.11 te instituit Moyses, vt secũ onus populi ferrent. Isti oẽs vidẽtes tantam esse Christi sapientiã,
facundiã, efficaceam atq; constantiam, ꝙ facile superari nõ poterat, simul venerunt, vt sua eũ
multitudine, authoritate, excellentia, peritia, obruerẽt, terrerẽt ac vincerent, L & aiunt, dicentes
ad illũ: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? ⅃ id est, qua authoritate assumis tibi istud prædi-
candi officiũ,& attrahis tibi populum,& increpas eos quos vis, quæ omnia spectãt ad nostram
authoritatẽ nobis legitime datam? L Aut quis dedit tibi hãc potestatem? ⅃ quasi dicant, Cũ tu nõ
sis deus, propter quod à teipso potestatẽ istã non habes, volumus à te audire, à quo habeas eã.
Non enim habes eam à nobis, nec ad Imperatore, neq; à senatu, nec de sacerdotali es tribu, nec
credimus ꝙ à deo habeas eam. Videtur ergo ꝙ vsurpatorie facias ista,& præsumptuose ad ea
te ingeras dæmone instigãte. Isti potissimũ Christo fuerant inuidẽtes. Nam sacerdotes apud
se cogitauerũt. Nos eram⁹ quasi columna populi nostri,& nunc populus innititur huic tanquã
columnæ. Scribæ quoq; dixerunt, Nos eramus quasi viua & sonans lingua scripturæ, & iam
iste facundissime sonat, nec amplius resonat musa nostra. L Respondẽs autem Iesus dixit ad il-
los: Interrogabo & ego vos vnũ verbum ⅃ complexum, videlicet vnam quæstionẽ, seu vnum
verbum, id est vnam rem verborũ complexu significatam. Sæpe enĩ verbum pro sermone aut
4.Reg.20 re ipsa per verbum significata accipitur. Vnde in libris Regum loquitur Ezechias: Nõ fuit ver
bum in domo mea, quod nõ ostẽderim eis, L respondete mihi ⅃ ad vnum verbum seu vnam in
terrogationẽ, vos qui duas mihi quæstiones proposuistis.
1 Cori, 1 ¶ Christus sapientia patris omnium cordium arcana conspiciens, sciens illos nõ desiderio instru
ctionis, sed malitiose interrogare, non respondit eius euidẽter ad interrogata, sed quasi clauo cla
uum retundens sic eis respondit, sicut promeruerunt,& talem eis proposuit quæstionem, ex cui⁹
solutione fuissent confusi & victi,& ex cuius solutione omissa, nihilominus confundebantur.
Itaq; interrogauit. L Baptismus Iohãnis de cœlo erat, an ex hominibus? ⅃ hoc est, an ex diuina
authoritate & commissione cœlesti Iohannes Baptista populum baptizauit, an ex humana tã-
tummodo institutione, commissione aut præsumptione? Vocatur autẽ baptismus Iohãnis qua
si ministri,& quia in illo baptismo gratia nõ dabatur, sed totũ quod fiebat in eo fecit Iohannes,
quoniam tantũ erat ibi exterior lotio ex parte baptismi, ideo à Iohanne denominatur. Porro
in Christi baptismate datur ex gratia vi sacramẽti, idcirco denominatur à Christo seu deo, nõ
ãb apostolis cæterisve ministris. L At illi cogitabãt intra se dicentes, ⅃ verbo mẽtali, nõ vocali.
L Si dixerimus ⅃ baptismũ Iohãnis L esse de cœlo ⅃ i. diuino cœlestiq; instituto, L dicet nobis:
Quare ergo nõ credidistis ei? ⅃ mihi testimoniũ perhibẽti atq; dicẽti de me: Qui de cælo venit
Ioha, 1. super omnes est. Et: Ecce agnus dei qui tollit peccata mũdi, imo tandẽ negauerũt & ipsum Io-
Matt,11 hannẽ esse prophetã, asserentes ꝙ esset seductor, iuxta illud Matthæi: Venit Iohãnes nõ man
ducans neq; bibens,& dicunt dæmonium habet. L Si autẽ dixerimus, ex hominibus, ⅃ hoc ẽ, in-
stitutione seu adinuentione humana esse Iohãnis baptismũ, L plebs vniuersa ⅃ à Iohãne baptiza
ta, L lapidabit nos. L Communis enĩ populus fuit pro maxima parte à Iohãne beatissimo bap
tizatus, iuxta illud Marci: Egrediebatur ad eũ omnis Iudææ regio & Hierolymitæ vniuersi, &
baptizabantur ab illo in Iordane. Vnde & supra dictum est: Factũ est vt baptizaretur omnis
populus. L Certi sunt enĩ, ⅃ id est, pro certo tenẽt, L Iohannem esse prophetam. ⅃ Ad hoc ꝙ p-
Lucæ.1 pe firmiter sentiẽdũ inducebantur ex recordatione miraculosæ conceptionis sancti Iohannis &
mirabilium quæ fiebant circa patrem Iohãnis, qui angelo sibi apparẽte factus est mutus,& na-
to Iohanne recepit loquelã, ex sanctissima quoq; cõuersatione Iohannis, qui à pueritiæ annis
Matt, 3. hæremitam duxit vitam,& constantissimus fuit zelator iustitiæ, vnde & tantæ reputationis ex-
titit apud eos, ꝙ crediderunt eum esse Christum.
¶ Itaq; duæ causæ incitassent plebẽ ad lapidationẽ istorũ, si dixissent baptismum Iohannis ex in
stitutione venisse humana. Prima est, quia hoc reputassent fuisse in derogationẽ Iohãnis, imo &
dei, quasi ex hominibus fuisset eius baptismus, tũc Iohannes fuisset pseudopropheta & præsump- E
Matt 14 tuosus. Secunda est, quia hoc reputassent esse in derogatione sui, quia ex hoc sequeretur ꝙ fuissent de
Acto,13. cepti, accipiẽdo Iohãnis baptisma. L Et respõderũt se nescire vnde eẽt ⅃ Iohãnis baptism⁹. Hoc
dixerunt ex timore lapidatiõis suæ à populo aut cõfusiõis seu deuictionis à Chro, vt constat ex
dictis,& tamen propria malignitate obtenebrati, putabant iã baptismũ Iohannis esse ex homi
nibus, nõ ex deo,& prædicationẽ eius qua testimoniũ perhibuit saluatori esse mẽdosam. Verũ
tamẽ in exordio baptizationis ac prædicationis sancti Iohãnis potius putauerũt eum esse verum
prophetam,& eius baptismum esse de cœlo, sed tempore procedente Iohanne Christo testi-
monium dante, ab eo auersi sunt, aliterq; senserunt. L Ait illis Iesus: Nec ego vobis dico in qua
potestate hæc facio, ⅃ quia malitiose interrogastis,& plana responsione estis indigni, nec crede-
retis

retis mihi si veritatem quæsiti vobis proferrem. Aliunde quoq; hoc aduertere debuerũt. Nã
ante hanc interrogationẽ Christus tam præclara, soliq; deo possibilia fecit miracula publice q
ex illis euidenter agnoscere debuerunt eum desup esse missum, atq; diuina docere ac opari vir-
A tute. Itaq; non ex impatiẽtiæ motu, sed zelo iustitiæ Christus sic peruersis illis respondit.

¶ Subinde dominus Iesus per introductionem parabolæ ostendit beneficia dei patris circa Iu
dæos, & ingratitudinem ac maliuolentiam Iudæorũ, præsertim pontificum & scribarũ. ⌊ Cœ
pit autem dicere ad plebem parabolam hanc ⌋ plebs nanq; eum gratanter audiuit, & maiores
iam confutauit. ⌊ Homo quidam plantauit vineam ⌋ Quamuis per vineam possit ecclesia vni
uersalis militãs designari, tamen hoc loco ad literam per vineam intelligitur synagoga, vide-
licet populus veteris testamenti, quæ in scriptura veteris testamenti multotiẽs vinea appella- Psal.79
tur, sicut in psalmo: Vineam de Aegipto transtulisti, Et in Osea: Vitis frondosa Israel. Atq; Esaiæ 5
in Esaia: Vinea domini Sabaoth domus Israel est, & vir Iuda germen delectabile eius. Dicitur
autem synagoga & item ecclesia vinea per similitudinem, quoniam instar vineæ profert dul-
cem, pretiosumq; fructum, vtpote filios spirituales, & actus virtutum. Hanc vineam quidã ho
mo, hoc est, deus pater qui dicitur homo, non quod corporalia habeat lineamenta aut humana
sed quia humanus, hoc est, pius ac mitis, & intellectualis naturæ ac ratio summa, ⌊ plantauit, ⌋
spiritualiter & corporaliter, quoniam corda eorum fundauit in lege & gratia sua, potissimum
quantum ad electos, atq; in terra promissionis eos constituit, ac varijs beneficijs radicauit eos
ibidem, ⌊ & locauit ⌋ hoc est, sub promissione & spe beatificæ remunerationis regẽdam & ex-
colendam cõmisit, ⌊ eam agricolis ⌋ hoc est, prælatis atq; rectoribus synagogæ, videlicet Moy
si, Aaron, cæterisq; prophetis, regibus, iudicibus, ac doctoribus Iudaicæ plebis. Vnde ait ad
Hieremiam: Constitui te super gẽtes & regna, vt euellas & dissipes & ædifices & plantes. Esaias
ac quoq; synagogæ se esse agricolam pandens, ait ad eam: Tritura mea & filia areæ meæ, quæ
audiui à dominõ exercituum reuellaui tibi.

¶ Præterea quæri potest, quomodo ecclesia aut synagoga dicta sit vinea, cum apud Iohannẽ
B dicat Saluator de se: Ego sum vitis vera? Quomodo rursus prælati & doctores vocantur agri- Ioha, 15
colæ, cum ibidem asserat Christus: Pater meus agricola est? Et respondendum, quod per ean-
dem rem secundum diuersas ipsius proprietates significari possunt diuersa, sicut per leonem ra
tione fortitudinis exprimitur Christus, ratione crudelitatis, diabolus. Christus itaque vitis seu
vinea appellatur secundum naturam suam humanam quam deus pater, totaq; trinitas sup bene
dicta per dona gratiæ rexit, floridam fecit ac fœcundauit. Synagoga vero propter causam pre
factam dicitur vinea, similiter Ecclesia.

¶ Porro deus pater seu trinitas summa, appellatur agricola principalis, quia interius operatur,
vitia extirpando, gratiam & virtutes infundendo. Prelati vero & vicarij dei extant agricolæ in
strumẽtales, extrinsecus operando, atq; ad gratiã disponẽdo, ⌊ & ipse peregre fuit multis die-
bus ⌋ hoc ẽ, deus pater diu quasi absentẽ synagogæ se exhibuit, plebẽ Iudaicã, libertati propriæ
relinquẽdo, iuxta illud Ecclesiastici: Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit eum in manu Eccl 5
consilij sui, hoc ẽ, in potestate proprij, liberiq; arbitrij, eius quoq; pœniam expectando, atq; iu
dicium differendo, secundum illud Esaiæ: Propterea expectat dñs vt misereatur vestri. Vel dici
tur, diu pegre defuisse quãtum ad negligẽtes, quia vt Salomon contestat: Longe est dñs ab im Prouer.15
pijs. Hinc ait Ambrosius: Qui vbiq; præsens est diligẽtibus, abest negligẽtibus. ⌊ Et in tẽpore
vindemiæ misit ad cultores seruum suum. ⌋ Quidam p tẽpus vindemiæ intelligunt tẽpus iudi-
cij vniuersalis aut particularis, quia tunc est tẽpus colligẽdi fructũ operum virtuosorũ, cui expo
sitioni non videtur cõsonare sequẽtia, in quibus describit deus misisse ad vineã istã tẽpore vin
demiæ seruos diuersos p temporũ interualla, p quos intelliguntur Moyses & Aaron & poste
riores rectores atq; doctores synagogæ, & tandẽ filium suum regẽ Messiam. Aptius ergo per
tẽpus vindemiæ videt intelligi tẽpus vitæ præsentis, in quo certis horis tenẽtur fideles insiste-
re bonis operibus, & fructum proferre virtutum. Itaq; in tẽpore vindemiæ, hoc ẽ, tẽpore col-
C ligẽdi fructum. Vnde apud Matthæum habetur: Cum autẽ tẽpus fructuũ appropinquasset,
misit ad cultores, hoc ẽ, præfatos agricolas vineæ seruum suum, videlicet Moysen Iudæorum
legislatorẽ & primum eorum in deserto prælatum, vt de fructu vineæ darent illi, hoc est, opera
virtuosa, ad quæ tenebatur synagoga Moysi assignarẽt, ostendendo eidẽ se obseruare legem eis
desup datam. Prelati nanq; opera bona à suis exigunt subditis. ⌊ Qui cæsum dimiserunt eum
inanem ⌋ hoc ẽ, Moysen multipliciter afflixerunt, nec obtẽperauerunt, sed rebelles ei fuerunt,
iuxta illud Psalmi: Vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Pro- Psal. 105
pter quod dixit ad dñm: Quid faciã populo huic? Adhuc pauxillum & lapidabit me. ⌊ Et addi Exod, 17
dit alterum seruum mittere ⌋ hoc ẽ, post Moysen misit ad synagogã alium seruũ, p quẽ quidã
intelligunt Dauid regẽ, & põt etiã per eũ Samuel propheta intelligi, quorum vterq; multum
diligẽs fuit pro directione & salute Israeliticæ plebis. ⌊ Illi autẽ hũc quoq; cædẽtes & afficiẽtes
cõtumelia, dimiserũt inanẽ ⌋ Nã Samuelẽ eiecerũt ex principatu, dicẽtes: Cõstitue nobis regẽ

Similiter persecuti sunt Dauid adhærentes eius filio Absoloni, voluerūtq; sanctū Dauid priu
re vita & regno, vt in libris Regū habetur: Nihilominus per hunc seruum secundum, potest
1 Reg. 15, intelligi chorus seu vniuersitas iudicū, qui præfuerunt plebi post Moysen, quoꝝ quosdam in- D
16, 17, 18 iustissime afflixerunt, quēadmodum Effratæi insurrexerūt cōtra Gedeonē & Iepte & viri Sychi
morum ingratissimi extiterunt beneficijs Gedeōis, Similiter tribus Iuda vinxit Sampsonem, vt
traderet eum in manibus Philistinorum.

¶ Porro Samuel vltimus iudicū fuit, & oīa iā prætacta in libro Iudicū sunt conscripta. ⌊ Et ad
didit tertium mittere. ⌋ Post illos misit ad synagogam choꝝ seu multitudinem pphetaꝝ, q sub
Samuele, & Dauid ac alijs regibus, primo ad vnicum totum regnum, deinde ad vtriusq; regni
populos missi, puta ad regnū Iuda ac decem tribuum. Populum erudierūt, & regū ac subdito
rum vitia acriter increpauerunt. ⌊ Qui & illum vulnerantes, eiecerunt. ⌋ hoc est non solū ver-
bis, sed & verberibus restituerūt prophetis, & quosdam interfecerunt, videlicet Esaiā Hieremi
am, Amos, Vriam, & eos à suo eiecerunt consortio. Vnde beatus Stephanus dixit: Quem pro-
phetaꝝ non sunt psecuti patres vestri? ⌊ Dixit autem domin⁹ vineæ? ⌋ hoc est, deus pater omi
Acto, 6 potens, legislator ac dominus synagogæ. ⌊ Quid faciam? ⌋ Quod ait: Quid faciam, non loqui
tur dubitando, sed maximam populi peruersitatem insinuando, & quasi eis cōpatiendo & de
eoꝝ ingratitudine, quasi admirando, tanquam dicat: Tam inique se habent, vt mirum sit, & qd
restet agendum quasi per modum deliberatiuis inquiram, iuxta quem modum ait in Genesi de
Sodomitis: Descēdam & videbo an iuxta clamorem q venit ad me, perficiant an nō, vt sciā.
Gene 18, In Exodo quoq; dixit ad filios Israel idololatrātes: Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam
Exod, 33 quid faciam tibi. ¶ Deniq; deus dicendo, quid faciam, docet nos vt suo exemplo in arduis
Tob. 4, deliberemus & consulamus quid agere debeamus. Vnde Tobias monet consilium semper à sa
Eccl 32 piente perquirere. In Ecclesiastico quoq;: Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnite
bis. ⌊ Mittam filiū meum dilectum ⌋ hoc est, vnigenitum meum per incarnationis mysteriū
Matt, 15 mittā ad synagogā. Vnde & filius in Euangelio protestatur: Non sum missus nisi ad oues quæ
perierunt domus Israel.

¶ Porro Christum secundum deitatē diligit pater, amore prorsus immēso, non vtiq; minus E
quam seipsum, secundum naturam q̄q; assumptā plus diligit eū, quam totū residuæ creaturæ q
hypostatico esse verbi æterni, coniuxit immediatæ Christi humanitatem ⌊ forsitan cū hunc vi
derint verebuntur, ⌋ hoc est, dum vnigenitum meum incarnatum inter eos corporaliter con-
uersari miraculis, sapientia ac eloquentia, sanitate præ omnibus radiare conspexerint, timebunt
eundē nec persequi eum audebunt.

¶ Quæri potest cur pater oīa certissime sciens ait, forsitan quod dubitatiōis est signū, cur etiam
dixit, verebunt filiū meū, cū aliter fuerit atq; euenerit, vt protinus subditur? Respondetur q ait
forsitan non ambigendo, sed libertatē humani arbitrij designando & quod ait, verebuntur filiū
meū, nō dicit, q̄a sic erat futuꝝ, sed q̄a merito sic fuisset. Ex hoc loco sancti doctores Hieron.
& Augustinus sumpserunt cōtra impijssimos hæresiarchas Arriū atq; Ennomiū argumentū,
q̄a dixerūt filiū non eē deū veꝝ, eo q dicat se diem ignorare iudicij, nam & deus pater ait hoc
loco, forsitan verebunt filiū meū, cum tamen quod ait forsitan exponi non possit tanquā dubi
tatiue prolatum, neq; q ait: verebuntur filium meum tanq̄ assertoriæ aut ignoratiue expressum
Conformiter q̄d filius loquitur se diem iudicij ignorare nō dixit ignorātiā aliquā, ꝗ se insinuādo,
sed q̄si p modū ignorātis se habendo, q̄m inter suos cōuersans de illa hora eos non informauit,
sicut de alijs quæ quærebāt. ⌊ Quem cū vidissēt coloni ⌋ hoc est præfati agricolæ & cultores,
videlicet pōtifices, scribæ & seniores ⌊ cogitauerūt intra se dicentes ⌋, verbo mentali, quoniam
non audebā plebi manifestare machinationes suas aduersus Christum, tamē sibijpsi inuicem
indicauerūt suos cōceptus vt subditur: ⌊ Hic est hæres ⌋ hoc est, verus rex Israel & Messias in
lege promissus, dominus synagogæ. Ex q̄ videtur q cognouerunt Iesum esse Christū ac fili-
um dei. Cum tamen princeps Apostoloꝝ testetur: Fratres, scio q̄a per ignorantiam fecistis si
Acto, 3. cut & principes vestri. Et Paulus: Si cognouissent, nunq̄ dn̄m gloriæ crucifixissent. Ad q̄d su-
1 Cori, 2 pra plene responsum est. Et super Matthæum circa hunc locum inde diffusius scripsi. Vn̄ nūc F
in trā tangi sufficiat, quod ad tēpus aliqualiter cognouerūt Iesum esse Messiam scientia conie
cturali probabili, sed temporæ procedente Christo eos publice & acerrime reprehendente in-
tolerabilem contra eum inuidiam ac displicentiam cōceperunt, ex quibus excæcati sunt corda,
& oīa facta eius interpretabāt in peius, ac priorem de Christo notitiam perdiderunt, ⌊ occida-
mus eum, vt nostra fiat hæreditas ⌋ .i. principes & rectores synagogæ manebimus, nec terrā
Ioha, 11 ac plebem perdemus, Hinc in Iohanne legit: Collegerūt pōtifices & pharisæi cōsilium & dice
bāt: Quid facimus? q̄a hic hō multa signa facit, si dimittimus eū, sic oēs credēt in illum, & ve-
Psal. 40 nient Romani & tollēt nostrū locū & gentē. Tuncq; audito cōsilio Caiphæ ex illo die cogita-
uerūt interficere eū. Vnde in Psalmo ait saluator: Aduersum me susurrabant omnes inimici mei
aduersum me cogitabant mala mihi, ¶ Propterea quippe Christū occiderunt, ne perderent
here

hæreditatē, hoc ē, tēplum, terram, & subditos, & tamen quia Christum interfecerunt, perdi-
derunt omnia illa, & peruenit in eos ira dei vsq; in finem secūdū Apostolū. Propter q̄d Chri 1 Thess, 2
A stus ait in Psalmo: Effunde super eos iram tuā, & furor iræ tuæ cōprehendat eos, fiat habitatio
eoꝝ deserta, quoniā quē tu pcussisti persecuti sunt, & sup dolorē vulneꝝ meorum addiderūt.
⌊Et eiectum illū extra vineā occiderunt⌋ hoc est, Christū extra ciuitatē Hierusalē q̄ fuit me-
tropolis synagogæ seu plebis Iudaicæ, crucifixerūt, iuxta illud ad Hebræos: Iesus vt sanctifica
ret populū extra portā passus ē, vel eiectū extra vineā, hoc est, de cordibus Iudæoꝝ exclusum
q̄a auerterūt populū quasi totū a Christo, præsertim in die Parasceues, quando vniuersus po
pulus exclamauit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Credentes quoq; in Christū e-
communicauerunt, secundū illud Iohannis: Iam conspirauerant Iudæi, vt si quis eū confiteret
esse Christū, extra synagogā fieret. ⌊Quid ergo faciet illis dn̄s vineæ⌋ hoc est, quā pœnā pro
tanto facinore infliget illis deus dn̄s synagogæ. Hoc Christus interrogauit, vt illos faceret ma
gis attētos, atq; vt enormitatē excessus illoꝝ ostēderet, quia occisio filij dei fuit singulare, sum
mū & comparabile scelus, propter quod meruerunt vsq; in finē relinqui, & corporaliter spiri
tualiterq; vastari ac trucidari. Hinc Christus psonaliter ad interrogationē suam respondet.
⌊Veniet⌋ Non locū mutando, sed vltionē debitā exercēdo, ⌊& perdet colonos istos⌋ hoc ē,
tradet in manus Romanoꝝ, & ab inuisibilibus hostibus pmittet eos penitus excæcari, atq; ad Hiere, 3
sempiterna supplicia ptrahi, sicq; in eis impletū est illud Hieremiæ: Induc sup eos diem afflicti
onis, & duplici cōtritiōe contere eos dn̄e. Hoc & a Daniele aptissime est prædictū, vbi postq̄
dictū est: Post hebdomadas sexagintaduas occidetur Christus, & non erit eius populus, q̄ eū
B negaturus est, protinus subditur: Ciuitatē & sanctuariū dissipabit populus cū duce vēturo. An
de præcedenti capitulo dixit saluator: Nō relinquēt in te lapidē sup lapidē eo q̄d non cogno
neris tempus visitationis tuæ ⌊& vineam dabit alijs⌋ hoc est, synagogam quantum ad electos
ex ea committet regendam Apostolis, qui post Christi passionem & missionem spiritus san-
cti multa milia Iudæorum conuerterunt ex eis primitiuam ecclesiam construētes, sicut in acti-
bus Apostolorum describitur. ⌊Quo audito dixerunt illi⌋ puta præfati, coloni, ⌊absit.⌋
¶ Circa hæc duplex oritur quæstio: Prima, quomodo Lucas affirmet ipsummet Christum
respondisse hæc verba, pdet colonos illos, cū in Matthæo scribant coloni sic respondisse: Ma
los male pdet &c. Secunda, quō Lucas scribat illos dixisse: Absit, cū Matthæus referat eos di- Matt. 21
xisse verba prætacta affirmatiue: Malos male pdet, & vineā suam locabit alijs. Ad hoc respō-
detur secundum Augustinū libro de cōcordātia Euangelistaꝝ, q̄d Christus dixit parabolam
istam in præsentia sacerdotum & scribaꝝ ac plebis, in qua multi erant Christo fauentes, q̄ etiā
parabolam istam plenarie non intelligentes, primo responderunt: Malos male perdet, quoꝝ
responsionem Christus approbando repetijt eam, & tunc sacerdotes & scribæ intelligentes
ad se pertinere parabolam, conscientia remordente dixerunt: Absit. Si autem obijciatur, q̄ se
cundum Matthæum sacerdotes & scribæ responderunt: Malos male perdet, Dicendum, q̄d
verba Euangelistæ Matthæi determinate non exprimunt hoc, quia dicitur in Matthæ. Aiūt
illi, tamen in ordine & contextu verborum satis apparet, quod ipsi coloni, s. sacerdotes, & scri-
bæ hoc responderunt. Quo concesso, dici potest, quod quidam eorum simul cum plebe sic re
sponderunt, & paulo post quidam acutius considerantes sensum parabolæ dixerunt, Absit.
¶ Porro Chrysostomus aliā præstat responsionem dicēdo, q̄d Iudæi siue coloni corde respō
derunt, quod scribit Matthæus, videlicet, Malos male pdet, ore aūt dixerūt oppositū, prout reci
tat Lucas, Scriptura aūt frequenter cogitationes cordis refert quasi dicta sermonis. Dicit quip
pe Chrysostomus quoddā notabile, Posuit (inquiēs) quēdam spiritū scientiæ boni & mali deus
C in hominibus, vt quotiēscūq; peccemus spiritus ille in silentio factū nostrū accuset, & tacite lo
quat ad animā, hoc ē malū, & tunc homo consciētia sua discussa, corde se peccasse fatet, quāuis
ore neget, quēadmodū seruus in furto deprehensus, q̄uis interrogatus an dignus sit cædi, respō-
deat ore, non, conscientia tñ dicit oppositum. At vero per spiritū sciētiæ boni & mali, Chryso
stomus, vt reor, intelligit synderesim, malo semp remurmurantē, sic & isti Iudæi aliter loquuti
sunt corde, & aliter ore. ⌊Iesus aūt aspiciēs eos ait⌋, i, ad sacerdotes & scribas corporalē visum
suū specialiter dirigebat. Primo, ad innuendū, q̄d eos notauit. Secundo, ad increpādū eos p ta
lem aspectū quod tā pverse & contra conscientiā responderūt, & sic zelo iustitiæ fuit eis iratus
quemadmodū fertur & apud Marcū pro alia vice. Contristatus super cæcitate cordis eorum
circūspiciens eos cū ira. Tertio, q̄a eoꝝ errori ac calamitati futuræ condoluit, sicut & videns ci
uitatem, fleuit super eam. ⌊Quid est ergo hoc quod scriptum est,⌋ hoc est, si vt vos dicititis vi
nea nō ē alijs danda, eo quod coloni eius occiderūt hæredem seu Christū quē significat, aut q̄- Psal. 117,
liter veꝝ est quod Propheta ait in Psalmo, ⌊Lapidem quem reprobauerūt ædificātes⌋ hoc ē,
Christus lapis vocatus quem præfati coloni ædificantes, hoc est, populum instruentes, & ad vir
tutum opera exhortantes, reprobauerunt eum vituperando, & non Christum, sed seductorē Joha, 7
esse asserendo, ⌊hic factus est in caput anguli⌋ hoc est, cōstitutus ē principium, in quo duo po
puli

excessus pensare ac plangere negligunt, quibus Salomon loquitur: Qui obseruator est malorũ, Prouer. 18
A opprimetur ab eis. Et rursus ait scriptura: Stultitia est homini auscultare per hostium, ⌊mise-
runt simulatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone,⌋ id est, ex verbis & re
sponsionibus Christi reprehendere possent eum, vt quem veritate vincere non valebant, cir
cumuenirent & vincerent calliditate, nõ attendentes neq; verentes illud Iob: Simulatores &
callidi prouocant iram dei. Nec illud Prouerbiorum: Vir versutus odiosus est. Itaq; nõ acces- Iob, 36
serunt in persona propria, sed vt in Matthæo asseritur: Miserunt ad eum discipulos suos cum
Herodianis, quatenus ab illis obseruaret se minus, & traderent illum principatui⌋ id est, domi-
nationi Herodis, & potestati præsidis⌋ puta Pilati, vel vtrunq; refertur ad p̃sidem, intelligen
do per principatum dominationem siue militiam eius, per potestatem vero iudiciariam eius
authoritatem. Sic & quidam versipelles ac impij proximos suos obseruant, & ficte ac callide Eccles. 10
sciscitantur, vt eos valeant accusare, q̃bus continget: Qui fodit foueam, incidet in eam, & q̃ dis
sipat sepem, mordebit eum coluber. De talibus loquitur Hieremias: Sagitta vulnerans lingua
eorum, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. ⌊Et interroga-
uerunt illum dicentes: Magister scimus, quia recte. i. vere ac iuste, ⌊dicis⌋ seorsum loquendo,
⌊& doces⌋ publice prædicando. Porro vt ait Anselmus, veritas est rectitudo sola mente per-
ceptibilis, ⌊& non accipis personam,⌋ hoc est, nullius intuitu aut amore recedis a veritate &
æquitate, nec contra iustitiam alicui parcis, vnde in actibus apostolorum asserit Petrus: In ve- Acto 10.
B ritate comperi, quoniam non est p̃sonarum acceptor deus. Huius contrarium agunt q̃dam p̃
lati, principes, iudicesq; iniusti, vni delinquentium, p̃sertim potentioribus, charioribus, ꝓpin-
quoribus ve parcentes, & alterum, punientes. Propter quod q̃dam philosophus leges princi-
pum telis comparauit aranearũ, q̃ imbecilliores capiunt muscas, & fortiores euadere sinunt. Si
militer peccant, q̃ non ex charitate & zelo iustitiæ, sed ex praua radice, videlicet odio, indigna
tione, impatientia, ira, cupiditate, corripiunt ac puniũt reos, ⌊sed in veritate viam dei doces⌋
i. diuina præcepta, documenta atq; consilia, q̃bus de peregrinationis huius exilio ad summæ
salutis pertingitur patriam veraciter, absq; falsitatis admixtione proponis ac instruis. Hãc ad-
ulationem præmiserunt, vt emollirent & vanæ delectarent ac sibiallicerent mentem Christi
ad respondendum pro voluntate eorum. Istud quippe hypocritis & versutis est proprium si
mulatorie commendare, placentia loq, apparatu, verbo ac signis blande se applicare, sicq; alte
rius animũ eneruare, abducere, & ad bñplacitum suum attrahere, quemadmodum bestiæ quę
potestate nequeunt comprehendi, blanda fricatione ac varijs simulationibus capiuntur. Vnde
mox quæstionem proponunt. ⌊Licet nobis tributum dare Cæsari an non?⌋ Põpeius prin-
ceps Romanus Iudæam subiugauit Romanis, & ex tunc Romani exegerunt a Iudæis tributũ
quod & Iudæi soluerunt. Postmodum scribis & pharisæis visum est, Iudæos, vtpote populum
dei peculiarem, nõ debere tributum dare terrenis principibus, nec legibus subiacere humanis
q̃a diuina lege regebantur, atq; in templo decimas, primitiasq; soluebant. Quibusdam vero
Iudęis videbatur oppositum, eo quod Romani pro pace militabant communi. Ideo Christo
proposuerunt quęstionem istam determinandam, quatenus quicquid responderet, reprehen
deretur. Si em̃ diceret, nõ eẽ soluendũ, mox eum accusarẽt p̃sidi, tanquam rebellem Romano
imperio, si vero respondisset esse soluendum, iudicarent eũ diuino derogare honori & legi, &
affectabãt vt Christus diceret tributum Cęsari nõ eẽ soluendũ, nõ ideo principaliter vt vide-
rentur a debito solutionis illius immunes, sed vt accusare possent ac morti tradere saluatorem
⌊Considerans autem dolum illorum⌋ videlicet simulationem inuidiosam. Ipse em̃ sciebat q̃d Psalm. 51
esset in homine, oĩm cordium secreta, & quicquid in creaturis est, cognouit, non solũ vt deus
scientia increata, sed etiã secundũ assumptã naturã in verbo ęterno creata scientia, ⌊dixit ad
C eos: Quid me tentatis⌋, i. frustra & irrationabiliter me decipere conamini p̃ ficta & adulato
ria verba. ¶ Deniq; adulatio est graue peccatum, & q̃ alium laudat incaute aut ei ficte blandit,
grandi eum exponit piculo, vtpote glorię vanę, q̃ omnem quã habet gratiã & virtutẽ amittat
Hinc Augustinus: Due (inq̃t) sunt p̃sequentium gña, vnum ẽ vituperantium, aliud adulantium.
Magis p̃sequtur lingua adulatoris, q̃ manus interfectoris. Adulator ęqdem p̃imit animã, cor-
pus occisor. Merito igitur ait Psalmista: Virum sanguinum & dolosum abominabitur dñs. Et
rursus: Sicut nouacula acuta fecisti dolũ. Quẽadmodũ nãq; acuta nouacula crines abscindit, sic
adulator tollit virtutẽ. Hinc zelo iustitie cõtra adulatores & bilingues ꝓpheta succensus testat:
Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Deinde precatur: Da Psalm 27
illis secũdũ opa eoꝝ, & secũdũ neq̃tiam adinuentionũ ipsoꝝ. Propterea dñs Christus istos ad
ulatores ac fraudeletos dure redarguit. Primo, vt adulationes & laudes semp vitemus. Secũ-
do, vt adulatores strenue refellamus, cum propheta psallentes: Corripiet me iustus in miseri-
cordia & increpabit me, oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meũ. ⌊Ostendite mihi
denariũ⌋ q ad imperatoris p̃ceptũ soluit pro tributo. Cũq; ostẽdisset Chr̃o denariũ, interroga
uit, ⌊cuius habet imaginem & inscriptionem?⌋ id ẽ, superscriptionem exaratam in nũmo.

Non

Non ex ignorantia hoc q̄siuit, sed vt ex eorum responsione daret eis irreprehensibilem solu
tionem. Ideo subditur: ⌊Respondētes dixerūt: Cæsaris⌋ puta Tyberij, quo imperante passus D
est Christus. Et ait illis: Reddite ergo quæ Cæsaris sunt Cæsari, ⌋hoc est, ea quæ ei ex rationa-
bili institutione debetis, puta censum, tributum, obsequium. Hæc nanq; spirituali libertati & sub
iectioni sub deo ad quas ordinatur lex diuina, non derogant, quia spiritualis libertas, est immu
nitas a seruitute peccati, ac iugo diaboli. Propter quod sacratissimi Apostoli Petrus & Paulus
in suis epistolis hortantur seruos fideles, vt infidelibus quoq; dominis fideliter obsequātur ⌊&
1 Petri,2 quæ sunt dei deo ⌋.i. quæ deo tenemini, scilicet obseruantiam præceptorum ei iugiter exhibe-
te, imo vosipsos diuino cultui totaliter mancipate, quoniam totum quod estis, dei est, & eius
imagine insignitur. Quemadmodum enim denarius Cæsaris est metallum eius imagine deco
ratum, ita numisma dei est homo summæ trinitatis expolitus imagine.

¶ Præterea non sic intelligenda sunt verba Chr̄i prætacta, quasi aliquid sit imperatoris, quod
non sit creatoris, qui iure creationis omniū dn̄s verissime perhibetur, sed idcirco sic dixit salua
tor, q̄m aliqua specialiter deputantur terreno præsidi, & aliqua creatori. ⌊Et non potuerūt ver
bum eius ⌋hoc est, præscriptā Chr̄i responsionem, ⌊reprehendere coram plebe, ⌋ Nō enim
(vt Salomon ait) est sapientia, non ē scientia, non est cōsiliū contra dn̄m. De quo in Iob asseri-
Proue 21 tur: Qui cōprehendit sapientes in astutia eorū, & consiliū paruorū dissipat, ⌊& mirati in respō
sis ⌋hoc ē, verbis responsalibus ⌊eius, tacuerunt ⌋videntes se nō posse ei concludere, imo q̄ am
plius eū interrogauerunt, eo plus glorificabāt eū, & confundebāt seipsos. Itaq; mirabātur q̄d
tā irreprehēsibiliter mox respondit, & q̄d insidiandi, calumniandiq; locum non repperrerunt.

¶ Cōsequenter describitur quæstio a Sadducæis Christo proposita, per quam voluerunt Sad
ducæi pharisæos cōfundere, & Chr̄i sapientiā explorare. ⌊Accesserunt autē q̄dā Sadducæorū
qui negant esse resurrectionem. ⌋De triplici sect[...]tee Iudæos existente, videlicet Esseorum, E
Pharisæorum ac Sadducæorum, & distinctione eorum ab inuicem dictum est supra.

¶ Porro Sadducæi inter illos grauissime errauerunt, quia nec angelum, nec spiritum, nec futu-
rā generalem resurrectionem eē credebant, imo animas hominum instar brutorum dixerūt
eē mortales, receperuntq; libros Mosy non prophetarum cum tn̄ ex Moisy libris luce clarius
cōstet angelos eē. Et interrogauerunt eum, videlicet, Sadducæi Christum, ⌊dicentes: Magi-
ster, Moyses scripsit nobis ⌋id ē in Deuteronomio nobis deo iubente præcepit. ⌊Si frater ali
cuius viri mortuus fuerit habens vxorem ⌋vsq; ad mortem, ⌊& hic sine filijs fuerit ⌋id ē absq;
legitima prole obierit, vt nomine filiorum intelligantur & filiæ, sicut dum pater & filius corre
latiue dicuntur, cum pater quis vere ac relatiue dicatur, etiam filio carens non filia, si filius de-
notat sexum, ⌊vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitat semen fratri suo ⌋hoc ē de fœmi
na illa procreet prolem, quæ ascribatur marito defuncto, voceturq; filius eius legalis, quamuis
sit filius carnalis mariti sequentis. Prima & literalis causa huius p̄cepti fuit, ne nomen atq; me-
Deute,25 moria viri prioris de sua tribu remoueret. Secunda vt familiarū ac tribuū maneret distinctio.

¶ Mystice vero per istud præceptū significabatur, q̄d fratre mortuo, id est, Christo propter
nos crucifixo frater ipsius, videlicet Ecclesiasticus prælatus, debet ei suscitare semen spiritua-
le, aliquos cōuertendo ad ipsum, & bonos ad spiritualē inducendo profectum. ⌊Septē ergo
fratres erant ⌋Israeliticæ stirpis ⌊& primus accepit vxorē & mortuus ē sine filijs, & sequens, ⌋
id est, secundus frater ⌊accepit eam ⌋post mortē prioris, ⌊& ipse mortuus ē sine filio, & terti⁹ F
accepit illam, similiter & oēs septē ⌋.i. reliq omnes, ⌊& nō reliquerunt semen, & mortui sunt.
Nouissima omnium mortua ē & mulier. ⌋Istam q̄stionē proposuerunt Sadducæi, ad demon
strandum q̄d resurrectio mortuorū nō eēt possibilis, q̄a rationabiliter dici non posset, ad quē
p̄dictorū fratrū spectaret vxor in resurrectione futura, ideo subditur: ⌊In resurrectione ergo
cuius eorū erit vxor? Siquidē septē ⌋fratres ⌊habuerūt eā ⌋successiue ⌊vxorē ⌋ideo qua ratione
ptineret in futura resurrectione ad vnum, ptineret q̄q; ad alium. Quo dato fratres simul & se-
mel haberēt eandē vxorē, quod est legi contrariū. Vnde beatissimus Iohannes Baptista dixit
Marc,6 miserrimo, impijssimoq; Herodi: Nō licet tibi habere vxorem fratris tui. ¶ Porro Sadducæi
in q̄stione hac p̄supponebāt, vnū mendacium, quod tamen a pharisæis reputabat verū, vtpo
te quod post resurrectionē erit vsus ciborū ac venereorū. Vnde & Nicolaus de Gorra testat,
q̄d pharisæi post resurrectionē credebāt se habituros vxorē ac sobolē, opulētiāq; terrenā, &
aureā, ac gēmatā Hierusalē desup concedendam p mille annos, atq; post mille annos se esse
in cœlum feliciter transferendos, quorum errorem dominus pandit sicut subiūgitur: ⌊Et ait
illis Iesus: Filij huius seculi ⌋.i. q generātur in mundo isto, & filij sunt generis humani ⌊nubūt ⌋
hoc est, vxores accipiunt, ⌊& tradunt ad nuptias ⌋etiam anteq̄ sint profectæ ætatis ac sui iu-
ris, quod necesse est vt species perseueret, q̄m vita ista mortalis est, propter quod dixit philo-
sophus. Ad hoc generatio animalibus data est, quatenus esse, quod ppetuari nō pōt in indiui-
duo, cōseruet in specie p gnationū videlicet successionē. ⌊Illi vero q digni habebūt seculo il-
lo ⌋.i. electi & iusti, q̄s deus dignos misericordit reputabit duratione ac habitatione futuræ feli
citatis

citatis & resurrectione ex mortuis,.i.felici immutatione ac resurrectiōe de morte naturæ ad vi
A tam gloriæ,[neq; nubēt.].i.fœminæ nō maritabūtur,[neq; ducent vxores,].viri,cuius ratio
verissima subdiuie,[neq; enim vltra mori poterūt,] q̄a nec mors naturæ, neq; mors culpæ,nec
mors miseriæ,locum habere potest in eis.[Aequales enim angelis sunt.].i.angelis erūt æqua
les,quia ad diuersos angelorum ordines assumentur,iuxta exigentiam diuersitatis meritorum suorum,
[& filij sunt dei,].filiatione perfectæ adoptionis per similitudinē gloriæ,& perceptiōe hæredi Rom. 8.
tatis æternæ,dicēte Apostolo:Si filij,& hæredes,hæredes quidē dei,cohæredes aūt Christi.Et Psal m 15
Psalmista:Tu es qui restitues hæreditatē meam mihi.Hæc aūt hæreditas est essentiale præmiū 1.Cor. 2
beatorum,deinde est & præmiū accidentale.Vnde ait Apostolus:Oculus nō vidit,nec auris audi
uit,nec in cor hominis ascēderūt,quæ præparauit deus diligētibus se,[cū sint filij resurrectio-
nis.]beatificæ,i.beatæ immutatiōis,quæ propriæ resurrectio appellatur,nā impij ad maiorem
calamitatē resurgēt.¶ Deniq; ex his æternæ,increatæ & infinitæ sapiētiæ verbis, patet perfi-
dia sceleratissimi Machomæti,falsitas Alchorani,error Sarracenorum & Iudæorum ac Tartarorum.
Totius etenim signifer falsitatis pfidissimus Machometus in suo Alchorano sępissime protestat,
q̄ post resurrectionē generalē iusti erūt in paradiso terrestrie,& cibis,potibus atq; venereis a-
būdātissime in ppetuū perfruētur.Et mira est cęcitas illius pditissimi Machometi,quia freq̄uē
ter fatetur,q̄ deus misit Moysi testamētū,Dauid Psalteriū,Christo Euangeliū,& sibi Alcho-
ranū,cū tamē in Alchorano quasi innumerabilibus vicibus cōtradicat scripturis veteris testa-
mēti & Psalterij ac Euangelij,quēadmodum in tractatu,quē cōtra perfidias Alchorani & con
tra singulos singulorum eius errores cōpegi,luce clarius demōstraui.Nec dubiū,quin etiā sit cō
B tra oēm naturalē philosophiā,beatitudinē hominis in voluptatibus cōsistere gustus & tact9.
¶ Cōsequēter veritas specialiter reprobat Sadducęorum errorē, negantiū resurrectionē. [Quia
vero resurgūt mortui.] .i.mortuos esse resurrecturos,[& Moyses ostēdit secus Rubū,].i.do
cet ac innuit,describēdo verba quę deus per angelum loquebatur ad se circa Rubum,de cuius Exo. 3
medio angelus loquebatur ad eum,vt patet in Exodo,[sicut dicet dominū deum Abraham &
deū Isaac & deum Iacob,] secundū quod ibi Moyses recitat,q̄ ipse omniū dominus & crea-
tor vocauit se deum horum trium patriarcharum.Ex quo probat,q̄ aliquo modo viuāt,puta in ani
ma,cum eorum corrupta sint corpora.Cum etenim Moyses interrogasset nomē dei, & deus di-
xisset:Ego sum qui sum. Hęc dices filijs Israel, protinus addidit,Dominus deus patrum ve-
strorum,Deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob,misit me ad vos. Hoc nomen est mihi in
æternum,& hoc memoriale meū in generationē & generationē.Præterea(vt sanct9 Syluester
papa disseruit)deus voluit se horum trium patriarcharum deum vocari,& sub commemoratio-
ne nominum eorum exorari,ad insinuandū superbeatissimę trinitatis mysteriū. Sunt & aliæ cau
sæ.Prima, quia hi patriarchæ fuerūt primi & generales progenitores Israeliticæ plebis.Secun
da,quia eximiæ sanctitatis fuerunt, & in multis excellentiam aliquam sortiuntur. Tertia,q̄a
ad eos de Christi aduentu facta est repromissio manifesta, vt patet in Genesi. Quarta, vt filij
Israel generis sui dignitatem aduerterent,sicq; idololatriam euitando, verum colerent deum
& deo grati consisterent.Quinta,vt horum patriarcharum virtutes cunctis eorum posteris in
exempla proponerentur.
¶ Insuper,q̄ ex præallegatis Moysi verbis sequitur hos viuere patriarchas, probat saluator.
C [Deus aūt non est mortuorum,sed viuorum.Omnes enim viuunt ei.] Sed contra hæc verba po
test fieri triplex obiectio.Prima,quia deus dicitur iudex viuorum & mortuorum,ergo similiter di-
ci potest deus eorum.Secūda,quia præfati patriarchæ vere sunt mortui, quēadmodū scriptu
ra describit. Tertia,quoniam impij non viuunt deo, sed propriæ potius voluntati coram deo Acto. 10.
mortui perhibētur.Et respondendum ad primū,q̄ aliquid dicitur dupliciter mortuum.Primo Gene 25
omnino secūdū corpus & animā,& ita nō est deus mortuorum deus aut iudex.Secūdo,quantum
ad corpus tantum:sicq; mortuorum deus & iudex est dominus.Ad secundum ex eodem patet
responsio,quia præfati sunt vere mortui quātū ad corpus.Ad tertium est dicendum,quod im
pij ac damnati non viuunt deo.i. secundum legem diuinam,nihilominus viuūt deo,id est ad
suæ iustitiæ declarationem, siue ad suę maiestatis honorem, quia in eis ostenditur omnipotē-
tia creatoris & ęquitas eius,imo pietas eius aliquo modo, quoniam citra condignum puniun-
tur damnati,& impij in seculo isto interdū misericorditer conuertuntur, & pie à deo toleran-
tur, ac varia eius beneficia sortiuntur.
¶ Sed posset quis dicere,Qualiter ex his verbis probat resurrectio mortuorū, cum nō aliud ex
eis cōsequi videatur, nisi quod immortalis sit anima rationalis? Respondet,q̄ Chrūs loqueba
tur Sadducęis, qui ideo resurrectionē negabant,quoniam animas dixerunt esse mortales,ideo
immortalitate animę demonstrata, probata eis fuit resurrectio corporum, & etiam idē ex alijs
potest inferri.Primo cū anima sit naturaliter corporis forma, naturalē habet inclinationē ad
reunionē cū ipso.Secūdo,qm̄ sicut anima meruit atq; demeruit,ita est finaliter remuneranda.
Quemadmodū ergo in corpore meruit ac demeruit,ita in ipso vltimate est pręmiāda,Tertio

quoniam anima cũ sit naturaliter pars alicuius totius, nõ potest in seipsa subsistentiam habere
perfectam, ergo nec plenam felicitatem. Quarto, quoniã sensitiuæ vires radicaliter manent in D
anima, idcirco ad corpus naturalem habet affectũ, nec absq; illo plene quiescit aut contentatur.
Vnde & Platonici dixerunt animas corporibus reuniendas, sed errabant in hoc quod eas dixe
runt corporibus denuo morituris vniri.

¶ Postremo ex modo loquẽdi ipsius Moysi in quinq; libris suis clarissime innotescit animas
hominũ esse perpetuas. Frequẽter etenim ait, eos qui obierũt esse collectos ad patres suos. Et Ia-
Gene. 37 cob patriarcha: Descendam (inquit) ad filium meũ lugẽs in infernum, Abrahæ quoq; phibuit
deus: Merces tua magna est nimis. Temporalia autem nõ possunt esse sufficiens retributio ope
rum charitatis & gratiæ, quæ sunt opera supernaturalia, ac præstantissimæ dignitatis, tẽporaliũ
rerum valorẽ ac dignitatẽ incomparabiliter excedentia. Deniq; multi iusti & sancti veteris te-
stamenti in vita præsenti aduersitatibus maximis & diuersis vsq; ad finem vitæ affecti sunt, &
Hiere, 20, tãdẽ pro iustitia interfecti, vt de seipso recitat Hieremias, & de multis constat prophetis, de qui
bus certũ est, q̃ in vita præsenti non sunt pro suis meritis remunerati, ergo post vitam hanc.
⌞Respondentes autẽ quidam scribarũ,⌟ qui erant legis doctores, ⌞dixerunt,⌟ Sed quomodo
respondisse dicitur, qui interrogati nõ erant? Dicendũ, q̃ respõderũt, i. ad præinducta verba
Christi apte & correspondenter loquuti sunt. ⌞Magister bene dixisti.⌟ i. veraciter respondi-
sti. ⌞Et amplius non audebant eum quicquam interrogare⌟ pharisæi & Sadducæi, quia q̃ plus
Christum interrogauerunt, eo sapientia eius clarior apparebat & maior, & ipsi plus confuta-
bantur, si autẽ pia intentione, desiderio proficiendi interrogassent dominũ Iesum, quo ipse ce-
lerius ac sapientialius respondisset, eo ipsi auidius atq; indefinẽtius scrutati fuissent. Itaq; nõ au E
debant magistrum veritatis amplius interrogare ad tẽpus. s. die isto, tamẽ paulo post tempo-
re passionis sæpe interrogauerunt eundẽ. Ex quibus elicitur inuidiã rationabiliter conuictam
acrius malignari. Et quoniam non audebant Christum magis interrogare, ipse eos charitatiue
interrogauit, vt eorum errorem excluderet, quia sciebat eos male sentire de rege Messia, vtpote
q̃ purus existeret homo. ⌞Dixit autẽ ad illos,⌟ videlicet scribas & pharisæos. ⌞Quomodo di
cunt Christũ filium Dauid esse?⌟ i. qualiter scribæ & pharisæi, cæteriq; communiter affirmãt
Psal. 109 Christũ de Dauid regis semine nasciturũ, & eius filium appellandũ, ita q̃d secũdum eos erit dũ-
taxat filius Dauid, & non dominus eius. ⌞Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorũ: Dixit dñs⌟ s.
deus pater ⌞domino meo,⌟ vtpote Christo, ⌞sede à dextris meis⌟ i. mihi æqualis esto ac resi-
de, secũdum q̃ deus es, atq; secũdum naturã suam humanã in potioribus bonis & beatitudine
ampliori in cunctis beatis consiste, vtpote præ omni pura creatura mihi propinquior, quia in
donis gratiæ & gloriæ omnibus illis inæstimabiliter es præfulgẽs. Itaq; Christo secundũ vtrã
q; suam naturam cõpetit ad dei patris dexterã residere, sed diuersimode, vt est tactũ, ⌞donec
ponam inimicos tuos,⌟ omnes videlicet incredulos, impios & reprobos, ⌞scabellũ pedũ tuo-
rum⌟ i. eos tibi perfecte subiiciam subiectione coacta per diiudicationem & condemnationẽ,
quod erit in finali iudicio & inferno. Porro domino saluatori quantũ ad suam humanitatẽ da-
ta est omnis potestas, & omniũ creaturarũ dominium ab incarnationis suæ exordio, quantum
ad authoritatem & potestatis huius possessionem, Nam eo ipso quo Christi humanitas vnita
est verbo æterno hypostatica vnione, prælata est omni creaturæ, vnde & ante passionem di-
xit: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et rursus: Dedit ei potestatẽ iudicium face F
re, quia filius hominis est. In resurrectione autẽ data est Christo homini ista potestas quantũ
Matth. 28 ad eius manifestationem, quia extunc cœpit Christi maiestas publice prædicari, & omnib' no
tificari. In vltimo vero iudicio dabitur ei potestas hæc quantũ ad plenam ipsius exequutionẽ,
quando (iuxta Esaiæ oraculũ) ad eum veniẽt, & cõfundentur omnes qui repugnant ei. ⌞Da-
Esaiæ, 45 uid ergo dominũ eũ vocat, & quomodo filius eius est?⌟ Tanquam dicat, Ex quo Dauid, q fuit
præpotens rex, eximiusq; propheta, atq; præcipuæ sanctitatis, Christũ nominat dominum suũ,
innuit Christũ esse plus q̃ prophetã ac regem. Quomodo ergo filius eius est? Ad hoc nullus
istorũ Christo poterat respondere, vt in Matthæo habetur. Si autem cognouissent duplicẽ esse
Math. 22 in Christo naturam ac generationem, facile respondissent, quod secundũ naturã diuinã & ge
rationẽ æternã esset domin' Dauid, & filius eiusdẽ Dauid secundũ naturã humanam & gene-
rationẽ temporalẽ. ⌞Audiẽte autẽ omni populo,⌟ qui prædicationi interfuit, ⌞dixit discipu-
lis suis: Attẽdite⌟ i. vos præseruate & custodite, ⌞à scribis qui volunt ambulare in stolis⌟ i. al
bis ac candidis vestibus, vt videantur cæteris sanctiores, quo cõstat quod amabãt vanã ostẽtati
onẽ, ⌞& amant salutationes in foro⌟ i. salutationes publicas & cũ reuerentia ac capitis inclina
tione exhibitas, præsertim à magnis personis, sicq; humanũ requirebant fauorẽ, ⌞& primas cathe
dras⌟ i. honorabiliores sedes in synagogis, quo innotescit eorum ambitio, ⌞& primos discu-
bitus⌟ i. superiora loca ⌞in cõuiuiis,⌟ per quod eorũ gulositas atq; superbia designantur. ⌞q de-
uorant domos viduarum,⌟ hoc est facultates earum golose consumunt, ⌞simulãtes longã ora
tionem,⌟ id est prolixe quasi orantes, cum tamen ore, non corde orarent, nec ex vera vir-

tute

tute, sed cupiditate & vanitate orabant, vt ab hoibus, pſertim à viduis aliquid habentibus, repu
tarētur sancti, sicq; copiosa à viduis acquirerēt munera, quia ad dādum deuotis sunt viduę ma
A gis pronæ ac liberæ q̃ fœminæ maritatæ. ⌊Hi⌋ scribæ, in quibus fuit scientia informis & ifiās,
⌊accipiūt damnationē maiorē⌋ .i. grauius punient in sempiternū secūdū quod alīs enormius
peccauerūt. ¶O q̃ multi etiā modo in ecclesia hoꝝ scribaꝝ & pharisæoꝝ vitia imitant, nō dei
honorē & gloriā, sed propriā cōmoditatē & venerationē, laudē & famā quærentes, carnalitati
deseruiētes, ambitiosi & simulatores, ac spūalia propter tēporalia exhibentes, quēadmodū qui
dā presbyteri propter oblationes multiplicāt missas. Væ ambitiosis plātis, carnalibus, cupidis-
q; doctoribus & vniuersis superbiæ filīs. Deniq; circa pħabita dicit Chrysostomus: Dū Iudai
cos sacerdotes Christus cōfundit, etiā Christianos presbyteros monet, ne cū viduis cōmoren
tur magis q̃ cū cæteris fęīs, quia & si volūtas mala nō est, tamen suspitio mala est. Ex iterum ait:
Non solum corpore in nouissimo loco simus, sed & animo nouissimos oim nos reputemus.
¶Postremo posset hic quæri, cur fons sapientiæ verbū dei in excelsis, cuius omnis actio est no-
stra instructio, cleꝝ Iudęoꝝ, videlicet sacerdotes, scribas & pharisæos corā vulgo publice in-
crepabat? Et respondendū, q̄ certū est eū hoc diuino fecisse instinctu propter diuersas causas.
Primo, quia illoꝝ vitia publica erant. Secūdo, quoniā scandalizatiua fuerant plebis. Tertio, p
informatione discipuloꝝ, quatenus & maiores auderēt corripere. Quāuis autē omnis Christi
actio sit Christianoꝝ instructio, nō tamen illa instructio est semper ad imitandū, sed interdū
ad fidei firmitatē aut moꝝ reformationē seu alia quædā. Hæc aūt increpatio scribaꝝ & phari
sæoꝝ à Christo multo diffusius describitur à Matthæo, in quo & Christi iustitia declarat, quia
dū eius respōsionē cōmendassent scribæ, nō est reprehēsibiliter emollitus, ita vt cōtra iustitiam
ab eorum correptione taceret, sed protinus eos dure corripuit, à cuius imitatione labuntur, q
humano fauore, adulatione, laude, aut munere, mente sic eneruant, vt à fraterna correptiōe, aut
paterna correctione delinquētiū retrahant. Alī vero econtra non ex charitate ac zelo iustitiæ,
sed ex ira, impatientia, auersione, aut alia passione, ad correptionem seu correctionem proximo
B rum mouentur, & dū alios videntur velle curare, grauius lædunt seipsos.

¶ELVCIDATIO CAP. XXI. RESPICIENS AVTEM Iesus, videbat eos q mittebāt munera sua in gazophylaciū. Art. XLIIII.



Espiciens autē Iesus⌋ .i. populū suas oblationes i templo facientem, cō
siderans, vt aliquod spūale proponeret documentū, & per exteriorem
illum aspectum insinuauit, q̄ eos qui bonis operibus sunt intenti liben
ter attendit, atq; eoꝝ deuotioni congratulatur, ⌊videbat eos qui mitte
bant munera sua⌋ .i. oblationes suas ponebant seu proīciebant ⌊in ga
zophylacium⌋ diuites .i. in repositorium taliū oblationū. Et dicitur ga
zophylacium à gazæ quod est diuitiæ, & phylaxe quod est seruare, q̄-
si reseruatorium diuitiarum, eratq; gazophylacium triplex. Vnum, i
quo ponebantur oblationes ac donaria regum, quod in libris Regum
musac sabbati appellatur. Secundum, in quo ponebantur oblationes sacerdotum, vocabaturq;
carbonan. Tertium, in quo vulgi oblationes reponebantur, quod cōmuni nomine gazophy-
lacium nominabatur, quod secundum Augustinum fuit arca, in qua ponebantur oblationes ad
sustentationem ministrorum templi, vel etiam ad reparationem ædificiorum ipsius. Interdum
quoq; gazophylacium dicitur locus in quo erat huiusmodi arca, iuxta illud Iohannis: Hæc ver
ba loquut' est Iesus in gazophylacio docens in templo, interdum domus sacerdotum ac leuita
rum prope templū, nonnunquam horreū collocationis primitiaꝝ ac decimaꝝ. Spiritualiter ve
ro, arca dei sit anima nostra, in qua deo quotidie offeramus sacrificium laudis thymiama deuo
tæ orationis, ignem feruidorum affectuū charitatis & cōtēplationum excessus. ⌊Vidit autem
& quandam viduam pauperculam mittentem⌋ in gazophylaciū ⌊æra minuta duo⌋ id ē duos
C exiguos obulos factos de ære, nō de argento aut auro, qui secundū Chrysostomū valebant q̄c
tam partē denarī vsualis, ⌊& dixit: Vere dico vobis⌋ discipulis meis, ⌊quia vidua hæc paup
plus q̃ omnes misit⌋ .i. cæteris omnibus hic modo offerētibus plus obtulit. Plus inquam, non
per respectū ad magnitudinē rei oblatæ in se, sed per respectū ad interiorē deuotionē & animi
promptitudinē atq; diuinā acceptationē & muneris qualitatē, quia de necessarīs sibi. Hinc sub
ditur. ⌊Nam omnes hi,⌋ scilicet diuites ⌊ex abundanti sibi miserūt in munera dei⌋ .i. ex copi-
osa sua substantia posuerūt aliquid in gazophylacium inter oblata, quæ dicuntur munera dei.
Primo, quia à deo hominibus sunt collata, quemadmodū Dauid loqtur domino: Tua sunt oīa,
& quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Secundo, quia deo ab hominibus offerūtur, ideo
viliora nō sunt domino offerenda, sed meliora, quēadmodū in Genesi legitur, q̄ Abel obtulit
deo de primogenitis gregis sui, adipibusq; eorum, Cain vero de fructibus terræ. In Malachia
q̄q; habetur: Si offeratis claudū aut lāguidū, nonne malū ē? Offer illud duci tuo, si placuerit ei,

 Quasi

Quasi dicat, Terrenus princeps tuus tibi indignaret, si ei offeres quod vilius est. Et item dicitur
ibi: Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculū, & votū faciens immolat debile domi
no. ⌊hæc aūt ex eo quod deest illi⌋ .i. vidua ista paupercula ex terrena substātia quā non habet D
⌊omnē victū suū quē habuit misit⌋ .i. idipsum modicū quod habuit, ex quo se aliquantulū su-
stentare potuit, obtulit: sicq; modicū istud fuit pars terrenæ substātiæ communiter sumptæ, de
qua ipsa parę quid habuit. Et quod ait, omnē victū suū, &c. intelligi potest siue simpliciter, ita
q̄ de numismate nihil retinuit sibi, aut per modū hyperbolicæ loquutionis, quo aliquid dicitur
p excessum. Si aūt obijciatur, quō Christus laudet viduā istā de huiusmodi oblatione, cū virt⁹
circa mediū dicatur cōsistere? Respondetur, q̄ virtus consistit circa mediū in his quæ sunt ne-
cessitatis, nō semper ī his quæ sunt superogatiōis, in quibus sępe oīmoda temporaliū derelictio
cōmendatur, vt patet in paupertate & castitate religiosoꝝ. Pręterea aduertendum, q̄ cum sit
duplex proportio, vtpote geometrica & arithmetica, secundū alterā haꝝ proportionum dici
tur vidua ista plus alijs obtulisse, quia per respectū ad substantiolam suam plus obtulit q̄ diuites
per comparationem ad suas possessiones. Denicq; & nos cū vidua ista offeramus deo duo mi-
nuta, videlicet corpus & animā, & quicquid possumus ac habemus. ⌊Et quibusdā dicētibus de
tēplo⌋ .i. aliquibus discipulis Christi dicentibus ei de templo Hierusalem, ⌊quod de lapidibus
bonis & donis ornatum esset,⌋ quod ex aptis lapidibus esset constructū, & pretiosis vtensilibus
seu denarijs decoratum, & pulchre formatum, ⌊dixit⌋ saluator discipulis istis adhuc rudibus,
quibus nunc multi assimilantur, qui magis respiciunt ad ornatum ecclesiæ corporalem q̄ spiri-
tualem, ad pulchritudinem ædificioꝝ q̄ sanctimoniā ministrorum, ad redditus q̄ virtutes, vn-
de & magis eligunt in pręlatos eos qui corporalia illa q̄ qui spiritualia ista possunt procurare,
augere, defendere, idcirco ecclesia ad deflendam deuenit ruinam. Hinc Christus respondit di-
scipulis. ⌊Hęc⌋ .i. templi ædificia, ⌊quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis su-
Lucæ 19 per lapidem, qui non destruatur.⌋ Hoc quadragesimosecundo post Christi passionē anno p
Titum pro magna parte est factum, deinde per Adrianū completū, vt supra plenius dictū fu-
it. ⌊Interrogauerunt autem illum, dicentes: Magister, quando hæc erunt⌋ .i. quādo tam fundi
Marc. 13 tus destruetur Hierusalem, ⌊& quod signū⌋ apparebit, cum fieri incipient?⌋ Isti discipuli, vt
Matt. 24 dicitur in Marco, fuerunt Petrus, Iacobus, Iohannes, & Andreas, qui secreto sciscitati sunt E
Christum, non solum de istis, sed & de finali iudicio, consummationeq; mundi, iuxta illud Mat
thæi: Accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod si-
gnum aduentus tui & consummationis seculi. ⌊Qui dixit: Videte ne seducamini⌋ à pseudo
ac impijs. ⌊Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum⌋ .i. in nomine meo ve-
nire se dicent & nomen meum mendaciter sibi ascribent, ita q̄ vnusquisq; eorum dicet se esse
Acto. 8. Christū vel aliquem magnū, vt fuerūt hęresiarchę. Porro Simon Magus dixit se Christum
& dei virtutem ac verbum, similiter Simon Essęus dixit se esse Messiam ac liberatoꝝ Iudęos à
tributo atq; dominio Romanoꝝ, vt Iosephus refert, & isti destructionem Hierusalem pręe-
cesserunt. Similiter secundum Christi aduentum pręcedēt tales iniqui. ¶ Pręterea Christus de-
terminate non exprimit tempus pręfatę destructionis Hierusalem, aut secundi sui aduentus,
consummationisq; mundi, sed signa quędam, quatenus temporis incertitudo reddat nos cau
tos ac timoratos, & signorū euentus solicitos ac paratos. Vnde alibi ait saluator: Vigilate, quia
Lucæ. 12 qua hora non putatis filius hominis veniet, ⌊& tempus appropinquabit.⌋ Hoc dupliciter po
test exponi. Primo, q̄ pseudo illi dicent, tempus appropinquabit, videlicet tēpus saluationis si
endę per eos seu finalis iudicij. Secundo, vt sit verbū Christi, ita q̄ post illoꝝ falsarioꝝ aduē-
tum appropinquabit ruina Hierusalem aut consummatio seculi. ⌊nolite ergo ire post illos,⌋
.i. nec corporaliter eos sequamini, nec eis credatis aut consentiatis. Circa hęc scribit doctissi-
mus Nicolaus de Gorra: Multi hodie sequuntur Simonem Magū. Pauci nāq; sunt beneficia
ti, nisi aut prece aut pretio aut tēporali seruitio, vel intuitu sanguinis aut amore, timore ve prin
cipis, multi quoq; sequutur Antichristū, qui propter auaritiam deserūt Christū. Christus quip
pe in vna persona habuit tres naturas, videlicet corpus, animam, deitatem, ambitiosi vero in
vno subsistente, plures cōgregāt psonatus siue præbendas. ⌊Cū autem audieritis pręlia,⌋ quæ
inferentur ab extraneis, ⌊& seditiones,⌋ quę cōcitabūtur à cōciuibus, ⌊nolite terreri⌋ inordi- F
Prouer. 28 nato & mundano timore rationē turbante, Iustus namq; quasi leo confidens absq; terrore erit
nec cōtristabit iustum quicquid ei acciderit, vt Salomō cōtestat. ⌊Oportet primū hęc fieri,⌋
.i. ante destructionem Hierusalē, seu seculi finē hęc necesse est euenire, nō absoluta & fatali ne
cessitate, sed necessitate cōdicionata & cōsequētię, inquantum à deo pręuisa sunt, quāuis in seipsis
sint contingentia. Rursus oportet ea accidere, nō deo cogente, sed hominum malitia exigēte,
1 Cor. 11 vel oportet, quia oportunum & aliquo modo expediēs est ea cōtingere, iuxta quē modū ait
Apostolus: Oportet hęreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant, ⌊sed nōdum statim finis⌋
.i. eis euenientibus nō determinate cognosci valebit tēpus & hora vastitatus Hierusalē, nec p
pinqus finis mūdi instabit. ⌊Tūc dicebat illis⌋ signa pręfacta magis in speciali exprimēdo, ⌊sur
gen

get gens contra gentē⌋.i.populi minorū prouinciarū cōtra se inuicē ꝓliabūtur,⌊& regnū ad
A uersus regnum⌋.i.maiores prouinciæ seu regiones & reges earū aduersus se cōpugnabūt,⌊&
terræ motus magni erūt per loca,& pestilētiæ,& fames,terroresq;,& signa de cœlo⌋.i.grādis
terror incutietur hominibus ex his quæ apparebūt in cęlo aereo & cœlesti atq; angelica fient
virtute,nempe vt veritas Iosephus,imminēte destructione Hierusalē, igneæ acies, currus, equi-
tesq; armati in aere discurrētes apparuerūt ac ꝓliantes,stella quoq; formā gladij habēs per an-
num pepēdit sup Hierusalem,⌊& signa magna erūt⌋.i.supernaturales,immutationes, insoli-
tiq; euētus, Vnde & tūc vitula inter immolantiū man⁹ peperit agnā.¶Præterea quæritur, cū
ꝓlia,seditiones,terræ motus,pestilētiæ,fames,atq; terribiles ac diuersæ exhalationes,impressio-
nes,figuræ,& alterationes,vt sunt cometæ,dracones volantes,capræ saltātes,castra,ac cōsimi-
lia,de qbus in libro methereorū agit,naturaliter fiant,quō possunt esse signa futurorū, ꝓserti na-
turaliter,non ꝓscibiliū,imo qualiter signa cōsistere queunt,cū(teste Gregorio)sig na nō sint q̄
naturaliter accidūt: Respondet sanctus Gregorius,ꝙ Christus loqt de ꝓinductis,secundū ꝙ su-
pernaturaliter venīēt,& ordinē tēporū nō obseruant. Vnde & alij asserūt,ꝙ ꝓdicta abūdātius
euenerūt,instāte destructione Hierusalē,& adhuc multo abundantius eueniēt mūdi fine instā-
te,q̄ naturaliter soleant,& ita sunt signa. Deniq; qa hęc signa tam ad destructionē Hierusalem
q̄ ad secundum Christi aduentū valent referri,nec certū est in quāta abūdantię maioritate seu
mensura cōtingent mundi termino imminēte,ideo ex eorū euētu prænosci non potest deter-
minatū tempus aduētus Antichristi,consummationisq; seculi,prout Augustinus probat diffu-
sius.⌊Sed ante hæc omnia⌋.i.priusq̄ memorata eueniant signa,⌊iniicient vobis manus suas⌋
B .i. violentiam inferent,⌊& persequentur⌋de loco ad locū fugando,verbera & conuitiū inferen-
do,seu aliter molestando,⌋tradentes in synagogas⌋.i.in publica sua cōuenticula vos adducē-
tes,⌊& custodias⌋.i.in carceres⌊trahentes⌋vos violenter & irreuerenter,tanquam sacrilegos,
⌊ad reges & ꝓsides propter nomen meum⌋.i.ob hoc quod Christiani estis,& meā fidē ac le-
gem euangelicam prædicatis. Quod aūt hæc omnia in Christi apostolis ac discipulis realiter
sunt impleta post Christi resurrectionē ante destructionē Hierusalem,ex libro actuum aposto-
lorum clarissime demonstratur. Ibi nanq; leguntur apostoli à Iudæis capti,in concilium eorum
adducti,incarcerati,flagellis cæsi,multipliciterq; afflicti,quod tamen cum gaudio pertulerunt.
Petrus quoq; apostolorū prælatus & vertex,& Iacobus maior coram Herode rege fuerunt ad-
ducti,& Paulus ante diuersos præsides extitit præsentatus,videlicet coram Felice & Festo,ac
alijs. Nihilominus possunt hæc sub persona & nomine apostolorum exponi de fidelibus circa
finem mundi futuris,imo de alijs,præsertim de sanctis martyribus.⌊Continget aūt vobis in
testimoniū⌋.i.vniuersa persequutio prædicta eueniet vobis insignū & attestationem, quod
vere discipuli mei fidelissimi estis,& quod illi impie contra vos egerūt,ac iuste damnent, quia
spreuerunt & afflixerunt vos,nec credere voluerunt prædicationibus vestris,per diuina mira-
cula confirmatis.⌊Ponite ergo in cordibus vestris⌋.i.firmiter proponite,⌊non præmeditari
quemadmodū respondeatis⌋aduersarijs legis & fidei,quam tradidi vobis.⌊Ego eñ⌋qui sum
æternus & omnipotens deus,verbum dei patris,fons sapiētiæ,& sapientia increata ac genita,
⌊dabo vobis os,⌋id est efficaciam,constantiamq; loquendi,⌊& sapiētiā,⌋ad intelligendum
quæ dei sunt & fidei Christianæ,atq; ad reprobandam idololatriam & omnem hæreticā pra-
C uitatem,⌊cui⌋sapientiæ⌊nō poterunt resistere,⌋rationabiliter respondēdo, ⌊& contradice-
re,⌋veraciter obijciendo ac replicando,⌊omnes aduersarij vestri,⌋videlicet Iudæi & hæretici
ac pagani,qui in Apocalypsi designantur per tres spūs immundos,qui in modum ranarum de
ore bestiæ exierunt. Hinc quoq; in actibus legitur,ꝙ Iudæi nō potuerunt resistere sapientiæ &
spiritui qui loquebatur per Stephanū. Et in beatissimis vtriusq; sexus innumerabilibus martyri-
bus istud copiosissime ac mirabilissime est impletū,qui inter immanissima ac multiplicia sup-
pliciorū genera tam promptissime,sapiētissime, cōstantissime,tranquillissime, insuperabiliter
responderūt,quasi nō ipsi,sed in eorum persona alij sustinuissent tormenta,vel quasi non ipsi,
sed alius formasset verba per eos,quod & vtiq; ita fuit,secundū ꝙ Christus alio loco dixit: Nō
eñ vos estis qui loquimini,sed spūs patris vestri qui loquitur in vobis, & erat supermirabile in
multis illustrissimis,tenerrimisq; puellis valde iuuenculis,quæ sua facundia,sapientia,cōstantia,
tyrannos & mundi sapientes penitus confuderunt ac deuicerunt,quod sine supernaturali dei
auxilio fieri nullatenus potuisse luce clarius constat. Estq; hoc ipsum veritatis Christianæ fidei
indubitabile argumentum, potissimū quia & martyres gloriosi in suis passionibus,ac postea
tot & tantis coruscabāt miraculis. Ita quoniam fidem catholicam defensare & cōtra eius aduer-
sarios præliari ac pro ea pati & mori,est pugna dei,ideo Christus suis dixit martyribus,ne anxia
aut solicita pręmeditatiōe se arment,sed deo suam cōmittant causam,& eius inuocent opem,
quatenus eos in omni aduersitate confortare & conseruare dignetur,& totam spem suam fi-
gant in eo,de suis viribus nil præsumentes.
¶Postremo,si quis beatissimorū martyrū,Dionysij,Ignatij,Laurentij,Vincentij,Catharinæ,

Agathæ, Agnetis, Eulaliç, Christinæ, & aliorum prorsus innumerabilium gesta & passiones,
perspicaciter legat, sciet, q̃ vera sint ista. ⌊Trademini aũt à parentibus, & fratribus, & cognatis, D
& amicis, & morte afficient ex vobis⌋ .i. multos vestrũ occident, & hoc auxit supplicium, quod
à tam propinquis & ante tã amicabilibus tradebant & occidebant. Molestius quippe feruntur
tur aduersa, quæ à propinquis & familiaribus, de quorũ præsumebatur amicitia, infliguntur, qa
vltra corporalem tribulationem inflictam, mens de amissa charitate, & propinquorum ac amicorum
rum infidelitate affligitur. Propter quod Christus de suo loquitur traditore: Si inimicus meus
Psalm, 54 maledixisset mihi, sustinuissem vtiq; . Tu vero homo vnanimis, &c. Porro in exordio pri
mitiuæ ecclesiæ, Iudæi & Gentiles passim conuertebantur ad Christũ, parentib⁹, cęterisq; cog
natis inuitis, & ita tradebantur ab eis, & sepe occidebantur, quẽadmodũ sacratissimã virginem
Matt, 10 Barbarã pater ipsius manu propria decollauit, prout Christus in Matthęo prenũtiauit: Tradet
Marc, 10 frater fratrem in mortẽ, & pater filiũ, & surgẽt filij in parentes, & morte afficient eos. Et rursus:
sus: Nolite (inquit) arbitrari q̃ venerim mittere pacẽ in terra, Nõ veni mittere pacem, sed gladium.
dium. Veni em̃ separare hominẽ aduersus patrẽ suum, et filiam aduersus matrẽ suam, & nurum
rum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. ⌊& eritis odio omnibus hominibus
nibus⌋ .i. quibusdam de omni genere hominum, vt distributio pro generibus singulorum, nõ
Phil. 2 pro singulis generum, vel dicit omnibus hominibus, propter multitudinem odientium eos, iuxta
xta quem modum ait Apostolus: Omnes quæ sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi. ⌊propter
pter nomen meum⌋ .i. propter prędicationem, confessionem & cultum nominis mei & legis
1 Cor, 10 ac fidei Christianę, nempe vt Therentius protestatur: Sicut obsequiũ parit amicos, sic veritas
odium. ¶ Sed obijci potest illud Apostoli: Ego per omnia omnibus placeo. Respõdetur, q̃ idẽ E
Apostolus loquitur: Si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. Itaq; aduertendũ, q̃ scri
ptura loquitur de homine dupliciter. Primo, secũdum id quod supremũ & melius est in homi-
ne, vtpote secũdum rationẽ, grãs & virtutẽ, & ita vocatur humanum, quod rationabile est et
1 Cor, 15. pium, sic Apostolus dicit: Si secũdum hominem, id est rationabiliter ad bestias, id est cõtra be
stiales homines, pugnaui Ephesi, id est disputaui in Epheso, et hoc modo ait Apostolus: Ego p
omnia omnibus placeo. Secundo loquitur scriptura de homine secundum id quod carnale et
prauum extat in eo, quod et in maiori hominum parte prędominatur, quomã maior pars ho-
minum sensualitatem, errores et vitia sequitur, et ita nunc loquitur Christus, et item Aposto-
Galata. 1 lus vbi ait: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Porro causa odij hu⁹ est dissimi
Iohan, 16 litudo, quæ est inter seruos Christi & seculi, inter ciues Hierusalem & Babylonis. Propter quod
in Iohanne asserit Christus apostolis: Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret.
Quia vero de mũdo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mũdus. ⌊Et capillus
pillus de capite vestro non peribit.⌋ Non est hoc ita accipiendum, q̃ in resurgẽtibus erũt om
nes capilli qui fuerunt in eorum capitibus, sed tot, quot ad capitis perfectionem & ornatũ spe
ctabũt. Potest & ita intelligi, nihil ad corporis veritatem, integritatem, decorem pertinẽs de
erit in resurrectione electis. Si em̃ non peribunt capilli, multo minus membra, carnes, & ossa.
Spiritualiter vero, capilli sunt cogitatiões, affectionesq; animæ, quæ si bonæ & charitatiuæ fu-
erint, nõ carebunt beatitudinis præmio. ⌊In patientia vestra⌋ .i. virtute & merito patientiæ
vestræ, ⌊possidebitis animas vestras⌋ .i. eas salubriter custodietis, & à varijs præseruabitis vi-
tijs, quæ per impatientiam incidit homo, easq; rationi & deo subiectas habebitis, per impatiẽ F
Prou. 14 tiam vero perdit homo animam suam, cum Salomon dicat: Qui impatiens est, operatur stulti
Iob. 18 tiam. Iob quoq;: Quid perdis animam tuam in furore tuo? Tanta autem est patientiæ virtus,
Iacob, 1, vt Iacobus dicat: Patientia opus perfectum habet. Et Salomon: Melior est patiens viro forti,
Prou. 16 & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Est autem patientia virtus moralis p quã
homo moderatur ac frenat passionem tristitię, ne scilicet in aduersis immoderate tristet, imo
potius gaudeat in eisdem propter multiplicem fructum inde prouenientem. Propter quod ĩ
exordio suę canonice Iacobus monet: Omne gaudium existimate fratres, cum in diuersas tem
tationes incideritis. Deniq; omnium virtutũ spiritualiumq; profectuum, patientia est proba-
trix, nec melius experiri potest an homo sit vere humilis, charitatiuus, mansuetus, proficiẽs, q̃
per patientiam in aduersis, in quibus si impatiens fuerit, patet imperfectio eius. Idcirco in Ec-
clesiastico legitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Patien-
Eccl, 27 tia nanq; in aduersis, est signum extirpationis priuati amoris, qui omnium est vitiorum origo.
Est quoq; humilitatis indicium, impatiẽtia vero est signum priuati amoris & elationis. Recte
ergo disseruit Salomon: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiẽs est,
Prou, 16, exaltat stultitiam suam. Insuper (teste Gregorio) patientia vera est aduersa æquanimiter per
peti, & contra eum qui iniurias irrogat, nullo dolore morderi.

¶ Declaratio residuæ partis huius capituli à loco, Cum autem videritis circundari ab exercitu Hierusalem. Arti. XLV.

Deinceps

A COnſequēter ſaluator ponit propinquū deſtructionis Hierſm ſignū.⌊Cū aūt videri-
tis circūdari ab exercitu Hierſm⌋.i.ciuitatē Hieruſalē ab exercitu Romanorum ſub
Veſpaſiano & Tito vndiꝗ obſideri,prout quadrageſimo ſecūdo poſt Chri paſſio-
nē factū eſt anno,⌊tūc ſcitote qa appropinquabit deſolatio eius⌋.i.ruina & ꝑſſura
grauiſſima,qa tūc protinus capta ē.Tūc q in Iudæa ſunt,fugiāt in mōtes⌋.i. ad occulta & re-
mota latibula mōtiū,⌊& q in medio eius⌋.i.in Hierſm habitātes⌊diſcedāt⌋ex ea anteꝗ̄ obſi
deant tā grauiter,⌊& qui in regionibus⌋.i.habitātes in Iudęa,Galilæa,Samaria,⌊non intrēt
in eā⌋.i.in Hierſm,vt in ea ab hoſtibus defendant,cuius tñ oppoſitū ꝑre gerūt,ꝗ̄ plurimi,& in
ipſa Hierſm perierūt,⌊quia dies vltionis hi ſunt⌋.i.dies obſidionis & captionis ac deſtructio-
nis Hieruſalē ſunt dies,in qbus deus ex ſua iuſtitia decreuit punire Hieruſalē ꝓpter ſua pctā, Lucæ 19
& vindicare ſanguinē Chriſti,ac diſcipulorū ſuorū in Hieruſalē & in Iudæa iniuſte effuſū,vt ſu
pra plenius dictū eſt,⌊vt impleant oīa ꝗ̄ ſcripta ſunt⌋.i.de vaſtatiōe Hieruſalē & punitio-
ne Iudæorū per prophetas ſunt ꝑnunciata,qa de hac vltima ac finali maxima Iudæorū deiecti
one,deſolatiōe,ac derelictione,in Eſaia,& in libro Pſalmorū,& in Ozea,ac Hieremia,alijſꝗ ꝓ
phetis,ꝑſertim in Daniele multa ſunt prophetata,ſicut eſt iſtud:Ciuitatē & ſanctuariū diſſipa-
bit populus cū duce vēturo & finis eius vaſtitas,& vſꝗ ad finē ꝑſeuerabit deſolatio. Atꝗ in
Pſalmo:Fiat habitatio eorū deſerta,& in tabernaculis eorū non ſit q inhabitet. In Hieremia ꝗ̊· Pſalm 68
ꝗ:Reliqui domū meā,dimiſi hæreditatē meam,Væ autem prægnātibus & nutrientibus in il- Hiere, 12
lis diebus⌋.i.mulieribus vicinis partui,& etiā eis quæ pepererūt aut paruulos nutriūt, erit tūc
ſpecialis calamitas & væ multiplicis tēporalis afflictionis,quia ex vehemēti mœrore atꝗ for
B midine interdum patiuntur abortiuū,aut ſuo tēpore nequeunt parere,nec fugere poſſunt,ſicut ex
pedite vt alij,& iſtud ſpecialiter ſuit in obſidione & captione Hieruſalē à Romanis,quando ꝗ̄-
dam fœminæ propter ex magnitudine famis leguntur comedisse infantulos,& ipſi infantes pe-
ribant.⌊Erit eīm preſſura magna ſup terrā⌋hoc ē,in regno Iudææ,& maxime in Hieruſalē
erit afflictio penitus grauiſſima,⌊& ira populo huic⌋hoc eſt iuſta caſtigatio populo Iudæorū
propter exceſſus eorū,⌊& cadent in ore gladij⌋hoc eſt gladio occident,ſicut ore conſumit ci
bus,& captiui ducētur in oēs gentes.Et eīm multa milia Iudæorū fuerūt à Romanis occiſa, mul
taꝗ milia ſame perempta,multa quoꝗ milia vendita,intm̄ quod ſicut pro triginta denarijs vē
ditus ſuit Chriſtus,ſic triginta Iudæi pro vno denario vendebant,& eis fuerunt quidā hinc in-
de per omnia regna ſeu climata mundi diſperſi,quod tamen per modū hyperbolicæ locutiōis
poteſt intelligi,ad inſinuandū,quod per valde multas gentes Iudæi diſperſi ſunt.¶Deniꝗ diſ
perſio hæc,Iudæorū deo ordinante facta eſt,ad confirmationem fidei Chriãæ & maiorem
memoriā nōis Chriſti,dū conuerſi ex gētibus,aduerſarios ſuos inter ſe vidēt morantes,ex quo
rū libris probāt quę credūt,& in quorū tā longa et graui captiuitate ac deſolatiōe vidēt ad ocu-
lū eſſe impleta,quæ de eorundē captiuitate ac diſperſione prędixerunt prophetæ,atꝗ incredu
los intuendo Iudæos,memores fiunt dñicæ paſſionis. Hinc fert in Pſalmo:Deus oſtendit mi-
hi ſuper inimicos meos,nec occidas eos,ne quādo obliuiſcant populi mei. Diſperge illos in vir Pſalm. 58
tute tua,& depone eos protector meus dñe,⌊& Hieruſalē calcabit à gentibus⌋.i.alienigena-
rum poteſtate tradet,vel à gentilibus ad fidem conuerſis inhabitabit⌊donec impleant tēpora
nationum⌋Verbū iſtud obſcurum eſt,quod tñ primo ꝑt hoc modo intelligi, tā diu Hieruſalē
à gētilibus poſſidebit quouſꝗ gentes oēs ad fidē conuerſæ ſint,aut circiter, qa vt ait Apoſto
C lus:Cū plenitudo gētiū intrauerit,tunc oīs Iſrael ſaluus fiet. Tunc eīm & Iudæi conuertent ad Rom, 11
Chriſtum. Scd̄o videt ſic poſſe intelligi,ꝙ Hieruſalem ſeu terra ſancta à gētilibus non conuer
ſis, vtpote Sarracenis inhabitabitur,quouſꝗ tpa nationū impleant,hoc ē,quouſꝗ veniat tp̄s
debellationis ſeu expulſionis Sarracenorū à terra ſancta,& ipſa reddat cultui Chriſtiano.¶De-
inde,ſaluator ꝑnūciat mūdi excidiū,& ſigna ꝑceſſura gñale iudiciū.⌊Et erūt ſigna in ſole,& lu-
na & ſtellis⌋Quæ erūt hæc ſigna,in Matthæo exprimit Chriſt',dicēdo:Statim poſt tribulati- Matt. 24
onē dierū illorū, ſol obſcurabit,& luna nō dabit lumē ſuū,& ſtellæ cadent de cœlo.¶Quocirca
dicūt expoſitores,ꝙ poſt terminationē ꝑſecutionis Antichri,& eo occiſo ,deus cōcedet dece-
ptis ab Antichro quadraginta quinꝗ dies vel circiter ad pęnitendū,ſcd̄m ꝗd hoc ex Daniele
trahit,qb' expletis,erūt ſigna in ſole & luna Chri aduētū imminere teſtātia,quę ſigna tripliciter
ꝑſūt intelligi. Primo,ꝙ ſol & luna in ſeipſis nō obſcurabunt,ſed ꝑ interpoſitionē corporū opa-
corū obſcurari videbunt,quia nō lucebunt hoībus,ſicut ſit in eclipſi,& aliq opinātur,ꝙ luna ſup
ponet tūc ſoli,tamē ex hoc ſolo nō ſequeret vniuerſalis eclipſis ſeu totius obſcuratio terræ.Se-
cūdo,intelligi poſſunt ſigna illa,ꝙ obſcurabitur ſol & luna ſolū cōparatiōe veræ maioris lucis
videlicet Chriſti,quemadmodū ſtellæ obſcurantur ſole naſcente. Nā tāta tūc erit claritas iu
dicis ad iudiciū venientis,vt eius cōparatione cætera oīa obſcuranda dicātur,& hoc dicit Hie
ronymus,& poteſt ſaluari,ſi intelligatur pro ipſo momēto aduentus Chriſti ad iudicandū, vt
ſup quartū ſententiarū Thomas ſatetur. Tertio,ꝑſūt ſigna illa intelligi,ita ꝙ ſol,luna et cętera lu
minaria cęli,ſeu aſtra, vere in ſeipſis obſcurabunt ad tēpus,ad incutiendū terrorē hoībus, vt

 Raba-

Rabanus asserit,& hoc ipsum Thomas allegat & approbat, quod nil prohibet dici solem,lunã
& sydera,suo lumine tunc vere esse priuanda, ita quod erunt tunc densissime, & quasi palpa- D
biles tenebræ ineffabiliter horridæ.¶Porro stellæ dicunt̃ de cœlo casuræ,non vere,sed appa-
rẽter,quia tot ignoræ exhalatiões ac scintillationes apparebunt &descendẽs in aere,q̃d astra ca-
dere videbuntur,⌊&in terris⌋erit realiter⌊pressura gentiũ⌋hoc ẽ,angustia hoim, vel etiã cõ-
pressio mutua ex sup abũdanti cõcursu eoꝝ qui à suis mansionibus fugient,⌊præ confusione
sonitus maris & fluctuum⌋.i. ex pauore quẽ habebunt propter fragores horribiles & impe-
tuosas cõmotiões ac sonitus aquaꝝ maris,aliorumq́ꝫ fluminũ. Vnde inter quindecim signa q̃
(vt fertur)præcedẽt iudiciũ,sunt & ista quod mare extra naturalẽ suũ eleuabit̃ locũ tã alte, ꝙ
quadraginta cubitis erit altius montibus,deinde tã profunde deprimet̃ sub terra, vt videri vix
queat. Et si istud neget̃,aut incertũ dicat̃,nihilominus certũ est,ꝙ vltra oẽm æstimationẽ &cõ
suetudinẽ erunt procellosissimæ inundationes sonitus & fragores in mari & aquis,⌊arescẽti-
bus hoibus,præ timore & expectatione⌋afflictionũ & periculoꝝ,⌊quæ superuenĩẽt vniuerso
orbi⌋hoc ẽ,cunctis hoibus,præsertim iniustis,q̃a præ magnitudine formidinis & mœroris cor
poralis armonia quandã desiccationẽ & extenuationẽ incurreret in eis , sicut Salomon loquit̃
Spiritus tristis exiccat ossa.⌊Nam virtutes cœloꝝ⌋.i. angelicæ potestates,&angeli vniuersi
⌊mouebuntur⌋motu reuerẽtiæ & admirationis cuiusdã ,ex tã incõsuetis ac præhorrẽdis iusti
tiæ diuinæ effectibus. Vel,mouebunt̃,quia ad modũ formidãtiũ se habebũt,iuxta illud Iob:Co
lumnæ cœli cõtremiscũt & pauẽt ad nutũ ipsius.¶Insup mouebũtur in obsequiũ iudicis , &
cũ eo descẽdent,quasi in expeditionẽ cõtra hostes ipsius. Hinc ait Chrysostomus:Si rex terre
nus cõtra aliquẽ procedit,expeditionẽ mãdat in populo,dignitas oĩs mouetur,exercitus cõ E
citat̃,ciuitas feruet,quãto magis rege cœlesti exurgẽte,iudicare viuos & mortuos,virtutes mo
uent̃ angelicæ?Quidã per virtutes cœlorum ĩtelligunt angelos mediĩ ordinis,mediæ hierarchiæ
angelicæ,ad quos spectat(vt dicũt)miracula facere,idcirco tũc mouẽdi dicunt̃,quia præ solito
progredient̃ ad faciendũ supnaturales trãsmutatiões in creaturis. Itaqꝫ sicut terreno principe
ac patrefamilias irascẽte,offenso & se ad vltionẽ disponẽte,cõturbat̃ eius familia,ac plebs subie
cta,& pparatio fit armoꝝ,sic rege supno ĩ fine seculi irascẽte & iudicare volẽte,fiẽt in creaturis
immutationes prætactæ,& opationes miraculosæ ac cõsurrectiões in impios. Vnde in sapien-
tiæ libro habet̃:Armabit deus creaturã ad vltionẽ inimicoꝝ,& pugnabit pro eo orbis terraꝝ
cõtra insensatos.⌊Et tũc videbũt filium hoīs venientẽ in nube⌋.i.oẽs boni ac mali,oculo cor
porali,videbũt Christum iudicẽ ad iudicãdum veniẽtem in nubibus cœli lucifluis cũ oĩ ciui
um superoꝝ exercitu.Qui & angeli sancti tũc oẽs visibiliter apparebũt,scd̃m Gregoriũ. Vn
de in Apocalypsi asserit̃:Ecce venit cũ nubibus,& videbit eũ oīs oculus. Sicut eñ ascendit in
nube,ita in nube ad iudicandũ descẽdet,iuxta illud Actuum:Quemadmodum vidistis eum as-
cendentẽ in cœlum,ita veniet,⌊cum potestate magna⌋hoc ẽ vallatus omni beatoꝝ exerci-
tu,⌊& maiestate⌋hoc est,claritate, & gloria, ac omnipotentia, cui nullus valebit resistere.
¶Deinde ponit saluator iustoꝝ cõsolationẽ.⌊His aũt⌋ signis ꝓtactis⌊fieri incipientibus,respi
cite⌋ea⌊& leuate capita vestra⌋.i.corda ad deũ erigite ,in ipso cõfidite, atq́ꝫ p spem animas ve
stras exhilarate⌊qm̃ appropinquat redẽptio vr̃a⌋.i. pfecta saluatio à pñti exilio ac sal⁹ ęterna.
¶Deniqꝫ Christ⁹ hæc dixit sub psona discipuloꝝ suoꝝ ad electos & iustos,q erunt in fine mũ
di.Qui tũc desup cõfortationẽ & cõsolationem accipiẽt,quibus & propria cõscientia bonũ te F
stimoniũ phibebit.⌊Et dixit illis similitudinem⌋aptã ad ĩtelligendũ quod dixit de fine seculi,
considerãdam ex signis præhabitis.⌊Videte ficulneã & oẽs arbores , cum producunt iam
ex se fructum⌋puta in vere,dum folia flores,& alia quædã ex arboribus produnt̃ , ⌊scitis⌋ ex
naturali tempoꝝ cursu⌊quoniã prope est æstas⌋& loq̃tur Chr̃us iuxta cõsuetudinem pñæ &
nomine fructus potest ĩtelligi quicq̃d ex arbore producit̃⌊Ita & vos cũ videritis hęc⌋ signa iã
recitata⌊fieri, scitote qm̃ prope est regnũ dei⌋.i.cœlestis pñæ cõsummatio vltimata,qua tot⁹
prædestinatoꝝ numerus erit completus,& hoies sancti in corpore & anima glorificabũtur.
Vel prope est regnũ,hoc ẽ,de proximo instat hora qua regnũ cœleste cõmunicabit̃ vobis,&
ad cœlestem perducemini patriam,audietis vocem illam dulcissimam:Venite benedicti pa-
tris mei,possidete paratum vobis regnũ à cõstitutiõe mũdi. Hinc oramus quotidie:Pater no-
ster qui es in cœlis adueniat regnũ tuũ.⌊Amen dico vobis,q̃a nõ præteribit generatio hæc⌋
hoc ẽ,genus humanũ seu plebs Iudæoꝝ non deficiẽt sup terrã in toto,⌊donec oĩa fiãt⌋ quæ
ante iudiciũ dixi futura.⌊Cœlum & terra transibũt⌋.i. esse cessabũt quãtum ad modũ subsistẽ
di,& ad accidẽtalia quædã,q̃a cœloꝝ motus ac influẽtia definent,& orbes cœlestes elementa
innouabunt̃,iuxta illud Apocalypsis:Vidi cœlum nouũ & terrã nouã. Primũ eñ cęlũ & prima
terra abijt,sed quantum ad substantiale eẽ incorruptibiliter pmanebũt⌊verba aũt mea nõ trã
sibũt⌋hoc ẽ,veritate & adimpletiõe nõ cassabũtur q̃uis verba vocalia sanãdo trãsierũt,sicut &
cætera successiua,q̃bus ẽ idẽ esse & fieri.⌊Attẽdite aũt vobis⌋.i. custodite vos & cõsiderati sitis
⌊ne forte grauent̃ corda vr̃a crapula & ebrietate⌋.i. vitijs gulæ,seu immoderãtia cibi & potus,
quibus

Quibus primo grauatur corpus,& ex consequẽti cor,ratio,voluntas, interioresq; sensus gra-
uant,& à virtutum opibus,à cõtẽplationibus diuinorum,spiritualibusq; affectibus impediunt.
Diuersa etenim vitia oriunt ex gula,vtpote loquacitas,somnolentia,acedia,lasciuia, negligentia, Rom. 8.
A hebetudo,sed & diuersi morbi ac indispositiones ex ea nascunt in corpore. Propter quod plures
dicunt perire gula,quam gladio,ideo ait Apostolus: Si secundũ carnẽ vixeritis moriemini. Et
rursus: Non comessationibus & ebrietatibus. Et Saluator: Væ vobis qui saturati estis. Et iterum
ait scriptura: In multis escis erit infirmitas. Propter crapulã multi obierunt,qui abstinens est,
adijciet ad vitã. Specialiter quoq; nocet superfluus potus,quẽadmodũ maxime prodest potus mo- Eccle. 37
deratus,iuxta illud: Sanitas animæ & corporis sobrius potus. ⌊Videte quoq; ne corda vestra
grauent curis huius vitæ⌋ hoc ẽ,solicitudinibus circa carnalia & terrena,pro quorum adeptione
& conseruatione non est immoderata & anxia solicitudo habenda,q est diffidentiæ filia,sed in
deo tanq̃ in pijssimo ac prouidissimo patre sperãdum est,sicut de hoc supra plura sunt introdu Lucæ. 12
cta. Vnde in Matthæo loquitur Christus: Nolite soliciti esse in crastinũ,scit enim pater vester cœ- Matt. 6
lestis,quia his omnibus indigetis. Itaq; vigilanter ista cauete,⌊ne & superueniat in vos repentina dies
illa⌋ hoc est,ne in die iudicij inueniamini imparati. ⌊Tanq̃ laqueus enim superueniet in omnes,qui
sedẽt sup faciẽ omnis terræ⌋ hoc est,improuise ac subito dies illa inuoluet tã eos q tunc erant in
mundo q̃ eos nunc sedẽt sup superficiẽ terræ,videlicet amatores seculi,qui in terra sedere dicunt.
Quia pro patria diligunt eã,nec ita se habẽt vt peregrini & exules,qui vtuntur hoc mundo nõ
eo fruunt,sed mente quiescunt in deo tanquã in vltimo fine. Vnde Apostolus protestatur: Cũ
dixerint pax & securitas,tũc repẽtinus superueniet eis interitus. Et Christus in Matthæo loquitur 1. Thess. 5
Sicut fuit in diebus Noe &c. His consonat illud Ecclesiastes: Nescit homo finẽ suum,sed sicut Matt. 24
pisces capiuntur hamo,& aues laqueo,sic capiunt tpe malo,cũ diẽ extẽplo superuenerit. ⌊Vigi-
late itaq; omni tpe orantes⌋ Quod ait omni tpe,referri põt ad verbũ vigilate,atq; ad participium
orantes. Omni ergo tpe opportuno,& quãtũ id fragilitati humanæ extat possibile,vigilare &
orare debemus,sicut & passione instãte,dixit Christus Apostolis: Vigilate & orate ne intretis
B in tẽtationẽ. Nam & corporalis sancta & discreta vigilia valde est fructuosa,& passiones debi
litat,ad orones,meditatiões,cõtẽplationes disponit. Oratio quoq; indesinens nobis necessaria
phibet,q tot periculis, tot inuisibilibus,atrocissimis,infatigabilibus hostibus circumuallamur.
Propter quod beatissimus princeps Apostolorum in sua Canonica: Sobrij (inquit) estote & vigi
late,quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit,quærens quẽ deuoret,cui resistite 1. Petri 5
fortes in fide. Et in Ecclesiastico habetur: Vigilia honestatis tabefaciet carnes,& cogitatus illi
us auferret somnũ. Et rursus: Sapiẽs cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo ad dominum qui fecit
illum,& in conspectu altissimi deprecabitur.

¶ Porro,somnus superfluus maxime indecẽs est Christiano,& corpori ac animæ est nociuus,gra
uat naturã,hebetat sensum,rationẽ obfuscat,& vitia nutrit. Propter quod Catho bene locutus
est: Plus vigila semp, ne somno deditus esto,Nam diuturna quies,vitijs alimẽta ministrat. Et
Salo. dicit: Vsqueq; piger dormies,quãdo cõsurges de somno tuo. Et rursus: Sicut ostiũ vertit Prouer. 6
in cardine suo,sic piger in lectulo suo. Et iterum monet scriptura: Noli diligere somnum,ne te
egestas opprimat. O quam multa negligunt bona,& quam damnabiliter tempus suum expẽ-
dunt somnolenti & pigri,& qui de sero in vitijs vigilias protrahunt,propter quod tarde surgũt.
Nõ est hoc arta via salutis,nec cõuersatio pœnitẽtialis,nec cordis custodia,nec coram deo dili-
gentia vera. Vnde saluator nũc subdit: ⌊vt digni habeamini fugere omnia ista⌋, q̃ futura sunt
hoc est,diuino iudicio possitis euadere vniuersa mala pœnalia reprobis in die iudicij infligẽda
⌊& stare ante filium hominis⌋ hoc ẽ,coram summi iudicis tribunali securi consistere. Quead-
modũ Sapiens asserit: Stabunt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt.
⌊Erat⌋ autẽ Christus ⌊diebus docens in templo,quia in die Palmarum & duobus diebus se-
quentibus prædicauit in templo Hierusalem,⌊noctibus vero exiens,morabatur in monte qui Sapien. 5
vocatur Oliueti,⌋ hoc ẽ, de Hierusalem ante vesperam egrediens, moram protraxit in monte
C oliueti,ibi orationibus vacans,deinde Betthaniam pergens,atq; in domo Marthæ cum disci-
pulis suis consistens. ⌊Et omnis populus⌋ videlicet,plebs communis manicabat,hoc est,ma
ne & celeriter veniet ⌊ad eum in templo,⌋ secunda & tertia feria post Palmarum. Nam quarta
feria in Betania mãsit. Similiter quinta feria vsque post prandij horam ⌊audire eum.⌋ quia re
vera delectabile valde erat audire dei sapientiã, verbum patris æterni,vnigenitum dei,deum ve
rum incarnatum in persona propria prædicãtem. Propter suæ doctrinæ profunditatem,ac sa
luberrimam vtilitatem. Et propter suæ eloquentiæ gratiosissimam venustatem,sed & propter
præclara ac copiosa miracula,eius prædicationem comprobantia.

¶ Præfatio in expositionem dominicæ passionis
secundum Lucam.
Articulus XLVI.

Christus



Hristus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis,oblationē & ho-
stiam deo in odorem suauitatis. Hæc sunt verba beati Pauli apostoli in
quibus tria tanguntur,primū est,causa originalis atq; motiua,quę Chri- D
stū induxit,inflāmauit,ac mouit ad sustinendū amarissimā ac saluberri-
mam mortē pro nobis,cū dicit̄ Christus dilexit nos. Christus quippe
ex summa,gratuita atq; purissima dilectione sua ad nos,voluit pati pro
nobis propter quod ipsemet apud Iohannē protestat̄:maiorē hac dile-
ctionē nemo habet,vt aiam suā ponat qs pro amicis suis. Et ad Galatas
ait Aplus: Quod autē nunc viuo in carne,in fide viuo filij dei,q dilexit me,& tradidit semet-
ipsum pro me. Secundo in themate tangit̄ ipa traditio,qua Christus seipsum ad passionē spō
tanee obtulit,& paratissima mēte exhibuit,sicut Esaias prędixit: Tradidit in mortē animam su
am. Et denuo: Oblatus est,quia ipse voluit. Hinc Christus in Iohanne ꝓfitet̄: Nemo tollit ani
mam meam à me,sed ego pono eā. Et iterum: Ego(inquit) sum pastor bon⁹ & aiam meam po
no pro ouibus meis,in quibus verbis anima accipi potest pro vita humana, animali,sensitiua
ac corporali,quæ p mortē crucis fuit in Christo extincta. Tertio,in themate tangit̄ fructuosis-
simus finis,seu copiosissimus fructus dñicæ passiōis. videlicet placatio dei patris & recōciliatio
generis humani cū deo p mortē vnigeniti filij eius,cū dicit̄,oblationē & hostiā deo in odorem
suauitatis. Christus nanq; fuit oblatio pacifica,hoc ē,pacē faciēs inter deū & hoies patrē æter
nū placando hoībus,iuxta illud apostoli Pauli: Ipse est pax nostra,q fecit vtraq; vnum,p cru-
cē dissoluēs inimicitias in semetipso. Christus quoq; fuit hostia pro peccato,hoc ē,satisfactoria
pro peccatis recōciliādo hoies deo,prout ad Romanos dicit Apostolus: Recōciliati sumus deo
per mortē filij eius. Et alibi: Deus erat in Christo mundū recōcilians sibi. De his itaq; tribus in
pſenti collatione quātū spūs sanctus præstiterit loqui intendo. Sed quia in his omnibus primo
ac summe necessariū est nobis auxiliū spūs sancti,dicente Apostolo: Non sumus sufficientes co
gitare aliqd ex nobis quasi ex nobis,sed sufficiētia nostra ex deo est,& ipse spūs adiuuat infir-
mitatē nostrā,constat quod ad digne ac meritorie loquēdū ac audiendū de passione dñi nři Ie-
su Christi tāto pl⁹ necessariū nobis est auxiliū spūs sancti,quāto hæc passio benedicta,salutifica
atq; sanctissima,præstātius opus dei est,& magis salubre ac cordialius recordandū,pręsertim E
cū dicat Apostolus: Nemo pt dicere dñm Iesum,nisi in spū sancto,hoc ē,nemo pt attēte,amo
rose ac meritorie nominare dñm nostrū Iesum Christum,nisi p grām & ispirationē ac motio
nē internā spūs sancti. Hinc ergo locuturi & audituri de passione & morte vnigeniti filij dei in-
uocemus in primis deuotissime subsidiū spūs sancti,vt ipe corda nřa purgare,illustrare,ac inflā
mare dignet̄,ita vt digne,affectuose,& meritorie de passiōe saluatoris nři loqmur ac audiam⁹.
¶ Porro,vt auxiliū istud grǽ spūs sancti citius ac plení⁹ cōsequamur,matrē pietatis & grǽ bea
tissimam atq; dulcissimā virginē Mariā aduocatā & dominam nostram cordialiter inuocemus
angelica salutatione salutantes,& honorantes eandem,dicētes mente pia: Aue Maria. ¶ Chri-
stus dilexit nos &c. vt supra. Anteq̄ textū & historiā dñicæ passiōis,iuxta ordinē rei gestę edis-
serē,primo vidēdū est,cur necessariū fuit Chrm filiū dei pati pro mundi salute,scdo, vidēdū ē
p quē modū,& qua iustitia genus humanū recōciliatū est deo prī p mortē seu passionē vnigeni
filij eius. Circa primū igit̄ agnoscēdū,ꝙ de humano gñe tā quo ad eius primā conditionē,q̄
quo ad eius finē,ob quē creatū est aliter docet sacra scriptura q̄ naturalis philosophoꝝ doctri-
na,seu gētiliū secta. Quāuis em̄ meliores ac subtiliores & doctiores,philosophi ac gētiles sciue
rūt & fassi sint totū mūdū ac gen⁹ humanū à summo deo,quē noiauerūt primā cām,in esse ꝓ-
cessisse & depēdere seu cōseruari,vt patet ex libris Platonicis & Aristotelis,sequaciūq; illoꝝ,ni
hilominus putauerūt mūdū ab æterno fuisse,sicut si sol ab æterno fuisset,radius q̄q; ipsius ęter
naliter extitisset & tñ fluxisset à sole. Insup putauerūt hoiem in solis naturalibus originalr ꝓcrea
tū,& nō nisi ꝓpter naturalē beatitudinē factū,ideo nō sciuerūt,ꝙ hoibus necessarius eēt salua-
tor ac mediator,videlicet Chrs ꝓut fides catholica tradit,sed sacra scriptura diuinitus inspira-
ta,aliter docet,videlicet ꝙ mūdus ex tpe à deo creatus ē,& hō primus à deo plasmatus ē,nō in
naturalibus donis dūtaxat,sed etiā in supnaturalibus grǽ donis, atq; post suā plasmationem
mox in paradiso ē collocatus,& propter supnaturalē beatitudinē factus,videlicet ad vidēdū F
deū in regno cęlesti,p spēm,p clarā,ęternā,fruitiuāq; visionē,quā visionē bñficā facialē & incō
dissimā putauerūt philosophi nō solū mēti humanæ,sed angelicis quoq; spiritibus,qs intelligē
tias noiant,ipossibile eē. Est igit̄ fides Chriana,ꝙ de⁹ omnipotēs & æternus hominē primū
creauit in originali iustitia,p q̄ corp⁹ eius subditū fuit animæ suę,& sensualitas rōni,ac ratio deo,
ita ꝙ corpus & sensualitas prōpte & absq; difficultate parebant animæ & rationi sic ratio &
voluntas, deo. ¶ Denuq; hæc originalis iustitia sic fuit primo nostro parenti collata, quod si
ipe in ea māsisset eādē in suos posteros trāsfudisset, & tā ipe q̄ posteri ei⁹ in paradiso māsissent
terrestri. Rursus ita fuit primo cōcessa parēti,ꝙ q̄diu ratio eius maneret deo obediens ac subie-
ċta tā

ĉta, tam diu corpus sensualitasq; ipsius manerent animę ac rationi eius obedientialiter subdita.

A Quoniã ergo primus homo diuinũ mandatũ transgressus est, ita vt ratio eius & voluntas fuerunt deo in obediẽtes, ideo originalẽ amisit iustitiã, & caro eius ac sensualitas, statim cœperunt animã aggrauare, rationi reniti. Nec solũ amisit originalẽ iustitiã sibi, sed & toti suæ posteritati. Et sicut transfudisset in eã, nisi ipse peccasset, originalẽ iustitiã, sic quia peccauit, transfudit in posteros suos originale peccatũ, quod secundũ Anselmũ est carentia originalis iustitiæ debitæ in esse. Itaq; propter illud primũ ac originale peccatũ Adæ, tam ipse q̃ posteri eius iusto dei iudicio ęternali, & supernaturali beatitudine priuati fuerunt, ita quod ad eam redire atq; perduci non valebant, nisi pro peccato illo originali satisfieret deo. Quamuis autẽ in voluntate & potestate posterorũ nõ fuit originale pc̃m̃ Adæ, non tñ fit eis iniuria, dũ propter illud ipsi priuãtur felicitate æterna, quia nec illa felicitas debebatur eis aliunde, seu ex aliqua dignitate, aut ꝓprietate naturæ, sed ex sola munificentia creatoris, creati fuerunt ad eam secundũ modũ prædictum, & huius exemplum assignaut sanctus Thomas & Egidius de Roma: Si princeps terrenus conferret alicui militi bonum feudale aut castrum ea conditione, quod si miles principi suo maneret fidelis, bonũ illud ac donũ sibi maneret ac posteris ei⁹, si vero inobediẽs fieret principi suo, tam ipse quam poster[illegible] eius priuarentur bono prædicto. Si itaq; miles ille fieret domino suo inobediens ac rebellis, e[illegible] aduersario consentiret, certum est, quod tam ipse quam soboles eius præscripto bono iuste penitus priuarentur. *Gene 3*

¶ Præterea, cũ primus homo originalẽ amisisset iustitiã, tam sibi q̃ suæ posteritati, non potuit eã sibi ac posteritati recuperare, ideo necessarius fuit toti generi humano saluator ac mediator,

B qui genus humanũ ab originali peccato redimeret, atq; eidẽ gratiã redeundi ad originalis iustitię conformitatẽ mereretur, sicq; genus humanũ deo altissimo reconciliaret, & ad beatitudinẽ reduceret sempiternã deleto obstaculo ꝑueniendi ad eam, videlicet reatu originalis peccati.

¶ Præterea, multæ sunt causæ quare nec primus homo, nec aliquis purus homo, nec aliquis angelicus spiritus, nec aliqua pura creatura fuit idonea totũ genus humanũ à peccato redimere, atq; eidẽ gratiã ac gloriã promereri. Prima est grauitas ipsa peccati. Tanto equidẽ maior est enormitas culpæ, quo ille in quẽ committitur, amplioris est dignitatis, & quo plura beneficia est largitus, aut largiri paratus. Cũ ergo deus sublimis & benedictus infinitæ prorsus dignitatis ac sanctitatis, atq; incõparabilis benefactor, à quo sortiti sumus quicquid boni habemus aut sumus, à quo & indefinẽter inesse cõseruamur ac prouidemur, qui & æternã nobis beatitudinẽ præparauit, promisit, & dare paratus est, dummodo obicẽ non ponamus, constat quod peccatum mortale, quo ipse offenditur, sit quodãmodo enormitatis immensæ, ideo à peccato suo genus humanũ liberari nequiuit, nisi ꝑ redẽptorẽ dignitatis & efficacię infinitæ. Pura aũt creatura infinitæ dignitatis esse non valet, ideo saluatorẽ nostrũ oportuit esse deum & creatorẽ. Hinc peccatũ ẽ infinitę fugibilitatis etiã veniale pc̃m̃, ita vt pro nulla re hõ deberet venialiter peccare, sed potius mortẽ subire, q̃ veniale cõmittere, præsertim cũ homo debeat deũ viuũ & verũ naturaliter bonum incomparabiliter infiniteq; plus amare quam seipsum, aut totũ mundũ. Secũda causa ad idẽ, est dignitas gratiæ gratũ faciẽtis, quę cũ sit supernaturalis quædã similitudo diuinæ essentiæ ponens animã in esse supernaturali atq; idoneo ad promerẽdũ felicitatẽ æternã, nõ potuit toti gñi humano promereri aut recuperare, nisi ꝑ mediatorẽ & saluatorẽ dignitatis immensæ, quẽ deũ esse, necesse est. Tertia causa eiusdẽ est ineffabilis dignitas felicitatis & gloriæ

C sempiternæ quã peccando ꝑdidimus. Hæc nanq; beatitudo cũ sit immediata & clara visio summæ & increatæ veritatis, diuinæq; pulchritudinis, quę ẽ ipsa essentia diuina & plena fruitio immensæ bonitatis atq; dulcedinis dei, est quodãmodo infinitæ dignitatis, pretiositatis, & excellentiæ, ideo nulla pura creatura potuit ad eam genus humanum reducere, aut eam hominibus promereri. Quarta eiusdem causa assignatur, eo quod natura humana sit quodammodo in infinitum communicabilis, ideo totã redimere, liberatori interminatæ dignitatis competit solum, sic igitur patet, cur necessarium fuit Christum pati pro mundi salute.

¶ Consequẽter dicẽdũ, ꝑ quẽ modũ, aut qua ęquitate gen⁹ humanũ reconciliatũ est deo patri per passionẽ & mortẽ vnigeniti filij eius. Videtur enĩ quod filio dei ab hominibus tam crudelissime ac impijssime interfecto, deus pater plus debuit hominibus irasci quam ante, prę sertim cũ occisio filij dei fuerit multo maius peccatũ, quam orginale pc̃m̃ hominis protoplasti, propter quod deus toti generi humano iram suam inflixit.

¶ Pręterea sicut infra patebit, propter Christi occisionẽ intantũ offensus atq; iratus est deus pater Iudęis, quod ira ipsius ꝑuenit in eos (vt ait Apostolus) vsq; in finẽ. Itaq; apparet, quod genus humanũ per Chrĩ passionẽ non sit deo reconciliatũ, sed magis odibile factũ. Potest quoq; huius exẽplum induci, quia si inter principẽ terrenũ, eiusq; vrbẽ seu cõmunitatẽ discordia esset & princeps ad vrbem illã vnigenitum suũ mitteret, vt eam ad obedientiã concordiamq; principis sui reduceret, si tunc ciues huiusmodi filium principis audire cõtemnerẽt, imo & trucidarent, princeps hoc facto plus prouocaret contra vrbẽ illam, quam ante fuerat prouocatus. *1. Tess. 2*

¶ Huic

¶Huic demum exemplo concordat quod in Euangelio Christus loquitur in parabola de pa-
trefamilias, qui vineã quã plantauit, locauit agricolis, q tandem filiũ patrisfamilias occiderunt, D
propter quod perierunt. Ad ista respondendũ, quia (vt dicũt sancti doctores) mors, seu passio
Matt. 21 vel occiso Christi pijssima fuit & impijssima, crudelissima, & misericordissima, amorosissima,
Marc. 12. & inuidiosissima, summæ meritoria, patrisq; placatiua, & summe demeritoria patrisq; offensi
na. Fuit etẽ pijssima, misericordissima, amorosissima, summe meritoria & deũ patrẽ placans
ex parte patientis, videlicet Christi, inquantũ passionẽ illam sponte sustinuit ex perfectissima
charitate, clementissima compassione, atq; promptissima obedientia, qua charitate Christus
dilexit deũ patrẽ & nos, & ex charitate, & ex pietate sua ad nos compassus est nostræ dãnatiõi,
qua etiã obedientia factus est obediens deo patri vsq; ad mortẽ, mortem aũt crucis contẽxtibi
lem, amarissimam, & horrendam.
¶Porro, passio Christi, impijssima, crudelissima, inuidiosissima, & maxime demeritoria, prisq;
offensiua fuit ex parte inferentis, hoc est, Iudæorũ & aliorũ, q Christũ interfecerunt, quia ex sum
ma inuidia, crudelitate, impietate fecerunt hoc.
¶Itaq; qniam Christus secundũ quod homo patri in omnibus obediuit, docendo, & increpan
Iohã. 8. do Iudæos prout deus pater sibi præcepit, & ex hoc Iudæorũ incurrit inuidiã, qui veritatẽ odio
habuerũt, ita vt moti & inflammati sunt occidere eũ, & Chrs illã occisionẽ pro iustitia patiẽ-
tissime tulit, imo & ex ardentissima charitate & obedientia acceptauit ac ptulit, ordinãs eam ad
pris placationẽ & honorationẽ, hoĩmq; recõciliationẽ cũ patre, idcirco passio Christi scdm
qd ex ista radice à Christo acceptata est, & ad prædictũ finẽ relata, placẽtissima atq; gratissima
seu acceptissima fuit patri, & eũ genere placauit humano, ita qd virtute & merito passiõis Chri- E
sti toti gñi humano dimisit peccatũ, cætera quoq; peccata, dummodo meritũ dñicæ passionis
eis applicetur p sacramenta ecclesiæ, seu alio modo, puta p fidẽ in Chrm, seu aliter secundũ qd
in lege naturæ & lege scripta Mosaica hoĩes diuersimode Christo omniũ electorũ capiti, vt
Ephes. 5. docet Hugo in libro de sacramentis. Cum enĩ Christus sit caput omniũ hoĩm electorũ, hoĩes
meriti passionis Christi participes fieri nequeunt nisi Christo aliquo modo iam tacto vniant,
& sic passio Christi vniuersa deleuit peccata, quia virtute & merito eius deus vniuersis ignoscit
qui Christo p baptismũ seu aliter vniuntur vt capiti. Vnde Augustinus testatur, q Christi san
guis sic fusus est in remissionem omniũ peccatorũ, vt delere posset etiã illorũ peccata q ipsum
fuderunt, & ipsum peccatũ quo fusus est, qua illi qui Christũ occiderunt, merito passionis Chri-
sti veniã & salutẽ adepti sunt, dũmodo in Christũ credere eiusq; baptismũ suscipere voluerint,
imo vtiq; multi illorũ ita saluati sunt, redempti ipso sanguine quẽ fuderũt, vt loquit Augustin⁹
Illos quippe Christus turba conspexit, eisq; dixit passione instante: Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs
tunc cognoscetis quia ego sum. Qualiter aũt hoc ipm impletũ sit, sanctus Lucas in Actib⁹ Apo
stolorũ describit recitans qualiter ad prędicationem beatissimi Petri apostoli in die Pẽtecostes,
primo conuersa sunt tria milia Iudæorũ, deinde quinq; milia, cũ claudũ natũ Petrus curasset, &
præter hæc quotidie tunc multi Iudæorũ conuertebant ad Chrm, intm, quod etiam multa tur
ba sacerdotum ad fidẽ conuersa sit, vt recitat Lucas.
¶Ex his patet qua æquitate saluatum sit genus humanũ per Christi passionem. Decuit enĩ boni
tatem pietatemq; dei patris, per talem ac tantam dilectionem, obediẽtiam, & passionẽ vnige-
niti atq; charissimi filij sui placari, ac indulgere, & gratiam impartiri.
¶Deniq; decuit, vt sicut propter vnius hoĩs inobedientiã deus iratus fuit toti generi humano, F
sic propter Christi mediatoris dei ac hoĩm obedientiã, deus reconciliaret hominibus.
1 Tim. 2. ¶Præterea decuit, vt sicut humanũ genus damnationẽ incurrit p diabolicæ inuidiæ deceptio-
nẽ, vtpote primo hoĩe nostro parẽte aliũde decepto, sic genus humanũ aliũde misericorditer
iuuaret, & Christi charitate & ope redimeret. Rursus charitas facit oĩa esse coĩa, ideo Christus
per ardentissimã & maximã dilectionem suam ad nos meritũ suũ nobis potuit cõmunicare.
¶Postremo, etiam in terrenis principibus cernimus, quod rex seu princeps terrenus propter
dilectionem, meritũ, instantiamq; vnius ignoscit alteri, tanto vtiq; plenius atq; facilius, qñ ille q
rogat pro reo, est maioris dignitatis & principi magis dilectus.
¶Sed tunc orit qstio, quomodo p mortem Christi particularẽ ac tẽporalem liberatũ sit genus
humanũ, à morte generali ac æternali. Et respondendum qd tanta fuit dignitas psonæ Christi,
vt eius obedientia ac passio tanti fuerit meriti & acceptabilitatis corã patre æterno, vt mors
Christi tẽporalis ac particularis fuerit vere sufficiẽs, ineffabiliterq; sufficiens ad redimendũ
omne genus humanum ab omni malo, & non solum à morte communi ac æterna seu damna
tione infernali, sed etiam à morte tẽporali, omniq; defectu, & corruptibilitate corporali. Vnde
in resurrectione futura merito passionis Chri omnes electi, corporis quoq; incorruptibilitatẽ,
impassibilitatẽ, & glorificationẽ consequent. Fuit quoq; passio Christi summe idonea, efficax
& prædigna ad promerendũ generi humano dona grę in præsenti, & munera gloriæ in futu
ro, imo nõ solũ passio Chri, sed & tota cõuersatio eius in seculo isto fuit ad hoc summe idonea.

Contẽ-

Contemplandum ē etiā, φ Christus in vnitate personæ ē deus & homo, itaq; promereri &
A obedire ac pati conueniebant ei ratiōe suæ humanitatis, idoneitas vero ac dignitas ad prome
rendum ac satisfaciendum pro hominibus cōueniebat ei ex parte suæ diuinitatis. Cū ergo Chrs
sit verus deus, constat φ fuit infinitæ idoneitatis ac dignitatis ad satisfaciendū ac pmerendū
propter suam humanitatem ratione suæ supdignissimæ deitatis, ideo dici solet & vere sic est,
φ minima gutta sanguinis Christi seu minima passionis suæ particula fuisset sufficiens ad to
tius mundi liberationem. ¶ Præterea φ maior fuit sanctitas, dignitas atq; perfectio humanita
tis Christi, eo etiam ex parte ipsius fuit sua obedientia ac passio meriti amplioris. Tanta aūt ē
sanctitas, dignitas & pfectio humanitatis Christi, vt ipsa sola excedat sanctitatem, dignitatē,
& pfectionem, oīm creaturarum, videlicet omniū sanctorum & electorum, tam angelorū φ
hominum, vniuersiq; entis creati, & hoc potissimū cōpetit humanitati Christi ratione suæ hy
postaticæ seu psonalis vnionis cū verbo æterno, scilicet vero deo, & etiam ideo, qm̄ gratia hu
manitati Christi collata, infusa & indita fuit, & est quodammodo infinita, habuitq; virtutes et
dona & cæteras gratiæ pfectiones ac munera in maxima, incomparabiliq; excellentia, propt
quod Iohannes Baptista dixit de Christo: Non ad mensuram dat deus spiritū homini, i. gra- Iohā. 3
tiam & dona spiritus sancti Christo, secundū φd homo est. Itaq; innotescit, φd Christus nō so
lum ratione suæ diuinitatis, sed etiam ex parte suæ humanitatis tam perfectæ ac virtuosæ fuit
ineffabilis idoneitatis ad promerendum. Adhuc aūt φ Christus fuit deo patri magis dilectus,
eo efficatior fuit ad satisfaciendū pro nostris peccatis, & eo oīs sua conuersatio, oratio, obediē-
tia, ac passio pro nobis in hoc mundo fuit exhibita deo patri amplius grata ac placens, magis
B quoq; idonea ad subueniendā hominibus, seu meriti amplioris, sed deus pater diligit Christū
secundū suam diuinitatē amore penitus infinito, & tantū vtiq; sicut seipsum, qa diuinitas Chri
sicut ē infinitæ bonitatis, sic & infinitæ amabilitatis consistit. Diligit quoq; pater Christum se-
cundū suam humanitatē magis φ totū vniuersum, omnesq; simul sumptas puras creaturas. Di-
ligere qppe ē alicui bonum velle. Vnde deus tanto plus diligit rem, quanto maius bonū ei lar-
gitur. Cum ergo deo patre volente, & verbo æterno assumpta sit Christi humanitas ad incre
atum & hypostaticū eē verbi æterni, ita φd in eodem eē psonali subsistit Christi humanitas,
in φ verbum æternum æternaliter ē subsistens, clarum ē, φd maius bonum datum sit humanita
ti Chri, φ sit totū vniuersum creatum, ideo magis deo dilecta est. Itaq; Christus etiam ex hac
parte fuit ineffabiliter idoneus & acceptus, ad opandum & orandum ac patiendum p nobis.
¶ Præterea sicut docent sancti patres atq; doctores, quis deus omnipotens & æternus potuit
p omnipotentiam suam, simpliciter loquendo, genus humanū alio modo redimere, φ p vni-
geniti filij sui incarnationē ac passionē, nullus tñ extitit alius modus ita cōueniens sicut iste, ita
φd decētissimū fuit filium dei, ppter nostram salutē incarnari ac mori, φd primo probatur dei
incarnatiōe, qa in incarnatiōe filij dei, deo patri æqualis, præcipue demonstratur, atq; relucet
bonitas dei, eo φd se suæ creaturæ tam copiosissime cōmunicauit, & infirmitatem proprij pla
smatis nō cōtempsit, sed naturam a se creatam, puta humanitatē, ad suū hypostaicū eē assum-
psit. Proprietas eqdem boni ē eē communicatiuū, diffusiuumq; sui. ¶ Insup in incarnatione
filij dei, ineffabiliter, pulchre ostendit & patescit dilectio dei ad nos. Amor enim ē virtus vni
tiua, idcirco in hoc φd de⁹ nostram naturā sibi tam propinquissime vniuit ac intime, patet φd
vehementissime ac specialissime nos dilexit. In incarnatione φq; monstratur misericordia &
dignatio dei ad nos, φd tam clementissime suam maiestatem ad paruitatē, vilitatemq; nostrā
inclinauit, & tam misericordissime nobis auxiliari dignatus ē, nostris ignoscens sceleribus, nec
illā aspernans naturā assumere, a cuius primo indiuiduo, cæterisq; suppositis tam multipliciter
C atq; enormiter fuit offensus. Rursus in incarnatione filij dei potissimū declarat oīpotentia dei
qa naturam diuinā & humanā in vnitate copulauit psonæ, cum tñ in ordine intellectualiū sub-
stantiaꝝ aia rationalis sit ima ac infima, & psertim corpus humanū a supsimplicissima deitate
inæstimabiliter distat, ideo hæc hypostatica vnio est diuinæ potentiæ φ maxime declaratiua
imo magis, vt aliq astruunt, φ totius mundi creatio. Sed & iustitia dei in incarnatione verbi
ostendit, qa non vi deus eripit hoiem, nec aliū facit supare tyrannū φ hoiem, sed sicut hō ē vi
ctus, sic hō vicit, vt asserit Damascenus tertio libro. Similiter in incarnatione verbi ostenditur
sapientia dei, φd tam difficilimi negotij, tam decentissimam solutionem inuenit. Difficillimū
nēpe apparuit, qualiter genus humanū, salua dei iustitia ac veritate, posset saluari, sed sapien-
tia dei inuenit aptissimū modū ad hoc, ita hominē saluans, vt nec diuinæ veritati atq; iustitiæ,
neq; diuinæ misericordiæ derogaret. ¶ Præterea necessariū dupliciter dicit. Primo, sine φ ali-
φd eē nō potest, vt hō sine aia, & sic deū incarnari ad redimendū genus humanū, nō fuit necces
se, qa & alijs modis potuit deus hoc facere, cui non ē impossibile, imo neq; difficile omne ver- Lucæ, 1
bum, prout Gabriel angelus & Hieremias propheta testant. Secundo dicitur necessariū, sine φ
res cōuenienter seu tam apte eē nō valet, sicq; ad redimendū genus humanū fuit necesse dei filij
um incarnari, quia (vt xiij. de trinitate loquitur Augustinus) sanandæ nostræ miseriæ nullus fuit

alius conuenientior modus. Per hoc nãq; potissimũ fides catholica roboratur, q̃d ipsemet de
us increatus nobis in Euangelio loquitur ac testat. Per 'u c quoq; pmaxime spes ad deũ auge D
tur, & charitas in ipso accẽdit, quod deũ ꝑpter nos ex nimia sua ad nos dilectione cognosci-
mus incarnatũ, imo fiducialissime deũ accedimus & oramus, dũ ipsum ꝑ nostra salute incarna
tũ fatemur, & qa tanta nobis deus p incarnationẽ verbi largitus est vt ex ipsa incarnatione ac
cendamur dei amore. ¶ Insup sicut decentissimum fuit filiũ dei nostram redemptionẽ inchoa
re p suã incarnationẽ, sic decentissimũ fuit, vt eandẽ nostrã redemptionẽ cõpleret p suã sacra
tissimã passionẽ. Ex hoc em̃ quod filius dei ꝑpter nos passus est, maxime innotescit, quãta sit
peccati enormitas, & quantũ deus peccata abhorreat, pro quorũ oblatione & satisfactione ip
Rom, 8 semet vnigenitus filius dei tanta perpessus est. Ex passione etiã Christi agnoscimus, q̃ ineffabi
lis sit dei patris iustitia, q proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, malẽs
illũ tã acerbissimã mortẽ pati, q̃ peccata hoim remanere inulta. Culpæ em̃ pœna debetur se
cũdũ iustitiã. Et qa p nostra peccata æternas pœnas meruimus, hoc fuit infinitæ misericor-
diæ dei patris, quod p tẽporalẽ sui filij passionẽ nos ab æterna eripuit pœna, hoc vero fuit in-
finitæ iustitiæ eius, quod supdilectissimũ filiũ suũ maluit pati & mori, quã peccata nostra impu
nita manere. Deniq; ex hoc q̃d deus pater pmisit vnicũ filiũ suũ innocentissimũ atq; sanctissi-
mũ a sceleratissimis, vilissimisq; hominibus taliter capi, tractari, affligi, occidi ꝑpter nos liberã
dos, clarissime patet incõprehensibilis dilectio ei9 ad nos, similiter dilectio pfectissima Chr̃i ad
nos. Hinc manifestatur, quod tanta ac talia ꝑpter nos sponte ferre dignatus est. Insup Chr̃us
per suã passionem dedit nobis perfectissimũ oĩm virtutum exẽplar, vt prosequẽdo historiam
passionis patebit. ¶ Rursus ex hoc quod Chr̃s ꝑpter nos passus ẽ, euidentissime elucescit, quã
ta sit infernaliũ pœnarũ acerbitas, & quã deliciosissima, maxima, ac pstãtissima sit electorũ in
cœlo felicitas, cũ ideo passus sit fili9 dei, vt nos ab illis erueret pœnis, & ad æternæ beatitudinis E
gaudia reportaret. ¶ Postremo per hoc quod Chr̃s ꝑ nobis tã amarissimã perpessus est mor
tẽ, nostræ paupertati ac indigentię copiosissimã opem impẽdit, qa passio illa quo amarior, eo
& magis meritoria fuit, totumq; meritũ illud Chr̃s communicat nobis, illudq; meritũ est the-
saurus ecclesiæ, ex quo indulgentiæ conceduntur, & propter quod nobis quotidie relaxantur
peccata, varia quoq; conferuntur gratiarũ charismata, vñ tempus euãgelicæ legis & Christi
tempus gratiæ nuncupatur. His igitur de Christi passione pmissis tanquã pambulis ad decla-
rationẽ fidei Christianæ, cuius summa est sapientia, & vt ea q̃ de Christi passione dicẽda sunt
clarius intelligantur, deuotius quoq; & amorosius, imo & cũ ampliori cõpassione & opis imi
tatione audiantur, cõsequenter ad pdicationẽ & expositionẽ dominicæ passionis est acceden
dum. Intẽdo aũt passionem secũdum Lucam exponere, & ea quæ ipse omittit atq; ab aliis cõ
scripta sunt Euangelistis, inserere huic sermoni, ad laudem & gloriã domini nostri Iesu Chri
sti, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen. Finis præfationis.

¶EXPOSITIO PASSIONIS ET CAP. XXII. APPRO-
pinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Art. XLVII.



Ppropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha, & quæ-
rebant principes sacerdotum & scribæ quomodo Iesum interficerent.] F
Cum filius dei dominus noster Iesus Christus tempore a superbenedicta
trinitate æternaliter præordinato, nostram assumpsisset naturam, modico
tempore inter homines conuersatus est in hoc mundo, videlicet triginta
tribus circiter annis, & tribus circiter annis vltimis vitæ suæ in seculo isto
prædicauit atque miracula fecit. Cumq; in prædicando ac miracula faciẽ-
do omnes sanctos qui ante fuerunt, gloriose excederet, a populo cũ gran
di auiditate audiebatur. Sed quoniam statim post prædicationis suæ exordia cœpit errores &
vitia sacerdotum & scribarum, ac pharisæorum iuste & acriter increpare, illi statim cœperunt
inuidiam contra eum concipere, eiq; detrahere, & omnia facta eius interpretari in peius. De-
Hiere. 11 niq;, quia inuidia est tristitia de bono & prosperitate alterius, quanto Christus præclariora
Iohã. 11, egit miracula, tanto præfati acutiori & amariori contra eum stimulabãtur inuidia, & cogitare
cœperunt, quomodo possent eum priuare vita & fama, ita vt nec memoria ei9 permaneret in
terra, quemadmodum per Hieremiam in eorum persona fuit prædictum: Eradamus eum de
terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Porro cum Chr̃s Lazarũ suscitas-
set a mortuis, pfati Iudęi audito tam insigni miraculo, vehemẽtissime turbabant, & suę liuore
inuidię torquebantur, dolentes de Christi magnificentia & honore, imo secundũ Augustinũ
nullũ Christi miraculum fecit illos sic insanire ac fremere cõtra ipsum, quemadmodum susci-
tatio Lazari qa miraculũ illud clarissimũ fuit, & nulla tergiuersatiõe poterat offuscari, eo quod
solẽnissime factũ esset corã multis Iudęis, & qm̃ Lazarus fuit vir nobilis & miles, de regia stir
pe exortus, quatuor quoq; diebus extiterat mortu9. Vnde cum miraculũ illud factũ audissent,
mox

mox die sequēti cōuenerūt,& inter se cōsuluerūt,qd facerent Christo,iuxta illud in Iohāne 11.
Quidā ex ipsis,scilicet de numero Iudæorū q interfuerūt suscitationi Lazari,& viderant quæ
fecit Iesus,abierūt ad pharisæos,& dixerūt eis q̄ fecit Iesus. Collegerūt ergo pōtifices & phari-
A sæi cōsiliū,& dicebāt:Quid facimus,qa hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic,oēs
credent in eū. Ab illo igitur die cogitauerūt interficere eū, secūdum q Caiphas consuluit eis.
Iesus ergo(vt ait Euangelista Iohānes)iam nō in palam ambulabat apud Iudæos,sed abiit in
regionem iuxta desertū in ciuitatē, quæ dicitur Efrem,& ibi morabatur cū discipulis suis,&
hoc nō nisi paucis diebus,videlicet octo aut circiter. Creditur enī q Chrūs Lazarum suscita-
uit sexta feria per quindenam ante diem parasceues,in qua crucifixus est ipse. Postea,sicut in
Iohanne describitur,ante sex dies paschæ.i.sabbato ramis palmarū,qd fuit sex diebus ante pri-
mum diem festiuitatis paschæ Iudæorū tūc imminētis,quorū pascha & solēnitas incepit feria
quinta sequenti ad vesperā,& sexta feria fuit prima integra dies solēnitatis paschalis,venit Ie-
sus Bethaniā,&c. ¶ Præterea(sicut docet Euāgelista Iohānes)in sabbato illo ramispalmarum,
cū venisset Iesus cū apostolis Bethaniam,fecerūt ei cœnā ibidē,& Lazarus vnus fuit ex discū-
bentibus. Fuit aūt cœna illa nō in domo Marthæ & Mariæ Magdalenæ,vt aliq putauerunt,
sed in domo Symonis leprosi,quem Chrūs curauit à lepra,& in cœna illa effudit Maria Mag
dalena vnguentum preciosum super caput & pedes Christi,sicut ex dictis Euangelistarū Mat
thæi atq Iohannis probatur. Sequenti vero die venit Iesus Hierusalem sedens asellū sup,& ibi
in Hierusalem prædicauit ac multa miracula fecit,prout Euangelistæ describunt. Insuper feria
secunda & tertia post palmarum Iesus similiter in Hierusalem prædicauit,& sacerdotes,scri-
bas ac pharisæos durissime corā omnibus increpauit ac reprobauit,ita vt maxima contra Chri
stum accēdebantur inuidia,quarta vero feria māsit in Bethania,ideo Lucas Euangelista nunc
ait:Appropinquabat dies festus azymorū.i.paschalis celebritatis,quæ dicitur,azymorū.i.panū
nō fermētatorū,qa in tota illa solēnitate quę septē durauit diebus,vescebantur Iudæi pane non
fermētato,sed azymis panibus. Quod aūt dies festus azymorū præfato modo iam accipiatur,
constat ex eo q subditur,q dicitur pascha.i.paschalis solemnitas,q̄ incipiebat à vespera feriæ
B quintæ. Luna quartadecima existente,in qua vespera auferebant Iudæi de domibus suis omnē
panē fermentatū,edebantq agnū paschalē cū azymis panibus in cōmemorationem,q patres
eorū taliter comedebāt agnū paschalē,quādo egressuri fuerant de Aegypto,vt legitur in Exo
do,vnde & nūc dies azymorū dicitur pascha,qa in præfata vespera,quæ fuit solēnitatis pascha
lis exordium,edebatur agnus paschalis. Veruntamen quidā hoc loco accipiūt diem azymorum
& pascha pro die parasceues vesperā præfatā sequente. Sed prima expositio aptior est,qa pau
lo post subditur. Venit autem dies azymorū,in qua necesse erat occidi pascha,quod certum est
de quinta feria diei. ¶ Præterea pascha in scripturis multipharīā capitur. Primo,pro tota heb-
domada azymorū seu solēnitatis paschalis,quemadmodū in actibus Apostolorū scribitur de
Herode,q voluit post pascha Petrū producere populo. Secundo accipitur pro celebritate pas
chali existente feria sexta prædicta. Tertio pro hora immolatiōis & comestionis agni paschalis,
prout in Marco scriptū est:Erat pascha & azyma post biduū. Quarto,pro quocunq cibo vel
pane,quo vescebantur Iudęi durante festiuitate paschali,vt cū apud Iohānem fertur:Iudæi nō
introierūt prætoriū vt manducarent pascha.i.azymos panes. Quinto,pro agno paschali. Se-
xto,pro figurato agni illius,puta pro Christo,de quo ait Apostolus:Etenī pascha nostrū im-
molatus est Chrūs. Septimo,pro festiuitate epularū paschaliū. Vnde in libro Paralipomenon
dicitur:Nō fuit tale phase à diebus iudicū quale fecit Iosias. ⌊ Et quærebant principes sacerdo-
tū,⌋ videlicet Annas & Caiphas,⌊ & scribæ ⌋.i.periti in lege,scilicet magistri atque doctores
plebis,quibus cōuenit illud Danielis:Egressa est iniquitas à senioribus, qui videbantur regere
populum,⌊ quomodo Iesum interficerent,⌋ quibus ipse iam dixerat:Quare me quæritis inter
ficere? Itemq,Multa opera bona ostendi vobis ex pr̄e meo,propter quod horum me lapida-
tis? Hoc facinus Iudæorū Matthæus Euāgelista plenius recitat dicens:Tunc,videlicet quarta
feria ante Christi passionem cōgregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atrio prī
C cipis sacerdotū qui dicitur Caiphas,& cōsiliū fecerunt,⌊ vt Iesum dolo tenerēt & occiderēt.⌋
I taq quærebant.i.inter se perscrutabantur,qūo.i.per quē modū interficerent,cum dolose capi-
endo atq mendaciter accusando,⌊ timebāt vero plebem.⌋ Non timuerunt deum omnipotē
tem,virtuoso ac ordinato timore ,ne eū in tanta festiuitate offenderent,sed vulgus inordina-
to ac vitioso timore:nouerant quippe q plebs Christū libenter audiuit, ideo formidabant ne
Christum defenderet. Et quāuis comprehensum de eorum manu eriperet,timebant quoq ne
strepitus periculosus concitaretur in populo,propter quod proposuerunt nō occidere Chrm
durante festo paschali,iuxta illud Matthæi:Dicebant aūt,Non in die festo,ne forte tumultus
fieret in populo. Porro principes sacerdotū dicebāt & erāt pōtifices,& quāuis eodē tēpore vnus
dūtaxat princeps sacerdotum seu pontifex existeret,tñ pluraliter principes & pontifices no-
minantur,qm annuatim vnus alteri tūc successit,& pontificiū à gētilibus emebāt principibus,

 qd cō-

quod contra legem Moysi fuit, secundũ quam filius patri succedere in pontificatu debebat, sed
tũc legitima illa defecit successio. ¶ Præterea narratur modus, quo Iudæorum pōtifices & prin-
cipales plebis illius cōsilium & machinationẽ, suam perduxerũt ad effectũ. ⌋ Intrauit aũt Sata- D
nas ⌋.i. aduersarius humanæ salutis, puta diabolus, ⌊ in Iudã, qui cognominatur Ischariotes ⌋
quia de vico sic dicto in tribu Isachar, vt dicit, existente fuerat oriundus, ⌊ vnum de duodeci ⌋
Ioh. 6. principalibus Christi discipulis. s. apostolis, de qb⁹ & de quo ait Chrũs: Nōne duodecim vos
elegi, & vnus ex vobis diabolus est. Intrauit aũt diabolus in Iudam. i. in mentẽ seu animã eius,
nō ei essentialiter illabẽdo, qm̃ solus deus creator incircũscriptibilis & immẽsus essentiis rerũ
illabitur, & oia implet, penetrat, & excedit, sed intrauit per effectũ, suggerendo Christi venditi
onem. Nec hac vice solũ intrauit hoc modo in eum, sed & antea sæpe, vtpote quotiescunq; il-
lum ad mortale induxit pctm̃. Vnde apud Iohan. legitur: Cœna facta diabolus cũ iã misisset
in cor, vt traderet eũ Iudas. Itaq; nunc intrauit vas suũ, illud plenius possidendo. Hoc etiã mō
diabolus intrat corda eorũ, qui eius tẽtationibus, suggestionibusq; consentiũt. Nō eñ intrat co
gendo aut necessitãdo ad culpã, sed suggerendo & alliciendo ad eam, nos aũt ex negligẽtia no
Ephes. 4. stra ei libere aperimus, præbendo cōsensum, cōtra qđ hortat Apl'us Paulus: Nolite locu dare di
abolo. Iacobus quoq; apl'us: Resistite (inquit) diabolo, & fugiet à vobis. Omni ergo impię co
gitationi, affectioni & suggestioni, peruersæ iugiter atq; viriliter reluctemur, deo & eius mãdatis
ac testimoniis fortiter adhærẽtes, & quicquid veritati ac æquitati cōtrarium est respuẽtes, ⌊ &
abiit ⌋ mentis auersione & corporis gressu à Chro, cæterisq; apostolis, ⌊ & loquutus est cum
principibus sacerdotum, ⌋ quibus cōpetit illud in Esdra: Manus principũ fuit in transgressio-
ne hac prima, ⌊ & magistratibus ⌋.i. rectoribus ac senioribus ⌊ plebis. ⌋ Theophilus autem per
magistratus intelligit pposítos fabricæ templi, vel eos quos Romani pfecerũt Iudæis, ne se Ro
manis opponerẽt, quia seditiosi fuerũt, ⌊ quẽadmodũ ⌋.i. quomodo ⌊ traderet illũ illis. Et ga-
uisi sunt, ⌋ inuẽta tã cōgrua occasione cōprehendẽdi, occidendiq; Iesum, qbus cōpetit quod in
Prouer. Salomon loquit: Lætant cũ malefecerint, & exultãt in rebus pessimis, ⌊ & pacti sunt ⌋
Matt. 26. i. fœdus seu pactũ cum Iuda inierũt, ⌊ pecuniam illi dare, ⌋ videlicet triginta argenteos, ⌊ &
spopondit ⌋ Iudas. i. promisit q traderet eis Iesum. Alii Euãgelistæ factũ hoc plenius descrip- E
serũt, nẽpe (vt refert Matthæus) Iudas pfatos accedens, dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego
eũ vobis tradã? Et cōstituerũt. i. dare pmiserũt ei triginta argẽteos. Occasio quoq; q̃ mot⁹ ẽ
Iudas vẽdere Christũ, fuit tristitia illa qua doluit de vnguẽto sup Christũ effuso à Maria Ma-
gdalena in cœna facta in domo Simonis leprosi in Bethania sabbato ramispalmarum. Vnde
tũc dixit: Quare vnguentum istud nō venit trecẽtis denariis & datum est egenis? Porro quili
bet triginta argenteorum quos promiserunt traditori, valuit (vt fert) decẽ nummos seu denarios
vsuales, ita q triginta argẽtei valuerũt trecẽtos denarios vsuales, sicq; in vẽditione Christi re-
cuperauit Iudas valorẽ effusi vnguenti. Hinc p Zachariã Christus pdixit: Appenderũt merce
dem meã triginta argenteos, decorum pretiũ quo appretiatus sum ab eis. ⌊ Et quærebat op-
portunitatẽ ⌋.i. aptum locũ & congruũ tẽpus, ⌊ vt traderet illũ sine turbis ⌋.i. secrete & tẽpore
noctis, quãdo turba non adfuit Christo. Ex his patet, q maximã passus est Christus vilipẽsio
nẽ, dum à proprio discipulo pro tã vili venditus est prætio. Ipse in quo est omniũ bonorum atq;
pulchrorum ac desiderabiliũ plena, perfecta & infinita possessio. Insup impietatẽ Iudę Christũ
vendentis sequuntur, qui pro tẽporali laude, lucro, aut cōmodo, iustitiam deserũt, falsum testi-
moniũ dicunt, aut cōtra veritatem sciẽter iudiciũ proferũt, itemq; ecclesiastica bñficia, sacramẽ
ta vel iudicia vendũt, assimilanturq; eis, de qbus in Michæa fert: Principes eius in muneribus iu
dicabant, & sacerdotes eius in mercede docebãt, & prophetæ eius in pecunia diuinabãt. ⌊ Ve-
nit aũt dies azymorum, ⌋ hoc modo expositũ est, ⌊ in qua necesse erat occidi pascha ⌋.i. agnum
paschalem ad obseruandũ legis præceptũ in Exodo scriptũ, qui agnus feria quinta occidebat
ac edebat, & Christũ, eiusq; immolationẽ & occisionẽ euidẽter pfigurauit. ⌊ Et misit Petrum
& Iohãnem ⌋ quinta feria à Bethania in Hierusalẽ, ⌊ dicẽs: Euntes ⌋ Hierusalem versus, ⌊ parate
Matth. 10 nobis pascha ⌋.i. agnẽ paschalẽ, ⌊ vt ⌋ illũ secũdum legẽ pariter ⌊ mãducemus. ⌋ Chrũs eñ nō
venit legem soluere, sed implere. Chrũs quoq; discipulos suos cōsueuit mittere bini, binos pro F
pter mutuæ societatis solaciũ, atq; ad socialis vitæ commẽdationẽ. Nã (vt Salomon loquitur)
frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas munita. Porro per esum agni paschalis designabat su
ptio Christi in sacramento altaris, p Petrũ vero vita actiua, p Iohãnẽ cōtemplatiua. Quemad-
modũ ergo Petrus & Iohannes agnum pparauerunt paschalẽ, ita & nos p actionẽ virtuosam
& cōtemplationem mysteriorum, bñficiorumq; Christi & diuinitatis suæ pparare corda nostra
debemus ad sacrã communionẽ. ⌊ At illi dixerunt: Vbi vis paremus pascha? ⌋.i. in qua domo
⌊ Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem ⌋ Hierusalem, ⌊ occurret vobis homo
amphoram aquæ portans, ⌋ qui homo secundũ Origenẽ fuit minister patrisfamilias eius ad
quẽ Christ⁹ direxit discipulos istos. ⌊ Sequimini eũ in domũ in quã intrat. ⌋ Istud per naturalẽ
rationem præsciri non potuit, quia futurorum pure contingentium non est determinata præco-
gnitio

gnitio,nisi diuinitus reueletur. Christus autem istud præsciuit,tam per increatam suam scien-
A tiam secundum ꝙ deus,tam per creatam scientiam inditam,& per gratiam prophetiæ quam
habebat plenissime secundũ naturam humanã,⌊& dicetis patrifamilias domus:Dicit tibi ma-
gister⌋.i.Christus per excellentiã dictus magister,tanquã sapientia patris secundum diuinita 1 Cori,1,
tem,& in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ secundum humanitatem. Christ⁹ ita Col.2
ꝙ seipsum vocauit magistrum,non vanitatis,sed veritatis amore.⌊Vbi est diuersorium⌋.i.
locus secretus & quietus,⌊vbi pascha⌋.i.agnum paschalem,⌊cum discipulis meis manducẽ?
Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum stratum⌋.i.dispositum & paratum seu aptum
ad esum agni. Communiter dicunt doctores,ꝙ domus patrisfamilias huius fuit prope mõtem
Sion & iuxta templum,in qua domo fuit cœnaculum iam præfatũ,in quo apostoli post Chri Lucæ.24
sti resurrectionem foribus clausis latebant vsq; ad pentecosten,tuncq; in eodẽ cœnaculo im-
pleti sunt spiritu sancto. Quamuis autem beatus Ambrosius & glossa dicant hominem istum
patremfamilias pauperem,ignobilemq; fuisse,alij tamẽ probabilius arbitrantur,ꝙ fuit homo
multum potens,diues ac nobilis,in tantum quod non obstante prohibitione pontificũ,& spre
to timore principalium Iudæorum,ausus fuit Christũ & eius discipulos in domum suam susci
pere,atq; post Christi passionem tam diu eius discipulos hospitare,quasi Iudæos non metuẽs.
Pauperes quoq; habere non solent domum tam magnam,in qua sit tam grande cœnaculum,
quẽadmodũ istud fuit,in quo centum viginti homines pariter consedentes,spiritũ sanctũ rece
perunt. Deniq; aliqui putãt,ꝙ fuit vnus discipulorũ Christi, ita ꝙ nomine magistri cognouit
magistrum suum dominũ Iesum significari. Habuit etenim Christus etiam quosdam discipulos
B diuites,à quibus voluit interdum reficii se & suos discipulos pauperes,nam apud Iohãnem scri
ptum est,ꝙ multi ex principibus Iudæorũ crediderunt in Iesum instante hac cœna,⌊& ibi pa-
rate⌋nobis pascha.⌊Euntes autem,inuenerunt⌋hominem lagenam aquæ ferentem,eisq; oc
currentem,& domum atq; cœnaculum,⌊sicut dixit illis⌋Iesus,qui secũdum ꝙ deus est veritas
per essentiam,& vt homo confirmatus fuit in bono ab incarnationis exordio, ita ꝙ mẽtiri nõ
potuit,⌊& parauerunt pascha. Et quum facta esset hora⌋vespertina feriæ quintæ,in qua hora
agnus paschalis secundũ legẽ mãducabatur,⌊discubuit,& duodecim apostoli cum eo.⌋Hinc
Beda affirmat,hora mãducãdi pascha designat quartãdecimam diem primi mẽsis perductam
ad vesperam,& quintadecima luna terris iam apparente.

¶Circa hæc quærit Theophilus,qualiter dñs discumbere.i.sedendo comedere dicitur, cum Iu
dæi stãtes pascha comederẽt,sicut lex iussit. Ad quod (vt refert) aliqui dicunt,ꝙ agnum pascha Exod,12
lem Christus atq; apostoli stando edebant,deinde accubuerũt secundum communem visum
quosdam cibos edentes. Aliqui etiam dicunt,quod mensa fuit super terram posita,& Christus
cum suis apostolis in terra consedit,iuxta consuetudinem veterum. Rursus aliqui dicunt, quod
etiam septuaginta duo discipuli aderant,saltem pro parte,& agnum in alia mensa edebant.
⌊Et ait illis:Desiderio desideraui⌋.i.intense ac feruide concupiui,⌊hoc pascha,⌋ videlicet ag-
num istum paschalem,⌊mãducare vobiscũ antequã patiar⌋.i.à Iudæis occidar. Hoc equidẽ
Christus ardentissime affectauit,non principaliter propter agnũ illum legalem ac præfigura-
tiuũ,sed propter impletionem eius,ꝙ ille agnus præfigurauit,videlicet propter institutionẽ sacra
mẽti nouæ & euangelicæ legis,cuius sacramenti figura præcessit in agno paschali & esu ac im-
C molatione ipsius. Hoc enim superdignissimum sacramentũ instituere Christus summe & in
effabiliter cõcupiuit,ad dei patris æternum honorem & gloriã,& ad maximã fideliũ vtilitatem,
quemadmodũ inæstimabilẽ dilectionem habuit ad patrẽ & ad nos. Rursus desiderauit hoc pas
cha nouissimum edere,vt legalibus obseruantijs finem imponeret,& veteris testamenti,com-
pletis figuris nouum inciperet testamentũ,atq; vt cætera faceret ac doceret,quæ post cœnam
egit ac docuit. ¶Porro Theophilus sic exponit,Desiderio desideraui,&c.quasi dicat,Hæc vl-
tima mihi cœna vobiscũ est ,propter quod singulariter amabilis est mihi,sicut qui peregre pro
fecturi sunt,vltima sua facta & verba affectuosius exhibẽt. Porro secundũ Cyrillum, Christ⁹
ideo verbum hoc protulit,quoniã Iudas auarus tẽpus proditionis explorabat, sed ne traderet
Christum ante completionẽ huius cœnæ,non explicauerat Chrũs domũ aut virũ penes quem
pascha perageret,cuius causam per hæc verba ostendit. Quod vero præfata mãducatio hui⁹ ag-
ni paschalis esset vltima Chri cum suis discipulis cœna,& ideo sibi præoptata,pãdit subdẽdo.
⌊Dico enim vobis,quia ex hoc⌋.i.post hãc horam⌊nõ mãducabo illud⌋pascha seu agnũ pas-
chalẽ,⌊donec impleatur⌋.i.veraciter compleat,quod per agnũ illũ figuraliter significabatur,
⌊in regno dei⌋.i.in ecclesia militãte,quæ in Euãgelio frequẽtissime regnũ dei vocatur. Lega-
lis etenim ille agnus præfigurauit (vt dictũ est) institutionẽ & esum sacramẽti altaris, immolatio-
nẽq; Chri in ara crucis,quę oĩa post hæc verba implebant,quia paulo post Christus sacramẽ-
tũ noui testamẽti instituit,suisq; dedit,& patri obtulit semetipsum. Vñ iuxta hanc expositio-
nẽ,donec,sequens tempus excludit,quia post hanc horam Christus typicum agnũ nõ man-
ducauit. Vnde secundum Bedam,Christus his verbis prohibet agnum paschalem,vltra car-

naliter exhiberi,& asserit se vltra nequaq̃ pascha Mosaicũ celebraturũ. L Et accepto calice, J.i. vasculo,ex q̃ biberunt, L gratias egit J deo patri secundum q homo fuit,docẽs nos deo gratias D
agere pro vniuersis bñficijs eius,pro corporalibus etiam alimentis,vel gratias egit de consummatione ac terminatione legaliũ horum ciborũ,quia & calix seu potus iste ad vetus pascha cui finem imponebat,spectabat. Bis quippe in cœna hac legitur calicẽ accepisse, Primus pertinebat ad vetus pascha ac testamentum,secundus ad nouum,sicut dicetur: L & dixit: Accipite & diuidite inter vos J.i. successiue & per ordinem,de hoc potu seu vasculo bibite,prout moris fuit in esu agni paschalis potare,& potus ille sumptionem sanguinis Christi sub speciebus sacramentalibus figurauit,vnde in institutione sacramenti Eucharistiæ cessauerunt legalia quantũ ad obligationẽ & finis impositus est typico agno ac potui eius. Veniente em̃ veritate & re figurata exhibita,cessant figuræ & typica. L Dico em̃ vobis,q non bibam de gñatione vitis J id est,de vino huiusmodi q̃d gñatur in vite,& fructus est vineæ, L donec regnum dei veniat J.i. quousq; post passionẽ immortalis surrexero,sicq; in me adueniat & monstretur regnũ militãtis ecclesiæ,ita vt ego rex ecclesiæ gloriosus appaream,& in electis atq; fidelibus p fidẽ & gratiam regnare incipiam,cõuertendo illos ad me,vel de nouo aut magis perfecte. Iuxta hanc expositionẽ insinuauit se Chrũs post passionem & resurrectionẽ suã cũ discipulis bibiturũ,quod certũ est contigisse. Vnde in actibus apostolorum Petrus testatur,q ipse,cæteriq; apostoli mãducauerũt atq; biberũt cũ Christo postq̃ resurrexit à mortuis,nec dubiũ quin discipuli dederint Chr̃o tunc bibere vinum.s.optimũ quẽ habuerant potũ. Vel sic,non bibã de gñatione vitis.i.typicũ istũ potũ vltra nõ sumam,donec veniat regnũ dei.i.fides ecclesiæ p̃dicetur ac recipiatur,sicq; Chrũs insinuauit legalem illum potũ debere cessare,& rem p eum figuratam esse E
de cætero celebrandã,videlicet suæ sanguinis sumptionẽ,sic quoq; donec,accipi potest,vt ante,s.exclusiue. Deniq; peractis & terminatis quæ ad agnũ pertinebãt legalẽ,complet & inchoat quod figurabatur per illum,instituens atq; cõficiens Eucharistię sacramentum. L Et accepto pane J.i. panẽ azymũ ac triticeum,quo tunc vescebantur,in manu sua benedicta accipiens, gratias egit J vt homo deo patri pro vniuersis bñficijs eius sibi collatis,& quod per ipsum decreuit redimere genus humanũ,specialiter vero tunc gratias egit de veteribus terminatis,& nouis mysterijs iam inchoandis, L & fregit J panem iam consecratum,quoniam integrum panẽ in suum corpus transsubstantiauit. ¶ Fregisse autem dicitur panẽ, non quod tunc ibi esset substantia panis,aut quia suum corpus ibi existens confregerit,sed quia species sacramentalis, videlicet quantitas panis remanens,sub qua corpus domini continebatur,veraciter frangebatur,& diuisionis illius erat subiectũ,sicut & modo in hostiæ fractione, L & dedit eis dicens: Hoc J q̃d vobis nunc porrigo,& ex summa dilectione ac liberalissime tribuo, L est corpus meum J vere, non repensatiue duntaxat, L quod pro vobis datur J id est pro vestra liberatiõe passioni & morti iam exponetur,proditore tradente,& me sponte ad passionem accedente. Vel,quod pro vobis datur.i.quod ego vobis nunc munificentissime do edendum ad vestrum profectum & robur,vt gratia augeatur in vobis. L hoc facite J id est sacramentum istud suo tempore celebrate & conficite,date ac sumite, L in meam commemorationem. J id est in memoriam summæ dilectionis meæ ad vos,& amarissimæ passionis meæ pro vobis. Itaque sicut legale pascha fuit figuratiuum futuri,sic euangelicum istud pascha est rememoratiuum præteriti, sed quoniam Chrũs sacramẽtum istud cõfecit dicendo,hoc est corpus meũ,ideo dixit hoc anteq̃ porrigeret F
corpus discipulis,aliqui tamẽ dicũt,q porrigendo repetiuit hæc verba. Sed huiusmodi difficultates p̃termitto,quia hinc inde in diuersis libris copiosissimæ inueniuntur solutæ.

¶ Deinde describitur institutio sacramenti Eucharistiæ sub specie vini,& specialiter consecratio sanguinis Christi. L Similiter & calicem J sumpsit in manibus,& dedit discipulis, L postquã cœnauit J id est,agnum paschalem comedit, L dicens: Hic est calix nouum testamentũ J supple confirmans ac signans, L in meo sanguine J dedicatum,confirmatum & consecratum. Ponitur autem continens pro cõtento,cum dicitur,calix in meo sanguine,vt sit sensus,sanguis meus ex

Heb. 9. istens in calice. Itaq; nouum testamentum in Christi sanguine confirmatur,quia in consecratione sanguinis eius instituebatur,& in effusione sanguinis eius roborabatur. Testamentum nãq; in morte confirmatur. ¶ Præterea aduertendum,quod dominici corporis ac sanguinis sacramentũ institutum est à Christo multis de causis. Primo,in recordationem suæ passionis & obedientiæ eius,vsq; ad mortem,cæterorũq; mysteriorum & actuum eius,vt illa ad memoriam de

Galata. 5 uotissime reuocemus ac imitemur,suæ passioni nos conformando per proprij corporis casti

1.Petri.2 gationem,& propriæ voluntatis mortificationem. Nam (vt ait apostolus) qui sunt Christi,carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Princeps quoq; apostolorum effatur: Christus passus est pro nobis,relinquens nobis exemplũ, vt sequamur vestigia eius. Secundo in signum atq; memoriam charitatis suæ ad nos. Hoc em̃ maxime charitatis extat indiciũ, quod proprium corpus & sanguinem nobis reliquit in cibum, potumq; animæ salutarẽ, quia & illa est amorosa,munificentissimaq; donatio,qua quis alteri dat seipsum, quemadmodum Christ*

Christus hoc in sacramẽto fuit,& est dator ac donũ. Tertio,in alimẽtũ vitæ spũalis,quia in sa
A cramento hoc fons gratiæ continetur,& præcipua gratiarum charismata digne sumentibus
ipse largitur. Quarto,in robur mentalis confirmationis,quia hic cibus roborat animam, sicut
alia esca corpus. Quinto in viaticũ huius peregrinationis, vt virtute huius dignissimi alimenti 3Reg.19
rẽdamus ac perueniamus vsq; ad patriam paradisi cœlestis,sicut Helias in fortitudine subcine-
ricij panis ambulabat vsq; ad montẽ Oreb. Sexto,in remediũ satisfactionis pro nostris pecca
tis,quia hoc sacramentum multipliciter suffragatur sumentibus digno ipm, & p ipsius oblatio
nem ac sumptionẽ nostra relaxant peccata,defunctis quoq; succurritur. Septimo,in pignus &
arram futuræ hæreditatis æternæ. Beatificã enĩ fruitionem in patria præfigurat,quia quos sal
uator iam sui corporis & sanguinis sacramento dignatur reficere,tũc suæ diuinitatis specie refi-
ciet sine fine,& quod nũc mystice geritur,tunc in veritate complebit.
¶ Deniq; Chrysostomus ait; Vide o homo quali sis à Christo honoratus honore quali & mẽ-
sa poteris,quod angeli videntes horrescunt, nec sine reuerentia respicere audent propter eam
quæ intus fertur choruscationẽ. Iterum ait,ostendens quanta sit charitas Christi ad nos. Quis
pastor proprijs membris nutrit oues,sed & matres quoq; filios suos tradunt alijs ad alendum.
Christ⁹ vero ita non egit,sed quod genuit per seipsum & seipso nutrit. Itaq; tantæ charitati,li
beralitatiq; saluatoris & dei nostri grati esse iugiter satagamus,& ei in omnibus ex purissima cha
ritate fideliter obediamus,nec sine debita pparatiõe ac deuotiõe celebremus aut cõmunicemus.
Alioquin quanto maior est dilectio & beneficẽtia Christi ad nos,tanto grauior erit ingratitu-
do,peruersitas & damnatio nostra.
B ¶ Postremo,qm̃ Chrs in cœna proprijs manibus suos cõmunicauit discipulos, hinc in die cę
næ religiosi de manu sui prælati corpus saluatoris accipiunt,⌊qui pro vobis fundetur⌋.i. pro
vestra saluatione sanguinẽ hũc effundam & effundi permittã,& per discipulos intellexit salua-
tor omnes electos suo sanguine liberandos. Nẽpe pro vniuersis hominibus effusus est sanguis
Christi quantũ ad sufficientiã,qm̃ quantũ in ipso est,idoneus est omniũ auferre peccata,gra-
tiamq; cõferre,& gloriã,sed pro solis electis effusus ẽ,quantũ ad efficientiã, quia ipsi dũtaxat
dominicæ passionis fructũ salubriter consequuntur. Itaq; huius sacramenti institutionẽ, institu
tionisq; causas quotidie cũ debita attentione pensemus,& Christo vicem pro viribus rependa
mus. Dicit autẽ Chrysostomus hic sanguis operat in nobis imaginẽ regiã,nobilitatẽ animę nõ
permittit marcescere,protinus rigans animã magnamq; inspirans virtutem. Hic sanguis dæ-
mones fugat,angelos aduocat,mundũ lauit, cęlum accessibile fecit,& per ipsum participes eius
fiunt supernis virtutibus amicti regio pallio,magis aũt ipso rege induti. Et sicut si mundus acces
seris salubriter accessisti,sic si indutus cõscientia praua damnose accedis in culpã atq; supplicia.
Nam si qui imperatoriã coinquinant purpurã pari pœna plectuntur cũ eis qui illam diuellunt,
absurdũ nõ ẽ,si & q obscœna mẽte,corpus Chri recipiunt, pari pœna plectant cũ his q illud
clauis confixerunt. Hoc quoq; sciendũ,q licet Chrus post cœnã dedit corpus & sanguinem
suum discipulis. Deinceps tamen ordinauit ecclesia sacramentũ hoc à ieiunis accipi propter re
uerentiam eius & vt deuotius accipiatur.
¶ Consequẽter Chrs traditionẽ suã pdicit sicut & passionẽ suã frequẽter prædixit,ne improui
sus & nescius æstimaret traditus & occisus,atq; vt se sponte manifestaret tradi,capi & crucifi-
C gi. ⌊Veruntñ ecce manus tradentis me⌋.i.licet ego tanta vobis bona pstiterim, nihilominus
manus illius qui cito me tradet⌊mecum est in mensa⌋.i.traditor meus mecũ quasi amicus mã
ducat,quibus verbis Chrs quantũ in se fuit admonuit Iudam,q sibi de suo scelere cõscius fuit,
vt à malo desisteret,se proditorẽ nõ nominat,ne in cęna pacis grandis turbatio oriretur,& ne
quis discipulorũ in proditorẽ consurgeret. Istud quoq; conqueritur Chrs de sacerdotibus im-
munde ac impie conuersationis & cæteris indigne mãducãtibus, qui(vt ait Apostolus)rei sunt 1 Cori.11
corporis & sanguinis Chri,& iudiciũ sibi manducant & bibunt. ⌊Et quidẽ filius hominis⌋.i.
Chrs filius virginis,& inter filios primi hominis summus,secundum quod definitum est⌋.i.à
patre æternaliter puisum ac pordinatum atq; p prophetas pdictum⌊vadit de vita ad mortẽ
de exilio isto ad patriã,& de passione tpali ad gloriã sempiternã,qa & hoc deus per prophe-
tam prædixit,quod Chrus à suo discipulo esset tradendus, Sicut Dauid in Christi psona dicẽ Psal.40
tes Etenĩ homo pacis meæ,&c. Hinc in Actibus Petrus ait Iudæis; Iesum Nazarenum defini
to consilio & pręsciẽtia dei traditũ interim istis. Deus enĩ pater p Christi passionẽ mundum
saluare decreuit,quẽadmodũ Esaias dixit: Dominus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrum
cuius liuore sanati sumus. Et rursus ibidem loqtur deus; Propter scelus populi mei percussi eũ.
⌊Veruntamen vę homini illi,per quem tradetur⌋id est, mortaliter peccabit & æternam pro-
merebitur, sortieturq; pœnam,quo verbo Christus quãtũ in se fuit retraxit proditorem à tan
to facinore terrore & cõminatiõe supplicij. Circa quod sagaciter ppendam⁹ quãta sit fragili
tas atq; malitia mentis humanæ,eo quod Iudas iste miserrimus,auditis tantis Christi sermoni
bus & auisatiõibus istis,alijsq; bñficijs à Christo susceptis,etiam in hac cœna in communione

& pedum suorum à Christo lotione, tot demũ visis Christi miraculis, & in tam sancta ac electissima societate Apostolorũ tãto tẽpore cõuersatus, ad tantã impietatẽ dilapsus est, nec à cõ D
cepto scelerato proposito extitit reuocatus. Nullus ergo nostrũ pręsumat de viribus suis, neq; inaniter glorietur, sed semp sit timoratus. Hinc ait sanctus Bernardus: Si nec in regno maiestatis nec in paradiso voluptatis, nec in collegio vnitatis, videlicet Chri defuit casus, quis poterit esse
Matt. 26 securus in hoc loco horroris & vastæ solitudinis? Præfatis quoq; verbis (vt scribit Euangelista Matthæus) addidit Christus, bonum ei esset, si natus non fuisset homo ille. ⌊Et ipsi⌋ innocẽtes Apostoli ⌊cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus eẽt⌋ Vbi apparet ac cõmendatur mirabilis sancta simplicitas apostolorũ, qui licet nihil de magistri sui traditione vnquã cogitassent, magis tamẽ credebant Christo, q̃ sibimetipsis, ideo inter se conquirebant, quisnã esset eorũ tantũ cõmissurus piaculum, imo de hoc quærebant tripliciter: Primo, vnusquisq; suã discussit conscientiam, an tale quid cogitasset. Secundo, inter se interrogauerũt. Tertio, vt ait marcus Euangelista, singulatim sciscitabantur à Christo: Nunquid ego sum? Etiã & Iudas dicebat: Nunquid ego sum dñe? Cui Christus respondit: Tu dixisti. Circa quod scribit Basilius: Sicut in corporalibus passionibus multæ sunt quas non sentiunt patiẽtes, sed magis adhibẽt fidẽ coniecturæ medicorum, sic & in animæ passionibus, si quis in se peccatum non sentiat, credere debet his qui plus possunt cognoscere eius peccata. ⌊Facta est autẽ & contẽtio inter eos.⌋ Puta Apostolos, ⌊quis eorum videretur esse maior⌋ hoc est, cæteris altior. Quamuis aliqui dicãt contentionẽ istam humilitatis fuisse, ita quod conabantur seinuicẽ honore præuenire, verius tamen est, quod dicit Chrysostomus, asserẽs eam fuisse aliquantulũ elationis, quia humanũ aliquid passi sunt, quod patet ex increpatione & informatione eorum subiuncta, cuius occasio fuit secundum Gregorium, quoniã audierunt Christũ suã passionẽ iam prædixisse, mox q; futurã. E
Ipso autem eis oblato, debuit vnus eorum cæteris loco Christi præesse, ideo cœperunt contẽdere, quis eorum maior seu aptior eẽt ad hoc.

¶Porro Theophylus ait: Cum inter se quęrerẽt, quis eorũ esset dñm traditurus, consequẽs erat ad inuicẽ sibi dicere: Es tu proditurus, & ex hoc coacti sunt dicere: Ego potior, ego maior, atq; similia. Quẽadmodũ vero Beda testatur: Sicut boni ex scripturis quęrunt, & sumunt, quibus proficiant, sic peruersi & reprobi si qd reprehẽsibile in scripturis inueniant, hoc libenter amplectuntur, vt p hoc suas excusent aut tegant nequitias. Vnde qdam ardẽtius legunt, quod facta est cõtẽtio inter discipulos Chri. Sed nos potius videamus & imitemur nõ quod adhuc carnales gesserũt discipuli, sed quod iusserit spũalis magister. ⌊Dixit aũt eis⌋ increpando eorũ errorẽ, & ad humilitatẽ eos informans, ⌊Reges gentium⌋ hoc ẽ, gẽtilium ⌊dominantur eorũ,⌋ ita quod cum ambitione & vana gloriatione suæ excellẽtiæ atq; potẽtiæ præsidẽt suis. Vnde gentiliũ meminit Christus, vt ambitionis detestabilitatẽ demonstret, gẽtilium namq; est ambire primatum. ⌊& q potestatẽ habẽt sup eos⌋ puta gẽtilium principes, q in subditos suos potestatẽ exercẽt ⌊benefici vocantur⌋ i. à subditis vane laudantur & bñ agẽtes dicuntur, etiã dũ agũt iniuste, principibus etenim plurimi blandiuntur, & laudatorios ac adulatorios offerũt sermones, vt eorũ fauorẽ aut munera sortiantur. ⌊Vos aũt non sic⌋ id ẽ gẽtilibus illis principib⁹ nolite assimilari aspirãdo ad principatum, quoniam illi quasi carẽtes legibus sacris, prętactis subiacent moribus, vestrum vero culmẽ in vera humilitate fundatur & est, ideo subditur: ⌊sed qui maior est vestrum⌋ hoc ẽ, sapiẽtior aut virtuosior inter vos, ⌊fiat sicut minor⌋ id ẽ, præ cæteris humiliorẽ se prębeat, & F
tanto sit deo subiectior & proximis in omni virtute exemplarior, quanto maiorẽ à deo adeptus est grãm, & obligatiorẽ se conspicit ad reddẽdam altissimo rationẽ. Propter quod in Ecclesiastico legitur: Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies grãm. Rursusq; scriptum est: Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta impij ignis & vermis. Signum enim veri spiritualis profectus veræq; sapiæ & pfectionis est, vera, stabilis, ac profunda humilitas, iuxta illud Prouerbiorũ: Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia. Circa hæc ait Chrysostomus: Principes mundi ideo fiunt, vt dominentur in minoribus suis. principes autẽ ecclesię, vt seruiant minoribus suis, vt proprias vtilitates negligant, & illorum procurẽt, vt nec mori timeant pro salute illorum. Principatum vero secularẽ appetere, & si ratio non est, vel causa est. principatum vero ecclesiæ concupiscere, nec ratio est, neq; causa, quia nec iustum, nec vtile est. Quis enim sapiens sustinet se subijci seruituti, ac tanto periculo, nisi forte qui non credit, dei iudiciũ, vel qui deũ nõ metuit impios puniturũ.

¶Hinc ait Basilius: Non ergo extollat præsidentem dignitas, ne ab humilitatis beatitudine corruat. Illud autem nouerit, quod humilitas vera ministerium plurium est. Sicut enim qui pluribus ministrat vulneratis, & abstergit cuiuslibet vulneris saniem, non sumit ex ministerio illo causam elationis, sic & multo magis cui commissæ sunt curę fraternorum languorum, vt omnium minister redditurus pro omnibus rationẽ, esse debet humilis atque solicitus.

Heb. 13. Veruntamen contra delinquentium vitia per zelum iustitię debet esse erectus, vt humilitas sua discretione regatur, nec ita subditis se supponat, vt in correctione errantium pusillanimis fiat,

siue re

sine remissus, sed authoritate sua vt vicarius Christi fungatur, debitū́q; psoluat sui officij, q̄uis in corde suo sibi præferat eos q̄s corrigit. [& q præcessor est,] hoc est, qui alios dignitate aut
A sanctitate excedit, fiat [sicut ministrator] .i. obsequio sumse pbeat, secundum exigentiam loci & causæ ac tēporis & humiliter sentiat de seipso. Vt autē Chrysostomus loquitur, primatus fugientem se desiderat, desiderantem se horret. Item ait: Homo quod membrū habeat honorabile, & quod inhonestū agnoscit. Ipsum aūt mēbrum hoc de se nō cognoscit, ne sit schisma in corpore. Sic differentiā inter sanctos huius viæ agnoscit Christus, cuius mēbra sumus, ipsis autem sanctis nō est concessum, vt cognoscant hic differentiā suā adinuicē. Veruntamē etiam si quis sciat per reuelationē esse se alijs virtuosiorē, nihilominus aliter humiliter obsequi debet & humiliare se cæteris, quia secundū aliquas considerationes, potest se alijs inferiorē veraciter iudicare, videlicet considerando se secūdū id q̄d est, aut haber, vel habuit à seipso aut adhuc cito haberet, si relinqueret à gr̄a, alios aūt sc̄d'm id quod habēt, habuerūt, aut forte habebunt à deo. Sic quippe dixit Apostolus: Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum ego primus sum. ¶ Denique sic Chr̄s secūdum formam assumptā se humiliauit ac ministrauit, quasi excellentiam suam ignoraret, idcirco cōsequenter suo exēplo hortat ad humilitatē. [Nam quis maior est qui recūbit] sedens ad mensam, [an qui ministrat] recūbēti? [Noone qui recumbit] maior & dignior est ministrante, secūdum q̄ talis est, q̄uis frequenter aliunde coram deo sit maior in donis gratiæ qui ministrat. [Ego aūt] qui cōtrario modo ad mūdum me habeo, [in medio vestrū sum sicut qui ministrat] .i. cūctis vis humiliorē me pbeo, q̄uis maior sim vobis, & obsequiosus sim vobis. Nam & in cœna hac, Chr̄us lauit pedes eo᷑, corpus quoq; & sanguinem suū ministrauit eis in sacramento, optima etiā sp̄ualia fercula gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro Chr̄us ministrat. Itaq; constat ex dictis, & glossa hoc asserit, quia necesse est, vt rectorē subditis, & disciplina patrem, & pietas matrē, & humilitas seruum exhibeat, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa, sed vtrobiq; seruetur discretio.

¶ Prosecutio expositionis huius capituli à loco quo dr̄: Vos aūt estis qui pmāsistis mecū in tentationibus meis. Articulus XLVIII.

B PAulo an̄ prædixit Chr̄s infideli discipulo væ æternū, .i. Iudæ proditori, qui, cū verba sequentia diceret, exiuit, quia vt apud Iohannē legit: Cū accepisset buccellā exiuit cō- Iohan 13
tinuo. Nunc ergo fidelibus suis discipulis cæteris, scilicet Apostolis bona promittit: [Vos aūt estis qui permansistis mecum in tentationibus meis] hoc est, in tēpore aduersitatis & tribulationū, quas mihi intulerunt Iudæi, qui Christū tentauerunt frequenter, nūc Math. 22
signū de cælo petēdo, nūc an liceret tributū soluere inquirēdo, pp̄ter q̄d dixit eisdē: Quid me tē- Marci 8.
tatis hypocritæ? nūc me lapidare volendo, & vsq; in hanc horam, in qua mihi grauissima tribulatio instat, mecum mansistis. Vnde iam ante Thomas apostolus ad coapostolos dixit: Eamus & moriamur cū illo. [& ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū] .i. in regno cœlesti beatificā māsionē præparo vobis, & passionis meo merito ianuam regni æterni iā vobis reserabo. Hinc apud Iohānē ait: Vado parare vobis locum. Hoc aūt Christus peregit, sicut pater æternus sibi disposuit, .i. p ip̄m fieri decreuit & ordinauit, sicut in Matthæo profitetur: Sedere ad dexterā meā vel sinistrā nō ē meū dare vobis, sed quib' paratū est à patre meo, hoc est, nō hūana virtute, sed p̄na ac diuina dispositiōe hoc p̄sto, vel sicut disposuit mihi pr̄ .i. quēadmodū pr̄ ex sua bonitate & charitate largitus est mihi, sc̄d'm naturā meā humanā bona gloriæ, & eadē mihi ab æterno parauit, atq; ab incarnationis exordio, quātū ad essentiale p̄miū dedit, sic ex bonitate charitateq; mea, ad vos bona gloriæ p̄paro, ac tribuā vobis, [vt edatis & bibatis] .i. sp̄ualiter plene ac iucūdissime reficiamini, iuxta illud psalmi: Inebriabunt ab vbertate domus tuæ & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et in Canticis: Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. [sup mensam meam] .i. ī diuinitatis fruitione. Sicut em̄ sup mensam fercula collocant, sic in superessentiali sup benedicta ac sup simplicissima deitate est opulentia infinita, oisq; beatifici alimenti, vc3 ois bonitatis ac pulchritudinis possessio iucundissima
C & immensa. Ipsa ergo sp̄ualis ē mēsa, simul esca & potus, i regno meo cœlesti. ¶ Deniq; quidā exponunt hūc locū de regno militātis ecclesiæ, in q̄ Chr̄s disposuit apostolis pricipatū sup fideles, iuxta q̄d scriptū ē: Constitues eos principes sup oēm terrā, vt ederent & biberent super mēsam suā, .i. ī mēsa altaris, sacr̄m corpis & sanguinis sui acciperēt. Itaq; verba īducta nō sunt carnaliter itelligenda, quasi in futura vita venturus sit alimento᷑ corpaliū vsus, sed p corpalia sp̄ualia designant, vt consuetudo est scriptura᷑. Nam quia p̄rogatiua magna apud reges suo- gunt terrenos, qui eo᷑ sunt cōmensales, Chr̄s sic loquit, vt innuat, q̄ta erit electo᷑ suo᷑ felicitas, & plane hæc est mutatio dexteræ excelsi, vt qui nunc cū Chr̄o hūiliari, subesse, ministrareq; eligunt, postea taliter exaltentur, [& sedeatis super thronos duodecim.] Per thronos seu solia super quæ sedebunt ap̄li, p̄nt intelligi multitudines ab eis conuersæ, vel iudiciaria potestas eis cōcessa, in qua feliciter conquiescunt, [iudicātes] tanq̄ iudicis p̄cipue assessores, non quasi sententiæ prolatores, [duodecim tribus Israel] damnando eos qui in infidelitate manserunt.

Nec

naturalē habeat necessitatē ac vtilitatē.⌊Dixit ergo eis:Sed nūc q habet sacculū,⌋in quo fe-
A rat pecuniā,⌊tollat⌋hoc est secū portet ac teneat⌊similiter & perā,⌋in q̄ alimēta deportet,
secū cōferat,quasi dicat:Ad hæc nunc vobis licentiā tribuo,q̄ antea ꝓhibui,eo quod iā instet
ꝑsecutio vobis magna,qua durāte,nō poteritis ꝑdicare,neq̧ ab alijs more solito sustētari,ideo
vobis ꝓuidere potestis.Leges nāq̧ mutādæ sunt,dū necessitas exigit,⌊& q nō habet⌋gladi
um,⌊vēdat tunicā suā,&emat gladium.⌋¶Si hoc de materiali gladio intelligat,Chrs ꝓpter
mysticas rōnes idipsum ꝑcepit Apostolis,Primo vt doceret,quod aliqñ licita sit moderata sui
ipsius atq̧ amici defensio.Secundo,vt animaret Aplos habere animū ꝑparatum ad sui magi-
stri defensionē ex zelo amoris atq̧ iustitiæ,Tertio,vt p gladiorū ꝑsentiā cōprobaret suis disci
pulis nō defuisse facultatē resistendi hostibus eius,ꝑsertim hostibus diuina virtute prostratis.
Quarto,vt p gladium materialē,doceret ecclesiæ necessariū eē gladiū spiritualē,q ē verbū dei,
lexq̧ ecclesię.Hinc ait Ambrosius,alloquēsChristum.Cur gladium emere iubes,q ferire ꝓhi
bes:Cur habere ꝑcipis,quē extrahi vetas,nisi forte vt parata sit defensio,nō necessaria vltio,
& videaris potuisse vindicare,sed noluisse.Ideo subdit causam huius præcepti.⌊Dico enī vo
bis,qm̄ adhuc⌋.i.tēpore iā instāti,& præter cætera iam in me cōpleta⌊hoc quod scriptū ē⌋ G ne.9.
ad literam⌊de me⌋p Esaiā,⌊oportet⌋necessitate cōditionali,⌊impleri in me⌋vt pote.⌊Et Exod.22
cum iniquis deputatus est⌋Hoc qppe de Christo sancto sanctorū Esaias ꝑdixit,& Christ⁹ sta Deut.27.
tim post verba hæc eadē nocte tāquā latro ē captus,&die sequenti inter latrones suspēsus.
⌊Etenī ea quæ sunt de me⌋.i.quæ prophetæ de mea passiōe sunt vaticinati,⌊finē habēt⌋.i.
iam prope finē sunt,& protinus implebunt atq̧ deinceps ad impassibilē vitam resurgā.⌊At Esaiæ.53
B illi dixerunt:Dñe ecce duo gladij hic⌋sunt.i.duos gladios iam in promptu habemus,tāquam
parati ad tuā defensionē.⌊At ille dixit eis:Satis ē⌋duo sufficiunt ad id propter quod iussi gla
dios vos habere,vnus etenī gladius a Petro euaginatus, satis ostēdit prōptitudinē Aplorū ad
defensionē sui magistri,& Chri voluntariā passionē,q gladij vsum vulneratiuū ꝓhibuit,alius
autē gladius nō euaginatus,satis ostēdit nō ꝑmissos fuisse aplos facere quod volebant,quodq̧
interdū virtuosius sit mortē patiēter ferre pro deo & æqtate,quā se defendēdo resistere. Vel
ideo dixit:Satis ē,qm̄ duo gladij satis ꝑfigurauerunt duos spūales ecclesiæ gladios, videlicet
ius spirituale ac seculare,quorum primum vtitur gladio verbi dei,aliud gladio materiali.
¶Porro Ambrosius tāgit aliquos modos exponēdi hæc,videlicet de gladio spūali, q ē verbū
dei,seu sacra scriptura,q̄ duplex est.s.noui ac veteris testamenti.Est etiam gladius passiōis at-
que martyrij,quæ emitur ponendo corpus in mortē pro saluatore.Corpus aūt ē quasi tunica
animæ,sed gladius verbi dei emitur,patrimoniū vendendo,& omnia propter Christum de-
serendo.⌊Et egressus⌋de cœnaculo in quo q̄ iam scripta sunt,fecit ac protulit,⌊ibat secūdū
cōsuetudinē in mōtē Oliuarū⌋Nocturnis nāq̧ tpib⁹ cōsueuit ad locū hūc cū discipulis suis ve
nire causa orōnis,sed & grā hospitādi ibat frequenter p montē hūc Bethaniā versus. Matthę-
us quoq̧ ait,quod hymno dicto exierūt in mōtē Oliueti.In hoc etenī mōte crescebāt abundā Matt.26
terq̧ stabāt oliuę,p q̄s pietas designat,ideo locus ille Chrō totius pietatis ac grę fonti purissi-
mo congruebat.¶Porro Iohannes testat,quod egressus ē cum discipulis trans torrentē Ce-
dron.i.Cedrorū circa torrentē illū crescentiū,q torrēs ē inter Hierusalē & mōtē Oliueti,&ad
radices mōtis huius fuit villa noīe Gethsemani,in quā Chrs deuenit secundū Matthęū,eratq̧
ibi hortus,in quē Chrs introiuit & eius discipuli,q hortus(vt aliq dicunt)stetit in campo iuxta
villam ꝑfatā.⌊Secuti sunt aūt illum,& discipuli eius,⌋hoc ē,vndecim apostoli simul cū magi
stro suo egressi sunt,& vt legitur gregatim prope eum iuerunt,sicut pulli iuxta gallinā. Vt aūt
Theophilus ait:Post cœnā nequaquā inertia & iocus ac somnus occupant dñm,sed oratio &
C doctrina,quod ꝑlatis ꝑsertim ē imitandum.⌊Et cum ꝑuenissent ad locū⌋puta in hortum ꝑdi
ctū,⌊dixit illis:Orate ne intretis in tētationē⌋Nō ait,orate ne tētemini,q a hęc vita sine tētati
one nō agit,cum scriptum sit:Militia ē vita hominis sup terrā,sed ait:Orate ne intretis in tēta Iob.7
tionē.i.ne tētatio vos capiat,includat seu vincat,ad cōsensum,vel opus seu debiti opis omissi-
onē vos ꝑtrahendo.Initium qppe tētationis ē suggestio culpę,medium eius ē consensus in de
lectationē ad opus.Cōsummatio ē opus iniquum,aut debiti actus omissio.¶Deniq̧ oratio ē
fortissimus cōtra tentationē clypeus & protector,cum oratio secundū Damascenū sit ascen-
sus mētis in deum,sicq̧ mentē eleuat a terrenis deoq̧ cōiungit,&eius opem meret.Orādum ē
autem fiducialit,feruide,& instanter seu indefinenter, quemadmodū enī fur audito clamore
fugit,& amici atq̧ vicini properant ad succursum,sic clamor orationis feruētis fugat diaboli
angelos prouocat ad iuuamē atq̧ a deo sortit auxilium.⌊Et auulsus ē ab eis quātum iactus ē
lapidis⌋.i.tāto spacio ab apostolis recessit,quo lapis leuis ꝓijci posset,volens segregatim ora-
re,nō quod eius mens p aliorū ꝑsentiam a dei cōtemplatione & orationis attentione impediri
potuerit,cū cerneret deitatē p speciē,sed vt suo nos informaret exēplo,tēpore orationis libe-
re fugere publicū,& oīa quę mētis recollectionē in deo impediūt,qm̄ corde attento & mente
tranquilla,colloquendū ē deo sublimi &benedicto.Insuper(teste Matthæo)Christus assumpsit

Pet.

siue similia dixit, per quæ ministerialiter tanq̄ seruitor, & occasionaliter quasi cōmemorans & proponēs causam cōfortationis cōtra ingentem Christi tristitiam ac pauorē, Christū cōforta
A uit quantum ad partē animæ eius inferiorē ac sensitiuā, secundū quā minor & inferior angelis fuit. Vnde ex verbis istis Christus paulo post pœnales istas sensitiuæ partis affectiōes minorauit siue remouit, non φ indiguerit confortatione aut ope angelica, vel quasi propria virtute ac potestate passionis seu potius propassiones illas præfatas mitigare & remouere nequerit, imo sicut eas sponte & ex præuio rationis iudicio propter rationabiles causas assumpsit, ita dū voluit ꝓpria virtute eas fecit cessare, sed voluit etiā ab angelo causam cōfortatiōis audire, & occasionaliter secundū sensitiuā suā partē cōfortari, ad ostendendū in se veritatē ꝑ oīa naturæ humanæ, item ad nostrā instructionē, vt sciamus φ deuote & affectuose orantibus, angeli sancti assistant, & opē ac cōsolationē impendāt, Itemq̄, vt aliq dicunt, ad consolationē & cōfortionē apostolorꝫ prope astātiū, ex quo seq videtur, φ apostoli angelū istum corporaliter cōspexerunt, ꝑsertim tres illi, q Christo vicinius aderant. ⌊Et factus in agonia⌋ .i. in quodā interriori certamine seu reluctatione, qua naturalis & sensitiuus appetitus aīæ Christi mortem abhorrēs, & ratio seu volūtas eius deliberata mortē acceptās & cupiēs, inter se quodammodo decertabāt. Nec tñ ob hoc fuit in Christo inordinatio aut volūtatum cōtrarietas, q a superior voluntas Christi tam diuina q̄ humana, voluit inferiorem animæ suæ appetitum taliter affici ac moueri propter causas ꝑtactas, ita φ affectiones partis sensitiuæ rationem non ꝑuenerunt nec impediuerunt, rationeq̄ imperante cesserunt, sed in nobis aliter accidit, in qbus passiones præueniunt atq̄ impediunt rationē & eidem resistunt, etiā ea inuita, vnde sępe eam ad lapsum
B perducūt, dū caro concupiscit aduersus spiritum, & econtra. ¶ Præterea hæc agonia intelligi potest vehemens illa mortis imminentis anxietas, quam Christus sibi instare clarissime intellectualiter vidit, imo & in vi imaginatiua eam sibi ꝑnus determinate considerandam proposuit, qua considerata, tenerrima ac nobilissima eius natura inferior vltra æstimationem expauit, ideo dicit in agonia fuisse, sicut infirmi in extremis laborantes, ⌊prolixius orabat⌋ pro mundi salute, & in hoc patet sua perfectio atq̄ constantia, quod in tanta anxietate prolixius exorauit. ⌊Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrentis in terram.⌋ Sicut hoc loco dicit veritatē, nō similitudinē tantū, q a veraciter sanguinē Christus sudauit, q̄d ex vehemētissima anxietate agonia, timoreq̄ accidit, atq̄ (vt aliq probabiliter asserunt) de corpore Christi simul erupit sudor & sanguis, tingens sudorē. Insuper (vt aliq dicunt) hoc supernaturale fuit & miraculosum, quod de corpore Christi sanguis pro sudore effluxit, quasi contra naturā sit sanguinem sudare, vt. s. Christus iam sanguinem suum effundere inciperet. Alij tamen dicunt quod sanguinem sudare possit naturaliter esse, quamuis forte fuerit miraculosum, quod guttę sangui Matt. 25
nis emanabant. Præterea tam vehementem tristitiam & timorem Christus assumpsit, nō solum ex consideratione passionis sibi instantis, sed etiam ex consideratione ruinæ & ingratitudinis, destructionisq̄ Iudæorum, propter quorum salutem specialiter fuerat missus, & q a videbat passionem suam tam multis non debere prodesse, propter eorum ingratitudinem & peccata. Itemq̄, vt aliq dicunt, quia omnium electorum suorum futuras tribulationes quas pro ip Lucæ. 2.
so passuri erant vsq̄ in finem mundi in seculo isto præuidit & intime eis condoluit, in quantū tribulationes sunt quædam mala pœnalia. Legitur autem Christus sanguinem sexies pro nobis effudisse, videlicet. Primo, in circuncisione, cum esset octo dierum, Secundo, in hac sua fer- Iohā. 19.
uentissima oratione. Tertio, in sua flagellatione. Quarto, in sua spinea coronatione. Quinto, in Marc. 27
crucifixione, in qua vtique ter sanguinem fudit, scilicet bis in manuum perforatione, & semel Math. 25
dum pedes sacratissimi pariter fodiebantur. Sexto, in lateris apertione. Veruntamen reor,
C quod etiam in nocte potestati tenebrarum concessa, quando inquinati genas & os eius percusserunt, sanguinem fuderit, & rursus dum vestes eius exuerunt, cum esset crucifigendus. Hæc omnia cum intima compassione & pia imitatione pensare debemus, & Christo grati existere, eius quoq̄ exemplo in omni aduersitate patientiam obseruare, & tempore tribulationis deum feruide inuocare tuncq̄ prolixius exorare, cum maius instat periculum, nostram etiam voluntatem diuinæ voluntati, conformare ac subdere, atq̄ diuinæ pietatis sapientissimæ ac paternæ dispositioni nosipsos fiducialiter, finaliterq̄ committere. ⌊Et quum surrexisset ab oratione,⌋ videlicet a loco & actu huius orationis, ⌊& venisset ad discipulos suos,⌋ Petrum, Iacobum & Iohannē, q sibi redeunti primo in via fuerunt, ⌊inuenit illos dormientes prę tristitia⌋
Erant eñ vehementissime contristati, auditis verbis Christi, quibus dixit: Tristis est aīa mea Matth. 26
vsq̄ ad mortem, & visa tanta afflictione in eo, qui ipsos semper dulciter consolari solebat, & quia nouerunt eum mox occidendum. Vnde apud Iohannem ait: Sed quia hæc loquutus sum
vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Tristitia ergo fuit vna causa dormitionis eorꝫ. Alia causa Psal. 118
fuit, torpor & negligentia ipsorꝫ, ita quod aīa eorꝫ dormitauit præ tædio & quodam fastidio exercitij spiritualis, videlicet oratiōis, Ideo dicit Hieronymus, q̄d dormierunt nō solū somno naturali, sed etiam culpæ. Tertia causa somni eorꝫ fuit naturalis, videlicet ascēsus honorum ad

cerebrum,& quia profunda nox fuit,fatigatiq; erant audiendo prolixum illum Christi sermo
nem,& ex occupationibus alijs iam peractis. Vnde secũdum philosophum,somnus est impo D
tentia sensuum. Sed miror si angelũ discipuli isti viderũt,quod eo viso tam cito obdormierũt,
cum ex angelica apparitione soleat hominibus incuti stupor & admiratio magna,grãdisq; al
teratio corporalis naturæ,quæ somnum ad tẽpus impediunt,nisi forte oratio Christi fuerit tã
prolixa,quod admiratione ac alteratione præfatis aliqualiter mitigatis, somno oppressi sint.
⌊Et ait illis:Quid dormitis?⌋Per quæ verba eos a somno suscitauit, vel forte ante hor̃ pla-
tionẽ verbor̃,eos aliquo motu,tactu seu mõ alio suscitauit,atq; adiecit. ⌊Surgite,⌋quasi di-
cat,Instãte vobis tãto periculo,& captione mea iam proxima,non est tempus ignauiæ & cor
poris vel somni,sed vigilantiæ & implorationis diuini auxilij,ideo fugatis tam a corporis p-
stratione,q̃ mentis vestræ depressione⌊& orate⌋tanto ardentius,quo maior vobis incumbit
orandi necessitas,nam iuxta mensuram grauitatis,magnitudinisq; periculi debet esse oratiõis
feruor atq; instantia,⌊ne intretis in tentationem,⌋hoc est,ne ab ea vincamini. Hoc omnibus
1.Tim.5 nobis dicitur,& implendum committitur,cum in medio laqueorum positi sim⁹,& Petro apo
Lucæ 18 stolo protestante:Aduersarius noster diabolus tanquã leo rugiens circuit, quærens quẽ deuo
1.Thess.5 ret. Propter quod ait saluator:Oportet semper orare,& non deficere. Et Paulus: Sine inter-
Matt.26 missione(inquit)orate. ¶Aduertendũ,q̃d Lucas hic aliqua prætermittit, quæ a Matthæo scri
Marc.14 pta iã nouerat.s.quõ Christus tribus vicibus patrẽ orauit,& ter ad discipulos redijt,atq; in pri
ma oratione loquutus est,Abba pater,omnia tibi possibilia sunt,transfer calicem hunc a me.
Veruntamen nõ sicut ego volo,sed sicut tu. Et venit ad discipulos, & inuenit eos dormientes,
& dixit Petro:Simon dormis? Nõ potuisti vna hora vigilare mecũ? Specialiter eñ increpa-
uit Petrũ,q̃a cæteris audacius fuit loquutus,specialiter eũ quoq; admonuit,q̃a futurus erat sum
mus pastor ecclesiæ,insinuãs q̃d quãto q̃s in altiori fuerit gradu,p̃latione q; positus,tãto opor
tet eũ diligentiorẽ,agiliorẽq; eẽ in bonis. Deinde loquutus ẽ tã Petro q̃ alijs duobus,Vigilate E
& orate,vt non intretis in tentationẽ. Spiritus q̃dem promptus ẽ.i.anima vestra secũdũ vires
suas superiores parata est mecum vigilare,pati ac permanere,caro aũt infirma,hoc ẽ,sensua-
litas fragilis est,& prona in malũ,caroq; tarda est ad spiritualia opera,nisi per gratiam spũs ad
iuuetur,ideo semper inuocandum ẽ gratiosum ac clementissimũ dei incessabile, continuumq;
auxilium. His dictis,iterũ secundo abijt & orauit:Si nõ potest transire hic calix nisi bibã illũ,fi
at voluntas tua. Et venit iter̃ ad discipulos suos,& inuenit eos dormiẽtes. Erant eñ oculi eo-
Matth.26 rũ grauati,& secũdũ Marcũ ignorabant q̃d responderent ei. Non eñ se poterant rationabi-
Matth.6 liter excusare. Deinde tertio abijt,eundemq; orauit sermonẽ, & tunc (sicut Lucas descripsit)
Marc.14 apparuit illi angelus,& factus in agonia orauit prolixius,sanguineũ fundens sudorẽ. Et reuer
sus ad discipulos,inuenit eos dormientes,& ait:Quid dormitis? sufficit. Ecce venit hora,& fili⁹
hominis tradet̃ in manus peccator̃. Surgite eamus. Deniq; per hoc q̃d Christ⁹ toties ad disci
pulos redijt,dedit p̃latis exemplũ paternæ solicitudinis de frequenti visitatione & exhortatiõe
ac iugi custodia proprij gregis,& ne tantũ contẽplationi ac proprijs immorẽtur profectibus
vt opera vitæ actiuæ omittãt,aut subditor̃ directionẽ relaxent. ⌊Adhuc eo loquẽte,⌋hoc ẽ,
Christo prædicta verba narrante. Tunc etiã Christus accessit cum prædictis tribus apostolis
alios octo,admonẽs oẽs simul,vt secũ obuiam irẽt aduersarijs suis,⌊ecce turba⌋.i. multitudo
turbata & vitijs inordinata. Porro in turba hac fuerũt tam gentilium q̃ Iudæor̃ magnæ cater F
uæ,iuxta illud Iohãnis:Iudas ergo cũ accepisset cohortem,hoc est,multitudinem militum Ro
manorum sub tribuno consistentium,& a pontificibus & pharisæis ministros. Muniuit eñ se
vtriusq; curiæ familia,ne quis Chr̃o auderet aut posset succurrere. Tribunum aũt qui erat prin
ceps cohortis,& cohortem misit Pilatus ad instantiam Iudæor̃,⌊& q̃ vocabatur Iudas,⌋q̃si
indignus nomine illo,nec veraciter Iudas. Iudas nãq; interpretatur cõfessio,aut cõfitens domi
no,hic aũt infelicissim⁹ mercator,dñm suũ facto negauit ac vẽdidit,⌊vn⁹ de duodecim⌋apo
Matt.26 stolis,vocatione temporali,non prædestinatione æterna,& numero,non merito,⌊antecede-
Marci 14 bat eos,⌋vt signo magistrũ suũ illis ostenderet,& appropinquauit Iesu⌋corpore,nõ mentis
deuotione,⌊vt oscularetur eũ⌋fraudulenter ac proditorie. Vnde Matthæus testatur:Qui au-
tẽ tradidit eũ,dedit eis signũ,dicẽs:Quemcũq; osculatus fuero,ipse est,tenete eũ,atq; vt Mar
cus ait,adiecit,& ducite caute. Sciebat equidẽ Iudas magistrũ suũ esse subtilem,& de manibus
Iudæor̃ frequẽter elapsum,ideo hortabat̃,vt cõprehẽsum ducerẽt caute. Deinceps signũ co-
gnoscẽdi Iesum cõtulit turbæ,ne errarẽt in persona,capiẽdo aliũ loco Chr̃i,p̃sertim q̃m Iaco
bus minor simillimus fuit Chr̃o in corporis dispositiõe. Secũdo,q̃a nox erat,& q̃uis luminaria
attulissent,facilius tñ decipi poterãt quã in die. Tertio,q̃m Iudas timuit,ne Chr̃s se inter alios
occultaret. Rursus osculũ dedit iniq̃s pro signo,q̃m Iesus discipulos a se recedẽtes,vel ad se re
deũtes in osculo pacis dimisit siue recepit,& itẽ,vt minus suspectus a Chr̃o atq; apostolis de
proditiõe hac haberet̃,q̃a(vt ait Cyrillus)Iudas immemor sapiẽtiæ Chr̃i,putauit forsan posse
se latẽter hæc agere.i.Chr̃o eius fallaciã ignorãte. ⌊Iesus aũt dixit ei:Iuda,osculo filiũ hoĩs tra
dis?⌋

dis?] quasi dicat. O Iuda q̃ impie agis, ꝙ signo dilectionis me filium virginis hostibus tradis
ad occidendũ. Hęc protulit Christus, vt ostenderet Iudæ ac cæteris se proditoris sui agnosce-
A re dolum, atq; vt Iudã ad bonã erubescentiã, pęnitentiãq; induceret, nã & ideo proprio nomi
ne illum appellare dignatus est, vt animã induratã ad pęnitentiã emolliret. Hoc loco quædam Ioh. 18.
Lucas omisit, quæ Iohannes postmodũ scribens, suppleuit, dicẽdo: Iesus oĩs sciens quæ ven-
tura erant super eũ, processit & dicit ad eos: Quẽ quæritis? Responderunt, Iesum Nazarenũ.
Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat aũt & Iudas cũ ipsis. Vt ergo eis dixit, ego sum, abierũt retror
sum, & ceciderunt in terrã. Iterũ interrogabat eos. Quẽ quæritis? Respõderunt, Iesum Nazare-
nũ. Respondit Iesus: Dixit vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Tanta ita-
q; fuit oĩpotẽtia Christi, ꝙ vno verbo aduersarios suos prostrauit, quod miraculose accidit vir
tute diuina mediante, hoc verbo illos terrẽte ac deijciente, quę vim tantã voluit in verbis Chri
sti consistere, quæ auribus impiorũ ipsorũ terribiliter insonuerũt. Deniq; sic ut Christus vultũ
suum ostendit Iudæis in terrore ac maiestate, egredientibus ex oculis eius igneis radijs, atq; di-
uino quodam fulgore in eius vultu mirabiliter radiante, quãdo omnes ementes ac vendentes
eiecit e templo, ita fecit & nunc, sicq; tam verbis q̃ apparatu sui, vultus illos exterruit & prostra
uit, quod secundũ Origenẽ & Hieronymũ maius fuit miraculum q̃ Lazari suscitatio, quia tot
hominum ingenia cõpescere ac vires elidere mirabilissimũ fuit. His peractis dũ Christo permit Matthæi
tente, turba surrexisset, Iudas tanto prodigio nõ correctus, accessit osculane Iesum. [Videntes Marc. 14
aũt hi qui circa ipsum erãt] .i. apostoli propẽ Christũ stantes corde & corpore, [quod futurũ Lucæ 19
erat] .i. ꝙ Iesus iã capiẽdus esset ab impijs,] dixerũt ei] .s. Christo:] Dñe, si percutimus in gla
dio?] .i. das nobis licentiã lędẽdi istos cũ gladijs quos habemus, qui secundum Chrysostomũ
fuerũt magni cultelli, quibus in conscissione pisciũ vti solẽt piscatores. Sed quõ apostoli formi-
dolosi audebãt hoc dicere, vel vnde cõfidebãt se id facere posse, cũ turba illa armata esset tam
magna? Et respondendũ, ꝙ apostoli visa turbæ deiectiõe, & ꝙ cũ surrexisset à terra, adhuc tre
mula staret ac perturbata, sumpserũt audaciã, cõfidẽtes ꝙ turba Christi virtute frenata, eis non
B posset resistere. [Et percussit vnus ex illis,] videlicet Petrus, responsionẽ magistri nõ præstolãs
& ardẽti sui magistri amore, aduersariorum crimen exhorrens, vlciscique cupiens, [seruum
prĩcipis sacerdotũ,] videlicet Malchũ seruũ Caiphę, q põtifex fuit anni illius, [& amputauit
auriculã eius dextram.] Chrysostomus ait, ꝙ intendebat ei amputare caput. Ambrosi⁹ asserit
Petrũ eruditũ fuisse in lege, ita ꝙ nouerat Phinees filiũ Eleazari sacerdotis diuinitus cõmenda
tum eo ꝙ zelo dei accẽsus, perfodit peccantes, propter quo simili zelo voluit Petrus dei filiũ
vindicare. Porro ꝙ Malchum magis q̃ aliũ læsit, contigit, quia hic Malchus p̃ cæteris nitebatur
mittere manus in Iesum, ad cuius latus stetit Petrus tanq̃ audacior & paratior Christũ tue
ri q̃ apostoli alij. [Respondẽs aũt Iesus, ait: Sinite vsq; huc.] Hoc dupliciter explanat. Primo
sic, Sinite vsq; huc .i. permittite hũc Malchũ percussum appropinquare ad me, vt curem eum,
sicq; Chrũs his verbis respondit .i. apte & correctiue loquutus est ad factũ Petri, innuẽs eum re
prehẽsibiliter id egisse. Secũdo sic, Sinite vsq; huc .i. turbã permittite venire vsq; ad me, vt cõ
p̃hẽdat me, & nolite resistere, sic ꝙ Chrũs respondit quæstioni apostolorũ quęrẽtiũ, dñe si p
cutimus in gladio. Vt aũt alij Euãgelistæ cõscribũt, cũ Petrus seruũ istũ læsisset, loquutus ẽ, Pe-
tro Chrũs: Mitte gladiũ tuũ in vaginã, Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ vis vt bibã illũ? id ẽ nõ
vis vt sustineam mortẽ, quã deus pater me sustinere decreuit & vult? Omnes enĩ qui accepe-
rint gladiũ, gladio peribũt .i. qui propria & priuata authoritate arripit quodcũq; bellicũ instru
mentũ, vt alterũ lędat, aut se vindicet, ipsa sua iniquitate qua hoc faciendo cõmittit, spũaliter Genesi, 9.
interimit semetipsum, peccãdo mortaliter, iuxta quẽ sensum dñs in Genesi ait: Quicũq; effude
rit sanguinẽ humanũ, effundetur & sanguis illius. Et Salomon loquit: Qui fodit foueã, incidet
in eã, & qui dissipat sepẽ, mordebit eũ coluber. Ex his patet, ꝙ prauissima sit cõsuetudo multo
rũ, qui aliquo suorũ percusso, vel seipsis quid iniuriæ passis, statim propria authoritate nituntur
vlcisci, & nõ potius secũdũ ordinẽ iuris suã causam prosequunt. An putas, q a nõ possum roga
C re patrẽ meũ, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Quõ ergo imple
buntur scripturæ? quasi dicat saluator ad Petrũ: Tua defensione nõ egeo, qui tot milliũ angelo
rũ possem habere auxiliũ, & necesse est me pati, vt verba prophetarũ de mea passiõe p̃dicta veri
ficent & impleant in me. [Et cũ tetigisset auriculam eius] .s. Malchi, [sanauit eũ,] restituen-
do auriculã pristino loco, & vlnus repẽte sanãdo. ¶ Propter easdẽ causas Chrũs hoc egit, pro
pter quas turbam prostrauit, videlicet. Primo ad suæ potentiæ declarationẽ. Secũdo, vt iã pio
miraculo daret impijs quantũ in se fuit occasionẽ pęnitẽdi. Tertio, vt p̃sistẽtes in malitia pror
sus inexcusabiles fierẽt. Quarto propter apostolorũ in fide cõfirmationẽ. Quinto ad nostrã I
structionẽ. Cõsideremus in his, & imitari conemur ineffabilẽ pietatẽ, mãsuetudinẽ ac patien-
tiam Chri, q crudelissimũ suũ hostẽ tã benignissime tetigit & curauit, implens, implendũq; do
cens quod iusserat: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos. Atende o Christia Matt. 5
ne, quia à Chro Christian⁹ vocaris. Si ergo Chri virtutes secutus nõ fueris, reprobabit te & te

manentē ac simplicē,qm̄ verbū ꝓprie sumptū est interior mētis cōceptus,intelligibilis dictio
A atq; prolata intus notitia. Alia ratio est,qm̄ nomē verbi magis ptinet ad propositū q̄ nomē fi
lij,nlius nāq; dicit cōparationē dūtaxat ad patrē,verbū aūt importat respectū, nō tm̄ ad profe
rentē, sed etiā ad id qd per verbū exprimitur,ad vocē q̄q; q̄ induit & ad instructionē q̄ per
ipsum in alio fit. Cū igit̃ Euāgelista nūc tractat de filio,nō dūtaxat in ordine ad patrē, sed in-
super p cōparationem ad creata,q̄ fecit & regit,pserti̇q; ad hoies q̄s redemit,ad carnē q̄q; quā
assumpsit,& ad documēta q̄ dedit, cōstat q̄ cōuenientissime noie verbi oīa hęc respiciētis,de-
scribit,nec aptius neq; subtilius nomē ad vniuersa hęc insinuāda inuenit. ¶Oportet aūt aduer
tere,q̄ verbū (secūdū Damascenū) tribus modis accipit. Primo,pro verbo vocali:sicq; dicit
Gregori⁹,q̄ nihil est instabilius verbo,est enī de gn̄e successiuoꝝ,qbus idem est esse & fieri, Gregori⁹
quemadmodū motus & tp̄s:sic q̄q; ait Basilius,habet aūt & verbū nostrū,& externam diuini
verbi similitudinē quādā. Nā verbū nostꝝ totā declarat mētis cōceptionem. Quę nāq; men
te cōcipimus,ea ore pferimus,& mens nr̄a q̄si fons qdā est,verbū vero platū q̄si riuulus ma-
nās ex ipso. Secūdo pro verbo mentali,qd verbo vocali exprimitur & significat, scd̄m q̄ ait
philus: Sūt ergo ea q̄ sunt in voce,eaꝝ q̄ sunt in aīa passionū notę. Vn̄ & Plato asserit i Thimeo:
Adhoc datus est nobis sermo,vt mutui atq; interioris cōceptus fiāt indicia. Tertio,pro imagi
natiōe vocis. Antequā enī mentale verbū verbo vocali exprimit, format in sensu interiori seu
seu virtute imaginatiua, imaginatio quę dam verbi vocalis,ex q̄ illud procedit;imo & ante
quā ex auditu verbi vocalis eius q̄ loqt, verbū mentale in intellectu audientis cōcipit, gn̄eratur
in potentia imaginatiua illius imaginatio verbi vocalis,ex q̄ verbū mentale procedit, qa secun
B dū Boetiū,sicut imaginata procedūt ex sensatis,sic intellecta ex imaginatis. Quartū modū acci
piendi verbū addit Thomas,videlicet vt verbū sumatur pro re significata, vel facta per verbū,
quemadmodū Dauid dixit ad pueꝝ Amelechitam,quod est verbum quod factum est. Sic q̄q;
Ezechias dixit ad Esaiam: Nō fuit verbū in domo mea,quod non ostenderim eis. Hoc modo 2 Reg. 2
cuncta creata dicunt verba dei,qui interiori increato ac genito verbo,oīa intelligendo & quasi
loquendo constituit,iuxta illud: Ipse dixit & facta sunt. ¶Porro æterna generatio verbi acci-
pienda est ita,cum deus sit ens simplicissimum, nobilissimum, simpliciterq; perfectū oportet
q̄ sit intellectualis naturæ,imo intellectus purus,semper in actu cōsistens. Deus ergo cognos-
cit seipm̄ & cætera oīa,est ergo in seipso sicut intellectū seu cognitū in intelligente. Intellectū
vero,seu res intellecta,secundū esse qd habet in intelligente,est ratio atq; intentio intelligentis&
imago vel similitudo intellecti. Ratio aūt & intentio seu diffinitio,quā intelligens habet & cō
cipit de re intellecta,vocat verbū intelligētis,qm̄ est quidā cōceptus formatus atq; expssio,qua
intra se dicit qd de re intellecta apprehēdit,& hic cōceptus est imago intellecti, qm̄ actio intelle
ctus pficit in assimilatiōe intelligētis ad intelligibile. ¶Hoc ergo qd deus pater de seipso conci
pit,& intra se profert seu loquit, appellat verbū mētis paternę & filius dei patris. Emanatio ita-
q; verbi istius,gn̄atio nūcupat,& verbū emanās vocat filius intelligētis intellectualiterq; dicētis,
qm̄ gn̄atio ꝓprie sumpta,est ꝓductio rei viuētis à viuo,q̄ terminat ad esse eiusdē naturæ,secū
dū rōnē similitudinis adæquatæ. Similiter ad rōnē filij ptinere q̄ ꝓcedat ex generāte vitali scd̄m
similitudinē in idētitate naturæ saltē specifica,verbū aūt mētis diuinæ hoc modo producit, &
cū generāte cōuenit nō solū in specifica,sed in nūerali seu indiuidua idētitate naturæ,propter q̄
C gn̄atio & filiatio proprijssime atq; verissime habēt locū in deo ita q̄ rō patris & filij prius ac p-
fectius cōpetunt deo q̄ creaturis,imo a deo deriuant secūdū quandā imitatiōem ad creaturas,
prout Apostol⁹ dicit: Flecto genua mea ad patrē dn̄i nr̄i Iesu Chri,ex quo oīs paternitas in cę Ephe. 3.
lo & in terra noiat. ¶Pręterea,actiua gn̄atio verbi est ipsa intellectio pr̄is notionaliter sumpta,
q̄ terminat ad verbi productionē,seu ad ip̄m verbū intus prolatū,& qm̄ pr̄ vno simplicissimo
actu seip̄m & cūcta intelligit,ideo vnico actu intellectiuo seu vna olquutiōe gignit ac pfert p-
fectissimū verbū,in quo vniuersa resplendēt,repn̄tant & continētur,q̄ à patre noscunt,& in
eius sapia elucescūt,fulgēt ac cōspiciunt. Illud ergo vnicū & simplicissimū verbū,est pfecta,itē
q; naturalis imagno patris,& character substātię eius,tanq̄ ad similitudinē eius productū,eūq;
plenissime repn̄tās. Est q̄q; exēplar,spēs ac rō oīm creaturaꝝ,qm̄ oēs relucent in verbo atq;
ad ei⁹ imitationē productæ sunt. ¶Qm̄ ergo tota perfectio & natura patris perfecte relucet i
filio qd esse nō posset,nisi fili⁹ eēt vere immēsus,æqualisq; patri,& per cōsequēs ver⁹ de⁹,candē
cū patre habēs essentiā,finitū nāq; à perfecta repn̄tatione infiniti distat in finitū. Propterea
fili⁹ appellat emanatio claritatis omnipotentis dei,candor lucis æternæ,& speculū sine macula
maiestatis paternæ,atq; imago bonitatis illi⁹,quēadmodū de filio dei sub noīe sapię scriptū ē. Heb. 1.
Vn̄ ad Heb. ait Apostolus: Qui cū sit splendor gloriæ,& figura substātiæ ei⁹. Alibi q̄q;: Qui est Col. 1
imago dei inuisibilis. Insuper cū filius procedat ab intellectu patris,idcirco pertinētia ad intelle
ctū potissime cōpetūt filio,quę aliqua sunt ei propria, & aliq̄ appropriata: ꝓpria enī filio sunt
sapia generata,ars genita,verbū,imagoq; q̄ oīa accipiūt in deo personaliter. Dū aūt dicit, verbū
seu fili⁹ dei esse sapia pr̄is & exēplar creaturaꝝ,nō est sic intelligēdū q̄si pater nō sit in se & per
se sapiēs,sapia ingenita,q̄ est ipsemet pr̄ atq; exēplar,species ac rō vniuersorum,aliqn quo sa

pientē filiū gnerasset? nullus eñ alteri cōfert q̄d ipse nō habet. De hac æterna, diuina & inenar
rabili verbi gnatione habef in psal. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et de D
nuo: Ex vtero añ luciferū genui te. In Prouer. q̄q;: Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis ante-
Proue. 8 q̄ terra fieret. Nōdū erāt abyssi & ego iā cōcepta erā, añ colles ego parturiebar, qñ operabat
Eccl 24 cœlos aderā. Itē q; Ecclesiasticus: Ego ex ore altissimi prodiui primogenita añ oēm creaturā.
Hinc etiā scriptū est: Egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Enimuero ꝙ deus ineffabi
lis habeat filiū ineffabilē, & p cōsequēs sibi æq̄lem, clarissime innotescit ex hoc, q̄d in lib. Pro-
uerbiorū legit: Quis suscitauit oēs terminos terræ, q̄d nomē eius, & q̄d nomen filij eius, si nosti?
Ostenso qñ erat verbū, ostēdit Euāgelista vbi erat, L & verbū erat apud deū J. i. iuxta & intra
patrē, tanq̄ indiuiduū, inseparabileq; ab eo, nō eñ distāt loco, duratione, natura vel dignitate,
sed vbi & qñ pr, ibi & tūc filius eius. Cū aūt dr, Verbū erat apud deū, deus accipit relatiue & pso
naliter, nō absolute & essentialiter. Queadmodū āt pr cū sit immēsus, est illocalis & incircumscri
ptibilis, vniuersa trāscendens, iplens, cōseruans ac ambiens, ita & verbū eius. Vñ cum verbū dr
esse apud patrē, nō est ruditer accipiendū, q̄si vnus sit extra & prope aliū, imo tot' pr in filio,
& ecōtrario vere, circūincessabiliterq; cōsistit, sed ad designādū psonalē distinctionē inter pa
trē & verbū, ait Euāgelista: Verbū erat apud deū, q̄si psonaliter distinctū à patre. Nouerat q p
pe Iohānes, cui tot' pcessus ac stat' militātis ecclesiæ fuerat in Apoca. descriptione reuelatus,
futuros hæreticos, q dicerent patris & filij eandē esse psonā, cuius pfidiæ princeps fuit Sabelli
us, asserens patrē, filiū ac spm sanctū vnā esse hypostasim, tribus noībus designatā, pper diuer
sas operatiōes, ita ꝙ deus esset pater rōne creatiōis, idēq; filius rōne incarnatiōis, et spūs sanctus
rōne sanctificatiōis, q̄ rōnalem creaturā sanctificat. Vnde Sabelliani dixerūt patrē incarnatum E
ac passum, ppterea dicti sunt Patrispassiani. Nō eñ admiserūt verā in deo esse trinitatē vel p-
cessionē psonæ à psona, vel deū dici patrē propter relationē realē, sed eo mō q̄ nos asserim' su
persbndictā trinitatē esse patrē, cui incessabiliter dicim', pater noster q es in cœlis. Hunc errorem
Math. 6 destruit Euāgelista, dicēdo: Verbū erat apud deū, q̄d vere nō esset si pater & verbū essent vna p
sona, cū nihil sit proprie apud seipsm. ¶ Ostenso qñ & vbi erat verbū, declarat q̄d erat, L de' erat
verbū, J Hic sumit de' substātialiter & absolute, vt sit sensus, verbum erat de'. i. verā habens de
itatem, atq; eiusdē cū suo genitore eēntiæ. Vñ de filio dicit Apostol' ad Rom. Qui est sup oīa
de' bndict' in secula. Et in prima Iohānis canonica legit: Sim' in vero filio ei' Iesu Christo,
hic est ver' de' & vita æterna. Sicut aūt in pcedēti clausula designata est inter patrē & verbū p-
sonalis distictio, sic verbo pñti insinuat esse inter eos substātialis idētitas, siue eēntiæ vnitas, cū
nullū creatū sit deus, sed à diuinæ naturæ pfectiōe in infinitū deficiat. Per hoc itaq; reprobat er
ror Fotini, Arrij, & oīm asserētiū filiū dei eē purā creaturā. Quod aūt filius dei sit verus de', ap-
tissime pandit Psalmista, dū ait: Sedes tua de' in seculū seculi. Q̄d aūt id dicat de filio, patet ex
verbis seq̄ntib', Virga directiōis virga regni tui, &c. Vñ & Hieremias de Christo inducit: Susci
tabo Dauid germē iustū & regnabit rex, & hoc est nomen q̄d vocabūt eū, dñs iustus noster.
Pro q̄ Hebraica veritas cōtinet, nomē dñi tetragrāmatō, ꝙ (teste Rabbi Moyse) absolutissimū
est, soli vero deo cōueniēs. De hoc rege fatef Psalmista: Audi filia, & cōcupiscet rex decorē tuū,
Esai. 9 qm ipse est dñs deus tuus, & adorabunt eū. Esaias q̄q; de Christo filio dei: Paruulus (ait) natus est
nobis, & vocabit nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pa
cis. L Hoc J verbū L erat in pricipio J. i. ab æterno, in ipso æternitatis momēto, vel in mūdi exor F
dio, L apud deū J patrē, tanq̄ coæternum eidem, sicut si sol ab æterno fuisset, vel pes in puluere
ab æterno stetisset, splēdor atq; vestigiū æternaliter extitissent. In his q ppe, q̄ naturaliter pflu
ūt, pcedens seu causatum coæuum est suo principio. Filius vero procedit à patre naturali ema
natione, imo à substantia patris immediate, sine actione intermedia, quæ sit realiter ab essentia
patris distincta. ¶ His itaque verbis innuitur coæternitas patris ac verbi, quam Psalmista quo
q; euidenter ostendit, dicendo: Et permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & gene-
rationem. Itemq;: Sit nomen eius benedictū in secula, ante solē permanet nomē eius. Hæc eni
de nullo accipi possunt nisi de Christo filio regis æterni, de quo in exordio psalmi illius canta-
tur: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Deniq; idem patenter ostendit
per id quod scriptum est: Ego primus & ego nouissimus. Manus q; mea fundauit terrā. Nō
à principio in abscōdito loquutus sum. Porro ꝙ ista dicant de filio, patet ex eo quod subdit:
Et nūc dñs misit me & spūs eius. ¶ Declaratio qñ, vbi, q̄d & q̄o erat verbū, nunc manifestat
q̄d operabatur. L Oīa per ipsum facta sunt J. i. vniuersæ creaturæ corporales & spūales, cœlum
terra, mare, & quicq̄d cœli ambitu cōtinet, creata sunt immediate vel mediate ab vnigenito fi-
lio dei, sicut à causa prima, principali & efficienti. Sciendum vero ꝙ qñcunq; dicit aliq̄d fieri p
aliud, pposito per, designat aliq̄d genus causæ in casuali. Dicit aūt aliq̄d fieri per aliud pluribus
modis. Prio, sicut per cām istrumentalem, quemadmodum domus fit per securī & terebellū.
Secūdo, sicut per cām pricipalem, vt regnū gubernat per eū quē rex fecit sibi cōsortem & cō-
parem. Tertio, sicut per cām extrinsecā, vt homo per baculum. Quarto, sicut per causam in-
trinsecam, vel coniunctam, quemadmodum Petrus viuit per animam suam, et scribit p manū,

Rursus cũ aliquid dicit fieri per aliud, intelligi pt dupliciter: Primo, vt insinuet mediatio quędã
A seu mediũ causans inter primũ agẽs & effectũ. Scd'm, vt solũ importet processio vnius ab alio,
sicq; fieri p aliqd, est fieri seu produci ab illo, iuxta quẽ modũ dicit Apls: Paul' aplus Iesu Chri
sti p volũtatẽ dei. i. à diuina volũtate cõstitutus Apostolus. Dum ergo dicunt oĩa facta p verbũ Coloss. 1
vtroq; hoꝝ modoꝝ intelligi licet, videlicet p verbũ. i. à verbo, tanq̃ ab oĩpotẽte creatore, &
primo vniuersorum fontali, atq; causali principio, sic nãq; omnia facta sunt à sup gloriosissi-
ma trinitate, & à qualibet diuina psona. Itẽ oĩa facta sunt p verbũ, tanq̃ per id q̃d inter patrem
& creaturas est mediũ, nõ tñ quasi p causam instrumẽtalẽ ministratoriã, à pr̃e separatã, siue ex
trinsecã ei, sed sicut p causam cõiunctã, parẽ ac principalẽ & effectiuã. Quod rursus intelligẽ-
dum nõ est quasi creaturæ nõ sint immediate factæ à pr̃e, psertim, cũ pater & filius sint vna cã,
vnus creator, vnum'q; principiũ, sed q̃a filius procedit à pr̃e, habẽs virtutẽ creatiuã ab ipso & Iohã. 14
scd'm ordinẽ originis mediat inter patrẽ & creaturas, & qm̃ pater nil operat ad extra sine filio.
Cum eñ natura sit opatiõis principiũ, sicut trium psonaꝝ est vna natura, ita & vna indiuisa'q;
actio ad extra. Sed cũ pater & filius sint vnus creator & vnũ principiũ, q̃uo pater dicit aliqd fa
cere seu creare p verbũ vel filiũ? Est rñdendũ, q̄ pater opat per verbũ, sicut per causam exem-
plarẽ, nõ q̄ pater nõ sit causa exemplaris, imo q̃libet persona diuina est oĩm reꝝ causa efficiẽs,
exemplaris atq; finalis, sed q̄ filio appropriat ratio causa exẽplaris, eo quod sibi cõueniãt vtpote
emanatiõis, ars, sapia, & cætera q̃bus cõuenit exemplariter agere. Qm̃ ergo pater oĩa efficit p Psal. 32
intellectũ atq; intelligibilẽ dictionem, iuxta illud: Ipse dixit & facta sunt, dictio autem int' pla Psal. 148
ta est verbũ, idcirco asserit oĩa fecisse p verbũ, q̃uis & per suipsi' ppriã atq; ingenitã sapiam
B cũcta creauerit. Itaq; oĩa per verbũ, nõ q̄ pater & verbũ sint duæ causæ distinctæ, sed scd'm
sensum & modum prætactos, & etiã qm̃ in diuinis emanatio ad intra est causa emanationis ad
extra. Cum vero dicimus deũ omnia fecisse in sapientia, vel p sapientiã, intelligi pt tã de sapia pa
tris ingenita, q̃uo dr̃ operari p ideã seu formã archetypam, q̃ de sapientia genita, quę est vnic'
filius eius. ¶ Postremo, opinor q̄ idcirco potissimũ scriptura dicit deũ opari per verbũ & spm̃
sanctũ, vt sciamus sanctæ trinitatis esse indiuiduã actionẽ ad extra, & p cõsequẽs eandem essen
tiã, sicq; certissime credat esse vnus verus simplicissimus deus. ⌊Et sine ipso factum est nihil.⌋ hoc
est, nulla penitus res est citra deũ, quæ nõ sit producta à verbo. Itaq; p nihil. nõ debet intelligi
creatura corporalis vel dæmon, qm̃ q̃cq̃d entitatis & bonitatis habẽt, a verbo sortita sunt.
Manichæus vero per nihil intellexit corpalia, quæ dixit cõparatiõe spũaliũ nihil eẽ & a princi
pe tenebraꝝ pducta, cuius hæretica prauitas, nec theologoꝝ sanctorum, neq; summoꝝ philo
sophoꝝ cõsonat dictis. Põt aũt p nihil pctm̃ intelligi, q̃a pctm̃, q̃ ad suũ formale, nihil est, sed
defectus ab ente & ordine scd'm Dionysiũ, ideo nõ est factũ per verbũ, sed a voluntate creata,
& defectiua. Hinc ergo de Chr̃o loquẽs, dicit Apostolus: In ipso cõdita sunt vniuersa, in cœlis
& in terra, visibilia & inuisibilia, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per
ipm̃ & in ipso sunt creata, & ipse est ante oẽs, & omnia in ipso constant.

¶ Prosecutio huius elucidationis pręsentis capituli ab eo loco quo dicitur: Quod factum est in
ipso vita erat, in quo agitur de Idæis. Art. III.

C QVamuis verbũ patris, per q̃d facta sunt oĩa, sit ęternũ & creaturę ex tpe vel simul
cũ tpe inceperint, ita q̄ ab agẽte inuariabili & ęterno processit recens, temporalis'q;
actio, nõ tñ verbũ dei aliquo modo mutatũ est, qm̃ q̃cq̃d de nouo produxit, per ra
tionẽ æternam seu idæalem præconceptionem æternaliter præordinauit, quan
do & quomodo ipsum produceret, atq; in illo instãti mundũ creauit, in quo se hoc facturũ ab
æterno incõmutabiliter præcognouit. Ex quo cõstat, q̄ vanæ ac friuolæ sunt rõnes Auerrois,
aliorum'q; philosophoꝝ, æternitatẽ mũdi probare conãtium, ex inuariabilitate primi agẽtis,
seu creatoris. Produxit aũt deus mundũ ex tẽpore primo secũdũ Thomã, in Summa contra
Gentiles, ad declarãdũ q̃ libere esset reꝝ causa, ita q̄ oĩa operat liberrime secũdũ propositũ vo
luntatis suæ, prout fatetur Apostol' ad Ephesios. Secundo, vt ex creatione reꝝ daretur facilis Ephe. 1
via cognoscẽdi ęternitatẽ creatoris. Quẽadmodũ eñ Rabbi Moyses asserit: Facillima atq; claris
sima via probãdi deũ esse, & item q̄ sit ętern', patet per hoc q̃d oĩa citra ipsum de nouo pdu
cta sunt. Idcirco in cõmemorationẽ bñficij creatiõis & ęternitatis creatoris, iussum fuit in lege
celebrari sabbatũ, in quo deus ab opibus requieuit. Itaq; ad hęc insinuanda ait nunc gloriosissi
mus Euãgelista. ⌊Quod factum est⌋. i. oẽ creatũ ⌊in ipso⌋ verbo ⌊vita erat⌋. i. in verbo vi Gene. 2
taliter atq; intellectualiter ab ęterno fuit, ac splẽduit p rõnẽ exẽplarẽ siue ideã, quã habet in ver
bo oĩa cognoscẽt, intellectualiterq; producente, quẽadmodũ artifex facit domũ, & medicus sa
nitatẽ per ipẽm seu exempla domus ac sanitatis, q̃d habet in mẽte. Vnde secundũ Aristotelẽ se
ptimo primę philosophię, & domus & sanitas, q̃ sunt in materia, sunt à domo & sanitate q̃ p̄e
existũt intellectu. Ex his patet error Procli Platonici, Auicẽnę q̃ p Peripatetici & sequentium
eos affirmantiũ, quod creata procedũt a primo principio per modum naturalis emanationis,
vel essequalis emicationis, vt splendor a luce, calor ab igne, lux à sole, & riuus a fonte.

Esse igitur creaturarum, quod habent i verbo, imo in patre & spū sctō totaq; sup beatissima trinitate,
seu in diuina essentia, est eē increatū, exēplare, causale, ideale, atq; vitale, vel (vt plani⁹ loqr) idea D
vita & lux. Propter qd (scdm Dionysiū) oia sunt i deo p cām & exēplar. Nempe (vt scriptū ē)
in elementatiōe theologica Procli Platonici, & in libro de causis, qd est in alio, est ī eo scdm na
turā & modū eius, in q est, & nō scdm pprīū esse ac modū. Cū ergo deus sctūs & gloriosus sit
mens ęterna & simplicissima certū ē, q oia sint in eo p rōnē ęternā ac simplicē, q appellat idęa
& exēplar, qa p illā de⁹ cognoscit & opat creata, palā est eñ q deus cūcta & singula pprijs rō
nibus & speciebus itelligat ac pducat. Sed cū deus sit simplicissima vnitas, quō pt in eo eē exē-
plariū rōnū multitudo, & idęarum pluralitas atq; distinctio. Et rñdendū, q idęa est diuina eēntia
à diuino itellectu p modū imitabilis ac repñtatiui itellecta. Diuina qppe essentia cū sit pfecti
onis imēsæ, oim rerum pfectionē causalr cōtinens, & sup eminēter cōplectēs, ab oibus creaturis,
scdm aliquē gradū pfectiōis, participat & imitat. Oia q; intellectualr repñtat. Inqntū ergo
itellectus diuin⁹ cognoscit diuinā essentiā, vel de⁹ seipsum, vel participabilē à tali vel tali ente
creato, siue creabili vl creādo, scdm hoc diuia eēntia habet rōnē idęnō, & nūcupat, ideo rei cre
atę, q p eā cognoscit & causatur. Sunt in deo multę, ac distīcte idęę q in deo sit diuersitas a-
liq vel distinctio idęarum ex parte dei, sed distinctio ista ē ex parte rerum ideatarum, ad qs refert idęa
q tñ relatio realis nō ē, sed rōnis ex parte idęę, quis ex parte idęatorum cōsistat realis. De his exem
plaribus rōnibus ac idęalibus formis, pfessus ē Plato in .1. Thimei dicēdo: Certe dubiū nō est ad
cuiusmodi exēplū aīa duerterit mūdani opis fundamēta cōstituēs. Nā si (vtiq est) pulchritudini
incōparabili mūdus ē, opifex q; & fabricator ei⁹ optim⁹, pspicuū est, q iuxta syncere & icōmuta
bilis pprietatis exēplū, mūdi sit instituta mollitio. Hic deniq; Au. ī lib. lxxxiij. qst. idęas (inqt) E
Plato prim⁹ appellasse phibet nō tñ rem ipsam ipse prim⁹ cognouit, qm tāta vis cōstituit i idę
is, vt nisi his itellectis, sapiēs eē nemo possit. Sūt nāq; idęę pricipales formę vel rōnes rerum sta-
biles atq; icōmutabiles q ipse formatæ nō sunt, ac p hoc æternę sunt, sp eodē mō sese hñtes q di
uina intelligētia cōtinent. Et cū ipse neq; oriant, neq; interreāt, scdm eas tñ formari dr oē qd ori
ri & iterire pt. Has aūt rōnes vbi esse arbitrādū ē nisi i mēte creatoris? Nō eñ extra se aliqd itu
ebat, vt scdm illud cōstitueret qd cōstituebat. Ex qb⁹ cōstat q qdā dicētes idęā eē rē creatā &
cognitā obiectalr cōtēplatā, nō rōne in luce diuinæ mētis existentē, cōtradicūt Aug. ¶ Insup
Origenes hic ait, pt & sic distingui. Quod factū est ī ipso, & postea dicat, vita erat, vt sit sensus
Oia per ipsm & in ipso facta sunt, & in ipso vnita sunt, & vnū sunt. In ipso eñ erāt, qa in ipso subsi
stūt causalr priusq sint in semetipsis effectiue, sed si qsieris, quō & q rōne oia q per verbū fa-
cta sunt, in ipso vitaliter & vniformiter atq; causalr subsistūt, accipe exemplū ex creaturarum na-
tura. Cōspice qūo oim rerum qs mūdi hui⁹ sensibilis globositas cōphēdit causę simul & vniformi
Psal. 134 ter in sole, q ē maximū mūdi lūinare, subsistūt q̄uo numerositas herbarum & fructuū in singulis se
minib⁹ sil cōtinet qūo multiplices regulę in arte artificis vnū sunt, qūo infinit⁹ linearum numer⁹
in vno pūcto vnū subsistit. Ex his naturalib⁹ exēplis, velut philosophicę theoriæ pēnis poterit
archana verbi acie mētis inspicere, & qūdā hūanis rōnib⁹ videre, qūo oia q per verbū sunt fa
cta, in ipso viuūt, & facta sunt. ¶ Postremo sciendū, q in trib⁹ personis, & vnaquęq; earum sit ea-
dem rō exemplaris, atq; indistincta idæa. Itaq; oē qd factum est, sit vel fiet, est vita in ver-
bo. i. scdm vitalem idæam præexistit in ipso & hæc vita est diuina essentia, q est vita & lux.
L. Et vita erat lux hominū. ⅃ Hic sumit vita personaliter p hypostasi verbi seu ipso verbo subsi- F
stente vita, hoc ē, verbū dei viuens, & vitę principiū de q legit. Qm apud te est fons vitæ. Erat
lux hominū, hoc est dator luminis naturalis ingenij, atq; infusor luminis grāæ. Quicqd eñ intel
lectualis claritatis, decoris, perfectiōis in hominibus reperitur, à verbo seu filio dei profluxit &
datur, à q dona naturæ & grāæ deriuantur. Dr ergo verbū lux, nrā qsi cā nrāæ illustratiōis illumi
nās nos ad diuinorum cognitionē ac perducens ad beatitudinem supernaturalem per superna-
turalia dona spūs sancti, sicut ait Apls: Gratia dei in vita æterna. Hinc dicit Psalmista: Signatū est
Roma. 6 super nos lumen vult⁹ tui dñe. Sed qm iuxta diuinū Dionysiū, nulla creatura sit expers partici
Psalm 4. patiōis lucis diuinæ, cur verbū seu vita hæc appellat specialiter lux hominū. Et respondendum
dupliciter: Primo, qa in hoc libro tractatur de verbo, prout saluator est generis humani, eri-
piens nos à tenebris ignorantiæ & peccati trāsferensq; ad lumen gratiæ in præsenti, atq; ad lu
men gloriæ in futuro. Secūdo quoniam inter oēs creaturas corporales & inferiores solus ho
mo ad deū conuertitur, & pertingit per intellectū & voluntatem, idcirco specialiter illustratur
à verbo, tanq ad dei imaginem fact⁹. L. Et lux ⅃ ista, videlicet verbum, de q cātam⁹ in Psalmos
In lumine tuo videbimus lumen, L. in tenebris lucet ⅃ hoc est inter peruersos Iudæos conuersa-
tione, prædicatione, & signis resplenduit. Vel in tenebris lucet, hoc est, in cordibus impiorum
gratiæ suæ lucem diffūdit, & per prædicatores fideles hominibus excæcatis ac reprobis, lumen
Christianæ doctrinæ proponit. Potest quoq; per tenebras omnis creatura intellectualis intel
ligi, quæ comparatione lucis diuinæ, potius reputatur caligo quam lux. Propter quod ait psal
mista: Deus meus illumina tenebras meas, L. & tenebræ eam non comprehenderūt.

¶ Infra

cũ impetrauerunt ab eis, vt hæc consuetudo eis obseruaretur à iudice Romano eis proposito,
ideo Pilatus à Romano Impatore Iudæis pfectus, necesse habuit hãc consuetudinẽ obseruare,
necessitate cõditionata, videlicet si contẽtare deberet Iudæos, & obedire Romanis, attñ Beda
affirmat, q̃d nõ iperialis legis sanctione, sed annua Iudæoꝝ cõsuetudine fecit hoc ad placen-
V dum eisdẽ. L Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicens: Tolle hũc, ⌋.i. Iesum interfice, quẽ
ex contẽptu nõ expressit hæc turba, L & dimitte nobis Barrabã, q erat propter seditionem q̃n
dam factã in ciuitate ⌋ Hierusalem, L & homicidiũ, missus in carcerẽ ⌋ vt post festũ apto tpe oc Matt.27.
cideret. Lucas istud breuiter tãgit, ꝙ à Matthæo nouerat plenius recitatũ. Ait eñi Matthæus:
Per diẽ autẽ solemnẽ cõsueuit pses dimittere populo vnũ vinctũ quẽ voluissent. Habebat aũt
tũc vinctũ vnũ insignẽ .i. in malitia famosum & singularẽ. Cõgregatis ergo illis dixit Pilat⁹:
Quẽ vultis dimittã vobis, Barrabã, an Iesum q dicit Chr̃s. Sciebat eñi, ꝙ p inuidiã tradidissent
illum. Cumq; Pilatus hæc diceret, cõtigit ꝙ etiã ait Matthæus, sedẽte illo (puta Pilato) pro tri
bunali .i. in sede iudiciali ad iudicandã de Chr̃o, misit ad eũ vxor eius, dicẽs: Nihil tibi & iusto il
li, hoc ẽ, non agas aliqd cõtra eũ, quia nõ spectat ad te, eo ꝙ innocẽs sit, multa eñi passa sum ho
die .i. hoc die naturali, videlicet in aurora vt credit, cũ pilatus surrexisset de lecto, qa dñæ, cõiu
gesq; magnatũ solent ad tẽpus manere in lecto post viros, visu .i. in visione & somno, propter
eum, id ẽ, ad hoc, vt eius liberationẽ procurẽ à te, ad quod (vt creditur) diabolus illam fœmi-
nam instigauit, iam quasi pro certo cõijciẽs, ꝙ Iesus esset Messias, qa videbat ineffabilẽ man
suetudinẽ, patientiã atq; constantiã Christi, in oñi sua iniuriatione, ac passione & qa dãnatio
nem Iudæ iam vidit, itemq; insolitã consolationẽ sanctoꝝ in lymbo, vt fert, ideo timuit expo
liari, & vinci à Iesu, cũ tñ paulo añ Iudã ad eius traditionẽ atq; Iudæos ad ei⁹ occisionẽ icitasset. Matt.27.
¶ Præterea ait Matthæus: Principes autẽ sacerdotũ & seniores psuaserũt populis, vt peterent
Barrabam, Iesum vero pderent, hoc ẽ, occidi deposcerẽt. Respõdens aũt præses, dixit illis: Quẽ
vultis vobis de duob⁹ dimitti? At illi dixerũt Barrabã. Dicit illis Pilat⁹: Quid ergo faciã de Ie-
su, q dicit Chr̃s? Dicũt oẽs: Crucifigat. Pilat⁹ aũt tertio dixit illis: Quid eñi male fecit? Nullã
causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illũ, & dimittã. Hoc verbũ affert Lucas. Porro ꝙ
B sequit, scribit Iohannes: Tũc ergo apphendit Pilat⁹ Iesum, & flagellauit, hoc est, seruis suis p-
cepit Iesum nudare, columnæ alligare, & flagellis percutere.
¶ O quã erubescibile fuit inter tot miliũ aspectu nudari, & q̃ pœnalissimũ fuit tenerrimo ac no
bilissimo corpori Chr̃i, tã atrociter flagellari. Scribit eñi sacratissima vidua sancta Brigida, in
reuelatiõib⁹ suis bñdicta & gloriosa virgine Maria sibi id enarrãte, ꝙ tã diu ac acerrime flagella
uerũt Chr̃m, ꝙ costę ei⁹ patebãt, in tñ ꝙ vn⁹ de aduersarijs Chr̃i, abscidit funem, q̃ fuit ligat⁹,
& flagellatorib⁹ dixit, Nunqd interficietis eũ nondũ dijudicatũ & condennatũ, & causam mor
tis eius facietis vestrã? Deinde sancta Brigida scribit, ꝙ caro & pellis Chr̃i tantæ teneritudinis
fuit, ꝙ sanguis videbat p eã. Item, ꝙ in prio ictu flagelli, caro eius pforabat, & sanguis exilijt,
& ꝙ virgo Maria astabat, primum q̃ ictũ illũ & filij sui vulnerationem inde sequentem cõspici
ens, cecidit in terrã vt mortua, nec redijt ad seipsam, nisi flagellatõe cõpleta, tũcq; aspexit corp⁹ Matt.27.
filij sui dilaceratũ, & vndiq; cruentatũ. Deinde Iohannes & Matthæus dicũt. Et milites psidis vi
delicet grationes. Nõ eñi erãt nobiles viri, sicut iam milites sunt aurati, suscipientes Iesum in p
torio, cõgregauerunt ad eũ vniuersam cohortem, & exuentes Iesum vestimenta sua, chlamydẽ
coccineã circũdederũt ei, hoc est, veste rubea, ad similitudinem purpurę induerũt eũ. Vñ Iohã
nes ait: Veste purpurea circũdederũt eũ, & aliq dicũt, ꝙ fuit aliqd rubeũ vile simile purpurę,
& plectentes coronã de spinis posuerũt sup caput ei⁹, & arũdinem, id ẽ, calamũ in dexterã ei⁹,
videlicet p sceptro regali, & genuflexo ante eũ illudebãt eũ, dicentes: Aue rex Iudæoꝝ. Et da-
bant ei alapas, & expuentes in eum, acceperũt arundinem, & pcusserũt caput eius. Exiuit itaq;
itèꝝ Pilatus, & dicit Iudæis: Ecce adduco eũ vobis foras, vt cognoscatis, quia nullam causam
mortis in eo inuenio. Exijt ergo Iesus portãs spineã coronã & purpureum vestimentum, & di
xit eis: Ecce homo. Cũ ergo vidissent eũ pontifices & ministri, clamabãt, dicẽtes: Tolle, tolle,
crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos, & crucifigite. Ego eñi nõ in inuenio in eo cau-
C sam. Rñderunt Iudæi, & dixerũt: Nos legem habemus, & scd̃m legem debet mori, qa filiũ dei
se fecit. Cũ ergo audisset Pilat⁹ hũc sermonẽ, magis timuit, vtpote ne forte sic esset, & sic gra-
tens in ope⌋ .i. in omi actu virtuoſo, pfecto, & in ſignis, pdigijs atq; miraculis, vnde & dixit:
Opera q̃ dedit mihi pater teſtimoniũ phibẽt de me. Itẽq;: Si opa nõ feciſſem in eis, q̃ nemo ali
us fecit, pctm̃ non haberent, ⌊& ſermone⌋ qa in verbis ſapien tiſſimus ac eloquentiſſimus fuit,
iuxta illud: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Mirabant oẽs in verbis grã q̃ procedebant de ore
eius. Aduerſarij q̃q; eius coacti ſunt dicere. Nunq̃ ſic locutus eſt homo ſicut hic loquit. Et recte
nunc dr: Quod fuit potens in opere & ſermone, præmittendo in opere. Cępit enim facere &
docere, itaq; primo egit, q̃d poſtmodũ prædicauit. Sed iã multi ſunt quaſi potentes in ſermõe,
debiles vero in opere. Qui de humilitate, patiẽtia, mãſuetudine, tẽperãtia, iuſtitia, charitate co-
pioſe ſermocinant, & tñ faciliter à proprijs paſſionibus ſuperantur, inquinamentis carnis & ani
mæ viriliter infeliciterq; ſuccumbũt. Itaq; Ieſus fuit potens in opere & ſermone, ⌊coram deo⌋
.i. vere & infallibiliter, virtuoſe & meritoriæ ſibijpſi, q̃tum ad pmiũ accidentale, & alijs abſolu-
te ⌊& omi populo⌋ .i. ſcd̃m oĩm pſertim vulgariũ, reputationẽ. Qui dixerunt. Nunq̃ apparuit
B ſic in Iſrael. Et propheta magnus ſurrexit in nobis. ¶ Porro, qdam ſunt potentes in opere & ſer
mone, corã hoibus, ſed non corã deo, ſicut hypocritæ ⌊& q̃uo⌋ .i. q̃ iniuſte, ⌊tradiderunt eũ
ſummi ſacerdotes & principes noſtri⌋ videlicet pontifices & ſeniores, ⌊in damnationẽ mor
tis⌋ .i. morte dignum eum iudicauerunt, dicentes: Nos legẽ habemus, & ſcd̃m legẽ debet mo-
ri, qa filiũ dei ſe fecit. Importune q̃q; impetrauerunt à pſide ſentẽtiam cõdemnationis ad mor
tem aduerſus Chriſtũ, ⌊& crucifixerunt eũ, ⌋ qa eius crucifixionem pcurauerũt ⌊Nos aũt ſpe
rabamus⌋ añ paſſionẽ ipſius, ⌊qa ipſe eſſet redẽpturus Iſrael⌋ hoc eſt, liberaturus Iſraeliticum
populũ, tanq̃ verus Meſſias in lege & prophetis promiſſus, ab originali & omi pctõ, & captiui
tate diaboli, & ſeruitute peccati, q̃ſi diceret: Hoc ſperabamus, ſed modo non ſperamus. ⌊Et
nũc ſup hæc oia⌋ .i. vltra ea q̃ dixi ⌊tertia dies eſt hodie, quo⌋ .i. à die Paraſceues in quo ⌊facta
ſunt iſta⌋ q.ſ. Ieſus morti adiudicatus & crucifixus eſt. ⌊Sed mulieres q̃dã ex nr̃is⌋ .i. ad ſocie-
tatem noſtrã ſpectãtes, qa nobiſcũ dñm Ieſum ſequebant deuote⌋ terruerunt nos, quæ ante lu
cẽ⌋ .i. valde diluculo ⌊fuerunt ad monumẽtũ, & nõ inuento corpe eius⌋ qa iam reſurrexit ⌊ve
nerũt⌋ ad apſos ⌊dicẽtes ſe etiã viſionẽ⌋ .i. viſibilẽ formã, ⌊angelorũ vidiſſe, ⌋ ita φ angelos
in aſſumptis corporibus corpaliter conſpexerunt ⌊qui⌋ angeli ⌊dicunt eũ viuere⌋ .i. Chrm re
ſurrexiſſe. Itaq; diſcipuli verbis mulierũ iſtarũ auditis terrebant, qa forſitan metuebant, q̃d Iudęi
increduli imponerẽt eis q̃d corpus ſui abſtuliſſent magiſtri, & propterea eos pſequerent ⌊Et
abierunt q̃dã ex noſtris ad monumẽtũ⌋ vtpote Petrus & Iohannes, vt dictũ eſt ⌊& ita inuene
runt ſicut mulieres dixerunt⌋ videlicet lapidẽ reuolutũ, & linthramina poſita ⌊ipm vero⌋ .i. cor
pus Ieſu, ⌊non inuenerunt. Et ipſe dixit eis: O ſtulti⌋ .i. ſcripturarum notitia nõ habentes, verę
C fidei luce carentes, ⌊& tardi corde ad credẽdũ in omibus⌋ verbis & vaticinijs, ⌊q̃ loquuti ſunt
prophetæ⌋ de mea paſſione & reſurrectione, cũ tñ habeatis ſufficiẽtia inductiua ad credendũ,
q̃d ego ſum ille, de q̃ illa pdixerunt prophetæ, nã ſufficientibus miraculis Chrm me eſſe proba-
ui. ¶ Querit, cur Chriſt' diſcipulos iſtos vocauerit ſtultos, cũ alibi dicat, qui dixerit fratri ſuo fa
tue reus erit gehẽnę ignis. Et rñdendũ, φ pctã verborũ penſant penes intentionem, affectionẽq;
cordiũ, q̃m ea q̃ ſunt in voce, ſunt earũ, q̃ ſunt in aĩa paſſionum, affectionũ, intentionũq; notæ,
Chrs ergo prohibuit dicere proximo fatue ex contemptu deriſione, aut ſimili vitioſa radice,
nõ aũt ex charitate & zelo iuſtitiæ, rationabili cauſa id exigente, ⌊Nonne hæc oportuit pati
Chriſtũ? ⌋ Propter æterni patris præordinationem, & prophetarum verificationem atq; hu-
mani generis ſaluationem ſanctorum lymbo eductionẽ, cœleſtis patriæ apertionem cęleſtis
Hieruſalem reædificationem ⌊& ita puta per paſſionem intrare in gloriam ſuam⌋ id eſt, in cę-
lum aſcendere & corpore glorificari, gloriamq; cęleſtẽ plenarie poſſidere, Chrs qppe ſua hu
miliatiõe, paſſione & morte promeruit ſibijpſi præmiũ accidentale, atq; dominium oĩs creatu-
ræ, dicente apoſtolo: Humiliauit ſe, factus eſt obediẽs patri vſq; ad mortẽ, pter q̃d & deus ex
altauit illũ, & tñ hęc gloria debebat Chr̃o etiã aliunde, videlicet rõne hypoſtaticę vniõis cũ ver
bo & propter plenitudinẽ beatificę viſionis, ſeu eſſentialis felicitatis aĩæ eius, quę redũdaſſet in-
deſinenter in corpus eius, & impaſſibile illud feciſſet, niſi deo diſpenſante, redundantia illa fuiſ-
ſet vſq; ad reſurrectionẽ dilata, vt in epiſtola ad Dioſcorum loquitur Auguſtinus, & ita glo-
ria illa fuit proprie gloria Chriſti, ſed & vniuerſa gloria curię cœleſtis, fuit & eſt gloria Chri-
ſti ſecundum quod deus eſt tanquam domini ac datoris, Si itaq; Chriſtum per paſſionem,

&multi

gradiebatur. Respōdēt ꝙ hoc propterea dixit Gregorius, q̄a habebāt aliq̄d simile chariti &
eius effectui. ¶ Porro si istud q̄s teneat, coget͂ cōcedere, q̄d & fœminæ pergētes vngere corpus
V Iesu, erāt extra charitatē atq; in statu dānationis. ⌊ Et surgētes eadē hora ⌋ à mensa, ⌊ regressi
sunt in Hierusalē ⌋ q̄a ꝑ charitatis ardorē, quē nūc cū fide vere habebant, q̄escere & differre tā
saluberrimū nuntiū nō valebant, nec senserūt viæ laborē, dilectionisq; ardor extinxit in eis ser
uilē Iudæoꝝ timorē ⌊ & inuenerunt cōgregatos vndecim ⌋ ap̄los in cōclaui ⌊ & eos q̄ cū ipsis
erāt ⌋ videlicet alios q̄sdā Chr̄i discipulos ex septuagintaduobus, aut fœminas aliq̄s Chr̄i disci
pulas. Itaq; Thomas tūc aderat, & paulopost exijt, nō credens auditis, sicq; defuit apparitiōi q̄
cōsequēter describit͂, prout in Iohanne legit͂: ⌊ dicētes ꝙ surrexit, dn̄s vere, & apparuit Symo-
ni ⌋ Participiū istud, dicētes, q̄dā referūt ad verbū inuenerūt, vt sic nōīatiui casus, eritq; sensus, q̄d
duo isti discipuli inuenientes vndecim cōgregatos, dixerūt eis, quod dn̄s vere surrexit, & Petro
apparuit. Aptius tn̄ videt͂, vt dictio ista, dicētes referatur ad vndecim inter congregatos, sitq;
accusatiui casus, vt sit sensus, q̄d duo discipuli inuenerūt cōgregatos vndecim inter se recitātes,
& etiā istis duobus dicentes, ꝙ dn̄s vere surrexit & istud ex duobus probatur. Primo, q̄m isti
duo discipuli nondū sciuisse vident͂ q̄d Chr̄us apparuerit Petro, sed Petrus hoc apostolis retu
lit. Secūdo, ex mō loquendo ipsius Euangelistæ in loco ꝑsenti, q̄s post verba ꝑdicta mox sub
ditur: Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via ⌋ Ex quo apparet, q̄d participiū illud, dicentes,
& ꝓnomē hoc, ipsi referēda sint ad diuersos, ita ꝙ isti duo cū audissēt verba apostoloꝝ Chr̄i
resurrectionē & apparitionē Petro factā eis narrantiū, tūc & ipsi narrauerunt narrātibus sibi q̄
gesta erant in via. s. qualiter Chr̄us se eis in via associauit, eosq; interrogauit, increpauit, edo-
cuit, & q̄uo cognouerūt eū in fractione panis. Deniq; secundum glossam, inter viros, dominus
Iesus primo apparuit Petro, nā sicut inter fœminas post virginē gloriosam, Maria Magdalena
fuit Christo deuotior, & in eius amore feruentior, familiorq; tūc sic inter viros Petrus. Item,
quatenus tantam misericordiam exhibendo Symoni Petro, instrueret eum omnem misericor
diā peccatoribus exhibere. Et rursus, ne Petrus abundantiori absorberet͂ tristitia, & ne ex trina
B negatione, desperationē incurreret. Et fuit reuera ineffabilis pietas, q̄d illi discipulo primū ac
specialiter se monstrauit, à quo inhonestius ac frequentius fuit negatus, & merito sanctus Pe-
trus fuit postmodū aliis misericordissimus. ¶ Deinde describit͂ adhuc alia apparitio saluatoris,
q̄ & à Iohanne est descripta, vbi q̄dā habētur, q̄ hic omittunt͂, sicut & hic aliqua describunt͂,
q̄ ibi non recitantur. Non em̄ om̄es oīa cōscripserunt. ⌊ Dum aūt hæc loquerentur ⌋ apostoli &
duo ꝑfati discipuli, ⌊ stetit Iesus in medio eoꝝ ⌋ hoc est, repente ianuis clausis intrauit, atq; in Matt. 18.
medio stetit, sicut promisit. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in me
dio eoꝝ. Stetit aūt in medio ad literā, vt ab omnibus melius videret͂ & audiret͂, seq; monstraret
esse eundē, qui ante passionem in medio eoꝝ consistere solitus erat. Sp̄ualiter vero, vt humili-
tatem cōmēdaret, & virtutū magistrū se esse ostenderet. Nā virtus consistit in medio, & ipse
ante passionē disseruit: Ego in medio vestrū sum, sicut q̄ ministrat. Per hoc q̄q; ostendit dilecti
onē suā ad discipulos suos ⌊ & dixit eis: Pax vobis ⌋ hoc est pacē pectoris quæ est tranquillitas
seu quies mentis in deo, habete modo p̄ grām & pacem æternitatis habete, nunc per spem, &
aliquam prægustationem. Itaq; sicut saluator an̄ passionem ꝑcepit discipulis: In quācunq; do
mū intraueritis, primum dicite: Pax huic domui, sic ipsemet post resurrectionem visitādo eos
primū loquutus est: Pax vobis q̄ cōstat q̄ magnū bonū sit pax vera, sp̄ualis & interna. Ego sum
vere magister & dn̄s vester, pauloante crucifixus, & nūc vere resuscitatus qui scd̄m deitatem
sum æternaliter] & ꝑfecte, cuius esse est plenū, infinitū, simplicissimū, om̄isormiterq; perfectum.
Qui dixi ad Moysen: Ego sum q̄ sum. ⌊ Nolite timere ⌋ inordinato timore, q̄si velim vos fallere Exod. 3
aut nocere. ⌊ Conturbati vero ⌋ præ admiratione, ⌊ & conterriti ⌋ sicut naturale est fragilitati
humanæ, defunctorum apparitionē horrere & insolitas expauescere visiones, sed & propter pe
riculum ⌊ existimabant se sp̄m videre, ⌋ videlicet animam Christi, aut alium spiritū forte falla
cem in corpe assumpto. Sed miꝝ, quō hoc putabant cū iam pauloan̄ dixissent: Quod surrexit
C dn̄s vere. Quod audierū tā à sanctis mulieribus, & à Petro à duobus q̄q; discipulis, atq; vt reor
à Iacobo minore, cui an̄ hanc horā apparuit Chr̄s. Et respondēdum, ꝙ ideo forsitā putabant
sp̄m se videre, nō veꝝ corpus, q̄m clausis introijt ianuis, q̄d adhuc impossibile forsitan æstima
bāt vero humanoq; corpi. Veruntamē Petrus & duo ꝑdicti discipuli, & Iacobus minor de
resurrectione Christi nō dubitabāt, q̄uis virtutē & dotes corpis glorificati nondum cognos-
cerēt. ⌊ Et dixit eis: Quid turbati estis ⌋ hoc ē immoderāter, inquietati, formidolosi & stupidi,
⌊ & cogitationes ⌋ erroneæ, ⌊ ascēdunt in corda vr̄a, ⌋ ex proprij intellectus imbecillitate, q̄a
suspicamini sp̄m vos videre. ⌊ Videte manus meas & pedes ⌋ in quibus manēt vulnerum cica
trices, ad insinuādū, q̄d vere in proprio corpe resurrexi, ⌊ quia ego ipse sum, ⌋ qui fui mortuus,
& nunc corporaliter viuo atq; appareo, ⌊ palpate ⌋ vt certificemini etiam tactu, ⌊ & videte, ⌋
exteriori, interiorique oculo me veraciter surrexisse & apparere, quia spiritus carnem & ossa
non habet, sicut me videtis habere ⌋ sp̄us enim in sua natura est simplex. ⌊ Et cum hoc dixis-
set, ostē-

ſet,oſtendit ei manus &pedes.⌋&cicatrices in eis,forſan etiam latus eiuſq; cicatricem.
¶Voluit aũt cicatrices in ſuo corpore reſeruare. Primo,vt tactũ eſt ad probandũ veritatẽ ſuæ
reſurrectiõis. Scđo,in ſignum victoriæ. Tertio,vt p hoc electos &ſanctos in pr̃ia in ſuo magis D
accẽdat amore. Quarto,vt eas pr̃i pro nobis pſentet. Quinto,ad maiorẽ impioꝝ & ingratoꝝ
confuſionẽ.⌊Adhuc aũt illis nõ credẽtibus.⌋Quod vero conſpicerẽt corpus Chr̃i, ob cauſam
Iohã. 20 ptactã,nec oẽs erãt æque increduli,imo quidã oĩno credebant,& quidã nondũ cõplete, ideo
ſubditſ.⌊Et mirãtibus præ gaudio.⌋qa vt apud Iohannẽ legiſ: Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño.
Ergo aliquo modo credebãt,ſed mirabanſ de tam noua &inſperata cõſolatiõe & apparitiõe,
de qua vehemẽter gaudebãt,atq; præ gaudio mirabanſ q̃d & qualiter tã bene &optime eis cõ
tigerit,q pauloante deſolatiſſimi erãt,qa(vt aſſerit Auguſtinus)quæ multũ læta ſunt, vix cre-
dunſ. Occulte enĩ metuit animus,ne forſan contingat oppoſitũ,&tunc duplex mœror naſcaſ.
Sic Iacob patriarcha audito à filijs, Ioſeph viuit, quaſi de graui ſomno euigilans,nõ th̃ crede
Gene 45 bat eis.⌊dixit.⌋nõ ex ignorãtia quærens: Sed ſolitũ loquẽdi modũ obſeruans,vt magis agnoſ
cereſ.⌊Habetis aliq̃d hic quod manduceſ?⌋Quatenus nõ tm̃ per viſum,tactũ, auditum, ſed
etiam per guſtũ meam vobis reſurrectionẽ demonſtrẽ.⌊At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi.⌋
cuius forſitã partẽ iã comederũt⌊& fauũ mellis. Et cũ manducaſſet coram illis, ſumẽs reliqas
dedit eis.⌋vt ſecũ comederent,nec dubiũ,quin & potauit cũ eis,ſecundũ quod princeps Apo-
ſtoloꝝ dixit: Manducauimus & bibimus cũ illo,poſt quam reſurrexit.

¶Porro, Chriſtus comedit,nõ th̃ aliquid cõuertebat in corpus ipſius. Sed poteſtatiue cibũ &
potum conſumpſit,quẽadmodũ aquam conſumit radius ſolis calẽs.⌊Et dixit ad eos: Hæc ſunt
verba,quę locutus ſum ad vos.⌋hoc eſt,iſti effectus, videlicet apparitiones & meæ reſurrectio
nis probationes ſunt res ſignificatæ per verba, quæ vobis prædixi, quando adhuc inter vos
ante meam paſſionem paſſibilis conuerſabor,à quibus nunc carnis immortalitate & plenæ be-
4Reg. 20 atitudinis ſtatu diſto. Itaq; verbũ hic ſumiſ pro re verbo ſignificata,ſicut in libris Regum lo-
quiſ Ezechias: Non fuit verbum in domo mea& in omni poteſtate mea,quod non oſtẽderim
eis,videlicet nuncijs regis Babylonis.⌊quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in
lege Moyſi,& Prophetis,&Pſalmis de me.⌋Eodẽ modo neceſſe fuit illa impleri q̃ neceſſe fuit E
Chriſtu pati, quod qualiter oportebat iam dictum eſt, Itaq; neceſſe fuit illa impleri neceſſitate
conditionata, non abſoluta,hoc eſt,neceſſitate conſequentiæ,non conſequentis ſeu in ſenſu cõ
poſito, non in ſenſu diuiſo,non neceſſitate coactionis liberi arbitrij,ſed præordinationis diui-
Geneſi, 22 ni decreti. ¶Porro in lege Moyſi,multa de Chr̃o conſcripta ſunt,vt quod deus dixit ad Abra
Deut, 18. ham, Iſaac,& Iacob. In ſemine tuo benedicenſ omnes familiæ terræ. Et: Prophetam ſuſcita-
bit vobis dominus &c. ¶Inſuper, quamuis Pſalmiſta fuit propheta,tamen liber Pſalmoꝝ
proprie inter agyographa computaſ,& ita nunc Pſalmi à ſcriptura prophetarum diſtinguunſ.
⌊Tunc aperuit illis ſenſum.⌋.i. intellectum eorum illuminauit,⌊vt intelligerent ſcripturas.⌋
Veruntñ non tam perfecte eos iam illuſtrauit,ſicut in die pẽtecoſtes,quãdo limpidiſſimã ſcri-
pturaꝝ intelligẽtiã eis infudit, nunc tamẽ eos aliqualiter illuminauit,quia vt habet Iohãnes: In
ſufflauit in eos,& dixit: Accipite ſpm̃ ſanctũ⌊& dixit eis: Qm̃ ſic ſcriptũ eſt:⌋hoc eſt,de mea
Oſeæ 6 paſſione & reſurrectione prophetatũ in Daniele, Ozea,in Pſalmis,alijſq; prophetis, Scriptum
Pſalm 40 eſt enim: Poſt hebdomadas ſexaginta duas,occideſ Chr̃us. Et Ozeas ait: Viuificabit nos poſt
duos dies,in die tertia ſuſcitabit nos. Sophonias quoq;: Expecta me dicit dñs in die reſurrecti-
onis meæ in futurum. Atq; in Pſalmo: Tu autẽ dñe miſerere mei,reſuſcita me & retribuã eis.
⌊& ſic oportuit Chriſtũ pati.⌋pro mundi ſalute,quia ille fuit conuenientior modus humanæ
redẽptionis,& deus ita præordinauit,⌊& reſurgere à mortuis tertia die.⌋quia nõ decuit Chr̃i
reſurrectionẽ vltra tertium diem differri,& prædicari in noĩe eius pœniam,& remiſſionẽ pec
catorum in oẽs gentes.⌋hoc ẽ,vniuerſis mũdi hoĩbus Iudæis atq; Gentilibus euangelizari,vt
in fide Chr̃i pœniam agant,atq; per grãm eius confidant ſe remiſſiõem peccatoꝝ ſuoꝝ poſſe
ſuſcipere,virtute & merito paſſionis ipſius,per ſacramenta eius,primo in baptiſmo, deinde in
ſacramento pœniæ,quæ eſt ſecunda poſt naufragiũ tabula. Hinc in Actibus Paulus ait Iudæ
is. Per Ieſum vobis remiſſio peccatorum annũtiaſ ab oĩbus,à qbus nõ potuiſtis in lege Moy F
ſi iuſtificari. Et rurſus loquẽs Gentilibus: Tempora (inqt) prioris ignorantiæ deſpiciens deus,
nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbiq; pœniam agant,eo quod ſtatuit diem,in quo iudi-
caturus eſt orbem in æquitate,in viro quem ſtatuit,fidem præbens omnibus,reſuſcitans illũ à
mortuis. Et iteꝝ loquiſ, Primũ deus ſuſcitans filium ſuum,miſit eum vt conuertat ſe vnuſquiſq;
à nequitia ſua. Itemq;: Non eſt nomen aliud ſub cęlo datum hominibus in q̃ oporteat vos ſal-
uos fieri. De hac omnium gentium conuerſione ad Chriſtum,& diffuſione eccleſiæ catholicę
p totum orbem terraꝝ copioſiſſime & apertiſſime prædixerunt Prophetæ. Scriptũ ẽ nanq;
Pſalm. 21 in Pſalmis: Reminiſcenſ & conuertenſ ad dominum vniuerſi fines terræ,& adorabunt in con
ſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium. Itemq;: Benedicent in ipſo tribus terrę,oẽs gentes ma
gnificabunt eum. Vnde & per Eſaiam loquitur Chriſtus: Glorificatus ſum in oculis domini.

Et di

Et dixit: Parum est vt sis mihi ad suscitandas trib⁹ Iacob,& fæces Israel cõuertendas,dedi te in
A lucem gentiũ,vt sis salus mea vsq; ad extremũ terræ. Sed & in Daniele legitur: Oẽs populi tri
bus & linguæ seruiẽt ei. Quod totum impletũ est,q̃a & si nũc magna & latissima regna ad sto-
lidissimã ipsarcissimi Mahumæti legem,aliasq; perfidis sint collapsa,longo tamẽ tempore in eis
viguit religio Christiana, nihilominus añ finem seculi p̃dicta plenius implebunt. ¶ Porro præ
dicatio ista facta est Apostolis Chri. L incipiẽtibus. J eam L à Hierosolima, J q̃a post Christi as
censionẽ & spũs sancti missionẽ,cęperũt apostoli in Hierusalem p̃dicare, put p̃ Esaiã,fuit p̃di
ctũ: De Sion exibit lex,& verbũ dñi de Hierusalẽ, Atq; in Psalmo: Virgã virtutis tuæ emittet
dñs ex Sion. Hierusalẽ nãq; fuit metropolis Iudæo;,q̃bus Chr̃us fuit specialiter missus, de
quo; & semine fuit natus,multisq; donis fuit populus ille à deo ornatus ideo decuit ei primo
euangelizari,prout loquit eis Paulus: Vobis oportebat primũ loqui verbum dei. Hierusalem
quoq; fuit ciuitas sancta,in qua fuit templũ dei,& viguit cultus eius floruitq; sæpe studium le-
gis ac propheta;,quã & Chr̃us passioni suæ p̃elegit,idcirco decuit euangelicam p̃dicationem
post Christi passionẽ inchoari ibidẽ,vt & Iudæi increduli inexcusabiles redderentur,in quo eti
am diuinæ pietatis declarat immẽsitas,q̃d illis voluit primo viã p̃dicari salutis,q̃ mortẽ procura
uerũt saluatoris,& dei filiũ occiderunt. L Vos autem testes horũ, J videlicet resurrectiõis meæ
& alio; mysterio; meo;,qui q; & ante passionẽ meã mecũ estis cõuersati, & de mea resurre-
ctione estis multipliciter certificati. L Et ego mittam promissum patris mei In vos. J .i. spm̃ san
ctum à patre procedentẽ,quẽ & pater p̃ prophetas & me promisit se vobis datu;,mittã & in
fundam cordibus vestris,sicut in die pentecostes scimus peractũ. Istud em̃ Chr̃us in sermone
B post cœnam frequẽter promisit,iuxta illud Iohannis: Cũ venerit paracletus,quẽ ego mittã vo
bis à patre,spm̃ veritatis,qui à patre procedit,ille testimoniũ perhibebit de me,& vos testimo
nium p̃hibebitis,quia ab initio mecum estis,certumq; est,q̃ Chr̃o nequaq̃ competeret autho
ritas mittendi,dandiq; spm̃ sanctũ,nisi ab ipso procederet spũs sanctus,& verus consisteret de
us. L vos autẽ sedete in ciuitate. J Hierusalẽ,in loco quo loquor hæc vobis, vbi vobiscũ vltimã
feci cœnam, L quoadusq; induamini virtute ex alto. J .i. vsq; ad horam qua accipietis spm̃ s̃ctũ,
qui corda vestra induet omnẽ perfectionẽ gratiæ ac virtutũ ex throno cęlesti ac decreto patris
æterni,sicq; efficiet vos idoneos ad p̃dicandũ ac testificandum de me,dando vobis sapientiã,
constantiã & feruorẽ,omnium lingua; notitiam,totius scripturæ peritiam,ardentissimã cha-
ritatem,insuperabile robur fortitudinis sp̃ualis. Hinc in actibus legitur Christus dixisse discipu-
lis: Accipietis virtutẽ spiritus sancti superuenientis in vos,& eritis mihi testis in omni Iudæa &
Samaria,& vsq; ad vltimum terræ. Veruntamen non est intelligẽdum,q̃ Christus p̃cepit disci
pulis continue in ciuitate sedere,q̃a post hæc verba interdũ exierũt pro rationabilib⁹ causis. s.
ad piscandum,sed intentio Christi fuit,vt nõ longe discederent,nec diu abessent, sed frequen-
ter seu opportunis horis ibi manerent,p̃sertim post ascensionẽ,& p̃ orationes,ieiunia ac alia de
uotionis exercitia,sed ad spũs sancti pararent susceptionem plenariam. Hinc scribitur in acti-
bus: Conuescens p̃cepit eis,ab Hierosolymis ne discederẽt,sed expectarẽt promissionem pa-
tris, Quam audistis (inquit) per os meũ. Vnde nũc subditur. Eduxit aũt eos foras in Bethani-
am. L In die quippe ascẽsionis bis eis apparuit. Primo in Hierusalem,& tunc eis p̃cepit,vt irent
in montẽ Oliueti,qui est prope Bethaniã,in quo rursus eis apparuit,propterea dicit eos eduxis
C se in Bethaniam, quãuis corporaliter cum eis non iuerit,& q̃a mons oliuarum prope Bethaniam
est,sicq; duxit eos in Bethaniã .i. in viam, Bethaniam versus vsq; ad montẽ p̃dictum, L & eleua
tis manibus suis,benedixit eis, J forsitan signum crucis sup̃ eos formando, & verba benedictio
nis aliqua proferẽdo,vt & ipsi sic facerent alijs,nam & prælati à suis subditis recedẽdo sic face
re debẽt,imo cũ actiua benedictio dei sit collatio munerum gratiæ eius, & multiplicio eorun-
dẽ, Christus secundũ quod homo,manus leuando,benedictionisq; verba loquendo, secundũ
quod deus,incremẽta gratiæ ac virtutum cordibus infudit eo;. L Et factum est dum benedi-
cet illis,recessit ab eis. J .i. eleuari cœpit corporaliter in aere, L & ferebatur. J .i. propria virtute as
cendit. L in cœlum,quod diuina virtute principaliter fecit, & item per dotẽ agilitatis, vnde in
actibus habetur: Cum hæc dixisset,videntib⁹ illis eleuatus est,& nubes suscepit eum ab oculis
eorum. L Et ipsi adorantes. J Christum vt ve; deum,sicut & Thomas euidẽtia veritatis cõui-
ctus,dixit: Dñs meus,& deus meus, L regressi sunt in Hierusalem, J in cęnaculũ q̃d fuerat p̃pe
templum, L cum gaudio magno, J tam de Chr̃i sui p̃dilecti magistri atq; dulcissimi dñi glorio
sa ascẽsione,felicitate & gloria,quam de b̃ñficijs dei eis datis ac dandis,ac totius mundi cõuer
sione ad Christũ instante,nam & duo angeli Chr̃o ascẽdẽte apparuerũt eis,dicentes: Viri Ga-
lilæi quid statis aspicientes in cęlũ,&c. L & erant semp̃ in templo. J .i. oĩ tempore opportuno,
p̃sertim post susceptionẽ spũs sancti,quia vsq; ad illud tempus magis latebãt in domo,q̃ se ma
nifestabant in templo, vtpote nõdũ plene desup̃ cõfortati, L laudãtes & b̃ñdicentes deũ, J eum
de suis b̃ñficijs ac promissis laudando,& propter propriam ac immensam bonitatem p̃fecti
onẽ, et beatitudinẽ eius,eum iugiter benedicẽdo,sicut ait propheta: Benedicã dñm in omni tem

port. Hinc legitur in actibus: Quotidie erant perdurantes vnanimiter in templo, & frāgentes
Acto 2. circa domos panem, sumebāt cibum cū exultatione laudantes deum. Et denuo: Omni die non D
Acto 5. cessabant in templo & circa domos, docētes & euāgelizātes Chr̄m Iesum, quę oia post spūs
sancti in signo visibili susceptionem Lucas recitat cōtigisse. Verūtamen Theophilus dicit,
eos etiā inter ascensionem & pentecosten cū alijs templū intrasse causa orationis & laudis diui
næ qa ex ascensiōe saluatoris erāt aliqualiter roborati, atq̧ à pristina formidine subleuati, tñ q̄d
primo dictū est, verius æstimatur, & his quæ in actibus scribuntur apostolorum, magis cōcordās.
¶ Postremo, qualiter præmemorata dñicæ resurrectionis argumenta Christi resurrectionem suf
ficienter probant, Thomas in tertia parte summę suæ magistraliter docet. Discamus ego &
nos cū sanctis apostolis in templo semp, vnanimiterq̧ manere per orationes, ieiunia, & alia ex-
ercitia virtuosa, ad quotidianū gr̄æ ac virtutum augmentum nos præparare, omnipotentem
iugiter bñdicere aut laudare, qui est sup omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

¶ Finis Euangelij secundum Lucam

D DIONYSII CARTHV
SIANI IN EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM ENARRATIO.

PROOEMIVM.



Eccl. 24 GO sicut aquæ ductus exiui à paradiso, & fluuius me⁹ ppinq̄
uit ad mare, quoniam doctrinā quasi antelucanū, illumino om
bus. Increata atq̧ fontana sapientia dei, vnigenitus filius patris E
æterni, domin⁹ nr̄ Iesus Christus, ex q̄ humanā naturā supna-
turaliter induit, suppositaliterq̧ assumpsit, homines mirabiliter
sublimauit, atq̧ ineffabiliter deificauit, supnaturalibus donis
ac gratijs, humanæ fragilitatis cōditionem psus trāscendenti-
bus, suos adimplendo electos. Inter q̄s gloriosi apl̄i sortiūt pri
Rom. 8. matum, quoniam primitias spiritus receprūt. Hos tātis virtu-
te potestate & gratia decorauit, deus sublimis & benedictus, vt
scilicet, sapiētia atq̧ miraculis vniuersos pcedere cō, pbēt, ipsis
qppe etiā ordo rerum, naturalisq̧ cursus mūdi & lex naturæ cre-
atæ, inenarrabiliter extiterūt subiecti, in tātū vt ea q̄ magni ac ingeniosi philosophi æstimabāt,
nec diuina virtute, neq̧ angelica potestate fieri posse, ipsi vberrime agnoscāt fecisse, mortuos
suscitādo, cęcos & claudos à natiuitate repēte curādo, dęmonib⁹ imperādo, venena sine læsi-
one bibēdo, in igna nullū suppliciū sustinēdo, arcana cordiū, futura q̧ pure cōtigētia, certitu-
dinaliter cognoscēdo, beatorum angelorum frequētes apparitiones, alloqutiones, & administratio
nes habēdo, imo ad libitū obtinēdo. Deniq̧, cū vsq̧ ad Chr̄i passionē, rudes & formidolosi ex F
titerint subito omni sciētia scripturarum, omni facultate linguarum, itēq̧ insupabili animi fortitudi
ne, copiosissime sunt repleti. Verum si ita nō ē, si hæc atq̧ similia nō fecerūt, ac passi sunt, quō ipsi
tā pauci impotētes, illiterati, ignobiles, totū pene mūdū tā cito ad incōphēsibilē fidē, ad arduis
simam legem conuertere, q̄modo idololatriam extirpare, & dęmonū cultum destruere potue
runt, q̄s scimus omnē magicam artem, atq̧ cum dæmonibus conuentionem sub ęternæ dam-
nationis cōminatione prohibuisse, & ad vnius summi dei syncerissimā dilectionē, & claram no
titiam, vniuersa documēta sua & opa ordinasse? Hos ergo electissimos homines filius dei in ter
ris ambulans, cū hominibus quoq̧ conuersans, vocauit, collegit, instruxit, inter q̄s vnum in fa-
miliarissimum puerum, in prædilectū discipulum, in sapientissimum Euāgelistam elegit, cui tāq̄
charissimo filio, tanq̄ castissimo atq̧ pulcherrimo adolescēti, pio, dulciq̧ iuueni, ampliora intu-
mæ dilectionis demōstrauit indicia. Hic est sctūs apostol⁹, felix Euāgelista, sacer Iohānes, cui⁹
in hoc opa elucidādū vtcūq̧ est Euangeliū, prout spūs veritatis pstare dignabit. Hic igitur tāq̄
aquæductus exiuit à paradiso tanq̄ pcipuus inter eos, q nō ex sanguinibus, sed ex deo nati sunt.
Egressus est q̧ à paradiso. i. à Christi collegio, à primitiua ecclesia plena delitijs spūs scti. Præ
terea exiuit vt aquæductus, qa per ipsum fluxerūt, fusi ac desuper proponati sunt nobis riui, seu
aquæ sapientiæ salutaris, fluenta doctrinæ cœlestis, de qbus illustrissimus Esaias prædixit: Hau
rietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. ¶ Fluuius autē huius aquæ ductus fistulæ, seu orga
ni spūs sancti, est doctrina in Euāgelio sancti Iohānis contenta, quæ instar abūdantissimi flu-
minis,

minis,cunctorum fidelium animas rigat,ab ignorantię siccitate,à vitiorum sterilitate,ab ardore libidinis eripit,radios sapientiæ influendo,rorem gratiæ cœlestium contemplationum gustum dulcissimum(quo omnis caro desipiat)exhibendo. Porro hic fluuius propter exundantiam ac re
A dundantiam suã propinquauit ad mare.i.ad abyssum sapię,ad cũ de quo ait scriptura:Fons sapientiæ verbũ dei in excelsis. Quemadmodũ enĩ oĩa flumina egrediunt à mari oceano,secundum quosdã,& reuertunt in ipsm,sic oĩs sapiẽtia fluit à deo & redit ac terminat in eũ,idcirco deus comparat mari immẽso.¶ Sapiẽtia ergo Iohannis sanctissimi,quam nobis descripsit ac reliquit,huic mari propinquat.Primo,qm̃ reducit mẽtes nostras ad drũ totius sapientiæ splẽdidissimũ fontẽ.Secũdo,qa ob exuberantissimã plenitudinẽ suã diuinæ & increatæ sapientiæ assimilatur,psertim cum sit supernaturalis,æternæ lucis veritati innitens,& tanq̃ expressio atq; impressio increatæ scientiæ dei,quẽadmodũ imago apparẽs ac resultans in speculo, deriuat à vultu inspiciẽtis. Tertio,qa Iohãnes præ cunctis sanctæ theologię scriptoribus,apostolis, Euangelistis & prophetis,plenius,clarius atq; profundius loquit de diuinis,in tm̃ vt de ipso deiformi Euãgelista Iohãne verificet illud in Eccõ:Qui implet quasi physon sapiam,& sicut tigris i diebus nouorum,q implet quasi Euphrates sensum,& mittit disciplinã vt lucẽ, assistẽs quasi Gion in die vindemiæ.¶ Doctrina ergo Iohãnis propinquat mari seu diuinæ sapię pelago,tanq̃ materia & obiecto,circa q̃d eminẽter versat,ac singulariter tractat.Propterea q̃q; doctrinã quasi antelucanũ siue aurorã illuminat oĩbus.i.docendo,pbet vniuersis fidelibus. Quẽadmodum enĩ lux aurore tenebras noctis propellit,atq; ad meridianũ iubar disponit,sic doctrina Iohãnis ignorãtię & pcti abstergit caligiñẽ,p luminis gratiæ ĩfusionẽ,sicq; ad clarã ac beatificã dei visionẽ seu meridianã gloriæ lumẽ,adducit per euãgelicorum documẽtorum custodiã. Et qm̃ nũc p fidẽ ambulamus, nõ per spẽm, cognoscentes p speculũ in ęnigmate,nõ facie ad faciem, ideo oĩs illuminatio seu instructio vitę psentis potius cõparat auroręq̃ luci meridianę.

¶ De dignitate & excellentia sacratissimi Euãgelistę scti Iohãnis,& q liber Euãgelij Iohãnis vniuersos scripturæ canonicę libros excedit. Arti. .I.

B HIc est discipulus,in tantũ inter discipulos reliquos pdilectus à Chro,vt hac circumloqutione,discipulus quẽ diligebat Iesus,significetur in psenti Euangelio,quasi ipsum solum amasset.Ipse extitit vnus trium apostolorum,qui suscitationi puellæ,transfigurationi dominicæ,ac trinæ orationi Christi tẽpore passionis interfuerunt. Deniq; ipse solus in cęna supra pectus Iesu recubuit seu quieuit, reclinãs se in sinu Iesu. Tuncq;(scd̃m Aug & Bedã)ex fonte dñici pectoris bibit,q̃d postea in Euãgelio propinauit,q̃d nõ est intelligẽdũ quasi in hora illa impletus sit spũ sapię,& illustratus à Chro euangelica veritate,psertim cũ ipso testẽte,dũ post resurrectionẽ Maria Magdalene sibi retulisset dñm à monumento sublatũ,ipse sic esse crediderit:nondũ enĩ sciebat (vt ipsemet ait)scripturas.¶ Quomodo ergo tũc bibit,nisi q ille recubitus fuit signũ ac dispositio,causa quoq; meritoria,inquantũ ex magna dilectiõe processit,futuræ illuminationi spũs sancti.Hunc Chrs à nuptijs,vbi aquã in vinũ cõuertit,vocauit,vt recitat Beda,eiq; tẽpore passionis matrẽ suã virginẽã ac superdignissimã cõmẽdauit. Hic sanctus aplus in feruẽti oleo missus,exiuit illęsus,quatuor mortuos suscitauit,totiusq; Asiæ rexit ac fundauit ecclesias,Ipse est pclarissimũ iubar ecclesiæ,non dũtaxat Euangelij,sed trium quoq; epistolarum & Apocalypsis radiosus descriptor.¶ Præterea quãtus fuerit in corde,diuini ac magni Dionysij,innotescit in ea quam Iohãni misit epistola,vbi inter cætera loquitur:Aue vere dilectissime,vere amabiliũ & desiderabiliũ ac dilectorum valde dilectissime. Deniq; quãuis tota scriptura canonica tractet de deo tanq̃ de obiecto,specialiter quoq; prophetę,apostoli & Euãgelistæ loquant de Chro vt promisso vel misso,nihilominus euãgelicũ volumẽ S.Iohãnis vniuersis scripturæ codicibus rite psertur,qm̃ de diuinitate ac trinitate de diuinæ essentiæ vnitate,de psonarum distinctiõe,de æterna atq; diuina Chri gñatione,& scti spũs processiõe,de duplici Chri natura,multiplici actiõe & vna psona,plenius,clarius atq; profundius scribit. Eaq́; suppleuit,q̃ alij Euãgelistæ omiserũt,videlicet signa,documẽta & opa,facta à Chro añ incarcerationẽ Iohãnis Bap.¶ Insup de doctrinã & sermonib⁹ saluatoris Iohãnes valde sublimius scri
C bit,q̃ cæteri Euãgelistæ,propter q̃d designat in prophetica quatuor aĩalium visione, Ezecheli ostẽsa p aquilã,quę altius volat,solareq́; lumẽ clarius inspicit. Scripsit aũt Euangeliũ post alios Euãgelistas. Cũ enĩ demoraret in exilio Pathmos,insurrexerũt in Asia & in Epheso hæretici, asserẽtes Chrm esse hoĩem purum,nec tpe pcessisse Mariã. Cũ ergo reuersus esset Iohãnes à Pathmos ad Ephesum(prout Areopagita Dionysius ei pphetauit)rogat⁹ ab epis Asię,vt de Chri diuinitate,de qua alij Euãgelistę pauca scripserũt,plenius scriberet,imo Euãgeliũ Chri plenissime cõscribẽdo elucidaret,quo tã psentes q̃ futuros dãnaret errores,omniũq; credentiũ instrueret animas,q̃d spũ sancto inuocato,& cõmuni ieiunio ac pce pmissis,effecit, dicitq; Alchuinus q à tpe ascensionis Christi p annos sexagintaquinq; absq; adminiculo scribendi prædicauit. ¶ Ad huius igit Euãgelij sacrosancti elucidationẽ,tãto accedo humilius, & sancti spũs illustrationem inuoco affectuosius,quanto sublimior est eius materia atq; decliuior ac insufficiẽtior

propriæ rationis intelligẽtia, sed nec intendo cursorie pertransire, neq; extranea introducere, sed textus declarationi ac moralitati, viribus totis insistere. D

¶EXPOSITIO PRIMI CAPITVLI, IN PRINcipio erat verbum. Arti. II.



OC inter theologicum, philosophicumq; processum, seu inter theologiam & philosophiã distat ac interest, q theologia seu sacra scriptura increatæ veritati innitit, atq; per lumen gratiæ reuelat, philosophia vero humanæ rõni seu naturali lumini innixa censetur, atq; humano ex cõsideratione rerũ creatarũ studio inuenit. Ex quo duæ aliæ differentiæ oriuntur. Prima, q theologiæ falsitas admisceri nõ valet, quia infallibili fundamento incũbit, & ab incõmutabili veritate infundit ac docetur, idcirco in his q̃ fidei sunt, diuersa opinari, vel dubitare prorsus illicitũ est. Philosophiæ vero diuersi miscent errores, propter humanæ rõnis caliginem. Secunda, q theologia exordium sumit à summo, ab ente primo, à deo altissimo: philosophia autem ab infimis inchoat, & paulatim ad summa conscendit, quia naturaliter intellectiua cognitio ex sensitiua procedit, & immaterialia atq; diuina per corporalia cognoscuntur, creator quoq; per creaturas, quemadmodũ ad Rom. fatet Apostol⁹: Inuisibilia dei p ea q̃ facta sunt cognoscuntur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. ¶Hinc ergo excellentissimus Euangelista, q nõ cognouit literaturam tanq̃ piscator & idiota, vsq; ad annum circiter. XXXI. de diuinis, nõ lumine naturali, nec p̃uia notitia sensitiua, vel ex sensibiliũ cõsideratiõe instructus, sed radiante spũ sancto supernaturaliter & eminẽtissime doctus ab ipso vniuersorũ sublimi principio deo sancto ac adorando exorsus est. In principio (inquit) erat verbũ. Nẽpe cũ ei⁹ intentio fuerit Ebionis atq; Cherinti hæreticorũ, dicentiũ Chrm esse hominẽ purũ, hæresim reprobare, cõuenienter incepit à Chri diuinitate, ostendẽs q Chrs nõ sit pura creatura, neq; in tpe factus oĩno, puta scdm se totũ, sed verus deus, & creator æternus. Itaq; in principio. i. in exordio tpis q̃ facta sunt omnia, iuxta illud Eccl: Qui viuit inæternũ creauit oĩa simul, de quo principio E accipi p̃t id Genesis: In principio creauit deus cœlũ & terrã, erat verbũ. i. vnigenit⁹ fili⁹ dei, q̃si dicat: Inter alios nõ est creatum, sed illis p creationẽ incipientibus, ipsm veraciter erat, & inuariabiliter subsistebat. Sic exponẽdo excludit error dicentiũ, q Chrs nõ fuit prior virgine matre. Hũc quoq; reor fuisse intellectũ Euãgelistæ, q primo Euãgelij sui verbo intendebat Cherinti & Ebionis hæresiarcharũ sui tpis errorẽ destruere, asserentiũ, Christũ ex Maria sumpsisse tot⁹ sui esse initiũ. Vel sic, In principio, hoc est ante omnia secula & ante tpa vniuersa in ipso æternitatis nũc, atq; momẽto, de quo principio scriptũ est, dicente ipso filio dei de patre æterno: Domin⁹ possedit me i initio viarũ suarũ, anteq̃ quicquã faceret à principio, erat verbũ, de quo Ecclesiasticus dicit: Fons sapiẽtiæ verbũ dei in excelsis. De quo ait Apostol⁹: Ipsum est ante oẽs, & omnia in ipso cõstant. De hoc verbo potest intelligi illud Esaiæ: Egredict de ore meo iustitiæ verbũ, de quo per Psalmistam loquitur deus: Eructauit cor meũ verbũ bonum. Itemq;: Verbo domini cœli firmati sunt. Sic exponendo cõfunditur error filiorũ perditionis elatissimi Arrij atque Eunomij, affirmantiũ, q licet filius dei sit pura creatura, nihilominus ante mũdi creationẽ genitus, & licet patri nõ fuerit coæternus, th natura, dignitate & tẽpore prior est omnibus cæteris creaturis. Horũ igit hæreticorũ perfidiam sciens Iohannes futuram, sic exorsus est: In principio erat verbũ. Tertia sic, In principio. i. in deo patre, cui ratio principij appropriatur sicut æternitas, iuxta illud Hylarij, Aeternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. Pater quippe est principium sine principio, filius vero & spũs sanctus sunt principiũ, sed de principio. Ait enĩ filius: Ego sum alpha & o. principiũ & finis. Sciscitãtib⁹ quoq; Iudæis, Tu quis es? respondit principiũ, q & loquor vobis. Deniq; pater, filius, & spũs sanctus propter identitatem essentiæ sunt vnũ principiũ, vna causa, vnus creator, vna omniũ beatitudo ac finis, q̃ enĩ absolute dicũt de deo, tribus psonis communia sunt, nec multiplicant in eis, vnde trium psonarũ est vnus numero intellectus, vna voluntas, vna potentia, iustitia, misericordia atq; pfectio. Itaq; In principio, deo patre erat verbũ, quia sic procedit à patre per gñerationem & personalẽ distinctionẽ, vt tã in ipso æternaliter perseueret per substãtialẽ idẽtitatẽ. Et vt Damascenus testat, q̃libet diuinarũ personarũ est in alia per circũincessionẽ, eo q vnaquæq; earũ sit infinita. Rursus, emanatio in diuinis, q̃ vna persona procedit ab alia, est emanatio ad intra, quæ nõ terminat in aliud ad extra, vel substãtialiter distinctũ à suo fonte, ideo filius dei inuariabiliter manet in patre, p̃sertim cũ sit verbũ mẽtale, intellectualiter profluens à corde paterno, quemadmodũ scriptũ est: Eructauit cor meum verbum bonũ. ¶Sed nũc de ipso verbo dei & æterna generatione eius, aliquid est loquendum, & primo inquiritur, cur Euangelista volens Christi diuinitatẽ ostendere potius vtitur nomine verbi quã filij? Huius duplex est ratio. Prima, vt insinuet generationẽ in diuinis nõ esse materialem, carnalem seu mutationi admixtã, sed intellectualem, inuariabilẽ immanen-

manentē ac simplicē, qm̄ verbū ꝓprie sumptū est interior mētis cōceptus, intelligibilis dictio
A atq; prolata intus notitia. Alia ratio est, qm̄ nomē verbi magis ꝑtinet ad propositū q̄ nomē fi
lij, illius nāq; dicit cōparationē dūtaxat ad patrē, verbū aūt importat respectū, nō tm̄ ad profe
rentē, sed etiā ad id q̄d per verbū exprimitur, ad vocē q̄q; q̄ induit & ad instructionē q̄ per
ipsum in alio fit. Cū igit Euāgelista nūc tractat de filio, nō dūtaxat in ordine ad patrē, sed in-
super p cōparationem ad creata, q̄ fecit & regit, ꝓserti'q; ad hoies q̄s redemit, ad carnē q̄q; quā
assumpsit, & ad documēta q̄ dedit, cōstat q̄ cōuenientissime noie verbi oia hęc respiciētis, de-
scribit, nec aptius neq; subtilius nomē ad vniuersa hęc insinuāda inuenit. ¶ Oportet aūt aduer
tere, q̄ verbū (secūdū Damascenū) tribus modis accipit. Primo, pro verbo vocali, sic'q; dicit
Gregori', q̄ nihil est instabilius verbo, est em̄ de gńe successiuoꝝ, q̄bus idem est esse & fieri, Gregori'
quemadmodū motus & tp̄s, sic q̄q; ait Basilius, habet aūt & verbū nostrū, & externam diuini
verbi similitudinē quādā, Nā verbū nostꝝ totā declarat mētis cōceptionem. Quę nāq; men
te cōcipimus, ea ore ꝓferimus, & mens nr̄a q̄si fons q̄dā est, verbū vero ꝓlatū q̄si riuulus ma-
nās ex ipso. Secūdo pro verbo mentali, q̄d verbo vocali exprimitur & significat, scd̄m q̄ ait
phūs: Sūt ergo ea q̄ sunt in voce, eaꝝ q̄ sunt in aīa passionū notę. Vñ & Plato asserit ī Thimeo:
Adhoc datus est nobis sermo, vt mutui atq; interioris cōceptus sīāt indicia. Tertio, pro imagi
natiōe vocis. Antequā em̄ mentale verbū verbo vocali exprimit, format in sensu interiori seu
seu virtute imaginatiua, imaginatio quædam verbi vocalis, ex q̄ illud procedit, imo & ante
quā ex auditu verbi vocalis eius q̄ loq̄t, verbū mentale in intellectu audientis cōcipit, gńeratur
in potentia imaginatiua illius imaginatio verbi vocalis, ex q̄ verbū mentale procedit, q̄a secun
B dū Boetiū, sicut imaginata procedūt ex sensatis, sic intellecta ex imaginatis. Quartū modū acci
piendi verbū addit Thomas, videlicet vt verbū sumatur pro re significata, vel facta per verbū,
quemadmodū Dauid dixit ad pueꝝ Amelechitam, quod est verbum quod factum est. Sic q̄q;
Ezechias dixit ad Esaiam: Nō fuit verbū in domo mea, quod non ostenderim eis. Hoc modo ¹ Reg. 2
cuncta creata dicunt verba dei, qui interiori increato ac genito verbo, oia intelligendo & quasi
loquendo constituit, iuxta illud: ipse dixit & facta sunt. ¶ Porro æterna generatio verbi acci-
pienda est ita, cum deus sit ens simplicissimum, nobilissimum, simpliciterq; perfectū oportet
q̄ sit intellectualis naturæ, imo intellectus purus, semper in actu cōsistens. Deus ergo cognos-
cit seip̄m & cætera oia, est ergo in seipso sicut intellectū seu cognitū in intelligente. Intellectū
vero, seu res intellecta, secundū esse q̄d habet in intelligente, est ratio atq; intentio intelligentis &
imago vel similitudo intellecti. Ratio aūt & intentio seu diffinitio, quā intelligens habet & cō
cipit de re intellecta, vocat verbū intelligētis, qm̄ est quidā cōceptus formatus atq; exp̄ssio, qua
intra se dicit q̄d de re intellecta apprehēdit, & hic cōceptus est imago intellecti, qm̄ actio intelle
ctus p̄ficit in assimilatiōe intelligētis ad intelligibile. ¶ Hoc ergo q̄d deus pater de seipso conci
pit, & intra se profert seu loquit, appellat verbū mētis paternę & filius dei patris. Emanatio ita-
q; verbi istius, gńatio nūcupat, & verbū emanās vocat filius intelligētis intellectualis'q; dicētis,
qm̄ gńatio ꝓprie sumpta, est ꝓductio rei viuētis à viuo, q̄ terminat ad esse eiusdē naturæ, secū
dū rōnē similitudinis adæquatæ. Similiter ad rōnē filij ꝑtinet q̄ ꝓcedat ex generāte vitali scd̄m
similitudinē in idētitate naturæ saltē specifica, verbū aūt mētis diuinæ hoc modo producit, &
cū generāte cōuenit nō solū in specifica, sed in nūerali seu indiuidua idētitate naturæ, propter q̄
C gńatio & filiatio proprijssime atq; verissime habēt locū in deo ita q̄ rō patris & filij prius ac p-
fectius cōpetunt deo q̄ creaturis, imo a deo deriuant secūdū quandā imitatiōem ad creaturas,
prout Apostol' dicit: Flecto genua mea ad patrē dñi nr̄i Iesu Chri, ex quo oīs paternitas in cę Ephe. 3.
lo & in terra noiat. ¶ Pręterea, actiua gńatio verbi est ipsa intellectio p̄ris notionaliter sumpta,
q̄ terminat ad verbi productionē, seu ad ip̄m verbū intus ꝓlatū, & q̄a p̄r vno simplicissimo
actu seip̄m & cūcta intelligit, ideo vnico actu intellectiuo seu vna eloquutiōe gignit ac ꝓfert p-
fectissimū verbū, in quo vniuersa resplendēt, rep̄sentant & continētur, q̄ à patre noscunt, & in
eius sapia elucescūt, fulgēt ac cōspiciunt. Illud ergo vnicū & simplicissimū verbū, est p̄fecta, itē
q; naturalis imago patris, & character substātię eius, tanq̄ ad similitudinē eius productū, eūq;
plenissime rep̄sentās. Est q̄q; exēplar, spēs ac rō oīm creaturaꝝ, q̄m oēs relucent in verbo atq;
ad ei' imitationē productæ sunt. ¶ Qm̄ ergo tota perfectio & natura patris perfecte relucet ī
filio q̄d esse nō posset, nisi fili' eēt vere immēsus, æqualis'q; patri, & per cōsequēs ver' de', eandē
cū patre habēs essentiā, finitū nāq; à perfecta rep̄sentatione infiniti distat in īfinitū. Propterea
fili' appellat emanatio claritatis omnipotentis dei, candor lucis æternæ, & speculū sine macula
maiestatis paternæ, atq; imago bonitatis illi', quēadmodū de filio dei sub noie sapię scriptū ē. Heb. 1.
Vñ ad Heb. ait Apostolus: Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substātiæ ei'. Alibi q̄q;: Qui est Col. 1
imago dei inuisibilis. Insuper cū filius procedat ab intellectu patris, idcirco pertinētia ad intelle
ctū potissime cōpetūt filio, q̄ꝝ aliqua sunt ei propria, & alia appropriatat ꝓpria em̄ filio sunt
sapia generata, ars genita, verbū, imago, q̄ oia accipiūt in deo personaliter. Dū aūt dicit, verbū
seu fili' dei esse sapia p̄ris & exēplar creaturaꝝ, nō est sic intelligādū q̄si pater nō sit in se & per
se sapiēs, sapia ingenita, q̄ est ipsemet p̄r atq; exēplar, species ac rō vniuersorum, aliquo q̄o sa

pientē filiū gñerasset; nullus enī alteri cōfert q̄d ipse nō habet. De hac æterna, diuina & inenar
rabili verbi gñatione habet in psal. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et de D
nuo: Ex vtero añ luciferū genui te. In Prouer. q̄q;: Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis ante-
Proue. 8. q̄ terra fieret. Nōdū erāt abyssi & ego iā cōcepta erā, añ colles ego parturiebar, qñ operabat
Eccl. 24 cœlos aderā. Itē'q; Ecclesiasticus: Ego ex ore altissimi prodiui primogenita añ oēm creaturā.
Hinc etiā scriptū est: Egressus eius à principio, à diebus æternitatis. Enimuero q̄ deus ineffabi
lis habeat filiū ineffabilē, & p cōsequēs sibi æq̄lem, clarissime innotescit ex hoc, q̄d in lib. Pro-
uerbiorū legit: Quis suscitauit oēs terminos terræ, q̄d nomē eius, & q̄d nomen filij eius, si nosti?
Ostenso qñ erat verbū, ostēdit Euāgelista vbi erat, [& verbū erat apud deū] .i. iuxta & intra
patrē, tanq̄ indiuiduū, inseparabile'q; ab eo, nō enī distāt loco, duratione, natura vel dignitate,
sed vbi & qñ pr, ibi & tūc filius eius. Cū aūt dr, Verbū erat apud deū, deus accipit relatiue & p̄so
naliter, nō absolute & essentialiter. Quēadmodū āt pr cū sit immēsus, est illocalis & incircunscri
ptibilis, vniuersa trāscendens, īplens, cōseruans ac ambiens, ita & verbū eius. Vñ cum verbū dr
esse apud patrē, nō est rudice accipiendū, q̄si vnus sit extra & prope aliū, imo tot' pr in filio,
& ecōtrario vere, circūincessabiliter'q; cōsistit, sed ad designādū p̄sonalē distinctionē inter pa
trē & verbū, ait Euāgelista: Verbū erat apud deū, q̄si p̄sonaliter distinctū à patre. Nouerat q̄p
pe Iohānes, cui tot' p̄cessus ac stat' militātis ecclesiæ fuerat in Apoca. descriptione reuelatus,
futuros hereticos, q̄ dicerent patris & filij eandē esse p̄sonā, cuius p̄fidiæ princeps fuit Sabelli
us, asserens patrē, filiū ac spm̄ sanctū vnā esse hypostasim, tribus noibus designatā, p̄pter diuer
sas operatiōes, ita q̄ deus esset pater rōne creatiōis, idē'q; filius rōne incarnatiōis, et spūs sanctus
rōne sanctificatiōis, q̄ rōnalem creaturā sanctificat. Vnde Sabelliani dixerūt patrē incarnatum E
ac passum, p̄pterea dicti sunt Patrispassiani. Nō enī admiserūt verā in deo esse trinitatē vel p̄-
cessionē p̄sonæ à p̄sona, vel deū dici patrē propter relationē realē, sed comō q̄ nos asserim' su
p̄bñdictā trinitatē esse patrē, cui ineffabiliter dicim', pater noster q̄ es in cœlis. Horū errorem
Math. 6 destruit Euāgelista, dicēdo: Verbū erat apud deū, q̄d verū nō esset si pater & verbū essent vna p̄
sona, cū nihil sit proprie apud seipsm. ¶ Ostenso qñ & vbi erat verbū, declarat q̄d erat, [de' erat
verbū.] Hic sumit de' substātialiter & absolute, vt sit sensus, verbum erat de' .i. verā habens de
itatem, atq; eiusdē cū suo genitore eēntiæ. Vñ de filio dicit Apostol' ad Rom. Qui est sup oīa
de' bñdict' in secula. Et in prima Iohānis canonica legit: Sim' in vero filio ei' Iesu Christo,
hic est ver' de' & vita æterna. Sicut aūt in p̄cedēti clausula designata est inter patrē & verbū p̄-
sonalis distictio, sic verbo p̄nti insinuat esse inter eos substātialis idētitas, siue eēntiæ vnitas, cū
nullū creatū sit deus, sed à diuinæ naturæ p̄fectiōe in infinitū deficiat. Per hoc itaq; re p̄bat er
ror Fotini, Arrij, & oīm asserētiū filiū dei eē purā creaturā. Quod aūt filius dei sit verus de', ap-
tissime pandit Psalmista, dū ait: Sedes tua de' in seculū seculi. Q̄d aūt id dicat de filio, patet ex
verbis seq̄ntib', Virga directiōis virga regni tui, &c. Vñ & Hieremias de Christo īducit: Susci
tabo Dauid germē iustū & regnabit rex, & hoc est nomen q̄d vocabūt eū, dñs iustus noster.
Pro q̄ Hebraica veritas cōtinet, nomē dñi tetragrāmatō, q̄ (teste Rabbi Moyse) absolutissimū
est, soli vero deo cōueniēs. De hoc rege fatet Psalmista: Audi filia, & cōcupiscet rex decorē tuū,
Esai. 9. qm̄ ipse est dñs deus tuus, & adorabunt eū. Esaias q̄q; de Christo filio dei: Paruulus (ait) natus est
nobis, & vocabit nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pa
cis. [Hoc] verbū [erat in pricipio] .i. ab æterno, in ip̄o æternitatis momēto, vel in mūdi exor F
dio, [apud deū] patrē, tanq̄ coæternum eidem, sicut si sol ab æterno fuisset, vel pes in puluere
ab æterno stetisset, splēdor atq; vestigiū æternaliter extitissent. In his q̄ppe, q̄ naturaliter p̄flu-
sit, p̄cedens seu causatum coæuum est suo principio. Filius vero procedit à patre naturali ema
natione, imo à substantia patris immediate, sine actione intermedia, quæ sit realiter ab essentia
patris distincta. ¶ His itaque verbis innuitur coæternitas patris ac verbi, quam Psalmista quo
q; euidenter ostendit, dicendo: Et permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & gene-
rationem. Item q;: Sit nomen eius benedictū in secula, ante solē permanet nomē eius. Hæc enī
de nullo accipi possunt nisi de Christo filio regis æterni, de quo in exordio psalmi illius canta-
tur: Deus iudicum tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Deniq; idem patenter ostendit
per id quod scriptum est: Ego primus & ego nouissimus. Manus q̄q; mea fundauit terrā. Nō
à principio in abscōdito loquutus sum. Porro q̄ ista dicant de filio, patet ex eo quod subdit:
Et nūc dñs misit me & spūs eius. ¶ Declaratio qñ, vbi, q̄d & q̄uo erat verbū, nunc manifestat
q̄d operabatur. [Oīa per ipsum facta sunt] .i. vniuersæ creaturæ corporales & spūales, cœlum
terra, mare, & quicq̄d cœli ambitu cōtinet, creata sunt immediate vel mediate ab vnigenito fi-
lio dei, sicut à causa prima, principali & efficienti. Sciendum vero q̄ q̄cun'q; dicit aliq̄d fieri p̄
aliud, p̄positio per, designat aliq̄d genus causæ in causali. Dicit aūt aliq̄d fieri per aliud pluribus
modis. Prio, sicut per cām istrumentalem, quemadmodum domus fit per securi & terebellū.
Secūdo, sicut per cām pricipalem, vt regnū gubernat per eū quē rex fecit sibi cōsortem & cō-
parem. Tertio, sicut per cām extrinsecā, vt homo per baculum. Quarto, sicut per causam in-
trinsecam, vel coniunctam, quemadmodum Petrus viuit per animam suam, et scribit p̄ manū,

Rursus cũ aliquid dicit fieri per aliud, intelligi pt dupliciter: Primo: vt insinuet mediatio quędã
A seu mediũ causanas inter primũ agẽs & effectũ. Secũdo, vt solũ importet processio vnius ab alio,
sicq; fieri p aliqd, est fieri seu produci ab illo, iuxta quẽ modũ dicit Aplus: Paulus aplus Iesu Chri
sti p volũtatẽ dei, i. à diuina volũtate cõstitutus Apostolus. Dum ergo dicunt oĩa facta p verbũ Coloss. 1
vtroq; horũ modorũ intelligi licet, videlicet p verbũ, i. à verbo, tanq̃ ab omnipotẽte creatore, &
primo vniuersorum fontali, atq; causali principio, sic nãq; omnia facta sunt à sup gloriosissi-
ma trinitate, & à qualibet diuina psona. Itẽ oĩa facta sunt p verbũ, tanq̃ per id qđ inter patrem
& creaturas est mediũ, nõ tñ quasi p causam instrumẽtalẽ ministratoriã, à pr̃e separatã, siue ex
trinsecã ei, sed sicut p causam cõiunctã, parẽ ac principalẽ & effectiuã. Quod rursus intelligẽ-
quæ fecit, quanto magis rationalem creaturam. Vult enim omnes homines saluos fieri, vo- 1 Tim. 2
luntate antecedente, & secundum hoc diligit omnes, & quantum in ipso est neminem vult pe-
rire. Sicq; pro vniuersorum salute misit pater filium suum, vt omnes conuertantur & pro omni-
bus passus est Christus, quantum ad sufficientiam, sed quantum ad efficaciam, pro solis electis 1. Petri 2
B sustinuit omnia. Ideo Christus passione instante dixit ad patrem, Non pro mundo rogo, sed Iohan. 17
pro his quos dedisti mihi de mundo, quia tui erant. Hæc diuersa acceptio mundi memoriter
est tenenda, quoniam ad intelligentiam dicendorum necessaria est.
¶ Denique ad hunc finem dedit pater omnipotens filium: ⌊vt omnis qui credit in eum,⌋ fide Iacobi 2
per dilectionem operante. Nam fides sine operibus mortua est, ⌊non pereat⌋ hoc est, non
damnetur, ⌊sed habeat vitam æternam⌋ quæ est visio summę Trinitatis per speciem, Vnde
apud Marcum dicit Saluator: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et in actibus apo- Marc. 16
stolorum Paulus ait Iudeis: Per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus à Actu. 13
quibus nõ potuistis in lege Mosi iustificari. Hinc legitur Christus in Euangelio sæpe dixisse Matt. 9
Fides tua te saluũ fecit. Per fidẽ enim Primo cõiungitur aĩa Christo, & ei incorporatur ad co- Marci. 5
gnoscendum, & recte sentiendum de ipso, vt sit particeps meriti & gratiæ Christi. Primo si- Marci. 10
quidem vnitur homo deo per intellectum illuminatum lumine fidei, deinde per voluntatem Lucæ 7
tur affectum diuina charitate formatum. Propter quod Abacuc in secundo capitulo dicit: Lucæ 8
Qui incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso. Iustus in sua fide viuet. Credimus Lucæ 18
autem in Christum secundum quod deus est, quia obiectum fidei ẽ veritas prima & increata. Abacuc 2
¶ Cõsequenter declarat Euãgelista, q̃d missio filij Dei sit effect⁹ paternę atq; diuinę dilectio- Roma. 1
nis ad nos. ⌊Non enim misit⌋ per incarnationem ⌊Deus⌋ pater ⌊filium suum in mũdum,⌋
hoc est, in terram Iudææ seu inter homines. Deus in hoc Euangelio frequenter accipitur per-
sonaliter, scilicet pro certa persona diuina, quandoque vero essentialiter, vt cum dicitur: Spi- Iohan. 4
ritus est Deus. Nunc vero sumitur personaliter, ⌊vt (filius) iudicet mundum,⌋ Hoc est, ho-
mines iudicio condemnationis, iustitiam exercendo, & pœnam infligendo, ⌊sed vt saluetur
mundus per ipsum.⌋ videlicet merito conuersationis & passionis Christi, cuius virtute & me-
rito purgamur à culpa, & gratia adimplemur. Propter quod Petrus in actibus Apostolorum Acto. 4
C ait: Non est (inqt) aliud nomen datũ hominib⁹, in quo oporteat eos saluos fieri. Præterea cũ
Iacobus & Iohannes, cuius est hoc Euangelium, zelantes pro Christo, contra quosdam qui
eum non receperunt, dixissent: Vis dicimus vt descendat ignis de cœlo & consumat eos? Chri- Iohan. 12
stus respondit: Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas perdere, Iohan. 9
sed saluare. Esaiæ 11
¶ Videtur autem huic obuiare, quod infra ait saluator: Nunc iudiciũ est mũdi, & alibi: In iudi-
cium ego in hunc mundum veni. Esaias quoq; ait: Non secũdũ visionẽ oculorũ iudicabit, sed iudi-
cabit in iusticia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et sicut alij Euãgelistæ testã- Lucæ 6
tur. Chrs in primo suo aduentu dure & efficaciter redarguebat sacerdotes, scribas, ac pharisæ- Matth. 23
os. Talis aũt redargutio nõ fit sine iudicio, præsertim cũ sæpe dixerit: Væ vobis. Et denuo: Pu-
blicani & meretrices præcedent vos in regno cœlorum. Dicendum quod duplex est Christi ad-
uentus, videlicet. Primus, quo venit occulte, & in humilitate, vt iudicaretur, & liberaret, Matt. 25

Secundus erit manifestus & in maiestate, vt iudicet atq; remuneret. De quo fertur in Psalmos
Psal. 49 Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescit. Iudicium
Hiere. 15 quoq; est duplex. Est enim iudicium discretionis, quo boni à malis secernuntur, maliq; vitupe D
Iob. 34 rantur, & pretiosum à vili separatur voto aut merito. De quo Iob ait. Nunquid qui non amat
Psalm. 1 iudicium sanari potest? In hoc iudicio impij nō resurgunt, quia nō surgunt à ruina peccati ad
gratiam, iudicādo hoc mō seipsos. Istud iudiciū fuit & fecit Christus in primo suo aduentu.
Multipliciter enī discernit inter electos & reprobos, quosdam misericorditer vocādo ad suū
discipulatū & grām, quosdam iuste deserendo, qui nō erāt ex ouibus suis, de quibus & dixit: Si-
Matth. 15 nite illos, cæci sunt duces cæcorum. Aliud vero est iudicium remunerationis & condemnationis
per pœnæ illationē. Hoc Christus nō fecit in primo suo aduentu, sed in die iudicij faciet id cō-
muniter, & in morte singulorum facit ipsum particulariter. Per has distinctiōes faciliter cōcordā
tur authoritates quæ repugnare videntur. ⌊Qui credit in eū⌋ perseueranter vsq; ad finē, fide &
opere manēs fidelis ⌊non iudicatur⌋ iuditio reprobationis seu approbationis, de quo dicit A-
Marci 4 postolus: Qui iudicat me dñs est. Et in Apocalypsi legitur: Esto fidelis vsq; ad mortē, & da-
1. Cor. 4 bo tibi coronam vitæ. ⌊Qui autē nō credit, iam iudicatus est⌋ hoc est, diuinitus reprobatus, de
Apoca. 2 quo reprobationis iudicio Paulus testatur: Eos qui foris sunt dñs iudicabit. ¶ Quæritur quō in
1. Cor. 15 fidelis iam iudicatus dicatur, cum adhuc viator existat, necdumq; oblatus sit tribunali iudicis
Christi? Et rñdendū q dicitur iam iudicatus tripliciter. Primo, qm̄ pro iudicato & reprobato
habetur. Secundo, qm̄ habet in se causam dānatiōis adeo euidentē, vt nō sit dignum discussio-
nem de ipso peragere. Cum enim careat fide, certum q nil meritoriū habeat, sed mortali sub-
iaceat culpæ, dummodo sit adultus, præsertim cum dicat Aplūs: Quicqd nō est ex fide, peccatū
Rom. 14 est. Iuxta hunc modū loquēdi, dicimus de homine agonizāte vel veneno īfecto quod sit mor
tuus hō. Tertio, quia futura sunt deo quasi præsentia, q oīa cōspicit atq; præsentialiter cernit in
ipso æternitatis momento. Veruntñ in hora mortis iudicabit qtū ad remunerationē, seu pœnæ
illationē, quātum ad animā, & in die nouissimo quātū ad corpus & animā, qn̄ erit vnus eorum qb' E
dicentur: Ite maledicti in ignē æternū. Iudicāt insuper, infideles post hāc vitā quo adhoc qd nō
Matt. 25 omnes æqualem sortiuntur miseriam, sed vnusquisq; iuxta mensuram sui delicti, pœnis maiori
bus vel minoribus deputetur. Causa autem cur iudicatus iam sit infidelis, subiungitur: ⌊quia
non credit in nomine vnigeniti filij dei⌋ hoc est, in ipso filio dei naturali & vnico, & per con-
1. Iohan 5 sequens mendacem facit deum patrem secundum quod Iohannes habet, Qui non credit in fi-
lium mendacem facit deum, quia non credit in testimonium quod testificatus est de' de filio
suo. ¶ Istud si vniuersaliter atq; simpliciter intelligatur, consequens esset, quod nemo vnquam
saluatus est sine explicita fide Christi futuri præsentis vel missi, cuius contrarium tenent docto
res, asserentes quod ante Christi aduentum simplicibus sufficiebat implicita fides de Christo,
cum obseruantia legis naturalis quo ad Gentiles, vel scriptæ quo ad Iudæos, qui secundum qs
dam tenebantur ad explicitam fidem de Christo in generali, ita quod sufficiebat credere esse
vitam post hanc vitam, & quod deus haberet prouidentiam atq; iudicium actuum humano
rum, & saluti hominum prouideret, secundum modum sibi placentem, & ab ipso præordina
Actu. 10 tum. Vnde Cornelius Centurio tali fide placuit deo. Erat enim vir religiosus & bonus cuius
orationes & eleemosynæ commemoratæ fuerunt coram deo, & tamen nondum sciuit deter
minate aliquid loqui de Christo. Et respondendum, quod si verba euangelistæ intelligantur
de explicita fide filij dei, non erunt de omnibus hominibus intelligenda, sed de maioribus, pu
ta prophetis & patriarchis, & eruditis, ab illis pro tempore legis scriptæ. Tempore autem euā
gelicæ legis omnes tenentur ad implicitam fidem de CHRISTO & Trinitate. Idcirco
iā nemo valet saluari nisi explicita fide de vnigenito filio dei. ⌊Hoc est autem iudicium⌋ Hoc
est, istud quod subditur, est causa meritoria iudicij reprobationis infidelium, omniumq; per-
uersorum, ⌊quia lux⌋ hoc est, Christus lux vera illuminans omnem hominem qui illumina-
Iohan. 1 tur. De quo dicit Michæas propheta: Quum sedero in tenebris, dominus lux mea est. Et F
Michee 7 Apostolus dicit. Quum sit splendor gloriæ, imo pater, & filius, & spiritus sanctus, sunt vna
Hebr. 1 lux. Lux ergo videlicet verbum, & sapientia patris, ⌊venit in mundum⌋ per incarnatiōis my
sterium, & in terris visa, atq; cum hominibus conuersata est lux ista, assumpta humanita-
tate velata. Christus quanq; secundum naturam assumptam, est lux ineffabiliter clarior Apo-
stolis, quibus dictū est: Vos estis lux mundi, ⌊& dilexerūt homines⌋ pro maiori parte, nō ta-
men omnes simpliciter, ⌊magis tenebras⌋ hoc est, passiones, & vitia rationem obtenebrātia
atq; ad infernales tenebras perducentia ⌊quam lucem⌋ hoc est, Christū, seu eius doctrinam,
ac virtutum splendorē, de qualibus scriptū est in Iob: Ipsi fuerunt rebelles lumini. ¶ Quicūq;
Iob 24 præfert concupiscentiam rationi carnalē voluptatem spūali consolatiōi, bonū creatū caducū
& variabile bono diuino, æterno & infinito, iste diligit tenebras magis q̄ lucē. Et q peccata cō
missa potius vult occultare & psequi q̄ humiliter cōfiteri pfert absconsionē tenebrarum suarum

manife-

manifestationi luciflue confessionis. Ideo Salomon in Prouerbijs testatur: Qui abscōdit scele
A ra sua, non diriget, qui autem confessus fuerit, & reliquerit, ea, misericordiam consequetur. Et Prou. 28
sanctus Iob: Vias (inquit) meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. Erant e
nim eorum mala opera. Hoc est, vitiosa, sicq; ex electiōe mali, & habitu vitioso peccabant glo
riantes in malis, suisq; iniquitatibus firmiter adhærentes. ¶ Sed cum dicat Dionysius: Nemo re
spiciens ad malū operat, & nihil appetitur nisi bonū, quō potest quis plus diligere tenebras quā
lucem seu vitium q̄ virtutem? Et rñdendum, q nemo respiciens ad malū, operatur illud, hoc ē,
non perpetrat, nec appetit malum, nisi sub ratione alicuius boni apparentis, vtpote delectabi
lis vel vtilis, propter qd Salomon ait, Via stulti recta in oculis eius. Omnis enī q male agit,
nō solū ex infirmitate, vel ignorantia, sed ex certa malitia, seu habitu prauo odit lucem. i. iu
stitiam veramq; doctrinā, & etiā Chr̄m aliquando quē vellet, nō esse vt possit pœnas futuras
euaderet. & nō venit ad lucē hoc est, ad peccatoꝝ suoꝝ salutarē ac lucidā confessionē. Vel,
non venit in publicū ex verecundia aut timore pœnaꝝ. vt nō arguant i. reprehendant seu
corrigant à prælatis & iustis hoībus, opera eius tenebrosa. ¶ Sed his cōtrariari videt, q ad
serit Esaias: Peccatum suum q̄si Sodoma p̄dicauerunt nec abscōderunt. Et obstinato populo Esaiæ 3
loquit Hiere. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Tales vtiq; testāte Sa
lomone: Lætant cum malefecerint, & sine vllo timore perpetrant mala. Veniunt ergo ad pub
licum, & in p̄sentia hominū peccare nō erubescunt. Et rñdendum, q verba p̄inducta vniuer
saliter vera sunt, sed de diuersis generibus male agentiū, diuersimode verificant. Aliqui enim
adeo mali sunt, vt respuant increpari, iuxta illud Amos: Odio habuerūt corripientē. isti pub
B lice peccāt, & sæpe peccasse se iactāt. Alij sunt hypocritæ, simulatores, & callidi, humana vitu
peria magis q̄ diuinū iudiciū formidantes, isti peccant in abditis, dicente Ap̄lo: Quę in occul
tis fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Alij sunt famuli dei, sed imp̄fecti, nō ambulātes timorate & sa
tis solicite corā deo, sed cū obseruantia debitoꝝ seu præceptorum cōtenti, isti multa venialia
faciunt in secreto, quæ nequaq̄ facerent p̄sentibus alijs, & interdū nō veniūt ad lucē ex verecū
dia ne cōfundant. Vnde quicunq; peccat aliquo mō odit lucē, & refugit eā, loquēdo de pecca
tis à quibus homo merito denominatur peccator. Nihilominꝰ sunt aliqui viri virtuosi tam fer
uentes & humiles, quod semper parati sunt increpari, & cupiunt sua peccata manifestare, cor
rectionemq; pati promptissimi sunt. Qui autē facit veritatem doctrinæ & vitæ atq; iustitię, hoc
est, q vera loqt, & eadē opat, iustitiāq; sectat. Triplex enī ē veritas. s. doctrinę, vitæ, & iustitię
& q̄libet harum est suo modo faciēda. venit ad lucē hoc ē apparere non erubescit, lucē
sapientiæ sequitur, & coram alijs exemplarē se exhibet. vt manifestentur opera eius (ad gloriā
dei, ædificationemq; proximi) quia in deo sunt facta. i. secundum voluntatē dei, quæ nobis in
scripturis declaratur. Istud præcipue verū est de operibus bonis, ad quæ aliquis obligatur, quæ
nullam singularitatē prætendunt, & sine nota vanitatis possunt manifestari. De his enim ait
Saluator: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificent
patrem vestrum qui in cælis est. ¶ Sed si omnis qui facit veritatem venit ad lucem vt manife
stentur opera eius, quid est quod aliqui de bonis actibus verecundantur. Sunt enim nonnul
li, qui si à suis consortibus inueniantur orare, confiteri, vel aliquid deuotionis peragere erubes
cunt, cupientes latere, non tam ex humilitate, quam ex humano rubore. ¶ Deniq; sunt aliqui,
C solitarij & inclusi, optimæ vitæ, qui nūquam in publicum veniunt, & multi ex vera humilita
te abscondunt bona quæ operantur. Vnde & Christus iubet in cubiculo. i. in loco absconso
orare. Et rursus: Videte (ait) ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab
illis. dicendum q verba hæc euāgelica verissima sunt atq; pulcherrima, sed de diuersis iustorū
generibus verificātur varijs modis. Primo enim vniuersaliter verū est, quod quicunq; facit ve
ritatem. i. meritorie operat, venit ad lucē quæ Christus est, vt manifestentur à Christo opera e Luce. 12
ius in die iudicij, quando laus erit vnicuiq; à deo, & vt Christus cōfiteatur eum coram patre
suo cœlesti. Rursus quicunq; sic agit, venit ad lucē. i. ad rectæ rationis iudicium, vt manifestent
opa eius pro loco, causa, & tpe, scilicet quando ratio dictat, & charitas exigit. Qui vero de acti
bus bonis nō excedētibus cōem deuotionē verecundantur, sunt homines pusilli & imp̄fecti, q
app̄hendunt bonum honestum sub rōne rei turpis, inquātum formidant propter bona opera,
derideri. Solitarij aūt veniunt ad lucē interiorem, q̄uis nō veniunt ad humanos aspectus. ¶ Por
ro verba saluatoris intelligenda sunt quantum ad intentionem, videlicet vt non oremus, nec
bona agamus ad hunc finem, quatenus videamur & commendemur à proximis, sed ad glori
am dei propriamque salutem, & proximorum ædificationem. Elucescit ex his quod iustitia ē
res audax, secura, fiducialis, iucunda, & victoriosa. Iniustitia vero contrario modo se habet.
Propter quod scriptum est: Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata, semper Iob. 15
enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Hinc enim Iob ait: Sonitus terroris semper
in auribus impij, & cum pax sit, ille insidias suspicatur. Nec dissonat, quod Salomon Prouer
biorum vicesimo octauo astruit: Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo
confi-

confidens absq; terrore erit, ideo dicit Apostolus: Vis non timere potestatem, fac bene, & habebis laudem ex ea. Propterea quoq; ait philosophus, quod qui bene se habent in diuinis, sunt D meliori fiduciæ. Audiamus vocem iusti venientis ad lucē, & sciemus quanta sit securę mentis fiducia. Ecce apud Esaiam ait vir iustus: Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicit mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus. Quis ē, qui condemnet me? Tales fuerunt martyres sancti, qui facientes veritatem legis & fidei Christianę, venerunt ad lucem, quoniam non erubuerunt Christum eiusq; sermones, sed cōfessi sunt cum coram hominibus, ideo Christus confitetur eos coram patre suo, sicq; manifestat eorum opera bona.

¶ Explanatio residuæ partis huius capitis ab eo loco q̃ dicitur. Post hęc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam Articulus decimus.

DE scripto sermone quem habuit Christus cum Nicodemo, aliquibus forsitan verbis ab Euangelista adiectis. Nunc consequenter ostenditur exordium vsus baptismatis euangelicæ legis, & qd Iohannes Baptista de Christo perhibuit, plenius edocetur. ⌊Post hæc⌋ videlicet consummato sermone præscripto quem habuit ad Nicodemum saluator, ⌊venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram⌋ hoc est, ad alia loca Iudææ. Postquam enim fuit in ciuitate Iudæorum metropoli, puta Hierusalem, vbi Nicodemum instruxit processit ad alia loca eiusdem prouinciæ, vt ibi prædicaret. Sed cum Hierusalem sit principalis vrbs Iudææ, quidam dixerunt, quod Christus venit post prædicta in Iudæam non statim immediatæ, sed postquam Galilæam intrauit, & illic demorabatur cum eis ⌋ in domibus alieni, tanq̃ pauper & hospes, qa non habuit vbi caput reclinaret, ⌊& baptizabat.⌋ ¶ Secundum Chrysostomum Christus in E propria persona non baptizauit, quia sequenti capite scribitur: Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius. Dicitur tamen baptizasse, quia discipulis suis officium baptizandi commisit, quemadmodum rex facere dicit, quod facit per suos ministros. Dicit quoq; Chrysostomus, quod discipuli baptizabant non baptismate Christi, sed Iohannis, quia secundum positionem hanc baptisma Chri nondum fuerat institutum. Habet enim efficaciam à merito passionis dominicæ, quæ tunc nondum erat peracta. Et Apls dixit: Chrs post resurrectionem quando ascendit, Iohannes baptizauit aqua, vos aūt baptizabimini spiritu sancto. Si autē Christus proprijs manibus non baptizauit Apostolos, ergo nec aliquem alium. Sed melius videtur, vt cum Augustino dicamus, quod Christus primo per seipsum baptizauit, pręsertim Apostolos aliosq; discipulos suos, nec dubium quin proprio baptismate gratiam conferente baptizauerit. Instituit enim sacramenta nouæ legis per seipsum, & exercuit ea, saltem quædam eorum, postmodum vero commisit Apostolis baptismatis sui exercitium & ipse altioribus intendebat, videlicet doctrinæ & prædicationis officio, quod & Apostoli post resurrectionem sæpe fecisse leguntur, quando multos conuerterunt ne per baptizandi officium quod ab inferioribus atq; indoctioribus fieri potuit à verbo prædicationis impedirentur. Vnde ad Corinthios Paulus testatur: Neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium, & Stephane domum Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. ¶ Nec obstat quod ait Saluator Apostolis: Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hoc quippe intelligendum est, quod baptizarent eas per se vel per suos adiutores atq; discipulos. ¶ Postremo quod obijcitur, de facili soluitur. Passio enī Christi hoc cōtulit futura quod præstat iam facta. Tota enim efficacia ac idoneitas meriti Christi, fuit à persona verbi præsentialiter, quæ æterna est & voius potestatis ante passionem & postea. Quod vero Apostolis dictum est: Vos aūt baptizabimini spiritu sancto, intelligitur de interiori pfusione gratiæ spiritus sancti, sub signo visibili. F ⌊Erat aūt Iohannes baptizans in Ennon (.i. loco sic dicto) iuxta Salim⌋ vrbem sitam prope iordanem ⌊quia aque multę erant illic⌋ videlicet iuxta Salim Erat enim ibi lacus secundum Bedam, & ideo fuit locus ad baptizandum conueniens. ⌊Et veniebant⌋ Iudæi ad Iohannem, ⌊& baptizabantur ab eo. Nondum enim missus fuerat Iohannes in carcerem⌋ ab Herode Tetrarcha, qui ad Herodiadis suggestionem incarcerauit Iohannē, vt Marcus refert: Per hoc innuit Euangelista, q̃d omnia à se hucusq; descripta de actibus Christi, sunt ab alijs Euangelistis omissa, qui sic loquuntur de Christo ac si post incarceratonē Iohannis incœpisset pdicare, & signa peragere. ⌊Facta est ergo quæstio.⌋ Hoc est: Ex quo Christus baptizabat per se & per suos Apostolos, idcirco mota est quæstio contentiosa ex indiscreto zelo procedens ⌊ex discipulis (.i. aliquibus de numero discipulorum) Iohannis (Baptistæ) cum Iudæis⌋ qui baptizabantur à Christo ⌊de purificatione⌋ hoc est de baptismo, qui ē lotio purgans. Baptismatus autem Christi vere totus purificat, vnde actiua purificatio appellat. ¶ Ista quæstio fuit cuius baptismus esset præstantior, Christi vel Iohannis. Iohannis namq; discipuli volentes magistrum suum præferre, dixerunt quod eius baptismus dignior esset. Iudæi autem baptizati à Christo dixerunt oppositum. Scientes qualie testimonium perhibuisset Iohannes Christo, dicens: Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos spiritu sancto, & etiam ga

Iohan-

Iohannes venientes ad se,misit ad Iesum,vt baptizarentur ab eo, non aũt misit Christus veni Marc.2
A entes ad se ad Iohannem.⌊Et venerunt(discipuli Iohannes)ad Iohannem,⌋vt quæstionem
hãc solueret,proprijq́ baptismi honorẽ defenderet,⌊& dixerunt ei,⌋doientes & q̃rulãtes q̃d
honor magistri sui,& p cõsequens,honor eorꝫ minueretur.⌊Rabbi q erat tecum trans Iorda-
nem(sicut superius dictum est)cui tu testimonium perhibuisti,⌋dicẽdo Ecce agnus dei⌋ Ec
ce hic baptizat (per se & suos discipulos)& omnes veniunt ad eum.⌋hoc est,tam multi,vt pe Iohã.1.
ne nulli videantur,q te accedunt.qa & tuipse mittis tuos ad eum,quasi dicent: Ibi frequentia,
hic paucitas.Illi honor,impenditur,tu incipis paruipendi,& tuipse es in causa qa sic illum ver
bis tuis magnificasti.¶Isti discipuli Iohannis nondũ perfecti fuerunt,sed aliqd inuidentiæ in-
erat eis,ægre ferentibus quod Christus & eius discipuli,Iohanni & eius discipulis præferebant
Vñ sæpe coniunxerunt se pharisæis,quos nouerant æmulos Christi,contra Iesum,sicut Mat. Math.9
habet:Accesserũt ad Iesum discipuli Iohannis,dicentes:Quare nos & pharisæi ieiunamus fre
quenter,tui aũt discipuli non ieiunãt: Deinceps Iohannes baptista benigne docet, & corrigit
suos discipulos,⌊Respondit Iohannes,& dixit:Non potest homo accipere qcq̃⌋hoc est,ni-
hil boni habere,vel acqrere potest,⌊nisi fuerit ei datũ de cælo⌋hoc est,a deo concessum,me-
diate vel immediate.Oĩa etenim bona,cũcta dona naturæ,vniuersa munera gratiæ, a deo sub 1.Cor.4
limi & benedicto fontaliter profluunt.Propter quod dicit Apl's: Qd̃ habes quod non accepi 2.Cor.3
sti: Et:Non sumus sufficientes cogitare aliqd ex nobis,quasi ex nobis,sed sufficiẽtia nostra ex Oseæ 3
deo est.Et apud Ozeam loqtur deus:Perditio tua ex te,in me tantummodo auxilium tuum.
B Quamuis hõ vniuersaliter ita sit,tñ Iohannes id dicit de semeipso,tanq̃ dicat: Ego cũ hõ sim,
potestatem baptizãdi non habeo,nisi ex deo,ille cum deus sit propria authoritate baptizat,
ideo mihi non derogatur,dum ille præ me honoratur,nec debetis hoc impatienter accipere,
ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis⌋q verba mea de Christo dicta audistis⌊quod dixerim
(audientibus,vobis coram turba)Non sum ego Christus,⌋non sum filius naturalis,& vnicus
magnum mihi est esse filium adoptiuum,non sum finis,sed via & medium ad finẽ deducens,
non sum saluator,sed seruus,gratia eius indigens,cui & dixi:Ego a te debeo baptizari,& tu ve
nis ad me,sed qm̃ missus sum añ ipsum tanq̃ ꝑcursor & ꝑco,vt ꝑdicando ac baptizando,dispo Ioha.4
nerem hoĩes ad doctrinã grãmq́ illius.De hoc superius multa iam dicta sunt. ¶Insuper po- Lucæ 1
nit Iohannes Baptista copiosam differentiã grãmq́ distãtiã inter Christũ & se,& qa discipuli
sui minus sublimiter senserunt de Iesu,ideo Iohannes magnificentiã fidelissime atq́ clarissime
pãdit,nõ breui versiculo sed lõgo sermone.⌊Qui habet sponsam sponsus est. Amicus aũt spõ
si q stat & audit eũ,gaudio gaudet(.i.intime,cordialiterq́ exultat)ꝓpter vocẽ spõsi.⌋cui con
gratulat. Hoc ad lrãm in hoĩbus ita est,spũaliter q̃q sic fuit inter Chr̃m & eius ꝑcursorẽ. Per
spõsum ergo Iohãnes intelligit Christũ,cuius spõsa ẽ ecclesia,q̃ sibi in incarnatiõe, baptismo
& passiõe despõsauit,eã sibi incorporãdo,per grãm fœcundãdo,spũales filios ex ea generãdo
Cũ eñ spõsus ex spõsa generet proiẽ,cõuenit Christo ꝓcreare in baptismo filios spũales p ec
clesiã,q̃ si p matrẽ fideliũ,q̃ virtute & gr̃a sui spõsi regnat.Iohãni ergo nõ cõueniebat spũaliter
regnare,sed ad regnationẽ disponere.De hoc sponso & spõsa ait Apl's ad Ephe.Chr's dilexit
ecclesiã,& tradidit semetipsum ꝓ ea,vt illã sanctificaret,& ideo Iohãnes in Apoc,venerũt(in Ephe,5.
qt)nuptiæ agni,& vxor eius præparauit se,& rursus:Vidi Hier'm.i.ecclesiã a deo paratã qua
si spõsam ornatã viro suo.De hoc sponso & sponsa cãtat cãticũ cãticorꝫ.Habet aũt Chr's tri-
plicẽ spõsam,videlicet vniuersalẽ q̃ ẽ ecclesia oĩm electorꝫ q̃ sibi ab origine mũdi desponsare
exorsus est p fidem & charitatẽ,sponsam particularẽ,q̃ ẽ aĩa sancta quam sibi quotidie despõ
C sat,q̃sdam ad se cõuertendo p gratiã,sponsam singularẽ q̃ est virgo beatissima,quam sibi des
ponsauit in vtero suæ matris.Verꝫ hę duæ sponsę continent in prima,vt pars in toto,propter
q̃d dici ꝑt,q̃d Chr's nõ habet,nisi vnã sponsam in terra,sicut & vnã dũtaxat ecclesiã habere asse
rit,quãuis sint multæ particulares ecclesiæ nõ discordantes ab ecclesia vniuersali.Cum itaq́ sit
filius dei spõsus noster seu animarꝫ nostrarꝫ constat,quod fornicat,adulteriumq́ committit,
q magis adhæret rebus terrenis,variabilibus,& caducis,quã sibi,hoc est,spũale adulterium,de
quo Psalmista loqtur deo:Ecce q elongant se a te ꝑibunt.Perdidisti omnes q fornicant abs te. Psalm.72
De quo scriptũ est apud Ozeam:Noli lætari Israel,qa fornicat' es a deo tuo.Magna plane no
bilitas atq́ ineffabilis dignitas animæ,imo totius ecclesiæ esse sponsam sui creatoris,cuius semi
ne impregnatur,videlicet,lumine,gratiæ cœliformis, vt sit fœcunda in fructibus spiritus san
cti.De quibus ad Galathas dicit Apostolus:Fructus spiritus est charitas,gaudium,pax,patien
tia,longanimitas,bonitas,fides modestia.
¶Deniq́ per amicum sponsi intelligit Iohannes seipsum,quem certum est in Christi amo Galat.5.
re ardentissimum extitisse,qui stetit corporaliter iuxta Iesum circa Iordanem ,spiritualiter q̃-
que stetit tanquam in omni virtute erectus, in Christi charitate perfectus ,nec ad dexte-
ram ,nec ad sinistram deflectens animæ gressus , quia non erat arundo vento agitata,au- Lucæ.7.
dituq́ verba sponsi cœlestis, quæ non sunt in toto descripta , nec dubium , quin in verbis
Christi

Christi cordialissime delectabaẛ,ideo subdit. L Hoc gaudiũ meũ impletũ ẽ. J de assistẽtia & au-
dientia q̃ spõso ecclæ astiti,eiusq́ꝫ vocẽ audiui,iam vehemẽter lætat' sum excellẽtię Chři mẽ D
taliter cõgaudẽdo. Fuit aũt Iohãnes nõ solũ spõsi huius amicus,sed etiã paranymphus,qm̃ in
ter Chřm & hoĩes fecit copulã spũalem spõsam spõso cõiungẽs. Sed si Iohannes ita dilexerat
Chřm nõne mirũ est ꝙ nunq̃ corporaliter secutus est eum,sicut discipuli,ꝑsertim cũ teste diui
no Dionysio amor sit virtus vnitiua,imo istud io tm̃ displicuit Manichæis vt dicerent Iohan
nem esse damnatum. Et rñdendum ꝙ amor Iohãnis fuit veraciter spũalis,idcirco in spũali cõ
iunctione quieuit cõtentusq́ꝫ fuit,p quod docemur de corporali cõiunctiõe seu ꝑsentia nõ debe
re curare,nisi ad spũalem profectũ fuerit oportunum. Caro nempe (vt ait saluator) nõ ꝓdest,
sed spiritus est q viuificat. Vnde Aplis in corporali ꝑsentia Chři minus ordinate delectationẽ
habentibus professus est Christus: Expedit vobis vt ego vadã,si em̃ nõ abiero,paracletus non
Ioha. 16. venit ad vos. Si autem abiero,mittam eum ad vos. Spiritualiter ergo amandus & contrectan
dus ẽ nõ solũ Chřs,sed & q̃libet proximus. Idcirco em̃ dicit Apostolus: Et si nouimus secũdũ
carnẽ Chřm,tñ iã nũc nõ nouimus. Itemq́ꝫ: Itaqꝫ nos iã neminẽ scd̃m carnẽ nouimus. Desi-
2. Cor. 5. cata nãqꝫ & spũalizata erat affectio sancti Apři,cuius sectemur vestigia. ¶ Quærit,cur & quõ
Iohãnes q superius dixit se esse indignũ soluere calceamẽta Chři,nunc appellat se eius amicũ.
Dicendum ꝙ ibi loquebaẛ turbæ,quæ Chři maiestatẽ nõ nouit,idcirco se ibi maxime humilia
uit & Chřm exaltauit. Nũc vero loq̃tur suis discipulis inuidia tactis & inter Iesum ac Iohãnẽ
auersionem quandam facere cupientibus. Hinc Iohannes dicit se amicum illius, vt & discipu
Marc. 2. los suos ad Christi prouocet charitatem,sic & nos facere par est,dum sentimus seminatorem
discordiæ nos affari,dicendo verba inuidiæ prouocatiua,tunc ergo charitatiue loquamur de
eo in inter quẽ & nos nitiẛ seminare discordiã. Vterqꝫ aũt sermo Iohãnis est verus,q̃a Iohan- E
nes quãtũ ad id ꝙ fuit p naturã & propriã fragilitatẽ,dignus nõ fuit soluere calceamẽta Chři
quantum vero ad id quod fuit p charitatẽ,& gratiã saluatoris,erat ꝑcipuus eius amicus, nõ mi
norq̃ Euangelista Iohãnes. L Illum oportet crescere,me aũt minui. J quando Iohãnes hoc di
xit,fuit Christus perfectæ quantitatis in corpe,& perfectæ sanctitatis,sapientiæ & grãæ in ani-
ma,scd̃m diuinitatem vero in seipso omnino incommutabilis permanet. Quod ergo ait Iohã
nes: Ipsum videlicet Christum oportet crescere,sic intelligendum est,quomodo deus dicitur
magnificari & exaltari a nobis,non quod in seipso maior fiat vel altior,sed quod eius magni-
tudinem & sublimitatem agnoscimus,profitemur,laudamus,sic Christus creuit quantum ad
magnitudinem famæ & hominum æstimationem. Iohannes vero minoratus est, hoc mõ po
pulus enim putauit Iohannem esse Christum & Iesum esse prophetam non Messiam,sed tẽ-
pore ꝓcedente radiantibus signis documentisq́ꝫ Iesu,& testimonio Iohannis cooperante,cę
pit populus Iesum tenere pro Chřo rege Messia,Iohãnem vero pro vate,præcursore,ac nũ-
tio eius Christi. Augustinus tangit alium sensum,referendo verba Iohannis ad passionẽ vtri-
usqꝫ,vt Christus dicatur creuisse,q̃a distentus in cruce,Iohannes vero minutus qm̃ decollatus
sed q̃a discipuli Iohannis conquerebantur de hoc quod multi accesserunt Iesum,& pauci Io-
hannem,potest ita intelligi: Illum oportet crescere,acquirendo plures discipulos spũalesq́ꝫ filios
in baptismo,me aũt minui,quantum ad numerũ discipulorum,q̃a nõnulli ex discipulis Iohan-
nis adhæserunt Chřo. Huius incrementi & decrementi ponit Iohannes Baptista aliquas ratio
Psalm. 18 nes,primã tangit,dicẽdo: L Qui desursum venit. J .i. Christus vnigenitus dei, cuius a summo
Lucæ 2 cœlo fuit egressio,quantum ad diuinitatem,qm̃ natus a patre ęterno.& quantum ad humani
tatẽ qm̃ supnaturaliter conceptus natus ex virgine,spiritu sancto corpus eius formãte, L super F
omnes est. J .i. omnibus creaturis sublimior ẽ,quantum ad vtrunqꝫ suam naturam. Nam quo-
ad diuinam cunctis præstãtior est in infinitum. Hęc ergo ratio excellentię Christi sumpta ẽ ex
parte suę originis,secunda vero accipitur ex qualitate suę sapientię & doctrinę. Vnde subiun-
gitur: L Qui de terra est. J .i. ex humanis parentibus viro & fœmina natus est,de terra ẽ,q̃tũ ad
ğnationis originem. L & de terra loq̃tur. J .i. de inferioribus & terrenis tractat,quantum est ex
parte suę terrenę originis. Nihilominus loquitur de diuinis atqꝫ cęlestibus,siue per naturalem
rationem sicut philosophi,siue per gratię infusionem,& supernaturalem illuminationem, quẽ
admodũ Prophetę & Apostoli. Ipse quoqꝫ beatus Iohannis Baptista,quẽ certũ est hoc loco
de cœlestibus fari,imo de supercœlestibus eloqui,s. de patre & filio. L Qui de cœlo venit. J hu
manam naturã assumendo & visibiliter apparendo,supnaturaliq́ꝫ mõ nascendo, L sup omẽs
ẽ. J pfectione naturę quo ad suã diuinitatẽ & excellentia grãæ quoad hũanitatẽ assumptã. J Et
quod vidit & audiuit hoc testatur,& testimoniũ eius nemo accipit. J Hoc verbum præcursoris
alludit ei,quod supra Christus dixit ad Nicodemũ: Amen dico tibi,& ꝙ scimus loq̃mur,& q̃d
vidimus testamur.& testimonium nostrum non accipitis,quod quomõ intelligendũ sit, pau-
lo ante expositũ ẽ. Ea em̃ quæ Christus docuit,vidit oculo intellectuali scd̃m vtranqꝫ naturã,
cognoscendo videlicet oĩa per sciam increatã,vt deus,& p sciam infusam,vt homo. Deniqꝫ
vt hõ audiuit auribus cordis a deo trinitate in primo instãti incarnatiõis q̃cq̃d de' sibi reuela-
uit,

uit,sed quō secundū naturā diuinā audit a patre cum ipse sit sermo patris? Dicendum, φ filio
A dei idem est generari a patre & audire a patre. Nascendo qppe a patre recipit plenitudinē diuinitatis,& per consequens sapientiā, omnēq; perfectionē a patre,idcirco dr audire a patre nō q̄si
primo subsistens,& postea audiēs,vel a pre distās,sed eandē sapientiā atq; essentiā recipiēdo
a patre,quā habet pater,audit ergo.i. intellectualr pcipit a patre, quicqd intelligit pr. Sed quō
dicit pcursor de Christo: Testimoniū eius nemo accipit,cū in Daniele scriptū sit: Oēs populi,
tribus & linguæ seruiēt ei. Itēq; Psal. Reminiscent & cōuertēt ad dñm vniuersæ familiæ gētiū,
sed & qn Iohānes hæc dixit,habuit Christus nōnullos discip.& ipse q̄q; Baptista vtiq; testio Psalmus
nium Christi accepit. Et credendū φ Iohānes hoc asserit,ad insinuandū paucitatē Iudæorū in
Christū credentiū iuxta quē modū dicit apostolus: Oēs q̄ sua sunt quærūt,nō q̄ Iesu Christi.
Sic etiā Michæas dicit: Perijt sanctus de terra & rectus in hoībus nō est. [Qui aūt acceperit
eius testimoniū] verbis Christi credendo, [signauit] .i. cōsiderauit,& suo actu monstrauit ac
indicauit, [q̄a deus (pr seu trinitas) verax ē] in seipso in verbis suis atq; opibus, q̄ p diuersa ar- Phil. a
gumenta pbauit φ Iesus sit Chrs filius dei, videlicet in baptismo p descēsum spus scti in forma colūbæ & p vocē qua dixit pr: Hic ē filius meus dilectus. Per miracula q̄q; in Hierlm facta, de
q̄bus cōfessus est Nicodemus. Nemo pt hæc signa facere, nisi fuerit deus cum eo. Verus etiam
ostendit deus, q̄a in Iesu impleuit quæcūq; per prophetas pnunciauit de Chro. [Quē enī misit deus, verba dei loqt,] q̄uis hoc verū sit de ipso Baptista, de q̄ dictū est supra: Fuit hō missus Marci. 1
a deo, atq; aplis, imo vniuersis pdicatoribus sanctis, q̄ sunt missi a deo, & verba dei hoībus pdi Math. 17
cant, hoc tn̄ de Chro antonomatice dicit: cū ipse sit oīm missorū ac diuina loquentiū summus.
B Præterea ostēdit Baptista excellētiā Chri ex parte grāæ sibi cōcessæ. [Nō em ad mēsurā] .i.
secūdū determinatū gradū, & particularē pfectionē. [dat deus spm̄] sctm̄ .i. grām eius, supplēdū est Cristo hoī, de q̄ Iohānes nūc loqt. Ex his aūt q̄ dicta sunt in expōne primi ca. sup illud:
Plenū gratiæ & veritatis, patet, quō grā Christi sit pfecta, summa & multiplex, nec iā resumēda sunt illa, sed q̄a pcursor iā astruit φ sine mēsura deus pstitit gratiā Cristo, oportet fateri φ
gratia Christi sit aliq̄ mō infinita. Gratia aūt Christi habitualis nō ē scd̄m essentiā infinita: cū
sit pura creatura q̄ nō pt simplr eē infinita, sed necessario ē determinatæ pfectiōis & limitatæ
capacitatis. Gratia vero vnionis in Christo simplr infinita, cū nō sit qd creatū, sed ipsum verbū hūanæ naturæ gratis vnitū nihilominus gratia habitualis in Christo ē q̄dāmō infinita. Primo q̄a idonea ē ad oēs gratiarū effect⁹. Secūdo, qm̄ maior gratia nulli cōicari pt. Tertio, quia
tota capacitas aīæ Christi repleta ē gratia. Quarto, qm̄ plena atq; sufficiēs ē alijs influere incessanter. Alijs vero dat gratia scd̄m aliquē gradū & determinatā pfectionē, put apls dicit: Vnicuiq; nostrū data ē gratia scd̄m mēsurā donatiōis Chri. Infinita ē ergo grā Chri, qm̄ verbū tātā gratiā influxit aīæ Chri quātā cape potuit, eratq; paratū pl⁹ dare, si illa potuisset pl⁹ capere.
Vnio enī verbi cū hūana natura nō ē facta p grām habitualē intermediā, sed gratia ista cōsecuta ē hypostaticā vnionē, tāq̄ effect⁹ ipsius. Et qm̄ vnio hypostatica seu psonalis est summa
ac ppinquissima, ideo ex ea deriuata ē tāta gratia ad aīam Christi, q̄d tota eius capacitas fuit repleta. [pater enī diligit filiū] amore immēso oī creaturæ inexpto supexstuāti ac supdulcissimo
quātū ad filij diuinitatē. Propter q̄d dicit apls ad Coloss. Gratias agim⁹ deo & patri q̄ nostrā Coloss. 1
transtulit in regnū filij dilectiōis suæ. Cū aūt dicit, pater diligit filiū, nō est simpliciter accipiēdū, cū
de⁹ diligat cūcta q̄ fecit, sed innuit q̄d incōparabilis sit dilectio patris ad filiū, secundū q̄d apud
Marcū ait pater: Hic est filius meus charissimus. Diligit q̄q; pater filiū secundū naturā assum- Sapie. 11.
ptā amore finito, sed singulari & ampliori q̄ totū vniuersum, qm̄ mai⁹ bonū dedit ei soli quā Marc. 9
C oībus simul, videlicet psonalē vnionē cū verbo. [Et oīa dedit in manu eius] .i. in potestate filij secundū vtrāq; eius naturā. Pater enī dedit oīa in potestate filij secundū naturā eius diuinā,
in quātū dedit ei eādē essentiā atq; potentiā quā habet pater. Dādo eq̄dē ipsi potentiā istā, dedit, dedit ei oīm potestatē, ita q̄d filius ē vniuersorū, dñs p authoritatē, potēs creare, annihilare
& qcqd voluerit facere. Deniq; secundū assumptā humanitatē dedit oīa in manu eius, qm̄ omni
creaturæ pposuit Christū, prout Mat. ait: Data ē mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Vt enī
Damascenus testat, dato Chro hoī q̄d maius ē, etiā datū ē ei q̄d minus ē. Qm̄ ergo datū ē ei p- Matt. 28.
sonale eē verbi, vt sit filius naturalis, q̄a hūanitas Chri subsistit in increato, psonaliq; eē verbi,
imo ipsum verbū ē psona seu psonalis subsistētia naturæ assumptæ, ideo datū ē ei oīb⁹ creaturis pesidere ac dñari. Sed cōtra hoc videt eē illud apli ad Heb. Nōdū videm⁹ oīa ei subiecta. Dicēdū, φ nōdū sunt oīa Chro hoī subiecta, quātū ad suæ ptātis plenariā executionē & vniuersalē manifestationē, sed hoc fiet ī die iudicij, qn ad eū venient & cōfundentur oēs, q̄ repugnāt ei Esai. 45
vt Esaias dicit: Per hoc itaq; pater dedit oīa in manu filij secundū suā diuinitatē φ genuit filiū
sibi æqualem, oīpotens oīpotentem, vt q̄lis & q̄tus est pater, talis ac tātus sit filius, ita quod dare, aliud nō fuit quam gñare. [Qui credit in filium,] fide formata, perseueranti & operatoria,
[habet vitā æternam] .i. beatitudinem sempiternam, nunc in spe, in merito & in radice, non
enī inaniter eam præstolat, sed habet causam adipiscendi eam quæ est actio bona ex charitate

Isaiæ 26 procedens in adultis. In infantib⁹ vero sufficit fides formata sine opere proprio cum merito Christi. Qui autem incredulus est filio dei, non videbit vitā æternam, i. diuina visione priua D
bitur quātum ad pœnā damni, quemadmodum scriptum est: Tollatur impius ne videat glori am dei, vnde & in Esaia habetur: Qui incredulus est infideliter agit, sed cum vita æterna sit vi sio dei, quō infidelis dicitur non visurus vitam æternā, quasi fideles sint eam visuri. Et respondē dum quod intellectus refectus sup propriū actū, ideo sancti in patria sua beatificā visionē vident, hoc est, cognoscunt. Potest quoque per vitā æternam intelligi beatitudo obiectalis quæ est deus quē increduli nō videbunt per speciē, sed ira dei (.i. iusta vindicta) manet sup eū .i. æternam damnationē incurret quantum ad pœnam damni. Omnes quidem teste aposto
Ephe, 2, lo nascimur filij iræ, sed ira dei non manet super electos atque fideles. Super infideles vero in sua perfidia persistentes, sine fine manebit, vñ in Apocalypsi inducitur: Timidis autem & incre dulis & execratis pars illorum erit in stagno ardēti igni & sulphure. Ex præinductis verbis & sa ncti Iohannis mortaliter edocemur ne indigne feramus, dum alij nobis præferuntur, qb⁹ ma iores æstimabamur, nec aliquid boni proprijs viribus ascribamus, qa nō potest hō habere vel
Iohan. 19 accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Patet quoque ex his quanta sit certitudo fidei christianæ quæ data est ab vnigenito filio dei qui nō alia nobis narrauit, quam quæ vidit in pa tre & audiuit ab eo. Propterea multo damnabilius est non recipere legem euangelicam, quam fuit non credere legi Mosaicæ, prout ad Hebræos plenius docet apostolus.

¶ Elucidatio quarti capituli. Vt aūt cognouit Iesus qa audierūt pharisei. Art. XI.



Hoc loco describit Euangelista inæstimabilem, prorsusque ineffabilem di gnationem filij dei quæ manifestatur in præsenti capitulo varijs modis, videlicet quod nostræ paruitatis defectus, laboresque sustinuit, quod mu E
lieri peccatrici tam pie, diffuse ac dulciter loqui dignatus est, quod igno rantes tam charitatiue instruxit, quod pro conuersione gentium tanta prodigia fecit. Dicit igitur beatissimus Euangelista. Vt autē .i. postq̄ cognouit, hoc est, se cognoscere demonstrauit Iesus q secundū quod de us nouit oīa ab æterno, & vt homo talis cognouit oīa q̄ fuerūt, sunt vel erunt a primo instanti creationis aīæ suæ vel simpliciter, vt cognouit Iesus, hoc est, ex alio rum relatu percepit, qa audierunt pharisæi, a Iudæis, a Christo redeuntibus suscepto eius ba ptismo, quod Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Iohannes .i. maiorem partem Iudæorum suo magisterio subdit atque baptizat quam fecit Iohānes Baptista. Fecit eñ Christ⁹ discipulos non per hoc duntaxat, quod alijs foris verbum dei proposuerit, sed qa eis intus gra tiam aduertendi consentiendi & obediendi infudit, idcirco ratio magistri sibi præcipue compe tit, iuxta quod ait Matthæus. Nolite vocari Rabbi, vnus est eñ magister vester C[hristu]s, quanq̄ Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius. ¶ Præcedēti capite, dixit euāgelista, q̄d Iesus baptizauit
Math. 23 quō ergo nūc dicit, φ nō baptizauit. Et respōdendū φ Iesus primo ad tps baptizauit non q̄sli
Ioha, 3 bet, sed suos discipulos propria manu, quo facto cōmisit eis baptizandi officium, & ipse vaca bat doctrinæ, vt dictum est supra. q̄d ergo nunc dicitur φ non baptizauit, referendum est ad tps sequēs. Augustinus, Beda, & alij multi sic soluunt, φ Iesus baptizauit & nō baptizauit. Ba ptizauit nēpe intus a culpa lauando, non baptizauit aūt foris corpora aquis tingendo, verum qa mox subditur, sed discipuli eius, cōstat euangelistā loq hoc loco de exteriori baptismo. Discipuli eñ non mundabant a culpa, nisi instrumentaliter, ideo prima solutio planior est, q̄ tñ ab intentione istorum non discrepat. reliquit Iudæam .i. illam partem terræ promissionis F
In q̄ habitauerūt tribus Iudæ & Beniamin atque leuitica: Ab eo eñ tpe q̄ decē trib⁹ a domo Da uid diuisæ sunt & vitulos aureos adorauerunt, cōstituētes sibi sacerdotes de extremis populo
3 Reg 12 rum, filij Leui venerunt & habitauerūt in regno Iudæ, vbi fuit templum & locus sacrificiorum et cultus dei permāsit, vt patet in libris Regum: Tota autē prouincia illa vocabatur Iudæa a tribu Iuda, qm̄ principalior fuit ac maior, sicut & Iudas inter fratres suos fortissimus extitit, vt habe tur In lib. Paralypomenon. Imo añ prædictā diuisionē tota terra promissionis nominata fuit Iudæa ꝓpter regiā excellentiā tribus Iudæ, iuxta illud in psalmo: Facta est Iudæa sanctificatio eius. Cur Christus reliquit Iudæam? Nunquid timore phariseorum q̄s solo nutu destruere potu it? Nō vtique sed propter alias rōnes. Primo cedens peruersitati & rancori eorum ex compassiōe, ne eum persequendo grauius peccarent: Secundo dans exemplum fugiendi persequentes, ꝓ lo co, causa & tempore, qñ videlicet potius expedit fugere q̄ manere. Vñ & alibi loquitur: Cum
Matt. 10, persecuti vos fuerint in vnā ciuitatē fugite ad aliā. Tertio ad insinuandum φ ingratis sæpe subtra hendum est verbū dei ꝓpter indignitatē illorum & reuerentiā verbi diuini, ne vilipēdatur, ꝓpter q̄d Salomon dixit: Qui erudit derisorē, ipse sibi iniuriā facit. Et denuo ait scriptura: Vbi nō est auditus, nō effundas sermonē. Propter similē causam, Paul⁹ & Barnabas reliquerūt Iudæos vt in actibus apostolorum habetur: Vobis oportebat primo loqui verbum dei, sed qa repulistis illud cōuertimur ad gētes, & abijt iterum in Galilæā, de qua oriundus fuit, & a qua abiit primo in

Hierusalem. Oportebat autẽ eum transire per mediam Samariam. i. per terram Samariæ,
quæ inter Iudæam & Galilæam sita fuit, sicq́ ex congruentia viæ, oportuit, i. conueniens fuit
A Iesum ire per terram illam, sed quod non oportebat ex necessitate, palam est. Poterat quippe
dominus Iesus dictu angelico ferri de loco ad locũ, sed nec tali famulatu indiguit, qm̃ poterat
dotem agilitatis assumere & per eam in breuissima horula longissima spacia pertrãsire, imo
pter hos modos potuit propria potestate, puta virtute verbi velocius moueri q̃ corpora glori
ficata per dotem agilitatis. Porro in scripturis per Samariam quandoq; designatur principa-
lis vrbs terræ illius à qua tota prouincia appellatur, Samaria, tamen vrbs illa cũ destructa fuis Gene 48.
set & reparata, dicta fuit Sebaste. Quandoq; autem per Samariam significat prouincia illa vt
nunc. Venit ergo Iesus cũ discipulis suis in ciuitatem Samariæ, quæ dr̃ Sychar, q̃ i Ge
nesi dicitur Sychem. Istud dicit Euangelista per anticipationẽ, quia (vt infra habet) Iesus non- Gene. 33
dum introijt ciuitatẽ, sed foris permansit & postmodũ est ingressus, propter q̃ subditur. Iuxta
prædium. i. agrum qui fuit extra & prope hanc vrbem, quod (prædium) dedit Iacob) mori
ens (Ioseph filio suo. Vnde in Genesi ait ad Ioseph, Do tibi partem vnã extra fratres tuos, q̃ Iosue. 17
tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo. Vrbs ista cecidit tribui Manasse filij Ioseph.
Erat autem ibi, iuxta prædium istud, fons Iacob. i. puteus quem habuit Iacob, quãdo ha
bitauit iuxta hunc locum, quando videlicet à Mesopotamia fuit regressus. Iesus autem fati-
gatus ex itinere. i. laboriosa viæ ambulatione, & secundum Augustinũ in epistola ad Diosco-
rum, tanta fuit ab exordio incarnationis beatitudo animæ Christi, quod nisi diuina dispensati-
one dilatum fuisset, prædictæ beatitudinis redundantia tanta fuisset in corpore Christi q̃ ipsum
ab omni pœna & morte præseruasset. Om̃is ergo corporalis defectus & passio corporis Chri
sti fuit dispensationis diuinæ, nõ necessitatis humanæ. ¶ Esurijt igitur, sitiuit, æstuauit & fatiga-
tus est Iesus nõ ex necessitate, sed propter multiplices causas. Primo, vt susceptæ carnis atque Matt. 4.
inductæ à se humanitatis veritatem demonstraret. Assumpsit enim humanam naturam, & inde
trahibiles eius defectus, videlicet naturales motus passionum, iram, timorem, tristitiam secun-
B dum Damascenum. Secundo, vt sua fatigatione nobis requiẽ mereretur æternam gratiam quo Matt. 11.
q́ copiosam in seculo isto. Tertio, vt nos ad fortem atq́ at æquanimem sanctorum laborum,
& fatigationum tolerantiam animaret, sicut & alibi loquitur: Venite ad me omnes qui labora-
tis & onerati estis, & ego reficiam vos. Neq́ em̃ pigritantibus & dormientibus, sed laboranti
bus & in diuino obsequio corporaliter fatigatis, corde tamen infatigabilibus prouenit beatitu
do cœlestis. Sic ergo fatigatus est Iesus ex itinere, q̃uo dicit in psalmo: Genua mea infirmata Psal. 108
sunt à ieiunio. Sedit sic super fontem. i. iuxta puteum repausauit, propter diuersas causas qui-
euit iuxta puteum. Primo quoniam sitiebat, & bibere voluit. Secundo, quia per fontem & aquã
designatur fluenta sapientiæ Christi, quam ipse suis propinat electis, iuxta illud Esaiæ: Hauri-
etis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Tertio, vt ex occasione loci mulierẽ instrueret, imo
sub persona mulieris Samaritanæ totam ecclesiam ex gẽtilitate cõuersam. Hora erat quasi sex
ta, ex quo sequi videtur, q̃ Iesus cœpit mane ambulare, vt & nos diluculo cõsurgamus ad do
minũ, quẽadmodum in Ecclesiastico habetur: Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo
ad dñm, qui fecit illum. Et Esaias: De mane (inquit) vigilabo ad te, verum vt Salomon in pro-
uerbijs testatur: Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Venit mulier de
Samaria. i. de prouincia illa, nõ de ciuitate sic dicta. Venit enim de ciuitate Sychar, haurire
aquã. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere ex vrna tua. Christus enim ad literam corporaliter sitie-
bat, spiritualiter vero conuersionẽ fœminæ huius, omniũq; animarũ sitibat errantiũ, & vtique
ante aduentũ mulieris potuit Christus aquæ præcipere vt vsq; ad os putei leuaretur, sicq; pota
ret, sed noluit semper supernaturaliter agere, voluitque ad tempus seipsum siti affligere prop
ter cõmodum nostrum. Petijt aũt potũ à fœmina vt daret ei occasionem meriti copiosi. Dis
cipuli aũt eius abierant in ciuitatẽ (Sychar) vt cibos emerant. & sic dñs maiestatis remãsit, so-
lusq́ sedit ad fontẽ, in quo eius humilitas cõmẽdat & forte pro tũc pauci discipuli ibant cũ eo,
C quia nõ apparet q̃ multi simul intrassent propter escas emendas, præsertim cũ certũ sit q̃ non
emerũt cibaria delicata aut pretiosa. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, admirãs q̃ hõ Iudę
us petisset potũ ab ea. Quõ tu Iudæus cum sis. Hoc enim perpendit ex habitu Christi, qm̃
vestis eius fimbrias habuit ad modũ Iudæorũ, & etiã ex dispositione vultus & sermone. Vñ
Matthæus: Quotquot (inquit) tangebant fimbriam vestimenti eius, salui fiebant. bibere à me
poscis quæ sum mulier Samaritana, causam vero cur hoc non licuit Christo secundum æsti Matt. 14
mationem mulieris Euangelista subiecit. Non enim couutuntur Iudæi Samaritanis. id est,
communionem cum illis & potibus seu vtensilibus habere cõtemnunt. Iussit quippe dominus
filijs Israel vitare familiaritatem & societatem cum alienigenis. Iudæi vero maxime abhorre-
bant Samaritanos, qm̃ terram eorum occupabant, multasq́ eis intulerunt molestias post redi
tum à Babylone, vt patet in libro Esdræ. ¶ Sed cur Christus, qui venit legem implere non Matth. 5
soluere, petijt potum à fœmina infideli? Dicendum, q̃ Christus non erat sub lege, sed domi-

nus legis, ideo potestatẽ habui dispensandi. Venit autem legẽ implere, i. pficere, nõ tñ semper
seruauit cæremonialia legis ad literã. ⌊Rñdit Iesus & dixit ei: si scires donum dei⌊. i. gratiã &
misericordiam dei q̃ tibi nũc offert per hoc, q̃ filius dei petit potũ à te. Nẽpe qui Chr̃o aliqd D
dat potius recipit bñficium q̃ impẽdat, queẽadmodum magnũ esse pauperi, si rex peteret qcq̃
paruum ab eo. ⌊Et si scires quis est qui dicit tibi, da mihi bibere⌋. i. si me agnosceres, si me esse
deum & hoĩem scires, ⌊tu forsitan petisses ab eo, ⌋spũalem refectionẽ, forsitan dicit ad insinu
andum, q̃ omne opus meritorium ex libertate procedit, vel ideo dicit forsitã vt det nobis formã
sobrie nõ ceruicose loquendi, pſertim cum loquimur de actibus alioꝝ. ⌊& dedisset tibi aquam
viuam⌊. i. grãm spũs sancti, seu ipsum spũm sanctũ qui dari tunc dicit, cũ eius gratia gratum fa-
ciens menti infundit, sicq̃ redit in idem, siue per aquam intelligat spũs sanctus seu gratia eius.
Quod aũt per aquam intelligatur spũs sanctus constat ex eo, sicut habetur infra: Qui credit in
Deut. 4 me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, quod Euangelista exponens, hoc (inquit) dicebãt
de spũ quẽ accepturi erant, credentes in eum. ¶ Dicitur itaq̃ spiritus sanctus seu gratia eius aqua
& aqua viua ad similitudinẽ aquæ materialis, queẽadmodũ etiam dicitur ignis, iuxta illud apo-
Heb. 12. stoli: Deus noster ignis cõsumens est. Et alibi dicit saluator: Ignẽ veni mittere in terram. Primo
dicitur aqua, q̃m purgat à maculis culpę & mundat atq̃ ornat animam, de qua aqua accipi
a deo trinitate. Filius enim in quantum homo, missus ac originatus est a seipso secundum q̄d
deus. Hic vidit patrem visione perfectæ comprehensionis, in quantum est deus, & item vi
sione beatificæ fruitionis, secundum quod homo ab incarnationis exordio. Ex hoc sequi vide
tur, quod Christus non loquitur pe visione corporali, quia sic nec ipse videt patrem.

¶ Porro per hoc quod ait. Nisi is qui est a patre, non excluditur spiritus sanctus quin & ipse
comprehendat patrem, cum dicat Apostolus, quod spiritus scrutatur profunda dei. At quæ
dei sunt, nemo nouit nisi spiritus eius. Amen amen dico vobis, qui credit in me Fide, cha-
ritate ornata. habet(nunc) vitam æternam in spe, in merito, in radice, in dispositione pro-
pinqua. Habet enim causam meritoriam, spemq; idoneam ingrediendi vitam æternā, seu ob
tinendi beatificam diuinæ essentiæ visionem. Vel habet vitā gratiæ realiter in præsenti: Qui F
eñ credit in Christum habet Christum. At vtiq; Christus est vita æterna, quemadmodū cō
Ioha.14 testatur. Ego sum via, veritas & vita, Iohannes quorumq; in prima sua ait Canonica. Hic est
verus deus & vita æterna. Ego sum panis vitæ substantialiter atq; causaliter. Panis sum oīa
pascens, non tñ in quenquam conuertor, aut mutor, sed fideliter manducantem cōuerto in me
sum etiam panis vitæ, quia sumentibus digne do vitam gratiæ in præsenti, & vitam gloriæ i
futuro. De hoc verbo superius dicta sunt plura. Deinde inanem gloriationem Iudæorum de
manna perfumentium Christus euacuat. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, &
mortui sunt. Palam est, quod mortui sunt morte naturæ. Sed quia mox subditur. Hic est
panis de cœlo descendens, vt si quis manducauerit ex ipso non moriatur. Certum est, quod
loquitur de morte culpæ, Hoc enim Christus adiecit, distinguendo inter panem vitæ quem
ipse dat,

ipse dat,& manna,sed nunquid omnes patres Iudæorũ,q manna edebant, mortui sunt mor-
te culpæ? Non vtiq;. Quia nec Moses,nec Aaron,nec Iosue,nec cæteri iusti,illius exercitus.
A Loquitur ergo saluator de patribus Iudæorum,quorum vestigia isti sectabantur,pura incre-
dulis seu peruersis,q dixerunt. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Illis q ppe fuit Nume 3
panis ille insipidus. Iustis vero optime sapiebat, quemadmodum in libro sapientiæ scribitur:
Panem de cœlo præstitisti eis,omne delectamentum in se habentem,& omnis saporis suaui-
tatẽ,ad q᷑ eñi q̃sq; volebat,cõuertebat. De illis vero carnalibus tñ,nõ carnalib' simul & spũa
lib' patrib' loq̃tur Christus Iudæis alio loco. Murmuratores filij murmuratorũ implere mẽ-
suram patrum vestrorum. Subditur ergo de pane vero vitali,nõ figurali dũtaxat quãuis & pa
nis vitæ quem dat Christus sit aliquo modo figuratiuus illius panis cœlestis in patria,[de quo
in Luca habetur: Beatus qui mãducabit panem in regno dei. [Hic] panis vitæ, de quo dictũ
est, vtpote verbũ incarnatũ vel corpus dñicũ,[ẽ panis de cœlo descẽdẽs] Verbũ eñi descen
dit per incarnationem,& noui effectus productionem. Corpus autem descẽdit, quia virtute
spũssancti formatum,nõ quia de cœlo allatum. Descẽdens inquam ad hoc,[vt si quis mandu
cauerit ex ipso] manducatione sacramentali & spirituali simul, vel spiritualiter duntaxat, de Apo 20
quibus in sequenti articulo plenius dicam deo præstante,[non moriatur] morte culpæ in prę
senti,vel morte damnationis æternæ in futuro,quæ est mors secunda.

¶ Elucidatio residuæ partis huius capituli ab eo loco quo dicitur. Ego sum panis viuus,qui de cœlo descendi. Articulus decimus octauus.

SAcramentum Eucharistiæ instituit Christus dupliciter. Primo verbo seu assertione. Se
cundo facto,seu consecratione. De prima autem institutione nunc agitur. Et quoniam
B sacramentum istud incomprehensibilissimum,vtilissimum'q; consistit,idcirco ad exclu
dendum omnem errorem ac dubitationem Christus apertissime tractat de sacramen-
to hoc ipso.[Ego sum panis viuus] quia secundum naturam diuinam essentialiter vita sum,
viuens in meipso,& vitam gratiæ vitam'q; gloriæ causo in alijs,omnes electos reficiens & cõ
fortãs. Porro secũdum naturã assumptam sum panis viuus,quoniam propter vnionem cum
verbo habeo plenitudinem omnium gratiarũ,& gloriã perfectissime fruitiõis in deo,atq; per
corpus & sanguinem meum,fidelium animas alo ac poto gratiam illis præstando, per modũ
causæ instrumentalis ac meritoriæ. Humanitas etenim Christi est instrumentum animatũ cõ-
iunctum ac proprium verbi,p quod,& cuius virtute ac merito omnia diuina nobis præstan-
tur gratiarum charismata,sicut & corpus nostrum est instrumentum animatũ, vnitũ & pro-
prium animæ rationalis,per quod anima agit & effluit,[qui de cœlo descendit] per incarna-
tionis mysterium,& noui effectus productionem,nõ per localem descensum,vt dictum est su
pra.[Si quis manducauerit] nõ sacramentaliter tãtum,sed sacramẽtaliter & spũaliter vel ad
minus spũaliter,cum proposito manducãdi sacramentaliter cum fuerit oportunum,[ex hoc
pane,viuet in æternum] vita spũali,quæ nũc in ipso inchoatur,& virtute sacramẽti perficitur,
atq; in patria consummatur. Nunc enim viuit bene agẽdo per gratiã,& in futuro viuet,deum
videndo per gloriæ lumen,dummodo finaliter pseueret in huius manducationis effectu. Viuet
itaq; in æternum,quantum est ex parte sacramenti,quod tantæ efficaciæ est,vt possit vitã æter
nam influere.¶ Cum quilibet cõicans recipiat panem istum totum ac integrum non partẽ dũ-
taxat,cur ait,si quis manducauerit ex hoc pane,& non potius si quis manducauerit hunc panẽ
Dicendum,quod ad insinuandum quod panis iste inconsumptibilis est nunq̃ deficiens.¶ Prę
terea ad intelligendũ oia quæ de isto sacramento iam asserunt,oportet scire,quod in sacramẽ
to altaris sunt tria. Primum est sacramentum tñ, videlicet species panis & vini post consecra
C tionem. Secundum est res & sacramentũ,videlicet corpus & sanguis Christi. Tertiũ est res tan
tum,vtpote gratia sacramentalis,vel vnitas corporis mystici. Species atq; panis & vini sicut
sacramentum,quoniam rei sacræ sunt signum,videlicet corporis & sanguis Christi,corp' ve
ro est sacramẽtũ respectu sui effectus,qui est gratia,vel respectu sui signati, quod est corpus
mysticum puta ecclesia. Cum igitur aliquis accipit corpus & sanguinem sub speciebus sacra-
mentalibus,& non participat sacramẽti huius effectum scilicet gratiam,atq; ecclesiæ in cor-
porationem,propter suam incapacitatem,indignitatem & prauitatem,qua ponit obicem gra
tiæ. Dicitur manducare sacramentaliter tantum. Cum vero sumendo sacramentũ, recipit eius
salutarem effectum,manducat sacramentaliter & spiritualiter. Dum aũt sortitur effectum præ
fatum,nec tamen suscipit sacramentum,manducat spiritualiter solum. [Et panis quem ego
dabo] per meipsum in cœna,hoc sacramentum instituendo,discipulis'q; tradendo,& in ara
crucis panem hunc patri offerendo,& deinceps per meos ministros, videlicet sacerdotes,qui-
bus conuenit sacramentum istud consecrare,atq; porrigere alijs,[caro mea est,] quæ alit mẽ
tem fideliũ. Tum,quia verba vnita,tum,quoniam gratiæ plena per redundantiam,& q a diui-
nitatis,gratiã creantis,est instrumentum,item'q; merito suæ actionis ac passionis, [pro mũdi
vita,] id est,pro spirituali viuificatione hominum viatorum in mundo degentium. Ad hunc
enim

enim finem vt a morte culpæ ac miseriæ eriperemur, vitamq; gratiæ & gloriæ consequeremur. Dedit Chrs corpus suum in cruce in precium, & in sacramento in edulium, atq; remediū. D
Quotidie quoque dat panem istum pro vita nostra, hoc est, ad hoc, vt in vita gratiæ coboremur, ac perficiamur. Veruntamen non est sic intelligendum quod ait, pro mundi vita, quod per receptionem huius sacramenti, vita gratiæ in homine inchoetur, imo q sine vita gr̄æ ad hoc sacramentū accederet, amplius moreretur in anima. Reusq; fieret corporis dn̄i. Cū em̄ sacrum istud sit cibus sp̄ualis, ideo sicut cibus corporalis non datur nec prodest, nisi viuenti vita naturæ, sic cibus hic sp̄ualis non conuenit, nec, pficit, nisi viuenti vita gratiæ. ⌊Litigabant ergo⌋ (a, Cor. 12)
id est, verbis cōtendebant, ⌊Iudæi⌋ hæc ab ore Christi audientes, & carnaliter ac rudiuer capientes ⌊ad inuicem dicētes⌋ ex infidelitate, & inordinata admiratione. ⌊Quomodo potest hic⌋ quem tenemus pro puro homine & filio Ioseph, ⌊carnem suam nobis dare ad manducandum⌋ quasi dicant: Hoc impossibile est atq; inutile, Christus vero testatꝰ hoc eē nō solum non inutile, sed insuper necessarium ad salutem ipsorum. Dixit ergo eius Iesus: Amen amen dico vobis: Nisi manducaberitis carnem filij hominis ⌋ in sacramento sacramentaliter & spiritualiter, vel spiritualiter ad minus, per fidem & votum accedendo, gratiamq; Christi participando, & biberitis eius sanguinem (modo prædicto) non habebitis vitam ⌋ spiritalem ⌊in vobis⌋ sed carebitis gratia in præsenti, & gloria in futuro. Quēadmodū em̄ mēbra corporis (Col. 1)
naturalis moriuntꝰ ac pereunt, nisi capiti connectantur, & ab eo motum sensumq; participent, sic homines ex quibus quasi ex mēbris cōstituitꝰ mysticū corpus Christi, vita gratiæ destituuntur, nisi capiti quod est Christus, per sacram communionem nectātur, recipiendo ab illo vitā spiritualem, & motum meritorum. ¶ Præterea sicut corpus sine corporeo cibo nō sustentatꝰ, E
nec permanet in vita naturali, sic anima sine hoc cibo viuifico, non persistit in vita gratiæ spirituali. Sed verba inducta intelligenda non sunt quasi sanguis Christi seorsum sumendꝰ sit à vulgo communicante. In primitiua tamen ecclesia hoc fiebat, sed nūc ordinatum est aliter, propter effusionis periculum. Sanguinem ergo Christi accipit populus spiritualiter, & etiam aliquo modo realiter, quia in sacramēto corporis continetꝰ & sanguis sicut e cōtra. Licet em̄ transsubstantiatio panis directe terminetꝰ ad carnē saluatoris, & cōuersio vini ad sanguinem eius, ex naturali tamen concomitantia sub vtraq; specie sunt quatuor. Quia sub specie panis est corpus Christi, vi conuersionis, Anima vero sanguis & verbum, sunt ibi ex naturali sequela, cum non sint separata ab inuicem. Pariformiter sub specie vini est sanguis directe puta ex vi conuersionis. Caro autem anima & verbum cōcomitanter. ⌊Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, ⌋ non sacramentaliter tantum, sicut iam dictum est ⌊habet vitam æternā⌋ qm̄ habet meipsum, & habet vitā gratiæ, quæ virtute huius sacramenti cotinuatur, donec ad vitam gloriæ sempiternæ pertingat. Futuram quoque beatitudinem iam habet in spe, virtute & gratia huius sacramēti. ⌊Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.⌋ vt me deum & hominē videat oculis carnis & cordis per propriam speciem quem nunc cernit p fidē. Carnalibus em̄ oculis videbimus Christum in humanitate, mētalibus vero in diuinitate.

⌊Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus.⌋ Hoc ait saluator ne putaretꝰ parabolice loqui more consueto, ita quod carnem suam diceret panem, quia signaretꝰ per panem, & esset sub forma panis solum sicut in signo. Vel propter aliquam proprietatem cum pane cibus diceretꝰ, quomodo dicit Apostolus: Petra erat Christus, qm̄ figurauit Christū. Et Esaias: Vere fœnū est populus, propter cōuenientiā quādā. Et infra ait de seipso saluator. F
Ego sum vitis vera. Ad insinuādum ergo q caro sua sit vere & substātialiter sub specie panis, veraciterq; sumatꝰ à cōicante. Sanguis quoq; ipsius vere sub specie panis cōtineatꝰ & recipiatꝰ
(Cap. 15 Infra.) adiecit caro mea, i. corpus, sumitur em̄ nūc caro, nō prout ossa excludit, sed pro toto corpore, neruos, venas ac ossa habente, vere est cibus animæ non corporis, quia nō visibiliter, nec corporaliter sumitꝰ, quis vere corpꝰ sumatꝰ. Et potius dicit caro q̄ corpus, qa non sic loquitꝰ de corpore suo, in quātū eo alimonia sp̄ūs, caro aūt magis dicit quid comestibile, quam corpus, & sanguis meus vere est potus refrigerās, rigans, inebrians, mentē & nō ventrem. ¶ Omnia quippe sacra nouæ legis ordinantꝰ ad sp̄ualem vitam. Sp̄ualis autē vita p baptismū acquiritur, quia baptismꝰ est regenerātio sp̄ualis, & p cōfirmationē augetur. Oportet ergo vt per aliquod sacramentum nutriatꝰ, & hoc est eucharistia, quæ est sp̄uale alimentū huiusmodi vitæ: Cibū autem oportet realiter addi atq; vniri cibato, idcirco in sacro hoc Chrūs realiter continetur, substantialiterq; cōmunicanti vnitur. Et simile est de sanguine, qui est potus. ¶ Præterea qm̄ sacramentum istud est cibus, ideo quicquid operatur cibus materialis in corpore manducantis, hoc agit hic cibus sp̄ualis in anima digne recipientis. Quemadmodum ergo cibus corporeus naturalem vitam sustentat, confortat, ad perfectionem deducit, deperditum reparat, delectat, impinguat, sic cibus iste viuificus vitam spiritualem ac deiformem in anima fulcit, coborat, perficit, amissa bona restaurat, exhilarat, & impinguat diuitias gratiæ accumulando in anima.

Vnde effectus sacramenti istius sunt collatio gratiæ, adeptio gloriæ, remissio peccati mortalis

obliti

obliti ac venialium, diminutio pœnæ, mitigatio fomitis, præseruatio a malis futuris, secūdum
quod dicit Chrysostomus: Sicut leones flammā spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribi-
A les facti diabolo. Voluit quoque Christus in hoc sacramento veraciter contineri ac suscipi, ad
ostendendum perfectum feruorem suæ incomprehensibilis charitatis ad nos, & propter no-
stram vtilitatē, quia ex reali præsentia atq; immediata vnione Christi nobiscū, consequimur
maxima bona, sicut subiūgitur. ⌊Qui manducat meā carnem, ⌋sacramentaliter & spiritualiter
⌊& bibit meū sanguinē ⌋eodē modo, ⌊in me manet, ⌋per charitatē & gratiā, & mihi incor-
poratur. Talis vtiq; habitat in adiutorio altissimi, & protectione dei cœli cōmoratur, ⌊& ego Psal. 90
in eo ⌋permaneo, per salutares huius sacramenti effectus, per gratiosam custodiā, per inhabi-
tationē benignā. Nā & per eadē dona qbus deus ad nos conuerti & in nobis esse ac habitare
quasi in tēplo asseritur, in quantum ea infundit atq; conseruat, nos quoq; ad eum redimus, &
in ipso subsistimus ac manemus. Palam est quod speciebus sacramentalibus iam consumptis,
desinat Christus esse in cōmunicante per præsentiā carnis & sanguinis, permanet tamē in eo
per præsentiā suæ diuinitatis, & per affectus sacrementi prætactos. Cōmunicans ergo manet
in Christo sicut membrū in capite, recipiendo influentiā eius, & Christus manet in illo sicut ca
put in mēbro, influendo in illud. Ecce quanta beatitudo, dignitas, & gloria deuotorū, q tā præ
stantissimo alimento vescuntur, & Christo tam intime copulantur, tantisq; gratiæ donis deifi
cis adimplentur, quāta deniq; est dilectio, dignatio, liberalitas & misericordia Christi veri dei,
q nobis pauperculis & indignis sic præstat, sic vnit, sic ingerit semetipsum. Nonne veraciter Proue 8
monstrat, quod deliciæ eius sunt esse cū filijs hominū? Et quam paratus est dare nobis omnē
gratiā suam, qbus tam ineffabiliter præstat seipsum. Non ergo simus ingrati tanto benefacto
ri, & tam incompræhensibilibus beneficijs eius, sed feruido animo, solita mente, reuerētiaq; cor
de ei ministremus, ad eius mensam nos præparemus, ad eius mansionem in nobis nos dignifi
cemus, venialia cuncta pro posse vitando, mentem ad Christum frequenter erigendo, cordis
custodiæ iugiter insistendo. Tunc enim poterimus fructum multiplicem huius sacramenti p-
B cipere, eiusq; dulcedinem mirabiliter degustare, quod aliter non contingit. Quamuis enim ve
nialia & distractio improuisa, sacramenti huius principales effectus non impediant, impediūt
tamen experimentalem gustum suauitatis ipsius. Dicamus ergo mente intenta ac grata cū p-
pheta: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes tribulationes eius. Imo totū psal-
mum, in quo continetur iste versiculus, quia præcipuæ applicabilis est ad regratiandum Chri Psal. 102
sto pro beneficijs istis. ⌊Sicut misit me viuens pater, ⌋id est, pater æternus omnis vitæ fonta-
le principiū, q est substantialiter sua vita, ⌊& ego viuo propter patrem. ⌋Hoc præcipue intel
ligendum est de Christo secūdum naturam assumptam, vt sit sensus, Et ego viuo propter pa-
trem .i. vitā meam refero ad patrem, videlicet ad honorem & gloriā eius, sicut ad superiorē &
vltimum finē, imo sic Christus retulit vitam suam ad totam trinitatem, quæ est omnis creatæ
naturæ vltimus finis. Potest quoq; exponi de Christo secundum naturam diuinam hoc mo
do, Viuo propter patrem, id est, a patre vitam accepi, non aliam, sed eandem quam possidet
ipse. ⌊Et q manducat me, ⌋sacramentaliter ac spiritualiter, ⌊& ipse viuet ⌋per charitatem &
gratiam, ⌊propter me, ⌋id est, ad honorē & gloriam meam ordinabit vitam suam, quemad- 1. Cor. 10
modum ait Apostolus: Omne quodcunq; facitis in verbo vel opere, in gloriam dei facite. Vel Coloss. 3
viuit propter me, id est, a me spiritualis vitæ augmentū recipiet, & viuificabitur quotidie ma-
gis perfecte. In hoc enim sacramento continetur fons gratiæ, q communicantem perfundit,
atq; viuificat, nisi obicē ponat. ⌊Hic est panis ⌋super substantialis, ⌊q de cœlo ⌋summo ⌊des-
cendit, ⌋in quo patet nobilitas ac desiderabilitas eius. Quomodo autem Christo secundum
vtramq; naturam conueniat esse panem, & descendisse de cœlo, iam dictum est sæpius. ⌊Nō exod. 16.
sicut manducauerunt patres vestri manna, ⌋id est, panis iste præstantior & efficatior est quā Deute 6.
manna, cū sit verus cibus, non figuratiuus, gratiā conferens, non promittens. Manna aūt fuit
figura huius panis, nec contulit gratiam, sed præsignauit. Per hoc enim quod omne delecta-
C mentum continebat, figurauit quod sacramentū Eucharistiæ omnē spiritualē dulcedinē, vir-
tutē & gratiā contineret, ⌊& mortui sunt. ⌋Omnes enim illi qui manna comederunt mortui
sunt, morte naturali ac corporali, sed quidam eorum quibus isti increduli Iudæi similes erant,
mortui sunt mortæ culpæ. ⌊Qui manducat hunc panem ⌋digne, cū debita reuerentia & deuo
tione, in memoriā dñicæ passionis atq; eximiæ charitatis Chri, dijudicans corpus dñi. ¶ Insti
tuit enī Christus hoc sacramentū in memoriā suæ amarissimæ passiōis & ardētissimæ dilectio
nis, quatenus toties suæ dilectionis nos flāma accenderet, & ad eius sectāda vestigia pronos ef Matt. 26.
ficeret, quoties sacramentū istud superdignissimū angelis adorandum susciperemus, viuet in 1 Petri 2
æternū ⌋ in aīa per spiritualē virtutē & gratiam huius panis, imo & tandem viuet vita beata ac
immortali in corpore & aīa suscitatus atq; feliciter immutatus a Christo. ⌊Hæc verba ⌋præin
ducta ⌋dixit Iesus in synagoga, docens in Capharnaum ⌋metropolim Galilææ. ¶ Potest autē
per synagogā intelligi vel congregatio Iudæorū, vel domus in qua ad audiendū atq; orandū

confluxerãt. Quãuis em̃ Iudæi nõ poterãt immolare, nisi in tẽplo Hierusalẽ, in singulis tñ vr
bibus habebãt domũ vel synagogã, in cõuenerũt ad audiendũ verbũ dei & lectionẽ legis ac ꝓ
phetaꝝ, & ad deprecandum dominum. Docuit ergo Christus in ciuitate præcipua, in loco D
patenti, in populo magno, quasi nõ timens reprehendi, nec falsa annuncians. Vnde in passione
respondit: Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in synagogis, &c. Omnis em̃
q facit veritatem venit ad lucẽ. ⌊Multi ergo audientes ex discipulis eius⌋ .i. multi discipuloꝝ
Christi audiẽtes Christũ tã alta & incõprehensibilia de seipso, & corporis sui edulio ac sangui
nis poculo prædicantem, ⌊dixerunt: Durus⌋ .i. ad intelligendũ difficilis, & rationi vel verita
ti cõtrarius, ⌊est hic sermo⌋ ille præcipuus, quo dixit: Panis quem ego dabo, caro mea est, &c.
⌊Quis potest eum audire?⌋ cum sonet tam male. Quasi dicant: Blasphemare videtur, & ob-
turãdæ sunt aures. Verba siquidem Christi comestione suæ carnis, potuq́ꝫ sanguinis, carnaliter
intelligebãt, putãtes ꝙ sic promitteret se daturꝰ suũ corpus ad manducandũ, sanguinemq́ꝫ ad
potandũ, quomodo alij cibi ac potus apponuntur. ⌊Sciens aũt Iesus apud semetipsum⌋ .i. in
se ex propriæ notitiæ, absq́ꝫ exteriori perceptione, ⌊quia murmurarent de hoc,⌋ quod dixit se
panem viuum descendentem de cœlo, vel de hoc quod dixit se præstiturum carnem suam ad
manducandum, ⌊discipuli eius⌋ non veri ac humiles, sed superbi, ⌊dixit eis: Hoc vos scanda-
lizat⌋ hoc est, ad ruinam peccati, ad murmurationem, pfidiamq́ꝫ inducit, nõ ex parte mei, sed
ex vestra imperfectione. Fuit ergo ibi scandalum passiuum, non actiuum. ⌊Si ergo videritis fi
lium hominis ascendentem⌋ in corpore glorificato ⌊vbi erat prius⌋ .i. ad cœlũ, in quo fuit an
te incarnationem, non secundum naturam humanam, sed diuinam. Vnde ad insinuãdum vni
tatem personæ vtriusq́ꝫ naturæ in Christo, dicitur filius hominis fuisse in cœlo, anteq̃ descẽdit
in virginem. His verbis Christus euacuauit atq́ꝫ dissoluit scandalum discipulorum. ¶ Per hoc
em̃ quod prædixit se in conspectu ipsorum, si secum manerent, ascẽsurum in cœlũ, patere po
tuit, quod descendit de cœlo, & ꝙ non daret corpus suum mãducãdum carnaliter eo modo q̃
aliæ carnes edũtur, nõ sine earum diuisione, laceratiõe & cõsumptione, quoniã naturale ẽ vnũ-
quodq́ꝫ redire ad locum suæ originis, imo secundum philosophos: Vnumquodq́ꝫ conuertitur
ad id a quo processit. Caro quoq́ꝫ sic comesta non potuisset ascendere. ⌊Spiritus⌋ .i. spiritua- E
lis intellectus verborum, quæ dixi de manducatiõe corporis mei, ⌊est qui viuificat⌋ animam
vita gratiæ, ⌊caro autem⌋ carnaliter intellecta, & per se ⌊non prodest quicquam⌋ cõmuni
canti, imo qui verba inducta carnaliter accipit, & carnẽ nõ nisi sacramentaliter edit, nõ solum
non viuificatur, sed animæ mortem illabitur. ¶ Veruntñ verba prætacta ad literam, non my-
stice intelligẽda sunt de vero corpore Christi, sed ipsum veꝝ corpus spiritualiter cõtemplan
dum est, atq́ꝫ sumendum, qm̃ modus quo est in sacramento, est supernaturalis & incorporalis.
Hinc quoq́ꝫ dicit aplus: Litera occidit, spiritꝰ aũt viuificat. Quẽadmodũ ergo sciẽtia sine cha-
ritate non prodest, sed obest cum inflet, non qa in se mala, sed propter abusum habẽtis & sicut
corpus naturale sine aĩa mortuũ est, sic caro sine spũ, nõ prodest quicq̃, etiã nec caro Christi,
quia sine gratia spũssancti, & spũali intellectu, nõ cõfert quicquam, sed cõmunicãtẽ dãnationi
Iacobi 3 facit obnoxium, eo ꝙ carnẽ tam sanctã sumat indigne, nõ spũaliter ac discrete. Veꝝ, sicut sciẽ
tia maxime prodest, si adsit dilectio, sic caro Christi adiuncto spiritu, sic etiã caro apostoloꝝ
prædicando & discurrẽdo profuit nobis, operãte spiritusancto. Vnde quod ait, spũs est qui vi
uificat, accipi potest de spũ sancto seu gratia eius. ⌊Verba q̃ ego loquutus sum vobis⌋ de cor-
pore & sanguine meo, ⌊spũs & vita sunt⌋ .i. spiritualẽ intellectũ requirũt, quantũ ad modum
intelligendi, sicq́ꝫ viuificãt mentem per gratiã, & sapiẽtiæ lumen. Corpus quippe Christi est in
sacramẽto per modũ incorporalẽ ac indiuisibilẽ, qm̃ nõ est ibi sicut in loco, vel per propriam
dimẽsionem, sed per dimẽsionem panis, quamuis propriæ dimensiones eius sint ibi cõcomi-
tãter, sicut & cætera quædã accidentia Christi, quia nõ minus splendet in manibus sacerdotis,
quã in throno maiestatis. Sed sunt qdam ex vobis⌋ discipulis meis ⌊q non credunt⌋ verbis
quæ dixi, cum tñ tot, tantisq́ꝫ testimonijs scire possint me esse Christum, & per cõsequens, falsa
docere non posse. Et qa nõ credũt, nõ sunt veri discipuli. Addiscẽtẽ em̃ oportet credere. Nec
valent verba prædicta spũaliter intelligere, cum Esaias testetur: Nisi credideritis, non intelligetis F
⌊Sciebat em̃ ab initio⌋ æternitatis, & a principio incarnationis, ⌊Iesus, q essent credentes⌋ fu
turi, ⌊& quis traditurus eũ esset.⌋ Iesus secũdũ ꝙ deus nouit ab æterno per scientiã increatam
omnia occulta, cõtingentiaq́ꝫ futura, secũdũ naturã vero assumptã sciuit hmõi, per scientiã infu
sam, ab exordio incarnationis. Ista sunt verba Iohãnis Euãgelistæ, q cõsequẽter recitat verba
Christi. ⌊Et dicebat Iesus⌋ auditoribus suis, ⌊Propterea⌋ .i. qa futura agnosco, & quosdam
vestros non credere præuidebã, ⌊dixi vobis, qa nemo potest venire⌋ .i. per fidem cõuerti ad
me, ⌊nisi fuerit ei datũ a patre meo.⌋ Nõ em̃ oĩm est fides, & nouit dñs q sunt eius. Atq́ꝫ vt Lu
cas profitetur in actibus: Crediderũt quotquot pordinati erant ad vitã æternam. Hoc em̃ dixit
2. Thess. 3 Chrũs superius quantũ ad sensum. Nemo (inquiẽs) põt venire ad me, nisi pater q misit me, tra
xerit eũ. Omne etem̃ donũ optimũ, & omne datũ perfectum est descẽdẽs a patre lumnũ. ¶ Sed

dicit aliquis. Si nemo poteſt venire niſi deus dederit, ergo qui nõ venit per impotẽtiã excu-
ſatur. Deus nãq; vltra vires nil exigit. Et reſpõdẽdum, ꝙ à nobiſipſis nil poſſumus, & tamen
A poſſumus quicquid deus præcipit nobis quia ſecũdum philoſuphũ id dicimur poſſe per nos,
quod poſſumus per amicos. Quoniã eego deus, quantũ in ſe eſt, paratus eſt opẽ impendere,
imo & gratiã influit, dũmodo fecerit homo quod in ſe eſt, ideo per impotẽtiã nõ excuſamur,
ſed poſſumus quod iubemur. Ex hoc .i. iſtis auditis, præſertim ob id quod dixeeat Chriſtus:
Niſi mãducaueeitis caenẽ filij hominis, &c. multi diſcipulorum eius nõ duodecim apoſtoli,
nec ſeptuagintaduo diſcipuli, abierũt mẽte per infidelitatem & apoſtaſiã, & corpore p lo-
calẽ receſſum, eetro Satanã nõ poſt Ieſum, nolẽtes intellectũ ſuũ ſubijcere, incõprehẽſibi-
libus teſtimonijs Chriſti ac fidei. Quo contra dicit apoſtolus: In captiuitatẽ redigentes omnẽ
intellectũ in obſequiũ Chriſti, & iã cũ eo nõ ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim apo
ſtolus: Nunquid & vos vultis abire? Nõ quaſi ignorãs ſciſcitatur, ſed vt illorum fides manife-
ſtaretur, nobiſq; imitãda proponeretur, & vt oſtendat quod coacta obſequia non acceptat.
Reſpõdit ergo ei Symon Petrus pro omibus, quia feeuẽtior ac principalior cæteris, Vnde Matt. 19.
& ſolito feruore nũc reſpondit pro socijs. Dñe, ad quẽ ibimus? hoc eſt ſi te relinquimus, aliũ
tibi ſimilẽ, verũq; ſaluatorẽ inuenire nequaquã valebimus. Tu ſufficis nobis, proptee quem cun-
cta eeliquimus. Verba vitæ æternæ habes id eſt doctrina tua cœleſtis eſt, & obedientes tibi
ad vitã æeternã perducit. Nõ eñi tẽporalia bona, vt Moiſes & prophetæ, ſed æterna promit
tis. In his veebis oſtenditur vera & feruida charitas Petri ad Chriſtũ, à quo nullatenus voluit
ſeparari. Amor nẽpe nectit amãtẽ amato, tãto inſepaeabilius, validius atq; intimius quo fue-
rit maior. Propter quod ait Paulus: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Et nos credimus
fide formata, quamuis nondũ perfecta & ſtabilita, & cognouimus, per donum intellectus,
quod in eſt omibus fidẽ formatẽ habentibus, & per illud perſpicit anima ea quæ fidei ſunt, vidẽs
per aliquã eationẽ qua fides oſtenditur eſſe à deo, quod vera ſint quæ aſſerit fides, & congrue
ait, credimus & cognouimus, quuniã credere præcedit intelligere, quia tu es Chriſtus ſpi
B rituali oleo, id eſt, gratiarum plenitudine vnctus, quãtũ ad natueã aſſumptã, in regẽ & ſacerdo-
tẽ altiſſimũ, filius dei non adoptiuus, ſed naturalis. Hoc frequenter confeſſus eſt Petrus, & in
verbis iſtis tangitur duplex natura, vnitaſq; perſonæ in Chriſto. Verum quia eeſponſio Petri
quãtũ ad Iudã claudicauit, de quo tamen Petrus nil mali præſumpſit, ideo ſubditur: Reſpon
dit eius Ieſus: Nõne ego vos duodecim elegi id eſt, præceteris ad gratiã apoſtolatus vocaui,
& vnus ex vobis diabolus eſt? nõ per eſſentiã, ſed mutationem. Hoc eſt diabolicus propter
malitiã, ſicut, Iohãnes Baptiſta dictus eſt angelus. Et alio loco ſaluator vocat diabolũ homi-
nẽ, dicens: Inimicus homo hoc fecit. Dicebat autẽ de Iuda Symonis Iſchariotis. Fuit enim Matth. 13.
oriundus de vico noĩe Iſcharioth. Iſta ſunt verba Iohãnis Euãgeliſtę, nõ Chriſti. Chrũs enim
nõ expreſſit Iudã, quia occultus fuit, & ne diffamatus fieret peior. Vel potius, vt per eius pro-
ditionẽ implerẽtur ſcripturę prophetarum de traditiõe Chriſti à ſuo diſcipulo. Hic eñi erat
traditurus eũ, cum eſſet vnus ex duodecim. Implicite ergo Cheiſtus admonuit Iudã, qui ſibi
de propria prauitate cõſcius fuit. Circa hũc locũ aliqua dicũt Auguſtinus & Beda, quæ ſi-
cut nõ audeo reprobare, ita nec approbare, quãuis aliqui reprobent ea. Dicunt ergo, ꝙ Chrs
elegit Iudã, vt per eius proditionẽ cõpleret noſtram ſalutẽ, nõ tamen excuſatur Iudas à culpa,
quia nõ ideo tradidit, quia electus, ſed qui traditurus fuit, electus eſt. Quẽadmodũ eñi iniqui
male vtuntur beneficijs dei, ſic deus bene vtitue maleficijs hominũ, & ſic Chriſtus bene vſus ẽ
malicia Iudæ. Ego puto ꝙ Chriſtus elegit Iudã ad apoſtolatũ, vt vidẽs tantã pietatẽ Chriſti
pœniteret, & apoſtolicũ officium digne proſequeretur. Sed quouiã Chrũs nouit aliter eſſe fu
turũ, ſuſtinuit Iudã peopter melius, ſcilicet vt per eũ impleretur prophetia de Chriſti prodi-
tione. Tãta quippe eſt bonitas dei ſeu Chriſti, ꝙ nõ ſuſtineret neq; pmitteret malũ, niſi poſ-
ſet & vellet inde elicere bonũ. Prædicta autẽ aſſertio Auguſtini & Bedæ fundatur in hoc, quod
dicũt Iudã à principio ſuæ vocatiõis malũ fuiſſe, & in malitia perſtitiſſe, cuius oppoſitũ tenet
C & probat Lyra, quia diſtributio bonorum pertinet ad iuſtitiã cõmutatiuã ſecũdũ philoſophum
vtpote vt melioribus maior honor impendatur. Nõ ergo Iudas vocat⁹ fuiſſet ad Apoſtolatũ,
niſi tũc dignus fuiſſet, vel iuſtificatus à Chriſto, ſicut Matthęus vt eſſet dignus tãto honore.
Quicquid aũt ſit de veeitate aſſertiõis Auguſtini & Bede, tamẽ ratio iſta nil obtinet. Primo,
quoniam apoſtolatu ſicut & prophetia pertinet ad gratias gratis datas, quæ ſæpe impijſſimis dant
ur. Vnde de faciẽtibus miracula multa, & prophetãtibus in noĩe Chriſti, dicturus eſt Chri-
ſtus: Diſcedite à me, quoniam nunquã noui vos. Et Balaam pſeuerãti in malo datus eſt ſpiritus pro-
phætiæ. Rurſus, quoniam cõmunicatio bonorum à deo liberrima eſt, ſine pea uijs meritis, idcirco non
proprie ptinet ad iuſtitiã, cõmutatiuã, imo nec ad iuſtitiã. ¶ Inſup quidã imponit Bedæ quod
dicat Iudã nõ eẽ electũ ad apoſtolatũ, ſed ad proditionẽ. Diligẽter ergo inſpiciẽs verba Bedæ
ſuper Iohãnẽ, inuenit aliter. Dicit eñi Beda ꝙ vndecim erant electi vt in apoſtolica dignitate
pſeuerarãt, & p eos fides prædicaretur vbiq;, p quod Beda dat intelligere, ꝙ Iudas non fuit

electus, vt in apl̄ica dignitate maneret, sed non negat eū ad apostolatū fuisse electū, imo si Be-
Matt 10 da hoc diceret, satis male sonaret, quia apud Matthæum Iudas Ischarioth vocatur apostolus, et
Marci. 3 in Marco legitur, ꝙ Chrūs vocauit eum cū alijs vndecim, fecitq́ eum apostolum, cōmittēs ei D
Acto. 1 sicut & alijs prædicationis atq; curationis officium. In actis quoq; loqtur Petrus de Iuda: Cō
numeratus est (inquit) in nobis & sortitus est sortem ministerij huius. Et post pauca leguntur
apostoli exorasse, vt deus ostenderet, qs inter Matthiam & Ioseph acciperet sortem aposto-
latus, de quo præuaricatus est Iudas. Vere igitur electus fuit in apostolum, Chrysostomus ve
Matt 22. ro dicit, ꝙ Iudas tempore suæ vocationis fuit bonus. ¶ Quęritur, cum in scripturis cōmuniter
electi accipiantur pro prædestinatis, iuxta illud: Multi vocati, pauci vero electi, quomō Chri-
stus dicit se elegisse duodecim, quoꝝ vnus fuit præscitus? Et respōdendū, ꝙ in scripturis inter
dū electi dicuntur ad aliquā gratiā particularē gratis datā, vel etiā gratum faciente ad tempus
durantem promoti. Vn̄ Saul vocatur electus. Et in Psalmo cātamus: Electos Israel impediuit
1. Reg 9. Et Salomon appellatus est amabilis dn̄o. In Esaia quoq; dn̄s ait de Cyro rege Persarum, vi-
& 10. ro gentili atq; damnato. Elegi te, & non cognouisti me. ¶ Postremo omnino certum est, ꝙ
Psal 77. Iudas fuit malus tunc, cum Christus hæc verba de eo pronunciauit. Et forte ex tunc perman
2. regū. 12 sit in malo, quousq; prodito Christo suspendit seipsum. Nos ergo cū beatissimo principe apo
Esaiæ 45. stoloꝝ certissime credentes & cognoscentes, ꝙ Iesus est Chr̄s filius dei, dicamus semper ad Ie
Matt. 27 sum. Dn̄e verba vitæ æternæ habens, non me permittas abire a te. Integerrima itaq; deuota-
q́ fide suscipiamus corpus & sanguinem saluatoris, in quo est salus, vita, & resurrectio nr̄a.

¶ DECLARATIO CAPITVLI SEPTIMI. POST hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam. Art. XIX.



Iohan. 6 Vid post mirabilem passionem quinq; millium virorum de quinq; pani-
bus, duobusq́ piscibus, & cætera documenta Christi in præcedenti reci-
tata cap. gestū sit, pādit euangelista. [Post hæc autem] quæ in cap. præ-
cedenti descripta sunt, [ambulabat Iesus in Galilæam] .i. per diuersa loca
huius prouinciæ, prædicando in synagogis Galilæorum. Sermonem q p-
pe immediate præhabitum fecit in synagoga Capharnaum metropolis E
Galileæ, & inde egrediens, perambulabat vrbes & villas Galilææ, facien-
do diuersa miracula, plurimaq́ docendo, quæ iste Euangelista omisit, quia
ab alijs tribus Euangelistis nouit esse sufficienter conscripta. [Non enim volebat in Iudæā]
.i. In terram duarum tribuū. scilicet Iudæ & Beniamin vbi sacerdotes, scribæ & pharisæi æmu
li Christi communiter habitabant, [ambulare] passim ac publice, [quia quærebant eum Iu-
dæi interficere.] Idcirco declinauit ab eis, non quasi mortem, vel eos qui corpus occidunt for
midans, cum fuerit in omni virtute perfectus, & solo nutu omnes aduersarios sues occidere
potest, sed vt daret exemplum sæpe pro causa, loco & tempore fugiendi persequutores, ceden
do furori eorum, ne grauius peccent, vel bono cōmuni inferant nocumentum. Noluit autem
Christus in omnibus supernaturali modo procedere, ne putaretur incarnatio eius phātastica,
& ne viri religiosi sine magna causa quærant miraculosum effectum a deo, sed in aliquibus p-
Iohan. 2 cessit & habuit se modo humano, vt sciatur veraciter homo factus, & vt nos faciamus quod in
Deut. 6 nostra situm est potestate, non tentantes deum. [Erat autem in proximo] .i. de propinquo
Eccl 18 imminebat, [dies festus Iudæorum] videlicet [scænophegia,] .i. festiuitas tabernaculorum,
Esaię. 7 quæ septem diebus durauit. Hanc celebrauerunt Iudæi in Hierusalem decima die mensis se pti
Matt. 4 mi, In memoriam, ꝙ post egressum de Aegypto habitauerunt in deserto in vmbraculis, tēto-
1 Cor 10 rijs, tabernaculis seu papilionibus per annos quadraginta. De hac festiuitate præcipit Moses ī
Exod 13 Deuteronomio. [Dixerunt autem ad eum fratres eius] .i. consobrini siue affines. Non enim
Deut. 16 erant secundum Bedam filij Ioseph ex alia coniuge, qui creditur virgo mansisse, vt purissimę
ac pudicissimæ virginis esset custos, atque minister condignus, sed erant cognati dn̄i Iesu, non
tamen de numero eorum quos Christus iam ad apostolatum vocauit, qa post pauca subiūgi
tur, ꝙ isti fratres eius nō credebant in eum, apostoli aūt credebant. [Transi hinc, & vade in Iu F
dęam] pręsertim in Hierusalē Iudęę regionis metropolim, [vt & discipuli tui] quos habes in
Iudęa, vel nunc ascensuri sunt in Hierusalem, [videant opera tua,] id est, miracula [quę tu fa-
cis.] Habuit enim Christus in diuersis locis quosdam discipulos, qui eum corporaliter non se
quebantur, & de illis iam agitur. [Nemo quippe in occulto quid,] id est, aliqd magnum seu
opus miraculosum, [facit, & quęrit ipse in palam esse] .i. talia operando desiderat apparere,
& in manifesto coram alijs operari. Miracula enim ordinātur ad declarationem diuinę potē-
tię, atq; ad conuersionem videntium, Ideo in manifesto agenda sunt. Hęc sunt verba homi-
Marci. 5 num adhuc carnalium humanam laudem amantium, qui sic de omnibus iudicant, quales ipsi
Luce. 8 intra se sunt. Vani enim & ambitiosi arbitrantur facile alios omnes eis esse conformes. Cę-
terum verba istorum vniuersaliter vera non sunt, quia non solum Christus suscita uit filiam

archisynagogi occulte, multisq; a se curatis præcepit ne publicarent ipsum, sed Helias quoq;
& Helisæus suscitauerunt pueros defunctos in cubiculo. ⌊Si hæc facis,⌋ quæ tibi suggerimus 3. Reg 4.
A eundo Hierusalem versus, illicq; signa agendo in festiuitate iam imminente, coram omnibus
qui ibi nunc confluent, ⌊manifesta te ipsum mundo,⌋ id est, hominibus potentiã tuam ostẽ
dis, & quod sis Christus opere monstrans. Quod autem verba prædicta inordinata fuerũt in
nuit Euangelista, subdendo. ⌊Non enim fratres eius⌋ iam dicti ⌊credebant in eũ,⌋ q̃a nõ est
propheta sine honore, nisi in domo sua & in cognatione sua. Vnde & isti dubitabant, an mi- Marci. 6
racula Iesu essent vera miracula, facta virtute diuina, vel si hoc crediderunt, non tñ tenuerunt
eum pro Christo vnigenito dei, veroq; deo, sed pro homine puro & propheta. ⌊Dixit ergo
eis Iesus: Tempus meum,⌋ id est, tempus manifestandi meipsum, eo modo quo vos desidera
tis, videlicet ad capiendum honorem ac gloriam ab hominibus, q̃a non veni ministrari, sed Matt. 20.
ministrare, & ad dominandum in mundo, nondũ aduenit. Primus enĩ Christi aduentus vsq;
ad passionem debuit esse occultus, & in abiectione ac humilitate, vt iudicaretur, non omnimo
de manifestatione, vt quasi rex regum ab omnibus honoraretur, quoniã si sic, tũc vtiq; nemo
ausus fuisset iudicare siue occidere eum. Sed post passionem fuit tempus glorificationis, mani
festationis, dominationisq; suæ, q̃a ex tunc per prædicationem & signa apostolorũ, aliorũq;
prædicatorum, cœpit Christus suam maiestatem ostendere, & vbiq; regnare, vt omnes agno
scerent & adorarẽt sublimitatẽ ipsius. Ideo itaq; dicit, Tempus meum ⌊nondum aduenit.⌋
Nouit enĩ Christus intentionẽ fratrum suorũ, quod non inuitarẽt eum ad ascendendum Hierusa
lem versus, & ad signa illic agẽda ex deuotione, sed vanitate, vt scilicet ipse Iesus eorum cogna
tus, & ipse propter eum, tanquam cognati eius humanã laudem, fauorẽ, & cõmodum, ex per
petratione miraculorum cõsequentur. ¶ Potest quoq; ita exponi, Tempus meum, id est, ho-
ra eundi ad Iudæam & prædicandi & faciendi illic miracula, nõdum aduenit, quoniam a deo
præordinatũ non est, vt in principio huius festiuitatis ibi sim, sed in medietate ipsius adueniã
⌊Tempus autem vestrũ semper est paratum.⌋ Tempus dicitur bonũ & malum paratũ & im- Matt. 6.
B paratum, propter ea quæ sunt vel fiũt in tempore. Vnde ait saluator: Sufficit diei malitia sua.
Et Apostolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et tamen rursus dicit Apostol⁹:
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, & vtiq; tẽpus acceptabile ac salutare nõ
est malum, nihilominus vnum & idem tempus dicitur malum, propter mala pœnæ & culpæ
quæ sunt vel fiunt in eo, & acceptabile propter misericordiam dei, & cætera dona gratiæ, ope
raq; virtutum quæ fiunt in ipso. Simili modo dixit saluator, tempus fratrum suorũ esse semp
paratum, quoniam quod quærebant, videlicet laus vana & fauor humanus, ac cõmodum tempora
le, quotidie inueniuntur, exhibentur, & acquiruntur. Vel ideo dicit, tẽpus suum nondũ venisse
sed tempus illorũ semper esse paratum, quoniã habuit multos insidiatores, illi vero sine pericu
lo aduersariorum ascẽdere poterant. Et huic consonant verba sequẽtia, ⌊Nõ potest mũdus⌋
.i. homines mundani vobis similes in peccatis, ⌊odisse vos.⌋ Odium enim ex dissimilitudine
oritur, & amor ex cõformitate, ideo mali & seculares se inuicem, amant carnali & cæco amore
Veruntamen similitudo est causa odij indirecte, siue per accidens, in quantum vnus simil ũ im
pedit alium a consequutione rei optatæ. Propter quod figuli inuicem litigant, & hoĩes eiusdẽ
officij sibi inuicẽ inuident. Vnus quoq; multum eruditus conatur deprimere alium sibi similẽ
Hinc inter superbos semper sunt iurgia, & inter iracundos discordiæ. Mundus ergo persequi
tur mundũ, imo vnus peruersus odit atq; interimit alium. Sed verum est quod Chrũs nunc lo
quitur, quoniam mundanus homo secundum ꝓ talis, non potest directe odio habere ac detestari si
milem sibi, quia affectu & opere sunt cõcordes, tñ indirecte & per accidens contingit oppo-
situm, secundũ quod vnus secularis concipit aliũ quasi suo voto vel studio contrariũ aut nociuũ.
¶ Deniq; cũ in diuinis scripturis dicitur, Hominẽ malũ nõ posse corrigi vel facere bonũ, & ho Eccl. 1
minẽ bonũ nõ posse peruerti vel facere malũ, intelligendũ est de hoibus bonis & malis forma Hiere. 13
liter, hoc est, secundũ quod tales sunt, nõ materialiter, quia personæ tales cum sint liberi arbitrij
C possunt mutari, durante statu viæ præsentis. In talibus quoq; loquutionibus frequenter accipi
tur impossibile pro difficili, quemadmodũ peccatum in spiritum sanctum dicitur non posse re
mitti. Et Hieremias ait: Si mutare potest Aethiops pellẽ suã, & pardus varietates suas, & vos
poteritis benefacere. Et Christus in Euangelio: Non potest arbor bona fructus malos facere, Marci. 3.
neq; arbor mala fructus bonos facere. Certumq; est hoc de hominibus dici. Sic verissime dici Matt. 7.
mus, impossibile est superbũ deo placere, homicidam saluari, iracundũ a spiritu sancto inhabi
tari, sed & pœnæ quæ talibus determinantur, intelligẽdæ sunt sub cõditione, videlicet nisi pœ-
niteant, vel p modũ cominationis, vel quia frequenter sic accidit. Secundũ hũc itaq; sensum di
cit nunc Christus fratribus istis mũdanis: Non potest mundus odisse vos. Hinc dicit Iohan-
nes in sua epistola: Nolite mirari si odit vos mundus. Hoc dicit de iustis. De impijs vero adie-
cit: Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Merito et ergo amicitia
huius mundi inimica est deo in tantũ quod deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placent. ⌊Me

autem odit mundus⌋.i.homines vitiosi,præsertim principes sacerdotum cum suis fautorib⁹
quibus grauis fuit Christus ad videndum,⌊quia ego testimonium perhibeo de illo,quia⌋.i.
q⌊opera eius mala sunt⌋.i.peccata eorum aperte redarguo.Veritas autem odium parit.Pro D
Sapien 2 pter quod Salomon loquitur:Ambulans recto itinere,& timens deum , despicit ab eo qui in
Amos 5 fami graditur via.Et denuo ait:Non amat pestilens eũ qui se corripit.De talibus scribit Amos
Odio habuerunt corripientem & loquentẽ perfecte abominati sunt.Hæc fuit prima atq; præ
cipua causa odij & persequutionis Iudæorum in Christum,qa increpauit prauitates eorum.
⌊Vos autem ascendite ad diem festum hunc,⌋hoc est,ad principium solennitatis præfatæ se
cundum legem.⌊Ego autẽ non ascendam ad diem festum istum⌋.i.ad exordium festiuitatis
istius,sed postea veniam.Itaq; non ascendam,eundo vobiscum,& publice veniendo,⌊qa tẽ
pus meum nondum impletum est,⌋secundum sensum expositum.⌊Hæc cum dixisset , ipse
mansit in Galilæa.Vt autem⌋.i.postquam⌊ascenderunt fratres eius⌋ad Hierusalem,⌊tunc
& ipse ascendit⌋post paucos dies,quia(vt cito patebit)ipse venit in templum quarta die festi
uitatis prædictæ.Fratres vero ipsius interfuerunt primo festiuitatis huius diei,⌊non manifeste
sed quasi in occulto,⌋quia(vt dictum est)ad hoc declinauit a suorum aduersariorum aspectu
vt daret exemplum aliquando fugiendi persequentes,& ne daret illis incitamentum amplioris
rancoris.Venit itaq; non manifeste.Vel quia sine magno comitatu processit,Vel quia per ra
ra itinera iuit,Vel quia conspici noluit,per quod dedit exemplum,vt interdum humiliter latea
mus,atq; occulte agamus bona quæ agimus,ne alij contra nos prouocentur.⌊Iudæi ergo q̃-
rebant eum in die festo⌋in Hierusalem,quoniam solitus fuit ibi adesse in præcipuis festis,⌊&
dicebant:Vbi est ille?⌋famosus,qui omnibus notus est, quia in omnibus singularis,in pulchri
tudine vultus,in habitudine corporis,in rectitudine æquitatis,in doctrina,in eloquentia,in mi
raculis.Hinc ergo non exprimunt nomen ipsius,& forte quod quidam eorum ex contemptu
vt mali,quidam vero ex reuerentia,vt credentes,hoc fecerũt.⌊Et murmur multis⌋.i.magna
contentio & ingens confabulatio,⌊erat de eo in turba,⌋sicut de absentibus magnæ reputati
onis esse solet,cuius ratio subditur.⌊Quidam enim dicebant,quia bonus est⌋.i.vera docẽs &
iuste viuens.Nullus tamen eorum æstimauit eum essentialiter bonum, tanquam verum deũ. E
⌊Alij autem dicebant,Nõ⌋est bonus,⌊sed seducit turbas⌋per simulatam iustitiam,falsa mi
racula,pestiferamq; doctrinam.⌊Nemo tamen⌋istorum⌊palam loquebatur de illo,⌋aliqd
diffiniendo de bonitate vel prauitate ipsius in audientia publica,⌊propter metum Iudæorũ.⌋
Istud dupliciter potest intelligi.Si enim quod ait,propter metum Iudæorum , intelligatur de
Iudæis,qui quærebant Christum occidere,tunc id quod dictum est,Nemo palam loquebatur
de eo,intelligendum erit duntaxat de is qui dixerunt de Iesu,quia bonus est.Illi enim ne of-
fenderent,tacuerunt Si vero quod ait,propter metum Iudæorum,accipiatur simpliciter de Iu
dæis,inter quos multi etiam magni atq; potentes fuerunt,qui bene senserunt de Iesu,tũc quod
dictum est,Nemo palam loquebatur de eo,intelligendum erit de omnibus qui murmuraue-
runt & loquebant de Iesu,dicẽtes:Vbi est ille?Nam aliq male sentientes de Iesu,non audebãt
coram oĩbus Iudæis detrahere ei.⌊Iam aũt die festo mediante⌋.i.prædicta festiuitate taber-
naculorũ septẽ diebus durante,iã pro media parte elapsa,videlicet quarta die eius.Sumitur er
go in isto capitulo dies festus,nõ pro vno die dũtaxat,sed totalitate dierũ solẽnitatis istius,⌊af
cendit Iesus in tẽplũ⌋Hierosolymitanũ,⌊& docebat.⌋¶Superius dixit Euangelista,quod no
luit Iesus in Iudæam transire,quia quærebant eũ Iudæi occidere,Quomodo ergo nũc refert eũ
templum coram vniuersis intrasse,manentibus Iudæis in voluntate tam impia?Et respondẽ
dũ,quod propter prædictam causam distulit Christus quandoq; intrare Iudæam,nõ ex timo
re,vt dictũ est.Non tñ semper vt instruat prædicatores,ne gregi sibi commisso subtrahãt ver
bũ salutis in necessitatis articulo.Itemq;,vt declaret Iudæos nil posse contra ipsum,nisi quãtũ
ipse permiserit,Docuit ergo Iesus in templo,introducendo documenta legis ac prophetarũ,
& illa perfecit per propria documenta.⌊Et mirabantur⌋Iudæi,⌊dicentes:Quomodo hic li-
teras scit⌋.i.scripturas legis ac prophetarũ,⌊cũ non didicerit?⌋eas ab homine.Audierũt nã-
q; excellentissima documenta Christi testimonijs scripturarum firmata.Et patuit eis,quod Ie F
sus non frequentauit,neq; ab hominibus instructus fuit,ideo mirabantur.Admiratio quippe
consuegit,cum aliquid noui apparet,cuius causa nescitur.Istud vero nouum atq; insolitum fu-
it,& nescierunt quod Iesus esset ille,de quo Esaias propheta prædixit:Requiescet super eũ spi-
Esaiæ 11 ritus sapientiæ & intellectus,spiritus concilij & fortitudinis,&c.Latuit eos quod Iesus esset de
Coloss 2 us & homo,in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi,qui secundum natu-
ram assumptam accepit a deo trinitate omnium præsentium,præteritorum,ac futurorum ple
nam scientiam,ab incarnationis principio.Veruntamen admiratio horum partim iudis fu-
it & increpabilis.Cum enim vidissent plura signa per Iesum fieri,quam fecerunt prophetæ,de
bebant attendere,quod qui prophetas docuit per inspirationem internam docuisset & Iesum
Matt. 13 Christum. Simile huic est quod Mattheus & Marcus referunt dixisse Iudæos:Vnde huic
Marci, 6 sapien-

ſapientia & virtutes. Nonne hic eſt filius fabri? ⌊Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.⌋ Iuxta dialecticos nulla propoſitio verior eſt, quã in q̃ idẽ
A prædicatur de ſeipſo, & nulla falſior quam in q̃ idem de ſeipſo negatur. Quomodo ergo ait: Mea doctrina non eſt mea? Si enim ſic eſt, ergo doctrina Chriſti non fuit Chriſti, & cõtraria, ſimul ſtabunt. Dicendum, quod doctrina Chriſti fuit aliquo modo ſua, & aliquo modo non fuit ſua. Eſt igitur ſenſus. Mea doctrina, hoc eſt, prædicatio euangelica quę eſt mea tanquã loquentis ac recipientis, non eſt mea tanquam a ſeipſo eam habentis. Chriſtus enim non ſolum ſecundum naturam aſſumptam, ſed inſuper ſecundum naturam diuinam accepit a patre quicquid habet & eſt, puta eſſentiam atq; ſcientiam. Vel ſic: Mea doctrina quæ eſt mea tanquam docentis, non eſt mea per ſtudium inſtructionis humanæ, qa per infuſionem eam accepi. Auguſtinus & Beda videntur ſubtiliorem tãgere intellectũ, tñ obſcurum & pia interpretatione egentem. Pro quo ſciendum, q̄ ſicut Chriſtus dicitur verbũ & ſermo patris quo oia loqtur, 1 Cor. 1.
ſic dici poteſt doctrina patris, qa per ipſum inſtruit omnes. Itaq; ait: Mea doctrina, hoc eſt, ſapientia quæ ego ſum, non eſt mea, hoc eſt, a meipſo, ſed eius q miſit me, ſcilicet patris. Tãquã primi æterniq; fontis atq; datoris. Sic qlibet noſtrum conſiderans ſe ex ſe nihil habere, ſed totum quod habet vel eſt, diuinit' recepiſſe, dicere poteſt ac debet. Mea anima, mea virtus, mea ſcientia, non eſt mea, ſed creatoris mei. Vñ ſecundum Auguſtinum: Doctrinam appellat hic Chriſtus non doctrinã volubilem & ſonoram, ſed eſſentialem ſeu increatã ſcientiã. Iſtam expoſitionem nõ arbitror literalem, qa ſecundum eam Chriſtus non directe ſoluiſſet queſtionem Iudæorum dicentium, quomodo hic literas ſcit. ⌊Si qs voluerit⌋ voluntati efficaci, procedente in opus cum poteſt. ⌊Voluntatem eius facere,⌋ hoc eſt, deo patri obedire eius pręcepta ſeruando, atq; in me vnicũ filiũ eius credendo, paſſionesq́; propriã volũtatem, ac vitia, rectum iudicium impedientia abijciendo, ⌊cognoſcet⌋ per donum intellectus per experientiã quandã & item per admirabilem certitudinem ex diuina illuſtratione manentem, ⌊de doctrina⌋ hoc eſt, euangelica diſciplina quã doceo, ⌊vtrũ ex deo ſit⌋ .i. an vera & mihi a patre collata conſi
B ſtat. ⌋an ego a meipſo loqr, ⌋hoc eſt, ex proprio corde eam confingã, & nõ miſſus a deo, ſed meipſum ingerens prædicem. Per fidem eñ puenitur ad intellectũ, iuxta illud Eſaiæ: Niſi cre- Eſai. 7
dideritis, nõ intelligetis, & per obedientiã peruenitur ad guſtũ per opaq́; ad illuminatiõem. Qui ergo voluntatem dei facit mõ prætacto, meret dono intellectus impleri ad cognoſcendũ ea quæ fidei ſunt, meretur quoq; ſupnaturaliter cõſolari, ineffabiliterq́; delectari in dño, & certificari ab ipſo, per quæ fit in oi veritate fidei prorſus certiſſimus, ita vt nihil ei videatur rationabilius, certius, pulchrius, aſſertionibus fidei bñdictæ. Talis quoq; certiſſime ſcit, quod in Chriſtiana lege maxime condemnatur omne pactum cum dæmone, oĩs operatio magicæ artis, oĩs ſimulatio atq; calliditas, ſicq; cognoſcit miracula a Chriſtianis vberrime facta, non eſſe facta ope deabolica, arteq́; magica, aut circumuentione & calliditate hũana, ſed poteſtate diuina, quæ falſam doctrinam miraculis non confirmat. ¶ Deniq; talis ſit, quam ſancta, perfecta ſimplex, & pura ſit Chriſtiana religio, in qua omnia ad priuati amoris plenam extirpationem & ad diuini amoris pfectionem, per ordinatiſſima media ordinantur, ſcit etiam q̃ virtuoſi fuerunt patres, qui fecerunt miracula, quam patientes, caſti & humiles, quam charitatiui, contemplatiui, veraces, atq; pacifici. Ex quibus cognoſcunt, quod diuina ſit Chriſti doctrina. Hinc ergo viri interni, virtuoſi & contemplatiui ſunt in fide certiſſimi atq; immobiles. ⌊Qui a ſeipſo loqtur⌋ hoc eſt, proprias adinuentiones, nõ veritates deſup reuelatas, ⌊docet &⌋ prędicat ⌊gloriam propriam quærit⌋ Operatur enim ex amore priuato, non diuino, & vanus eſt ac ſupb'. Tales fuerunt hæretici, & malarum legum doctores vt Mahumetus, qui licet dixerint ſe quærere dei honorem, tñ mentiti ſunt, nam quæſierunt ſeipſos cupientes ab hominibus honorari. Vel ſic: Qui a ſemetipſo loqtur, hoc eſt, ex proprio ſpiritu, non ex inſpiratione diuina, propriam gloriã quærit, q̃uis prædicet vera ac ſancta. Tales ſunt modo innumerabiles, q q̃runt videri reputari, promoueri, pferre, & ad hæc obtinenda, laborant ſtudendo, docẽdo, & multa ſpe- Eccl. 19
C cietenus bona agendo. Eſt eñ q neqter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Veruntamen tales primo & maxime fallunt ſeipſos. ⌊Qui autem quærit gloriam eius qui miſit illum.⌋ hoc eſt, ego & q mea ſectantur veſtigia, qui quærimus gloriam dei patris, ⌊hic verax eſt⌋ veritate doctrinæ & vitæ, qa deo inſtruente profaf, ⌊& in iuſtitia⌋ hoc eſt, mala intentio ſeu peccatũ rephenſione dignum ⌊in illo non eſt.⌋ Hoc certum eſt quantum ad Chriſtum, ſed quantum ad famulos eius non eſt ſic intelligendum, quod ſint omnino a culpa immunes, ſed ſunt ſine peccato mortali. Et quantum ad hoc q̃d gloriam dei quærunt, iniuſtitia carent. Soli etenim deo debetur honor & gloria, idcirco qui quærit gloriam propriam, furtum committit, ſubripiens deo quod eius eſt. Per hæc ergo probat Chriſtus ſuam doctrinam eſſe a deo. Non enim 1. Tim 1
quæſiuit gloriam propriam inordinate, ſed totius paupertatis & humilitatis præbuit ſe in exemplum, nemini blandiens, neminem palpans, ſed vſque ad mortem pro iuſtitia certans, ita Eccl. 10
quod veriſſime dicere potuit illud beati Iob. xxvij. cap. Donec deficiam, non recedam ab in-

nocentia mea. Iustificationem quam cœpi, tenere non deseram. Sed quia Iudæi obiecerunt Christo quod legem Moysi non seruaret. Dictū est enī quinto capitulo, quod persequebantur Christum, eo quod paralyticum curasset in sabbato, ideo subdit: ⌊Nonne Moyses dedit D
vobis legem.⌋ Tanquam minister dei non sicut principalis legislator, quomodo Christus dedit nobis euangelicā legē, ⌊& nemo ex vobis facit⌋ hoc est obseruat ⌊legē in omnibus⌋. Hoc asserit Christus cordiū iudex & cognitor, vel quia in turba quam alloquebatur, nullus fuit iustus, legisq; factor, vel quia tam pauci fuerunt, quod comparatione aliorum quasi nulli videbantur. Per hoc innuit Christus, quod digni non erant eum arguere de sabbati transgressione, quamuis sic fuisset, quia qui in maioribus vel paribus culpis sunt, nō habēt faciē alios increpandi, præsertim si ex officio eis non incumbat. Charitas enī debet esse ordinata, vt vnusquisq; in primis corrigat semetipsum, deinde & proximā. ⌊Quid me quæritis interficere?⌋ quod est contra legē, quæ prohibet innocētes occidi. Hoc Christus dixit, vt ostēderet se illorū machinationes cognoscere, & eos ad emendationē induceret, non tā vt mortem imminentē euaderet. ⌊Respondit ei turba⌋ multitudo illa turbata ⌊& dixit: Dæmoniū habes⌋ hoc est, quasi insensatus & malitiosus loqueris, malum suspicando de nobis. ⌊Quis⌋ nostrum ⌊te quærit interficere,⌋ quasi dicant, Nullus. Et vtrūq; mētiti sunt, imponentes filio dei insaniā atq; mendacium. Nā in principio huius capituli dixit Euangelista, quod Iudæi quærebant Iesum occidere. Et quid tam irrationale, vt Christo qui est sapientia & veritas patris, qui & dæmones expulit verbo, regnūq; diaboli dissipauit idololatriam destruendo imponere tantam dementiam & falsitatem.

⌊Respondit Iesus & dixit eis: Vnum opus feci.⌋ Non vnum duntaxat quoniam omnia facta sunt per me. Pater quoq; meus vsq; modo operatur, & ego operor, sed vnum opus feci, cuius occasione contra me murmuratis, mihiq; legis trāsgressionē imponitis. Opus istud est curatio paralytici, cui iussit Iesus ferre grabatum suum & ambulare, quod factum est sabbato, quemadmodum dictum est quinto capitulo. ⌊Et omnes miramini⌋ admiratione turbante, ex malitia procedente. Miramini (inquam) quod ego qui videor religiosus & zelum dei me habere ostendo, hoc feci in sabbato. Qui enim odit aliū, facta illius faciliter interpretatur in peius, & ea quæ vel in se bona sunt vel modice culpabilia, adeo magnipendit ac reprobat, vt apud se miretur E
quod ille talia operatur. Hoc modo Manichæus atq; Montanus mirabantur, quod deus legis & prophetarum præcepit plebi Israel spoliare Aegyptum. In verbis istis commendatur nobis ineffabilis patientia, mansuetudo, atq; tranquillitas Christi, qui ad tantam contumeliam tā benigne, mititerq; respondit. Discamus ergo Christi exemplo iniurias verborum æquanimiter ferre, aduersa tranquillo animo sustinere, non reddere malum pro malo, nec vinci a malo sed vincere malum in bono. Ideo nempe dicit psalmista: Posui ori meo custodiā, dū cōsisteret peccator aduersum me. Et Salomon in Prouerbijs: Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Alibi quoq; hortatur: Ne dicas, reddā malum pro malo, expecta dominum & liberabit te. Et ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei. ¶ Deniq; induratis istis Iudæis, qui tam faciliter proruperunt in verba contumeliosa atq; blasphema, assimilantur homines passionati, vitiosi & impatientes, qui licet foris aliquid boni agere videantur, intus tamen languoribus animæ pleni sunt, præcipue morbo qui dicitur, Noli me tangere, vnde cū parum pulsantur, tanguntur vel exercitantur, euomunt quo replentur. Prorumpunt enim in verba malitiæ & nequitiæ, in verba fœtida, pungitiua & inordinatissima. ⌊Propterea⌋ hoc ē, ad præfigurandum opera mea, qui spiritualiter circumcido, ⌊Moyses⌋ deo iubente ⌊dedit⌋ hoc est, in scriptis redegit atq; proposuit, ⌊vobis circumcisionem⌋ hoc est, præceptum circumcisionis masculorum in præputio, dicens: Masculus cuius præputij caro circumcisa non est, delebitur anima illa de populo suo. ⌊Non quia ex Moyse est⌋ hoc est, circumcisio origenaliter
Acto. 7 data ac iussa non est Moysi, ⌊sed ex patribus,⌋ hoc est, patriarchis data est primo. Primo
Roma 15 enim data est Abrahæ vt patet in Genesi, deinde Isaac, Iacob & duodecim patriarchis. Propter quod ad Romanos testatur apostolus: Dico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Hoc Christus adiecit ad declarandum magnitudinem præcepti circumcisionis. ⌊Et in sabbato⌋ hoc est, septima die quæ celebris est. ⌊circūciditis hominem⌋ infantem. Præceptum equidem fuit, vt infans octauo die circuncideretur. F
Dum ergo nascebatur in sabbato circumcidebatur sabbato subsequenti. ⌊Si circumcisionem accipit homo in sabbato⌋ imo quia sic est, ⌊vt non saluatur lex Mosi⌋ hoc est, absque transgressione præcepti de celebratione sabbati per Moysen dati, ⌊mihi indignamini quia totum hominem,⌋ hoc est, paralyticum illum in corpore & anima, ⌊sanum feci in sabbato?⌋ quasi dicat: Hoc valde absurdum est, cum maior atque vtilior sit curatio totius hominis quam circuncisio corporis, Sed & curatio illa miraculose facta solo verbo sine labore, magis confert ad gloriam dei quam circumcisio. In hoc verbo saluatoris quo dicit: Totum hominem sanum feci, fundatur illud dictum commune, quod Christus sanauit in anima, quos curauit in corpore. Dei nanq; perfecta sunt opera, & iniquis potius obest sospitas carnis quam prosit, dum exhibent

hibent membra sua arma iniquitatis peccato. ⌊Nolite iudicare secundum faciem⌋ .i. superficialiter secundum solam apparentiam, secundum signa incerta, secundum sensum exteriorem.
A Tale nanque iudicium sæpius fallit. ⌊sed iustum iudicium iudicate⌋ hoc est, iudicando discernite ac proferte, iudicando secundum rationem, informatam prudentia, regulatã iustitia, procedentem secundum ordinem iuris, & veritatem rei diligenter pensantẽ. ¶ Præcipit ergo Christus vt iudicemus eo modo quo Esaias prædixit de ipso: Non secundum visionem (inquit) oculorum iudicabit neque secundum auditum aurium audiet, sed iudicabit in iustitia. Quod igitur in Matthæo ait saluator: Nolite iudicare vt non iudicemini, dictum est de iudicio inordinato, videlicet vsurpatorio, suspitioso, peruerso. ¶ Denique ad rectitudinem seu veritatem iudicij multa exiguntur. Primo, vt procedat ex lumine rationis, non ex impetu passionis. De hoc multa dicuntur in libro Iob: Vt est istud: Nunquid sapiens respondebit, quasi inuentum loquẽs, & implebit ardore stomachum suum. Et illud: Qui perdis in furore animã tuam, & respondere absque contentione? Passiones quippe actum rationis impediunt. Secundo, vt fit sine personarũ acceptione, quemadmodum Moyses loquitur in Deuteronomio: Dixi principibus & iudicib° quod iustum est iudicate, siue peregrinus sit ille siue ciuis, nulla erit distantia, ita paruum audietis vt magnum, Nec accipietis cuiusquam personam. Oportet ergo priuati amoris affectionẽ amorem, odiumque abijcere, ne iudex sit partialis. Tertio, vt clamori vel fauori plurimorũ non credatur, iuxta illud Exodi: Ne sequaris turbam ad faciẽdum malum, nec in iudicio acquiescas sententiæ plurimorum, vt a vero deuies. Quarto, vt causa ignota seu dubia debite inquiratur, prout Iob ait: Causam quam ignorabam diligentissime inuestigabam. Quinto, ne propter timorem æquitas desideretur. Propter quod scriptum est: Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis. Sexto, Ne in iudicando plus quam oportet vel decet iudicans alicui compatiatur, secundum quod dominus præcipit in Exodo: Pauperis non misereberis in iudicio. Et rursus: Non declinabis in iudicio pauperis. In Leuitico quoque: Non considerẽs personam pauperis, nec honores vultum potentis. Septimo: Ne
B dona accipiant, iuxta illud Exodi: Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Octauo, ne preces admittantur in in præiudicium aduersariæ partis. Nono, vt altera pars audiatur, & quilibet æquanimiter suam causam proponere permittatur, iuxta quod legitur in actis Apostolorum: Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Decimo, ne pœna excedat mensuram culpæ. Propter quod Moyses dicit: iuxta mensuram culpæ, erit quantitas plagarum. Vndecimo, vt iudicij ordinetur ad bonum eius qui iudicatur. His itaque obseruatis, erit iudicium verum veritate iustitiæ & doctrinæ, hoc est, æquum & sapientiale. De hac materia multa iam dixi Matthæi septimo, & ad Romanos secundo, idcirco celerius atque facilius transeo. ⌊Dicebant ergo⌋ videlicet, quoniam Iesus dixit: Quid me quæritis interficere? ⌊quidam ex Hierosolymis,⌋ hoc est, ciues Hierusalem qui melius quam alij nouerant, machinationem sacerdotum, scribarum ac pharisæorum, qui maxime morabantur in Hierusalem contra Iesum. ⌊Nonne hic est quem quærunt interficere⌋ Tanquam dicerent: Vtique iste est. ⌊Ecce palam loquitur.⌋ contra illos dicendo: Nemo ex vobis facit legem. Et quid me quæritis interficere? sicque imposuit eis grauissima crimina in templo coram omni frequentia plebis. ⌊& nihil ei dicunt,⌋ quod videtur procedere, vel ex timore, quasi timentes Iesum, vel ex scientia quasi scientes nunc eum esse Christum, ideo addunt: ⌊Nunquid vere cognouerunt principes,⌋ hoc est, principales in populo, scilicet sacerdotes, scribæ pharisæi ac seniores, præsertim pontifices, ⌊quia hic est Christus⌋ quasi dicant: Hoc apparet ex eo quod silent. Isti ciues ignorabant Iesum esse tantæ potentiæ, quod sine eius virtute ac permissione nemo loqui potest aut agere quicquam Idcirco quod principes tacuerunt, retulerunt ad eorum scientiam cum potius reuerendum fuerit ad Christi dispensationem ac ordinationem, qui quando voluit seu permisit, persecutionem sustinuit. Ista tamen dixerunt dubitando non
C affirmando. Vnde mox arguunt ad oppositum. ⌊Sed & hunc scimus⌋ hoc est, cognoscim°, ⌊vnde sit⌋ hoc est, de qua progenie, & de quo loco, videlicet, a Nazareth Galilææ. ⌊Christus autem cum venerit nemo scit⌋ hoc est sciet ⌊vnde sit.⌋ Quomodo verum est hoc cum vulgatum fuerit apud Iudæos Christum nasciturum de tribu Iuda per Dauid in Bethlehem? Dicendum quod iudæi propter diuersa loca scripturæ ambiguerant, de qualitate aduentus Christi, & forte quod ideo, quia non intellexerunt ex scripturis, quod in Christo esset duplex natura, puta diuina & humana, idcirco non poterant concordare scripturas. ¶ Porro quod aiunt: Christus cũ venerit, nemo scit vnde sit, habere poterant ex eo quod scriptum est apud Esaiam: Generationem eius quis enarrabit? Et Malachias: Quis (inquit) poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad videndũ eũ? Ipse enĩ quasi ignis conflans. Hieremias quoque ait decimoquarto capitulo: Quare venturus es quasi vir vagus? Et iterũ: Quare venturus quasi colonus in terra.

Esaiæ. 11
Iob. 8
Iob. 6
Deut. 8
Exod. 23
Iob. 29
Eccl. 7
Acto. 25
Deut. 25
Roma. 2
Hiere. 14

Verum est ergo quod nemo scit, hoc est, comprehendere potest vnde sit Christus .i. æternam
atq; diuinam eius originem, sed nec generatio eius de virgine cõprehendi potest a nobis, quã
tum ad modum eius. Quis enim capere queat, qualiter de clauso dulcissimæ virginis vtero ex- D
ijt verum corpus Christi? ⌊Clamabat ergo.⌋ Quia ex magno affectu salutis Iudæorum & vo
ce sonora, sicut Esaias prædixit: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Quod sanctˀ
Hieronymus exponit de Christo ad literam, ⌊docens in templo Iesus.⌋

¶Quomodo nunc dicitur Iesus clamasse, cum in Esaia sit prophetatum de eo: Non clamabit
Esaiæ 42 nec audietur foris vox eius? Et respondendum, hoc dictum esse de immoderata seu passiona-
ta vociferatione, de qua dicit Apostolus: Omnis clamor, & amaritudo, & indignatio tollatur
a vobis. Porro de ordinato Christi clamore fertur in Psalmis: Deus meus clamabo per diem
Psal. 21. & non exaudies. Et laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. ⌋Et me scitis, & vnde sim
scitis? ⌋Infra ait Christus Iudæis: Neq; me scitis. Et in Matthæo: Nemo nouit filium, nisi pa-
ter, neq; patrem quis nouit, nisi filius. Quomodo ergo nunc asserit, Et me scitis? Respõsio pla
na est, qm̃ aliquo modo nouerant eum, videlicet secundum sensitiuam cognitionem, & quãtũ
ex illa intellectualiter elicere poterant. Nouerant eum secundum suam humanitatem quodam
modo, sed multum imperfecte. Putabant qppe, ꝙ naturali ordine genitus esset, & inesse crea-
to subsisteret, & vñ sim scitis, hoc est, ortum & patriam meam. Hoc loquutus est Christus, quã
ad id quod dixerunt Iudæi, Hunc scimus vñ sit. Sed quantum ad id quod dixerũt, Christus cũ
venerit, nemo scit vñ sit. Respõdit: ⌊Et a me ipso non veni, ⌋hoc est, originem a vobis igno
tam habeo, qa a patre p gñerationem æternam egressus sum, & ille me misit.

Denique quod ait, a me ipso non veni, si sic intelligatur, propria voluntate non veni. Verum
erit de Christo secundum quod homo, quia voluntas eius humana, non fuit causa quod venit
in mundum per incarnationem, sed in incarnatione voluntas illa creata est, voluntas vero pa
tris fuit causa huius aduentus. Christus autem vt deus habet eandem numero volũtatem cum
patre, idcirco quod ait: A meipso non veni, non est accipiendum de Christo secundum natu-
ram diuinam, nisi in hoc sensu, A meipso non veni, hoc est, a patre voluntatem & potestatem
accepi, per quam veni in mundum, assumendo naturam humanam. Nihilominus Christus E
vt deus propria voluntate venit ac potestate, imo & misit seipsum secundum quod homo est
⌊Sed est verus qui misit me. ⌋Hoc est, Deus pater qui est substantialiter verus veritate essen-
tiæ in seipso, & verax in verbis atque operibus, ⌊quem vos nescitis.⌋ Certum est quod Iu-
dæi non sciebant deum patrem per speciem sicut beati in patria, nec per comprehensionem
plenariam, quia sic non cognoscitur deus, nisi ab intellectu infinitæ virtutis & capacitatis, vide
licet a seipso duntaxat.

¶Sed quæstio est, an sciebant eum per fidem. Et respondendum, quod nnn omnes Iudæi ha-
buerunt explicitam fidem de superbenedicta Trinitate, idcirco nec patrem nouerunt per fidẽ
explicite. Nouerunt tamen eum secundum esse absolutum, in quãtum est deus, per fidem, vel
etiam per naturalem rationem. Si vero loquamur de notitia formata non informi, sic mali Iu-
1 Iohã. 2 dæi non nouerant eum, sicut nec cæteri impij, quan tumcunque subtiles & eruditi. Qui enĩ
se dicit nosse deum & mandata eius non custodit, mendax est. ⌊Ego autem scio eum, ⌋quia vt
deus comprendo eum plenarie, Secundum naturam vero assumptam vidi eum per speciem
ab incarnationis principio clariusq; quam aliquis beatorum. ⌊Et si dixero quia nõ scio eum,
ero similis vobis mendax, ⌋quod impossibile est, cum veritas non possit mentiri, nec creator
creaturis in vitijs conformari. ⌊Sed scio eum, ⌋scientia increata, seu comprehensiua & creata
vel fruitiua, ⌊quia ab ipso sum, ⌋hoc est, ab eo accepi esse, & idem numero non diuersum, per
generationem æternam, ⌊& ipse me misit, ⌋per incarnationis mysterium, hoc est, me incar-
nari, hominibus apparere, mundumq; saluare constituit. Scientia autem comprehensionis p-
fectæ competit filio, ratione generationis diuinæ. Scientia vero infusa, fruitiua & in genere no
titiæ creatæ, summe perfecta, conuenit Christo ratione missionis præfatæ. Quoniam enim
missus est ad saluandum genus humanum, data est ei omnimoda plenitudo gratiæ atque sciẽ
tiæ inditæ. ⌊Quærebant ergo ⌋principes & fautores eorum, ⌊eum apprehendere, ⌋hoc est, F
capere ad occidendum, non amplecti ad perfruendum, de qua apprehensione loquitur spon-
sa in Canticis: Quis mihi det te fratrem meum vt inueniam te foris & deosculer ac apprehen-
dam te? Nos quoq; quia non possumus Iesum comprehendere, studeamus saltem apprehen-
dere eum, hoc est p fidẽ & charitatem attingere eum, eiq; intime quantum fieri potest vniri.

¶Cur voluerunt apprehendere eum? primo, quia tam dure ac iuste corripuit eos. Secũdo, qa
tam magna asseruit de seipso, ⌊& nemo misit in illum manus ⌋violentas, ⌊quia nondum ve-
nerat hora eius, ⌋hoc est, tempus suæ passionis in quo mori decreuit, non antea nec postea.
Hoc quod nondum venit hora eius, fuit causa, signum, non efficiens quod nõ capiebatur. Di-
uina vero voluntas atq; potentia, erat causa efficiens quod captus non fuit, quia refrenauit ma
litiam Iudæorum, non pmittens eam in actum pcedere.

¶Præte

¶Præterea qa in Euangelio sæpius legitur: Nondum venit hora eius, vel aliqd simile: Quidam hæreticorum dicere ausi sunt, quod Iesus natus est sub certo fato, vel constellatione, cuius
A virtute fecit quę fecit. Sed quam falsum sit hoc non oportet probare, cum certum sit ipsum supernaturaliter esse conceptum ac natum. ⌊De turba autem multi crediderūt in eum.⌋ quod esset Messias, ⌊& dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quam quæ hic facit?⌋ Ex quo hi qui ista dixerunt, erant credentes in Iesum, videtur sic exponendum: Christus cum venerit, hoc est, si ponatur secundum aliorum æstimationem, quod Christus nōdum aduenit, tamen cum & si venerit, prout illi expectant, non faciet plura miracula quam efficit iste. Ideo est credendum quod sit Christus, in cuius aduentu dixerunt prophetę multa signa esse fienda. Vnde habetur apud Esaiam: Ecce deus vester veniet & saluabit vos. Tunc aperient oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Nullus quippe ante aduentum Christi tanta fecit miracula sicut Christus, & omes qui post eum fecerunt vera miracula, non nisi in nomine eius ea fecerunt, imo qui scire desiderat quam innumerabilia, præclara & gloriosa prodigia operatus est Christus aliorum trium Euangelistarum euangelia legat. Verum, quoniam fides istorum non fuit multum perfecta, idcirco quod aiunt: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet? Intelligi potest per modū cuiusdam inquisitionis. Quantitatis enim miraculorum fiendorum a Christo in eius aduentu, non fuit in scripturis determinata, ideo inquirebant inter se, an ne plura signa fierent in Christi aduentu, quam quæ viderunt a Iesu produci. ⌊Audierunt pharisæi⌋ præcipui æmuli Christi ⌊turbam⌋ credentium, ⌊murmurantem⌋ hoc est, suppressa voce dicentem: ⌊de illo hæc⌋ bona. Non enim audebant palam confiteri magnificentiam Iesu, timore pharisæorum scribarum atq; pontificum.

¶Prosecutio expositionis huius capituli ab illo loco quo dicitur: Miserunt principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent eum, &c.

B Articulus vigesimus.

ET miserunt principes & pharisæi ministros, vt apprehenderent eum.⌋ Pharisæi liuore contra Christum accensi ac tabefacti, audito quod turbę cōfiterentur, glorificarētq; Iesum, asserendo quod esset Christus, & plurima faceret signa, timuerūt q recipperent Iesum pro rege Messia, idcirco collocuti sunt cum principibus sacerdotū, vel principalioribus Iudæorū de occisione Christi. Et inito pacto, miserūt ministros, vt caperent Iesum. Aliq dicunt, q psonaliter hoc facere non audebant, timore turbæ credētis, sed miserunt legatos viros periculis se tradentes, & q legati isti fuerūt Gentiles. Verum ex cōsequentibus magis apparet, moxq; patebit, q fuerunt Iudæi. ⌊Dixit ergo eis,⌋ videlicet, ministris ad se capiēdum missis, ⌊Iesus: Adhuc modicum tēpus⌊ vobiscum sum⌋ hoc est, non diu ero, nec cōuersabor sensibiliter inter vos⌊ & vado⌋ hoc est, tempore hoc pauco expleto, ibo per passionem, resurrectionē & ascensionem, ⌊ad eum q me misit,⌋ hoc est, ad patrem cœlestem, vt sedeam ad dexteram eius. Tanq̄ diceret: Iam nunc non apprehendar a vobis, qa non volo, eo quod tēpus meū nondum aduenerit. Sed adhuc parumper ambulabo in populo, ad docendum eum, & ad cōplenda opera quæ pater dedit mihi vt faciam ea, quo facto, facietis, me permittere, qd nunc facere cupitis, sed non potestis me prohibente. Hæc oīa (vtpote modicū manere in mundo, ire ad patrem & capi, conueniunt Christo secundū naturā assumptam, Nempe secundum diuinitatem manet æternaliter in patre, non recedens neq; reuertens ad eum, & totum mūdū inuariabiliter implet, permanens vbiq; & in oibus, per essentiam, præsentiam atq; potentiam ⌊Quæretis me, & nō inuenietis.⌋ Hoc a diuersis varijs modis exponitur. Primo sic: Quæretis me, post resurrectionē, hoc est ad me conuertemini per fidem, in die Pentecostes, vel postea, quando videritis per Apostolos tāta mirabilia fieri in nomine meo. Vñ in actibus apostolorū
C habetur: Compuncti sunt corde, & dixerunt: Quid faciemus viri fratres? Iuxta hunc sensum infra loquitur Chrs: Cum exaltaueritis filium hominis, tūc cognoscetis, qa ego sum, & nō inuenietis me, psentia corporali, atq; sensibili sicut mō. Secūdo sic, Quæretis me, hoc est, auxiliū meū implorabitis, & nō inuenietis me ad libitum vestrum, tempore destructionis Hierusalem a Romanis. Tunc enim (vt dicitur) multi Iudæorum nouerunt se vastari a Tito propter occisionem Christi, & tunc Christum habere liberatorem optabant, sed non obtinuerunt. Actor.2

¶Ista expositio modici est valoris, cum sit incerta. Beda vero exponit sic: Quod quæsierunt Iesum post resurrectionem, quando viderunt tot milia conuerti ad Christum, sed non inuenerunt eum spiritualiter, quoniam magnitudinem sui peccati, quo Christum occiderunt, pensantes, nō vere pœnituerunt, sed baratrum desperatiōis inciderunt. Videtur autem sic conuenienter posse exponi. Quæretis me, ante passionem, & post hanc vicem ad capiendum & non inuenietis me corporaliter vsque ad tempus. Vt enim infra habetur: Principes dederunt pręce-

præceptum, vt si quis sciret, vbi nam esset Iesus, indicaret. Ex quo elicitur, quod sæpe quæsie-
Iohan. 11 runt eum ad capiendum, sed non inuenerunt. ⌊ Et vbi ego sum ⌋ Nunc secundum diuinitatē,
videlicet, in summo cœlo, in sinu patris. Vel: Vbi sum, hoc est, vbi post passionem mox ibo D
& ero, videlicet ad dexteram dei ⌊ vos nō potestis venire ⌋ propter peccata vestra, vel propria
potestate, tamen per gratiā meā, si pœnitentiā veram egeritis, venietis illuc, & eritis mecum.
⌊ Dixerunt ergo Iudæi, ⌋ Hoc est, ministri prædicti, & alij forte q adetāt, ⌊ ad semetipsum, ⌋
id est, vnus ad alium, non intelligentes verba prædicta, sed intece se conqrentes, quomō essent
intelligenda. ⌊ Quo hic iturus est, quia non inuenimus eum? ⌋ Christus aperte dixit: Vado ad
eum q me misit, & tamen non intellexerunt, quod prædixit se iturum ad patrē cœlestē. ⌊ Nū
qd in dispersionem Gentium iturus est ⌋ Hoc est, ad Gentes vbiq; dispersas, & per sectas, ac lo
ca, diuisas. Sic enim contemptibiliter loquebantur de Gentilibus, quos multum spernebant, p
ptee peccata eoꝝ, & dilectionē suam, ac patrum suoꝝ. ⌊ & docturus Gentes ⌋ videlicet corpo
raliter recessurus a Iudæa, & congregaturus multos discipulos ex Gentibus. ⌊ Quis est ⌋ hoc ē,
quomodo intelligendus est ⌊ hic sermo, quem dixit: Quæritis me, & non inuenietis, & vbi sum
ego, vos non potestis venire? ⌋

¶ Hoc forsitan repetebant ad innuendum, φ secundum eoꝝ æstimationem verba Christi nō
erant intelligenda, de recessu eius ad gētes, quoniam p verbum de presenti dixit: Vbi ego sum
vos non potestis venire. Ignorabant itaq; quid notauit per hoc. ⌊ In nouissimo autem die ma
Leuit. 23 gno ⌋ Hoc est, multum celebri ⌊ festiuitatis ⌋ tabernaculorum durantis septem diebus, vt dictū
Nume. 29 est: Primus enī & vltimus dies huius festi fuerat celebriores, ⌊ stabat Iesus ⌋ tanquam cōfirma
tus in bono, erectus in omi virtute, & paratus ferre subsidiū cūctis ad ipsum confugiētibus. Po
testq; per suam stationē diuinitatis ipsius inuariabilitas designari, ⌊ & clamabat ⌋ affectuose,
eloquentissime ac secure prædicando. ⌊ Si quis sitit ⌋ Hoc est, spiritualia bona desiderat, gratiā
cupit, fluenta doctrinæ, aquam sapientiæ appetit. De qua siti scriptum est in Ecclesiastico: Aiæ
Isaiæ 55. vestræ sitiunt vehementer. Apud Esaiam quoq; ait: Oēs sitientes, venite ad aquas, ⌊ veniat ad
me ⌋ non corporis gressu dūtaxat, sed & mentis humili præparatione, faciendo quod in se est
fide quoq; non hæsitanti, & orationi cōstanti: Vt scriptū est in Iacobo: Si qs vestrū indiget sa
Iacobi 1 piētia, postulet a deo, q dat oībus effluenter, & dabitur ei. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. E
Ideo subditur: ⌊ & bibat ⌋ hoc est, desideratam gratiam hauriat, spiritualiter recreatur, & refri-
gerrtur a me. Oīs qppe q petit, accipit. Propter quod in Apocalypsi dicitur: Qui sitit, veniat
& q vult accipiet aquā vitæ gratis. Quicūq; ergo mœstificatus indiget cōsolatiōe, qui fatiga-
tus indiget confortatione, qui tribulatus indiget subuentione, recurrat integra fide, ac humili
mente ad Christum. Non cessans sperare in eo, & procul dubio auxilium sortietur. Ipse enim
verissime ait: Venite ad me oēs q laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. ⌊ Qui credit in
me ⌋ Fide formata ac plena. Loqtur autē Christus ad literam de his qui suo magisterio stabi
liter adhærebant vsq; ad passionem & Pētecostē, sicut patebit, ⌊ sicut dicit scriptura ⌋ in Pro-
Matth. 12 uerbijs, quantum ad sensum, non quantum ad formam verborum. Ista allegatio refertur ad
Prouer. 5 sequentia: ⌊ Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. ⌋

¶ Quomodo autem intelligēdum sit hoc Euangelista subiecit, nec debemus anticipare expo-
sitionem tāti interpretis. ⌊ Hoc aūt dixit de spū quē accepturi erant credētes in eū ⌋ Est igitur
sensus: Flumina aquæ viuæ, i. dona spūssancti, fluēta doctrinæ cœlestis & gratiæ copiosæ, ac mul
tiformis, emanabunt de corde ipsius ad alios. Vel de habitu & interiori actu, ad opa exteriora.
¶ Itaq; p flumina designant dona spiritussancti. Per aquā uiuā ipse spiritussanctus. De quo di
ctū est: Qui biberit ex aqua quā ego dabo, fiet in eo fons aq̄ saliētis in vitā æternā. Per ventrem
Iohan. 4. vero mēs ipsa interna, in q̄ habitat spiritussanctus p dona sua, de huiusmodi etenī vētre ait Sa
Prouer. 22 lomō in Prouerbijs: Fili suscipe sapiētiā, q̄ pulchra tibi erit, cum susceperis eā in vētre tuo. Et
Isaiæ 16 Esaias: Vēter (inqt) meus q̄si cythara ad Moab sonabit. Ex mētibus ergo Apostoloꝝ & alioꝝ
Actorū 3 q cum eis in die pētecostes spm̄ sanctū receperūt, fluxerūt prædicta flumina p euangelicam p-
dicationem ad totum mūdum, qm̄ gratiam sibi diuinitus cōmunicatam, in alios administraue-
rūt, sicut optimi dispensatores multiformis gratiæ dei.

¶ Præterea, φ prædicta intelligēda sint de effusiōe spūssancti in signo visibili, sup Apl̄os & cum F
Iohā. 20 eis cōsistētes in die pētecostes, pādit Euāgelista subdēdo: ⌊ Nōdū enī ⌋ qm̄ Christus hæc pdi-
Actorū 2 cauit ⌊ erat spiritussanctus datus ⌋ fidelibus, s. in tāta plenitudine, tamq; euidēter vt post resur-
2 Petri 1 rectionē quando Christus dedit spiritum sanctum in signo visibili. Primo per insufflationem
Actorū 2 ante ascensionē. Secundo, per ignearum apparitionē linguarum in die pētecostes. Fuit aūt spi-
Roma. 8 ritussanctus datus a principio mūdi vniuersis electis, qm̄ nullus sine gratia eius sine donis eius,
sine fide & charitate saluatus ē, & sancti patriarchæ atq; pphetæ in magna copia gratiam spūs
sancti sortiti sunt, quemadmodum Petrus dicit: Non voluntate humana allata est aliquando
prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Nihilominus Aposto-
li primitias spiritus receperunt, quia præ ceteris sanctis antiquis exuberantiū, euidentiusque
reple-

repleti sunt omnes spū sancto,& de mysterijs Christi excellentissime illustrati. Porro q̄d subdi
A tur aduertendum est diligenter. Causam em̄ cur spūs sanctus nondū datus fuit hoc modo assig
nans adiūxit⌊quia Iesus nondū fuerat glorificatus⌋.i.à morte resuscitatus,atq; in corpore glo
riosus effectus. In anima em̄ fuit glorificatus à principio incarnationis,præsertim quantum ad
partē animæ superiorē. ¶ Cur ergo spiritus sanctus datus non est plene,& in signo visibili ante
Christi resurrectionē? Respondet Chrysostomus,quoniā talis communicatio non debuit fie
ri,nisi per Christi passionē humano genere reconciliato. Augustinus vero dicit, q̄ ideo, vt per
tam copiosam spiritus sancti receptionem certissime suspiremus ad patriam,ad futuram resur- Actorū 2
rectionem,ad beatam immortalitatem. Cuius Christus in seipso monstrauit exemplum, ap-
parendo discipulis in vero corpore veraciter glorificato. Sed literalis vt arbitror ratio est, quo-
niā ad hoc datus est spūs sanctus tam copiose in signo visibili,vt apostoli omni notitia scriptu
raræ,omniq; vsu linguaræ impleti,Christi euangeliū vbiq; & constantissime prædicarent,& hoc,
vt per igneas linguas figuraretur,vt igneam legem essent prædicaturi, omniumq; linguarum Matt. 10.
nationes docturi. Hæc autem agēda non erant,nisi post resurrectioē,nam ante resurrectionē
dictum est eis à Christo: In viam gētium ne abieritis. Christus etiam noluit suam maiestatem
tam euidēter ostēdere añ passionē vt postea,ne sua passio impediretur. Potest quoq; alia ratio ad
di,quia non decuit membra tanta gratia decorari,nisi capite totaliter glorificato,omniq; gra-
tia accidentalis præmij adornato. ⌊Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius⌋qui erāt
pulcherrimi atq; vehementer notabiles⌊dicebant(quidam) Hic est vere propheta.⌋ Secundū
Lyram,p prophetā intellexerunt prophetam illum antonomatice dictum,de quo Moses scri
psit: Prophetam suscitabit vobis dñs de fratribus vestris, tanquam me. Sed cum hoc dictū sit
de Christo ad literam,& Euangelista nunc subdat. ⌊Alij dicebant. Hic est Christus⌋sequitur,
B q̄ illi per prophetam intellexerunt Christum dñm prophetarū,sed prophetam simpliciter,quē
vocabant vere prophetam.i.diuinitus illuminatum. Qui autem dixerunt. Hic est Christus,me
lius considerauerunt verba & opera Iesu. Qui vero dixerunt,hic est vere propheta errauerunt,
si prophetam sumpserunt in specie distinguendo prophetam contra dominum prophetarū
Christum Iesum,qui fuit propheta,& cōprehensor,saluator,& finis prophetarum ⌊Quidam
autem⌋increduli, volentes probare testimonio scripturarum q̄ Iesus non esset Christus ⌊di-
cebant: Nunquid à Galilæa venit Christus?⌋quasi dicat A prouincia Galilææ Christus nō est
descēsurus,nasciturus,seu aduenturus. ⌊Nōne scriptura dicit,quia ex semine Dauid & de Beth
lehem castello?⌋.i.modica vrbe,vel castello.i.domo⌊vbi erat⌋.i.habitauit & ortus est ⌊Da-
uid,venit Christus?⌋Christum nasciturū esse de semine Dauid prænuntiatum fuit in psalmo: Psal. 131
De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, Et apud Hieremiam: Suscitabo Dauid ger-
men iustum. Apud Esaiam q̄q;: Egredietur virga de radice Iesse &c. Certū ē em̄, quod Chrūs
non descēdit de stirpe Iesse nisi per Dauid. Præterea q̄ Christus nasceretur in Bethlehē per
Michæam prædictum erat: Et tu Bethleē Ephrata,ex te mihi egredietur qui sit dominator in
Israel. Qm̄ ergo nouerāt Iesum nutritū in Nazareth vrbe Galilææ, putabant q̄ ibi natus fuis-
set,& per consequēs nō esset Christus⌊Dissensio itaq; facta est in turba propter eum⌋diuersis
diuersa sentientibus atq; dicentibus. ⌊Quidā aūt ex ipsis voluerunt apprehendere eū,⌋putātes Ioh. 14
q̄ nec propheta nec Christus esset sed seductor. Erant em̄ obstinati & pessimi,luminiq; rebel-
les,⌊sed nemo misit super illū manus⌋quia noluit Christus,& eorū prauitatē repressit. ⌊Ve
nerūt ergo ministri⌋qui missi erant vt caperēt Iesum,⌊ad pontifices & pharisæos⌋à quibus fue Iohā. 8
rāt missi,& dixerūt eis(.s.ministris) illi: Quare nō adduxistis eum(captum & inuitum?) Respon
derunt ministri: Nunquid sic loquutus est homo,sicut hic loquitur⌋.i.tanta est sapiētia atq; facū
dia oris sui,tam prompte,ordinate & doctrinaliter loquitur,q̄ nemo ei similis fuit. Nec mirū, Luce 4
cū ipse sit vnicū dei verbū quod nō laborat in verbo. Hinc ait Psalmista: Diffusa est grā i labijs
tuis. Et in Luca legitur: Omnes mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius. ⌊Res
ponderūt pharisæi: Nunquid & vos seducti estis?⌋.i.decepti estis, putātes propter pulchritu
C dinem verborū eius,q̄ sit propheta,aut Chrūs. Aliqui dicunt q̄ isti ministri, q̄uis mala intenti
one accesserunt ad Christum,tñ audiēdo efficacissimam predicationē ipsius,immutati fuerunt
à malo ꝓposito,incipientes aliqualiter bñ sentire de eo. Vnde pharisæi hoc attendentes, volue
rūt eos a fide Christi prorsus auertere,adijciētes. ⌊Nunquid aliquis ex principibus⌋id ē, sacer
dotibus & scribis,per quos tunc regebantur Iudæi & doctores & cæteris doctiores fuerunt,
⌊credidit in eum aut ex pharisæis?⌋qui cæteris religiosiores videbantur,tanquā dicant. Nul-
lus ex doctis & magnis atq; deuotis credit ei⌊Sed turba hęc(currens post eum)quæ non no-
uit legē(.i.vulgus indoctum & ignobile)maledicti sunt⌋.i.miserabiliter falliī,facile credens,p Iohā. 12.
pter insipientiā suā & ruditatem. Totum mētiūtur pharisæi,quēadmodū moris ē inuidorū, q̄s in
tm̄ excæcat inuidia,vt siue p vera,siue p falsa nō cessent auertere alios ob eo quē odiunt. Nā &
aliqui ex principibus crediderūt in Iesum.s.Nicodemus & Nathanael legis doctor. Infra q̄q;
legitur q̄ multi ex principibus crediderunt in Iesum,sed & deuotissimi Iudæorū iā crediderūt

Cur non adduxerunt adulterū,cū eandē pœnā meruerit,dicunt aliqui vt facerent populo æstimationē,q̄ fuit discipulus Iesu,sed hoc ē magis in cōtrariū. Cū enim studuerint Chr̄m diffamare,si inuenissent aliquē discipulorū eius in tanto facinore,illū maxie publicassent ac produxissent in mediū,quatenus crimē discipuli in magistrū redūdaret. Quēadmodū enim filius sapiens est gloria patris,sic bonus discipulus est honor magistri. Forsitan ergo adulter euasit manus eorum,vel muneribus eos placauit. Sed potius reor q̄ ideo fœminā adduxerūt,nō virū,qa optabāt vt Iesus parceret delinquēti,iudicando vt demitteret adulterans,sicq̄ accusarent eū de legis trāsgressione,qm̄ lex iussit hmōi lapidare. Cōsuetudinarium ē iudicibus fœis magis cōpati,faciliusq̄ indulgere q̄ viris qa & cæteris parib⁹ minus peccāt in eodē gn̄e culpæ q̄ viri,cū sit i eis fragilitas maior,carnalitas fortior,intellectus debilior,ppter q̄d mulier noie carnis freq̄nter exprimitur in scripturis. [Et statuerūt eā in medio tēpli(vl̄ ppl̄i corā Chr̄o) & dixerūt: Magister,blāde & reuerēter,fraudulēto corde loquunt,vt Iesus min⁹ caueat se ab eis,magistrumq̄ noiant,cui⁹ noluerūt esse discipuli. Tales sunt multi vulpini & obseruatores deo odibiles à q̄bus tūc magis cauēdū est,dū amplius se humiliant,arridēt & applicāt,vn̄ scriptū est. Ne credas inimico tuo i æternū,qm̄ septē doli i corde ei⁹.]hęc mulier modo dep̄hēsa ē in adulterio] .i. inuēta in crimine,ppter q̄d excusatiōi locus nō patet. [In lege aūt Moses mādauit nobis huiusmodi lapidare] .i. iactibus saxorū occidere. [Tu ergo] q̄ in aliq̄bus legē nō seruas,q̄si vim dispēsandi habēs,& dn̄s legis [q̄d dicis] q̄ē agēdū cū ista nepharia? [Hæc aūt dicebāt tētantes eū] .i. intētione fallendi experiri volētes q̄d diceret,vt possent accusare eū. Proposuerūt enim sibi q̄stionē,cui⁹ r̄nsio pro vtraq̄ pte increpabilis videbat,qa si r̄ndisset q̄ dimitteret,accusarent eū de Mosaicæ legis destructiōe. Si vero iudicasset q̄ occideret,obijceret ei q̄ cōtra ppriam faceret p̄dicationē,q̄ in oībus misericordiā docuit,nō rigorē iustitiæ,magis tn̄ optabāt q̄ iudicaret eā dimitti,qa sic grauius videret redarguēdus. [Iesus aūt inclinās se deorsum,digito scribebat in terra.] ¶ Per hoc designauit q̄tuor. Primo,q̄ ad mulierē peccatricē inclinauit suā clementiā. Secūdo,q̄ à maliciosis accusatoribus auertit suæ pietatis respectū,q̄si detestans eorum calliditatē. Tertio,q̄ sn̄ia nō sit subito & improuise pmēda,sed cū delibeatione matura. Quarto q̄ iudiciū pferendū sit scd̄m scripta,vel primo scribēdū,deinde publicandū q̄ in plurib⁹ locis ac pp̄lis obseruat. Quid aūt scripserit nō refert Euāgelista,sed aliq̄ dicūt,scd̄m q̄ tactū est,q̄d scripsit,id q̄ postea ptulit. Alij dicūt q̄ scripsit eorū pctā,vt ppria pctā vidētes,erubescerent. Quidā affirmāt,q̄ scripsit hæc verba,terra iudicat terrā .i. pctor pctōrē. [Cū aūt pseuerarent (in studio decipiēdi)interrogātes eum(q̄d iudicaret)erexit se,] nō corpaliter tm̄ sed & sp̄ualiter ab humili taciturnitate ad magnæ authoritatis sublime ac iudiciale eloq̄ū. Porro si Christ⁹ à deo iudex omniū cōstitutus,tam morosus fuit ad iudicandū de alio,etiā in manifestis,cur nos tā proni sumus ad iudicandū de alijs etiā nō cōmissis & subditis,& hoc in causis incertis paruisq̄ rebus. [Et dixit eis,q̄ sine pctō(mortali)est vestrū] Sine venialibus enim nemo ē nisi forte ad horulā. Propter venialia q̄dē nō fit hō ad iudicandū seu puniendū magnos excessus indigo⁹ [primus in illā lapidē mittat] .i. si imo vultis vt scd̄m legis rigorē puniat,puniat scd̄m cōgruum ordinē iuris. Decet enim iustitiā à iustis exequi et ōi mādare. Si igit aliq̄s vestrū ē q̄ legē trāsgressus nō ē ab illo p̄uaricatrix legis debitā pœnā recipiat. ¶ O ineffabilis prudētia r̄nsionē ex ore æternæ sapiētię pfluētē,i q̄ vtriq̄ r̄nsione sic tēperata ē iustitia p misc̄diam & ecōtra,q̄ nullaten⁹ potuit iudicās rep̄hēdi. Quod enim dixit,q̄ sine pctō ē vestrū,prim⁹ in illā lapidē mittat,ad iustitiā ptinebat,q̄ vero p talē sn̄iam peccatricē de manu illorū eripuit,misc̄dia fuit. O q̄ facillime sapia dei,Chr̄s dn̄s,laq̄os sibi expāsos dissoluit,scd̄m q̄ Salomon ait: Nō ē sapia,nō est

C prudētia,nō est cōsiliū cōtra dn̄m. [Et iterū se inclinās scribebat] in terra,reiteratio facta cōfirmationis extat indiciū,seriositatisq̄ signū. An vero scd̄o scripsit idē q̄d primo,nō est penitus certū. Et aliqui dicūt,q̄ primo scripsit sn̄iam,secundo scribarū ac pharisæorū peccata vt considerātes ppria crimina desisterent à lapidatiōe adulteræ atq̄ seipsos corrigerēt. Dicitur q̄dq̄ q̄ nō scripsit oīa hec q̄si per singula verba,sed aliquē tractū seu figurā depinxit in terra,in qua illi viderūt sua pctā repsentata q̄si in signo. ¶ Quæritur,q̄mo Iesus scripsit in terra cū fuerit in tēplo pauimētū habēte? Et r̄ndeo dū,q̄ terra frequēter accipit pro quacūq̄ re terrestri,in qua elementū terræ p̄dominat,quēadmodū olim homini dictū est: Terra es. Si ergo super lapides scripsit,q̄mo scripsit in tam dura materia? Dici potest,q̄d materia cessit ei,vel q̄d aliquid humoris ac pulueris superiacuit pauimento in q̄bus scripsit. Secundū Bedam,ideo Chr̄s se rursus inclinauit & scripsit,vt vultum ab illis sua responsione confusis diuertendo daret eis exeundi libertatem. Deniq̄,iuxta Bedam,per hoc q̄d Christus ante prolationē sententiæ,& statim post eam scripsit in terra,docemur,vt anteq̄ fratrē vel proximū iudicemus,& postq̄ eum corripimus ad nosipsos mentis oculum conuertamus,discutiendo conscientias proprias,ne forte in similib⁹ vel grauioribus vitijs simus culpabiles. [Audiētes aūt scribæ & pharisæi (sententiam Christi) vnus post alium exibant] de templo,nam voce saluatoris velut telo quodā percussa,cōfusa & victa erant corda eorū agnoscentiū propria scelera, ideo verecundia quadā pfusi cū se inuicē

Marginal notes: Prou 10 · Leui 20 · Acto 10 · Gene,3

aspexisset deiecto capite egrediebant,L& remāsit solus,& mulier in medio stās,J Q̄ō sol⁹
remāsit cū nec discipuli ei⁹,nec pp̄lus videat egressus,nisi cū eo vł post eū: Dicēdū, φ māsit D
sol⁹,i.sine p̄dictis insidiatoribus,& mulier in medio stās,q̄a icerta fuit adhuc qd Iesus iud.ca
ret de ea.L Erigēs āt se Iesus J per quā erectionē suæ pietatis designat respectus,L dixit ei J in
terrogādo nō ex ignorātia,sed vt ad verba mulieris cōuenienti⁹ rńderet.L Mulier vbi sunt qui
Psal.144 te accusabāt: Nemo te cōdēnauit: J.i.lapidādā determinauit J Quę dixit.Nemo dn̄e J q̄a cō
fusi abierūt q̄ eā accusauerūt.L Dixit aūt Iesus J cuius miserationes super oia opera ei⁹,q̄ venit
q̄rere & saluū facere q̄d perierat,L nec ego te cōdēnabo J.i.lapidādā dictabo,& si pœniam
Psal.83 egeris nō te cōdēnabo i hora mortis tuę,nec i die iudicij.L Vade J nō soli corporaliter recedē
do,sed à pristinis malis te elōgādo,statū imutādo,de virtute i virtutē eūdo L& āpl᷎ noli pec-
Tobiæ 4 care J.i.pctō nō cōsentias,sed firmū ppositū nō peccādi habeto. V n̄ ait alibi saluator. Nō veni
vocare iustos,sed pctōres i pęniam. Itaq; φ dixit nec ego te cōdēnabo mię fuit,φ vero adie
cit ampli⁹ noli peccare fuit iustitię.Dimisit ergo saluator piissim⁹ mulieri huic pęnā & culpā,si
Math. 9 cut & latroni i cruce. Verūtn̄ ista forma absoluēdi nō est ad imitationē trahēda,sed satisfactio
Luce 23 iponēda ē cōfitēti secūdū exigētiā culpę.Chrūs aūt habuit ptātē excellētiæ i sacramētis,potu
itq; sine exteriori satisfactiōe tātæ cōtritiōis gratiā peccatrici huic ifundere,φ sufficiebat ad re
missionē culpę pęnæq;.Et forte p̄uidit φ mulier tā efficaciter emēdatura fuit vitā suā,q̄d nō o
portuit ei speciale satisfactionē iponere.L Iterū ergo loquut⁹ est eis J puta discipulis,ppło & cū
ctis q̄ aderāt L Ego sum lux mūdi J Hoc Chrūs adiecit ad ōdēdū q̄d sua absolutio q̄ absoluit
adulterā fuit idonea,eo q̄d ipse sit lux mūdi it⁹ purgās,illuminās atq; perficiēs.¶ Deniq; Chrūs
secūdū q̄d de⁹ ē lux icreata,æterna,ifinita,superessētialis,fōtana,oēm mētē creatā im⁹ illustrans E
Iohan.3. lumine naturæ gratiæ vel gloriæ.Secundū naturā q̄q; assūptā ē lux mūdi.i.hominū vniuersorū
Iohā. 1 Lux inquā participata nō substātialiter,sed pp̄ter plenitudinē gratię,sapiētiæ & sanctitatis si
Baruch 3 bi infusæ,de cui⁹ plenitudine accipiēdo illuminamur ab eo. Illuminauit āt mūdū docēdo,cōuer
Math. 5 sando,miracula faciēdo. Aplis q̄q; ait saluator: Vos estis lux mūdi,sed illi erāt lumina particula
ria & ministerialia seu instrumētalia,qm̄ vnusq̄sq; eorū aliquā partē hominū illustrauit,tāq̄ mi
nister summę lucis.Chrūs vero ē lumē vniuersale ac principale,tn̄ vt hō fuit lumē instrumē
tale,sed aliter quā cęteri sancti,q̄a humanitas Christi ē instrumētū diuinitatis p̄priū & cōiun-
ctū,quēadmodū caro ē instrumētū animæ eā informātis. Alij āt sancti sunt instrumēta sepa-
rata diuinitatis atq; cōmunia,sicut securis est instrumētū artificis.L Qui seq̄t me J per sidē dile
ctionē & operū exhibitiōem,q̄d ad oēm ptinet chrianū,iuxta illud: Qui se dicit i Chr̄o mane-
re debet sicut ille ambulauit,& ipse ambulare. Et Paulus ad Ephe: Imitatores dei estote, & am
bulate in dilectiōe,sicut & Chrs dilexit nos,L nō ambulat J.i.nō cōuersat,nec viuit,nec oblecta
tur,L i tenebris J ignorātiæ & peccati,de qb⁹ tn̄bris habet in psal. Fiat via illorū tn̄brę & lubri-
cū. Hinc itaq; via.i.cōuersatio impiorū dicit tn̄brosa,via aūt iustorū clara & luminosa, scd̄m φ
Salomon asserit: Via ipiorū tn̄brosa,nesciūt vbi corruūt. Iustorū aūt semita q̄si lux splēdēs pce
dit,& crescit vsq; ad pfctm̄ diē,L sed habebit J p p̄mio hui⁹ imitatiōis L lumē vitę J.i.lumē glo
Psal.34. riæ sempiterne in patria,de q̄ canit psalmista: In lumine tuo videbim⁹ lumē: Habebit q̄q; in pa
tria p obiecto & præmio obiectali lumē increatum,sanctam & superbenedictā trinitatem q̄
est origo ois vitæ naturalis,gratiosæ & gloriosę.¶ Insuper qui Chr̄m sequit nūc, habet vitæ lu
men,videlicet Christū,per fidē,spē & dilectionē,quem in patria habiturus est per speciem.i.
per claram visionē,tentionem & fruitionem,q̄ sunt tres dotes aiæ correspondētes tribus virtu- F
tibus theologicis His nāq; virtutibus & dotibus habemus,tenemus & possidemus deum i p̄ñti
& in futuro,qm̄ deus sublimis & benedictus,tā bonus amorosus & liberalis consistit, φ p̄stan-
do nobis dona sua præstat seipsum,ita vt fiducialiter,veraciterq; dicamus,deus noster & de⁹
meus. Itaq; qui nō seq̄tur Chr̄m,currit & pertinget ad tenebras gehēnæ,q̄ vero sequit eū cue-
rit atq; perueniet ad lumen vitę,claritatēq; patriæ,quemadmodū Esaias pmisit: Non erit tibi
sol amplius ad lucendū per diē,sed erit tibi dn̄s in lucē sempiternā,qm̄ Chrūs hoc loco asseruit:
Ego sum lux mūdi. Manichæi dixerūt φ Chrūs esset sol iste visibilis,φ q̄ stultū sit nō oportet
pbare.¶ Postremo sciendū,φ cū rōne luminis sit manifestare seu clarificare, iuxta illud aplī:
Omnia q̄ arguūtur,à lumine manifestantur,idcirco lumen seu lux p̄prie dr̄ in spūalibus ac di-
uinis,qm̄ manifestatio maxie spectat ad intellectum,i quo est veritatis ispectio. Hinc ergo deus
dicit lux per essentiā,q̄a ab ipso ois deriuat cognitio,& nulla creatura est lux scd̄m perfectam
lucis p̄prietatē ac rōnem,sed solus deus. Ois ei̅ creatura habet aliq̄d tn̄brositatis,defectibilita-
tis & imperfectiōis admixtū cū sit depēdēs finita & indigēs. Deus vero gloriosus & fortis sic
lumē est vt nō sit in eo aliq̄d nō lucidatis seu imperfectiōis vel ignobilitatis. Propter φ ait Ioh.
in prima sua cano. De⁹ lux ē,et tn̄brę nō sunt in eo vllæ.L Dixerūt ergo ei pharisęi, J Iā dictū
ē,φ scri.et pha.q̄ adulterā adduxerūt egressi sunt. Isti igit pharisæi,de qb⁹ nūc agit alij fuerunt
ab illis.J Tu de teipso testimoniū perhibes J laudando tuā personā sublimi p̄conio,q̄si null⁹ p
pheta vel patriarcha cōmēdauit seipsum,L testimoniū tuū nō est verū J.i.ratū et efficax,sed in
crepa-

crepabile & suspectū cū hō nō sit bon⁹ iudex suip̄sius,nec morale ē laudare seip̄m,cū Salomō
protestet: Laudet te alienus ,& nō os tuū,extraneus & nō labia tua,vn̄ apostol⁹: Nō q seip̄m cō
A mēdat ille probatus est. Idcirco cū Paulus cōmēd isset qdāmō semetip̄m,subiunxit: Fact⁹ sum
insipiēs,vos me coegistis. Ego eñ à vobis debui cōmēdari.¶ Sed cū hæc ita se habeāt,quo sal
uat̃ q Chr̄s(cuius oīs actio nr̄a est instructio)recōmēdauit seip̄m: Et rn̄dendū q nō solū Chr̄s
sed & multi actorẽ Chr̄o vtriusq; testamēti testimoniū phibuerūt de se,& laudauerūt seip̄os
nō propter laudē humanā & gloriā vanā,sed ad dei honorē & aliorũ instructionē. Sic nāq; p
phetæ scribūt reuelatiōes sibi diuinitus factas,& quō de⁹ vel angeli ei⁹ loquuti sunt. Et tale testi
moniū efficax fuit,qa ex multis alijs patuit verũ esse q̄d asseruerūt, videlicet ex sāctitate cōuersa
tōis & miraculis,ex affectu ipletiōis,alijsq; diuersis idicijs certis,& ita nō ipi dūtaxat,sed & de
us phibuit testimoniū eis. Simili modo testimoniū Chr̄i de seip̄o efficacissimū fuit,qa ex emi-
nētia suæ sapiæ ex magnis ac infinitis suis pdigijs,ex sanctimonia vitæ,multisq; alijs patuit eū
eē virũ sc̄tm̄,& iustū,omī fide dignissimū. Authoritates vero p̄memoratæ intelligēdæ sunt se-
cūdū coēm cursum,& de his qdā aliūde testimoniū siue p̄coniū nō phibet. Itaq; de laude ad se
ip̄m nō ad dei honorē,proximorūq; vtilitatē relata. Talis etenim laus pcedit ex vanitate non
ex charitate.¶ Præterea ratio cur testimoniū & pconiū à seipso prolatū nō est idoneū, hæc ē,
qm̄ cognitio hoīs de seipso est sæpe incerta & fallax propter inordinatū atq; priuatū affectum
adiē, ppter q̄d hō in multis cōplacet sibi,in qbus displicet alijs. Et q̄uis cognitio sui sit aliqñ cer
ta,tñ iudiciū ex affectu p̄fato frequēter peruertit,iuxta illud: Amor & odiū puertūt iudicium.
Illud ergo iudiciū firmū est q ex certitudine notitiæ & rectitudine affectionis emanat. Chr̄us
autem virtus & sapia patris pfecte cognouit,& iuste amauit seipsum in oībus ideo testimoni
um suū de se exitit firmū, ppter q subdit. L Rn̄dit Iesus & dixit eis: Etsi(.i.q̄uis vel qa,) e-
B go testimoniū phibeo(.i.do)de meip̄o verũ est testimoniū meū,qa scio scientia increata cōp-
hensiue atq; creata apprehensiue, L vnde(.i.à q̄) veni) vtpote deū patrē à quo natus sum ab æ
terno,& à q̄ sum missus i tēpore, L & q̄ vado L .i. eūdē patrē ad quē cito reuertar ascendēdo ad
cœlū & per cōsequēs cognosco meip̄m,nec inordinate ad meip̄m afficior,qa cognitio ista nō ē
informis,nuda & defectuosa. Dū eñ pricipiū rei & finis ei⁹ cognoscit,res ipa q̄q; cognoscitur.
possibile est me mẽtiri, ⌊ero similis vobis mendax,⌋ q multa mẽdacia fingitis contra me, ⌊sed
scio eum & sermonẽ eius seruo,⌋ vt dictũ est. Paulo, aũt dixerũt Iudæi: Nunqd tu maior es pa
tre nostro Abrahã? Ad hoc Chrũs modo respõdet. ⌊Abrahã pr vr⌋ secundum carnalẽ ppa-
ginem, nõ secũdũ fidei atq; virtutũ parilitatẽ, ⌊exultauit⌋ .i. spũaliter lætabat, ⌊vt videret⌋ .i.
de hoc q visurus erat ⌊diem meum⌋ .i. tẽpus aduentus mei seu incarnationis. Facta enim sibi
promissione q Christũ in spũ cerneret, eiusq; mysteria nosceret cordialiter exultauit. ⌊Vidit Genesis
(.i. per spũm prophetiæ cognouit) diẽ⌋ aduẽtus mei, vel, me tũc venturũ. Cognouit eñ filium Acto 3
dei in fine seculorũ incarnãdũ, cũ dictũ est ei: In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Nec du
bium quin ipse, aliiq; prophetæ & patriarchę multa nouerũt per reuelationẽ diuinã de Christo
eiusq; aduentu atq; mysteriis, q non sunt descripta. An tamẽ Abraham nouit determinate tẽ Daniel 9
pus aduẽtus Chri (vt Daniel qui determinauit hebdomadas dñicæ passionis) certum non ha- Genesis 14
beo. Potest quoq; intelligi de die æternitatis Chri, q dies aliud nõ nisi ipsa æternitas, sed deus
æternus. Huius diei beatificã visionẽ in claritate patriæ electorũ deus promisit abrahæ: Ego (i
B quiens) protector tuus & merces tua magna nimis. Hãc diem vidit Abrahã in via per fidem, Heb. 11
tendebat ad eam per spem, exultauit in eius præstolatiõe per charitatẽ. Hinc quoq; dicit apłus:
Expectabat Abrahã fundamenta habentẽ ciuitatem, cuius artifex & cõditor deus. ¶Sed his ob
uiare videt q Chrũs alibi ait discipulis suis: Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ vos
videtis, & non viderũt. Hoc eñ apparet tam bene dictũ de Abrahã sicut de aliis pphetis ac iu-
stis. Et Respondendũ, q Chrũs loquitur ibi de visione intellectuali cõiuncta visione exteriori,
quemadmodũ plenius demonstraui sup Matthæum. Sic aũt Abrahã non vidit diẽ & opa Chri
sti, seu Christũ in carne, nec alii prophetæ ante Chri incarnationẽ defuncti. ⌊Dixerunt ergo
Iudæi ad eũ: Quinquagita annos nondũ habes & Abrahã vidisti?⌋ Christus dixit quod Abra
ham vidit diẽ suũ & ipsi repetũt, Abraham vidisti? qa qua ratione verificaret vnũ, verificaretur
& reliquũ, quasi dicant: Si Abrahã vidit diem tuũ, ergo contemporanei extitistis, & vos inuicẽ
cõspexistis, q patet falsum, cũ nondũ sortitus sis annos quinquaginta. Potius aũt dixerunt, A-
braham vidisti, q Abrahã vidit te, quasi magnũ esset Iesu vidisse Abraham pñarcham & nõ
ecõtra, repũtãtes Abrahã multo maiorẽ Iesu. ¶Quærit cur nominauerũt annos quĩquaginta,
cũ Iesus multo iunior esset. Aliq dicũt q à casu, qa sic occurrebat eis. Alii dicũt, q ppter reuerẽ
tiã iubilei, q fuit quinquagesimus annus, qsi dicãt nec dũ attigisti vnũ iubileũ, & Abraham vidisti-
q pene p duo milia annorũ dormiuit cũ pñbus suis. Quidã dicũt, q Chrũs ppter ieiu
nia & labores, & ppter nimiã maturitatẽ videbat multo senior q fuit. Vñ aut i Psalmo: Genua Psal. 108
mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea ĩmutata est ppter oleũ. Ego opinor q ideo tm excre
mẽtũ annorũ expresserũt, vt insinuarẽt q plane ac facile possent falsificare verbũ Christi, qsi di-
cant. Dato q haberes multo plures annos q habes, nihilominus falsum esset, q dixisti Abrahã
te vidisse. ¶Errauerũt autem isti obtenebrati Iudæi dupliciter. Priõ, q verbũ Christi de corpo
rali visione intellexerũt. Secundo, q solũ in Christo humanã natiuitatẽ pẽsabãt, putãtes, quod
nequaq fuisset prior sua matre. Huius secundi falsitatem reprobat Christus. ⌊Dixit eis Iesus.
Amen amen dico vobis.⌋ Mitis humilisq; magister semper patienter cum tranquillitate res-
pondet, non commotus illorũ iniuriis. Hoc eñ præcipue pertinet ad prædicatorem siue docto
C rem verbi dei, quia vt Salomon loquit. Doctrina viri per patientiam noscitur, & non contrista
bit iustum quicquid ei acciderit. Propterea apud Gregorium. Tanto conuincitur quisq; mi-
nus doctus, quãto minus patiẽs. ⌊anteq Abraham fieret⌋ .i. crearetur, quãtum ad animam vł
generaret quãtum ad totum compositum ⌊ego sum⌋ .i. in natura diuinitatis æternaliter, inua
riabiliterq; subsisto. ¶Porro dicẽdo ego sum, ostẽdit suam æternitatẽ, quæ nec pteritũ habet,
neq; futurum, sed oẽe tps ambit, includit, excedit. Ipse est qui olim locutus est Mosi, Ego sum
qui sum. Vnde ad Hebræos legit. Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Ipsa nãq; est sapientia q i Hebræis
Ecclesiastico protestat. Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante oẽm creaturam. ⌊Tule 1. Cor 1
runt ergo lapides vt iacerent in eum⌋ obruendo eum lapidibus tanquam blasphemum. Lex
quippe præcepit blasphemos lapidari. ⌊Iesus autem abscõdit se⌋ non retro maceream seu co
lumnam. sed abscondit se, i. diuina potestate præbuit se inuisibilem Iudæis, non discipulis suis

quia secuti sunt eum. Potest autem absconsio ista dupliciter intelligi. Primo, quod percussit eos, cę D
Gen. 19 citate, quæ dicitur auaritia, qua aliquid nō videt, cū tamē alia videant. Vel si videt non in regno
scit, qua percussi fuerunt. Sodomitæ & Syri ad instantiā Helisæi, vt legitur in Genesi, & in libro Re
gum. Secundo, quod Iesus diuina virtute fecit, nec color corporis sui immutaret visum Iudæorū,
imo hoc potuit virtute animæ suę quę habuit perfectū dñium supra proprium corpus. Nam &
animæ beatorum corporibus glorificatis vnitæ facere possunt propria corpora visibilia vni,
& inuisibilia alteri. Corpora enim huiusmodi sunt in plenissima obedientia animarum, deo fruenti-
um. L & exiuit de templo J Hierusalem. Exiuit autem pergendo per medium illorum, quemad
Luce 4 modum transiit per medium ciuium suorum eum præcipitare volentium, vt Lucas recitat. No
luit enim adhuc occidi, quoniam nondum venit hora quā propriæ passioni præuidit, præfixit, elegit,
per quod dedit exemplum fidelibus quod sæpe possunt se persequutoribus suis occultare, quando vi
delicet fides aliorum nō periclitatur, nec grande scandalum oritur, pusillorum, nec iustitia ipsa
extinguitur.

¶ Explanatio capituli noni. Et præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate.

Articulus vigesimus quartus.



Via in superiori capitulo multa incomprehensibilia ac diuina Christus
de seipso asseruit, quæ Iudæi non intelligentes voluerūt eū quasi blasphe
mum lapidare, idcirco nunc conuenienter recitatur miraculum omnino
diuinum, quod naturali virtute effici nequit, quatenus per hoc confirme
tur supernaturalis doctrina iam præinducta. Pręmissę enim correspon-
dere & proportionari debent conclusioni, propterea supernaturalis ve
ritas fidei per per supernaturalia argumenta, hoc est, per opera miracu
losa ostenditur. L Et præteriens Iesus J hoc est, locum circa templum p E
transiens L vidit, J diligenti intuitu oculi corporalis, pio quoque respectu
diuinæ miserationis L hominem cęcū à natiuitate J noīe Cedoniū, qui postea cū Maria Magdalena
Martha, Maximino, & Lazaro, à Iudęa expulsus est, sicut habetur in legēda Mariæ Magda
lenæ. Cæcus aūt à natiuitate nō potest de coloribus iudicare, quia orbatus à natiuitate aliquo sen
su, caret notitia sensibilium illius sensus, ex quo concludit Aristoteles quod nostra notitia intelle
ctiua non est concreata, sed à sensu originata, atque ex præuia cognitione sensitiua causata.
¶ Mystice quia Iudæi increduli Christū repulerunt, eius discipulos atque Apostolos à suis finibus
expellēdo, conuersus est Iesus & oculo pietatis aspexit populum gentilem penitus cæcum & in
Acto 13 tenebris natum ac enutritū, eumque per Apostolorū prædicationem & gratiæ infusionem edocuit,
propter quod Paulus & Barnabas dicunt Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbum dei,
sed quoniam repulistis illud ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis dñs. In Esaia quoque
dñs ad Chrm ait: Dedi te in lucem gentiū, vt aperires oculos cæcorum. L Et interrogauerunt eū
discipuli sui J Ex quo videntes Iesum diligēter intueri hūc ęgrum, quasi aliquid circa eum actu-
rus, scitati sunt magistrū discipuli. L Rabbi, quis peccauit hic (cæcus) an parētes eius vt J hoc ē
propter quod pctm L cæcus nasceret J Discipuli isti præsupponebant quod pœna nō infligit rationali crea
turæ, nisi propter culpā, cū pœna sit præmium culpæ, & hoc aliquo modo verum est, quia nisi ori
ginale pctm præcessisset, sequētes pœnæ hoībus inflictæ nō essent, nō tamen omnis pœna pro-
pter originale pctm inducitur, quasi in vindictam illius, nec propter actuale peccatū parētis, sed
& propter alias causas, vt iam dicetur. ¶ Videntur autē discipuli interrogasse, ac si putassent ho
minem anteq̄ nasceret peccasse quēadmodum Platonici & Origines dixerūt aīas hoīm simul
creatas à principio mūdi in cœlo, illicque peccasse, & ob id corporibus quasi carceribus alligatas in
vitionem pctōrum vitæ alterius seculi Sed hoc discipuli nō putabāt, neque à Chro hoc didicerūt,
sed cū eēnt rudes & simplices simplr quesierūt. ¶ Pōt tū eorum inquisitio colorari dupliciter. Primo
vt intelligāt quæsisse de pctō originali ipsius cęci. Scdo, vt intelligāt interrogasse de pctō eius futu
ro, videlicet an deus vniuersa præcognoscens, fecerit eum cęcum propter iniquitates eius futuras. Est
namque quorundam opinio, quod deus interdum dat præmium ante meritum. i. propter meritum futu
rū. ¶ Considerandū vero quod punitio cōsistit in subtractione alicuius boni & inflictione mali. F
Bonum aūt est duplex, & malum similiter. Est enim bonum spirituale ad animam pertinēs sci
licet, gratia virtus & dona spiritus sancti. Aliud est bonum corporale, vt sanitas diuitiæ. Vnus
ergo non punitur propter peccatum alterius, in priuatione spiritualium bonorum, & inflictiōe
oppositorum malorum, sed in priuatione corporalium bonorum, cuius ratio est quoniam vn⁹
punitur propter peccatum alterius, in quantum est aliquid eius, ita quod pœna eius redundat in
illum propter quem punitur, Sicut punitur populus propter regem, & filius propter parentes.
Quemadmodum in libris Regum. Et in Paralipomenō legitur: Populus Iudæorum
2 reg 24 percussus, propter murmurationem factam seu fieri iussam à Dauid. Vnus autem non est aliqd
alterius quantum ad animam quoniā anima simplex est & immediate à deo creatur atque in-
funditur. Vnde per Ezechielem domin⁹ loquitur: Omnes animæ sunt. Sicut anima filij, sic
animæ

anima patris. Sed quantum ad corpus filius est aliquid parentum, tanquam de eorum semine
A natus, & populus est aliquid principis. Ideo propter peccatum vnius, alter quandoque punit,
vel in corpore per infirmitatem, vel in membris per monstruositatem. Quandoque enim nascun
tur filij monstruosi propter peccata parentum, qui in filijs talibus affliguntur ac puniunt, vel
in exterioribus bonis, vel in subditis. ¶ Per hanc distinctionē concordant scripturæ quæ prima
facie videntur contrariæ, illæ enim quæ asserunt filios puniri propter parentes, intelligendæ sunt de
punitione in corporalibus bonis quæ subtrahuntur & corporalib⁹ malis, quæ infligūtur, vt cum
Moses ait in Exodo: Dominator domine qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in
tertiam & quartam generationem. Et apud Hieremiā: Domine deus qui facis misericor
diam in milibus, & reddis iniquitatis patrum in sinum filiorum post eos. ¶ Porro authorita-
tes quæ dicunt oppositum intelliguntur de punitiōe in spiritualibus bonis. Talis enim punitio
non ordinaretur ad bonū puniti, vt per Ezechielem inducitur: Filius non portabit iniquitatem
pris, & pater non portabit iniquitatem filij. Hinc apud eūdem dominus increpat filios Israel, Hiere. 3
dicēies: Patres comederūt vuā accerbā, & dētes filiorū obstupuerūt. Respondit Iesus: Neq; hic
peccauit, neq; parentes eius, peccato de quo vos inquiritis. i. tale crimē nō cōmiserūt, propter
quod iste natus est cecus: Nō ergo vult Chrūs dicere, q; nullatenus peccauerunt, qm̄ Salomo
B ne testante, Non est homo super terram qui facit bonum, & non peccet. Et Iacobus. In mul-
tis (inquit) offendimus omnes. Sed intentioni discipulorum respondit, qui de certo peccato
interrogauerūt. Sed vt manifestentur opera dei in illo. i. ideo natus est cęcus vt miraculosa
opera à me in eo fiant, ad manifestationem diuinæ potentiæ, atq; ad gloriam creatoris. Ponit
autem saluator plurale pro singulari, quia per opera dei designat supernaturalem illuminatio-
nem cæci istius. Vel pt plr accipi, intelligendo per opera dei oīa q̄ ad illuminationem huius
cæci concurrebant videlicet linitionem oculorum eius ex sputo &c. ¶ Deniq; secundum do-
ctores sex modis flagellat dominus hominem. Primo, propter meritorum augmentum & ad
virtutis probationem ceu manifestationem, quemadmodum Iob & Tobiam, secundum q̄d
Iob ait. Probauit me dominus quasi aurum quod per ignem transit. Et Tobias dicit.
Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Secundo, propter virtutum spiritu- 2. Cor 12
aliumq; bonorum custodiam, ne propter superbiam amittantur, vt Paulum qui profitetur, Ne
magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi angelus satanæ. Tertio, vt virtus diuina
manifestetur ad gloriam creatoris, vt hunc cæcum & Lazarum, qui ideo obijt, vt à Christo ad
gloriam dei suscitaretur, sicut infra saluator testatur. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed p
gloria dei, vt clarificetur filius hominis per eam. Quarto, propter peccata vt per pœnam infli-
ctam purgentur, exprimantur, ceu dimittantur, vt paralyticū, de quo dictum est, quinto capitu-
lo, & Mariam sororem Moi, filios, quoque Israel in deserto, vt aliqui dicunt. Quinto, Math 9
propter nimia scelera, vt futura, atq; æterna pœna in præsenti quodammodo inchoetur, vt An
thiochum, & Herodem, Sodomitas, Dathan, & Abiron, & Chore. Sexta, propter diuini consi-
lij dispensationem ad satisfaciendum pro alijs sicut Christum, iuxta illud Esaiæ: Propter scel⁹
populi mei percussi eum. Me oportet non aliqua coactione, sed magna vtilitate atque im- Nume 16
mobili complacentia, & propter inuariabilem dispositionem ordinationis diuinæ, à qua deui-
C are non possum, operari opera eius qui me misit, hoc est, opera dei patris, quæ per me fieri
decreuit, quæ ordinantur vel pertinent ad humani generis liberationem, videlicet signa per q̄
homines sciunt me esse filium dei, & conuertuntur ad me, cætera quoque opera sancta & vir-
tuosa, quæ pro nostra salute Christus fecit docendo, orando, discurrendo.
Opera autem miraculosa sunt opera patris, vel trinitatis, tanquam principalis actoris, de quo
cantatur. Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus, & sunt opera Christi homi
nis, tanquam instrumentaliter exequentis. Vnde infra ait, Pater in me manens, ipse facit ope-
ra. donec dies est hoc est, quamdiu in mundo visibiliter maneo, cum hominibus conuersan-
do, Quemadmodum enim sol materialis sua præsentia causat diem, & sua absentia noctem.
Sic Christus præsentialiter existendo in mundo in humanitate assumpta, tanquam sol intelli- Psal. 72
gentiæ solq; iustitiæ fecit diem specialis gratiæ spiritualem, de quo die loquitur Esaias. In die il
la erit germen domini in gloria & magnificentia. Et Zacharias, In die illa applicabuntur gen
tes multæ ad dominum, dies iste præsertim consistit in cordibus diuino lumine illustratis. Du
rauitq; à Christi natiuitate vsq; ad eius ascensionem. ¶ Verum quoniam Christus etiam post as
censionem operabatur opus nostræ salutis mittendo paracletum, & per Apostolos faciendo Acto 2
miracula, imo per eos cæterosq; discipulos atque vicarios suos, multos illuminando & conuer-
tendo quod & nunc agit, & vsq; seculi finem facturus est, ideo potest hoc modo exponi. Me
oportet operari opera eius, qui me misit, hoc est miseris subuenire peccatores conuertere, infir 2. Cor. 6
ma sanare debilia confortare, electos custodire, donec dies est, hoc est, durante tempore gra-
tiæ seu vita præsente sub euangelica lege, de quo tempore per Esaiam dominus asserit.
Tempore accepto exaudiui te & in die salutis adiuui te. Et Apostolus. Ecce nunc tempus acce

ptabile,ecce nunc dies salutis.⌊Venit⌋id est, incessabiliter appropinquat, ⌊nox⌋.i.finis vitæ
præsentis,vel hora iudicij,⌊quando nemo potest operari⌋.i.meritorie agere,quoniam via fi- D
nita est statim.Cū ergo hæc vita sit via & cursus ad aliā vitam,nemo potest post hāc vitā me
reri vel pœnitere. In hora quoq; iudicij erit tempus præmiorum non meritorum.¶Non ergo
indulta pœnitentiæ tempora negligamus,non diem aliquem infructuose perdamus,sed iux-
ta Salomonis doctrinam quodcunq; potest manus nostra instanter operemur,quoniam cito
erit terminus vitæ istius.⌊Quandiu in mundo sum⌋.i.inter homines corporaliter viuo & am
bulo,⌊lux sum mundi⌋.i.hominū corda illustro,verba pdicationis,exemplo conuersationis,
signis diuinæ virtutis.¶Sed nonne saluator semper in mundo est,vel post ascensionem desijt
Matth.29 esse lux hominum? Nō vtiq;,quoniā ipse ait apud Matthæum:Ecce ego vobiscum sum oib⁹
diebus vsq; ad consummationē seculi. Est aūt Chrūs in hoc mūdo inferiori,& cum fidelib⁹ p
maiestatē deitatis,per sacramentū proprij corporis & sanguinis,atq; per spūalem inhabitati-
onem,qua mētes deuotas per charitatem & cætera gratiæ dona inhabitat.Deniq; post ascensi
onem magis illuminauit mundū q̄ ante,tā apostolos q̄ alios per apostolos.Dixit enim aposto
lis ante passionem:Expedit vobis vt ego vadam.Si enī non abiero,paracletus non veniet ad
vos.Si autē abiero,mittā eū vos.Ante ascensionem q̄q; nō illuminauit nisi Iudæos,& aliquas
gentes illis vicinas,post ascensionē vero vniuersum mundū.Nihilominus q̄diu fuit in mundo
modo pfacto fuit lux mundi specialiter,vtpote per seipsum immediate homines illustrando.
⌊Hæc cū dixisset Iesus,expuit in terrā & fecit lutū ex sputo(& terra seu puluere) & liniuit lutū
super oculos eius⌋.i.sup organū clausum huius cæci,⌊& dixit ei:Vade laua(oculos)in natato
thoria⌋.i.piscina vel aqua Syloe,quo(nomen hebraicū)interpretatur missus.⌋Syloe fons fu- E
t oriens in pede montis Sion, descendensq; in vallē Iosaphat, cuius aqua in quodam stagno
recepta atq; collecta nō longe à monte Sion vocata est natatoria Syloe.i.piscina ex fonte il-
lo collecta.¶Quærendum est diligēter,cur Christus sapientia patris,nihil sine legitima causa
1.Cor 1 efficiens,qui potuit solo nutu,solo verbo,solo imperio, cæco huic visum præstare ita non fe-
cit,sed iuxta ordinem explicatum, expuendo fecit lutum,quo vnxit oculos cæci, quem misit
ad aquas Syloe ad lauandum. Et respondendū,quod non sine grandi mysterio, non sine my-
stica ratione id contigit,nempe per exteriora ista quæ fecit,insinuauit quo modo & ordine in-
terior oculus illustretur.Expuitio ergo in terram figurauit effusionem diuinæ sapientiæ, super
corda humana. Quoniam per saliuam,quæ gustus cibos dijudicat & lingua verba pronūciat,
sapientia designatur,quæ præstat in rebus diuinis saporem & linguam erudit ad loquendum,q̄
dei sunt,cum discretione rectissima,prout docet Apostolus:Sermo vester semper in gratia sa
le sit conditus. Lutum vero est cor humanum,quoniam sensus & cogitatio hominis proni sunt
in malum,& ad terrena iugiter inclinantur,nisi cor ipsum diuina gratia perfundatur ac eleuet.
Propter quod mentes peccatorum dicuntur carnales,non per essentiam, sed inclinationem &
inhæsionem.Præterea per linitionem luti istius super oculos cæci,designatur vnctio spiritua-
lis,qua verbum incarnatum,vel homo quicunque diuina sapientia illustratus docet intellectum
fratris seu proximi sui,applicando radium sapientiæ dei ad certam personam,quo facto iube
tur homo ire.i.à vitijs ad virtutes migrare,atque de virtute in virtutem procedere,ne infusam
1.Cor 1 sapientiam perdat. Et lauare oculos suos in natatoria Syloe id est,cor suum ab omni vitiorum
caligine atq; ignorantiæ cæcitate in fonte sapientiæ,scilicet Christo purgare,quatenus sciat se
sine virtute & gratia Christi,& sine dominicæ passionis merito nil posse,secundum quod in- F
fra testatur: Sine me nihil potestis facere. Christus enim cum sit sapientia incarnata missa i mū
dum recte per natatoriam Syloe(quæ interpretatur missus)exprimitur.

¶Potest quoque per natatoriam hanc fons lachrymarum ex vera compunctione vel patriæ de
siderio emanantium designari,in quibus anima ab omni macula purificatur. Vel certe baptis-
mus,quantum ad catechuminos bene instructos atq; contritos.

¶Ad insinuandum ergo quod ista ad interioris oculi perfectā illustrationē requirūt fecit Chri-
Genesis 1 stus quæ dicta sunt. Alij dicūt(vt Chrysostomus)quod fecit lutum,ad ostēdēdū, q ipse sit qui in
exordio mūdi operatus est hominem de limo terræ. Saliuam quoq; emisit ad declarandū, q̄d
virtus curatiua esset à diuinitate,quæ est caput Christi hominis,tanquam à principali pricipio
& ab eius humanitate,quasi ab instrumento. Saliua quippe fluit à capite & caput Christi deus
secūdū Apostolum. Christus quoque secundum naturam assumptam caput est omnium ele-
ctorū,sicq; per expuitionem saliuç descēdētis à capite signatur,quod potestas sanatiua esset à
diuinitate & Christi humanitate sicut ostensum est. Oculos quoque cæci liniuit,ostēdens se hu
manorum corporum formatorē & reformatorē,qui reformabit corpus humilitatis nostræ
configuratum corpori claritatis suæ, Iussit aūt cæcū sic luto linitū ire ad natatoriā Syloe, vt obe
diēdo aliquid mereretur,eiusq; fides & obedientia notificaretur,& ipsum miraculum amplius
diuulgaretur.⌊Abijt ergo,⌋cæcus natus,⌊& lauit⌋oculos suos in natatoria Syloe lutum
abstersit

tum abstergendo ab oculis, in quo cōmendatur fides ac obedientia eius, ⌊& venit videns.⌋ quā
A obediendo Christo in ipsa piscina visum recepit, quo significat, q qui deo obedit copiosius il
lustrari meretur. ⌊Itaq; vicini (cæci istius) & q videbāt eū prius⌋ antequam visum recepit,
⌊quia mendicus erat⌋ id est ideo eum frequenter inspexerant, quoniam more debilium sedit
in publico, eleemosynam à ptergredientibus postulando ⌊dicebant: Nōne hic est q sedebat⌋ i
loco pauperū ⌊& mendicabat⌋ quasi dicant: Vtiq; ex longa enim experimentaliq; notitia cer
ti erant de hoc. ⌊Alij dicebant, quia hic est⌋ isti consenserūt iudicio vicinorum. ⌊Alij autem
dicebant, nequaquam (.i. non est sic) sed similis est eius⌋ hoc dixerunt duplici ratione. Primo:
Quoniam possibilius eeputabanr duos esse in omni dispositione coeporali simillimos ita vt dis
cerni non possent q̄ cæcum à natiuitate, visum eecepisse. Secondo, quia & cæcus iste
in vultu aliqualiter fuit mutatus propter oculorum apertionem oculis vicioaeum alteratione
& relaxationē. ⌊Ille vero⌋ quia seipsum optime nouit, quantum ad identitatem personæ ⌊dice
bat, quia ego sum (voluit enim suum curatorem magnificaee atq; honoraee) dicebant ergo ei.
Quomodo ergo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus⌋ Nondum agno
uit hic cecus, Christi diuinitatem sed humanitatem, eiusq; nomen ex aliorum eelatu didiceeat,
⌊lutum fecit⌋ non dicit, quomodo vtpote ex sputo & terra, quia forte non sciuit hoc, quia nec
vidit illud, ⌊& vnxit oculos meos (videlicet pellem extrinsecus) & dixit mihi, vade ad natatori
am Siloe & laua oculos, & abij & laui & vidi⌋ postquam illi obediendo, oculos aquis rigaui.
⌊Dixerunt ei (Vbi est ille?⌋ Hoc forte quærebant, vt eeadeeent Iesum pharisæis & scribis, eo
B quod sabbato hæc egisset. ⌊Ait, nescio.⌋ Iesus namq; recessit à loco illo antequam cæcus iam il
lustratus reuersus fuit, nec audiuit quo abisset, nec sciuit quod Iesus per diuinitatis immensitatē
esset q; vbiq;. ⌊Adducunt eum ad pharisæos⌋ qui cæcus fueeat, vt ipsi tanquam maioees ac re
ligiosiores iudicarent de opere isto, eumq; diligentius examinaeent. Vel vt Iesum de violatione
sabbati, coram pharisæis accusarent. Vel vt placerent pharisæis à quibus nouerāt Iesum odiri.
⌊Erat autem sabbatum (videlicet septima dies festiua) quando lutum fecit Iesus, & aperit ocu
los eius.⌋ Hoc inserit Euangelista, vt pandat causam adductionis cæci ad pharisæos, & dissen
tionis pharisæorum adinuicem. ⌊Iterum ergo interrogabāt eum pharisæi, quomō vidisset?⌋
vt possent aliquam calumniandi occasionem ex verbis cæci illuminati elicere. ⌊Ille aūt dixit
eis, lutum posuit mihi super oculos, & laui oculos,⌋ in præfata piscina, ⌊& video. Dicebāt ergo
ex phaeisæis quidam⌋ indurati & excæcati festucam in alijs non trabem in seipsis pensantes, Lucæ 6
atq; & beneficijs dei peiores effecti. ⌊Non est hic homo à deo⌋ pee vitæ bonitatem, hoc est, se
cundum dei beneplacitum nō opeeatur, neq; à deo missus est, nec eius adiutorio sed demonis
agit subsidio. ⌊qui sabbatum non custodit.⌋ ¶ Mentiti sunt, dicēdo quod Christus sabbatum
violauit, faciendo quæ dicta sunt Quoniam opera exteriora ad diuinæ maiestatis honorem &
declarationem directe pertinentia, licita erant in sabbato, vtpote occidere excoriare pecora
immolanda, templum ornare, atq; similia Factura autem luti, & vnctio oculorum prædicta, or
dinabantur directe ad gloriam dei, eiusq; omnipotentiæ sublimitatē declarandam, itemq; ad Math [illegible]
glorificationem filij sui, vt ver⁹ Christ⁹ esse scieetor. ¶ Peæterea Christus cū esset domin⁹ sab
bati, & legislator, non tenebatur ad literalem sabbati obseruationem De hoc dicta sunt plura
quinto capitulo. ⌊Alij dicebant: qui magis veritati propinquabant, minusque Christo inui
debant. ⌊Qoomodo potest homo peccator⌋ legis teaosgressor, & sabbati violator, ⌊hęc si
gna facere?⌋ quę facit iste, sanando paealiticum, natumq; cęcum. Isti videntur melius intellex Psal. 38
C isse pręceptum de sabbati custodicione quam illi, quia non reputabant Iesum peccatorem. ⌊Et
schisma erat inter eos videlicet inter pharisęos, hoc est, diuisi atq; discoedes erant diuersa loq̄n
do ac sentiendo de Iesu. Huic quod dictū est: Quomodo potest homo peccator hęc signa face
re consonat, quod Christo loquutus est Nicodemus: Scimus quia à deo venisti magistee. Nemo
enim potest hęc signa facere quę tu facis, nisi fuerit deus cum illo.
¶ Quęritur eego, an vera sint hęc, & apparet quod non, quoniam operatio miraculorum per
tinet ad gracias geatis datas, quæ bonis malisq; communes sunt. Cheistus quoque affirmat a
pud Mattheum septimo capitulo: Multi (inquiens) dicent mihi in illa die: Domine domine,
nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo signa molta fecimus, & tunc (inquit)
confitebor illis, quia non noui vos. Discedite à me operaeij iniquitatis. Oppositum vero ar
guitur, quia si miracula fieri possunt a malis, peeit firmitas fidei Christianæ, quę miraculis
pręsertim innititur, quod enim à malo homine fieri valet, non videtur, sufficiens fidei ar
gumentum. Rursus miracula sunt diuina virtute. Deus enim preces malorū nō audit,
faciendo prodigia ad eorum instantiam. ¶ Respondēdum, quod miracula propeie dicta
sunt effectus, totam virtutem creatam excedentes. Vnde à solo deo fiunt. Idcieco id ad cui
us confirmationem fit tale miraculum semper est verum, cum deus non sit confirmatoe erro
ris, nec testis falsitatis. Miracula vero diuinitus facta, quandoque fiunt ad testificandum,

de veritate doctrinæ, & tunc illa doctrina immobiliter vera est, à quocunq; doceatur, vel quã-
tuncunq; peruersus sit doctor, nõ tñ cõsequens est, q̃ docens sit iustus, vel deo placens, sicq; p D
malos prædicatores, frequenter sunt facta quædã miracula, ad fidei cõfirmationẽ, exaudiuitq;
deus precẽ illorũ, nõ ꝓpter illoꝝ merita, sed propter ecclesiæ vtilitatem & ad insinuandum ef
ficaciam fidæi Chr̃ianæ. Cuius tanta est virtus, vt per eam fiant miracula etiam à malis. Inter
dum vero miracula fiunt ad testificandũ de bonitate docẽtis & tunc doctor huiusmodi veraci
ter bonus & iustus est. Miracula aũt Christi facta sunt à deo, propter vtrũq; videlicet ad oñdẽ
dum, q̃ vera sit eius doctrina, & q̃ ipse sit verus Christus sanctus sanctoꝝ & iustus in omni-
bus. Imo si quis dixerit, q̃ miracula Christi facta sint ad suæ doctrinæ confirmationẽ, sequitq;
Deute, 32 etiã facta sint ad suæ sanctitatis testimonium. Docuit eñi se esse Christũ, sanctũ & iustũ, omni
pctõ carentẽ quã doctrinã deus nequaq̃ miraculis cõfirmasset, nisi ita fuisset. Sed hoc ĩ aliis nõ
sequitur, q̃ nõ propriã, sed Chr̃i legẽ ꝑdicauit & doctrinam. ¶ Siue ergo à bonis siue à malis
fiãt proprie sumpta miracula demonstratur fidei veritas, tanq̃ à deo data atq; firmata. Verũ qm̃
ad credendum multũ cõfert iustitia asserẽtis. Idcirco decẽti⁹ est miracula fieri à iustis quã im-
piis, quod & ita fit. ⌊ Dicitur ergo cæco (sed nũc vidẽti) iterũ pharisæis Tu quid dicis de eo, qui
aperuit oculos tuos? ⌋ .i. Quale testimoniũ perhibes illuminatori tuo. Aliqui dicunt hanc quæ
stionem factam ab illis, q̃ dixerũt, nõ est hic homo à deo, q̃ sabbatũ non custodit. Ad hoc vt vl
terrendo vel circumueniendo inducerent cæcũ ad proferendũ aliquid mali de Iesu. Vel vt cæ- E
cum ex sua r̃sione arguerent atq; de synagoga eiicerent. Hoc asserit Augustinus & Beda. The
ophilus aũt & alii dicunt, q̃ facta sit a fautoribus Christi dicentibus: Quomodo potest pecca
tor hæc signa facere. Qm̃ verisimile erat, q̃d cæcus bona de suo curatore cõtestaretur. Potius
tñ videt facta ab ambabus inter se discordantibus partibus, qui cum inter se discordarẽt, re-
currebãt ad testimoniũ eius qui expertus fuit Christi potentiam. Si forte ex eius responsione
possent aliquã inuenire concordiam. ⌊ Ille autem dixit q̃a propheta est. ⌋ putauit eñi q̃d Iesus
fuisset solum propheta non finis & dominus prophetaꝝ. Implicite tamen credidit eũ eẽ Chri
stum, quoniam firmiter tenuit, q̃d eẽt homo iustus & verax, & per consequẽs talis, qualẽ ipse se
esse perhibuit. ¶ Sed contra hoc videt, quia quos Christus sanauit in corpore, curauit in aĩa.
Ergo & cæcum istum à tali errore curauit. Dicendũ, quod cæcus pro tunc non tenebatur ad
explicitam fidem de hoc, q̃d Iesus esset Christus. Vnde prædictus error excusabatur à culpa ma
xime quia non fuit per absolutam affirmationem. Quidam dicit, quod cæcus iste dicendo
de Iesu, propheta est, nomine prophetæ intellexit Christũ, ita q̃ cæcus asseruit Iesum esse chri
stum. Sed huic obuiat, quod post pauca cæcus hic ait de Iesu: Si peccator est nescio. Si autem
tenuisset eum pro Christo, sciuisset quod non esset peccator. Istud tamen satis faciliter solui po
test. Non tamen dicẽdum est, q̃ nomine prophetæ intellexerit Christum, quia non fuit con-
suetudo Iudæis in communi modo loquẽdi, per prophetam intelligere Christum. ⌊ Non cre-
diderunt ergo Iudæi ⌋ quidam de quibus dictum est q̃ dixerunt istũ similem esse cæco nato.
Vel pharisæi opa Christi calũniantes, ⌋ quia cæcus fuisset (à natiuitate) & vidisset ⌋ bñficio Chri
sti. ⌊ donec vocauerũt parẽtes eius, & interrogauerunt eos, dicẽtes: Hic est filius vester quem
vos dicitis ⌊ .i. de quo affirmatis) quia cæcus natus est, quõ ergo nunc videt. ⌋ ¶ Tria inquirũt: F
Primo, an iste sit filius eorũ, Secũdo, an cæcus a natiuitate. Tertio, qualiter visum recepit, si na
tus est cecus. Et quia ad duo prima poterant parentes sine periculo r̃ndere, non aũt ad tertiũ. Id
circo r̃ndent ad duo hæc, queadmodũ subditur ⌊ R̃nderũt eis parẽtes eius, & dixerũt: Scimus q̃a
hic est filius noster (de prole cuius sit, certior est mater q̃ pater) & quia cæcus natus est, quomõ
autem nunc videat, nescimus (.i. modũ & ordinẽ facti ignoramus) aut qs ei⁹ aperuit oculos ⌋
hoc est, authorẽ tanti prodigii ⌊ nos nescimus, ipsum interrogate, ætatem habet ⌋ .i. annos dis
cretionis ⌊ Ipse de se loquat (qm̃ nemo certior eo (Hæc dixerunt parẽtes eius timebant Iudæ-
os. ⌋ hoc est, principales Iudæos, vt, phariseos, scribas & sacerdotes inordinato, & carnali ti-
more ex q̃ & mentiti sunt, & opa Chr̃i pia atq; ꝑclara maluerũt tacere, q̃ a Iudæis ꝑsecutionẽ
sufferre. Vnde nõ excusantur a culpa, Causa timoris subiungitur ⌊ Iam enim conspirauerãt Iu
dæi (principales de quibus iam dixi) vt si quis eum cõfiteretur Christum, extra synagogam fi
eret ⌋ .i. quicunq; diceret Iesum esse Christum, excluderetur a populo Iudæorum tanq̃ excõ-
municatus & perfidus, quod erat tunc grande opprobrium ⌊ propterea ⌋ .i. ne de synagoga ex
pellerentur, ⌊ parentes eius dixerunt, quia ætatem habet ipsum interrogate. ⌋ Et in hoc multũ
errabant, magisq; dilexerunt gloriam hoĩm quam diuinam. Nonne salubrius eis fuisset a Chri
sto recipi, qui ꝓpter se expulsos clementer recepit, quã in synagoga manere, in qua erãt ĩ multi
filii dei? ⌊ Vocauerũt ergo (pharisæi) rursus hominẽ qui fuerat cæcus ⌋ Inuidia ei non quiescit,
sed indefesso animo molitur malũ ei quem odit, & qui veritatem nituntur obruere variis ex-
quisitis falsissimisq; cautelis vtuntur ⌊ Et dixerunt ei, da gloriam deo ⌋ hoc est, deum honora
nobis religiosis consentiendo, & tuam curationem non huic Iesu, quasi diuina potestate agen
ti ascribendo, sed q̃ aliquo alio modo visum recepisti. ⌊ Nos scimus, q̃a hic hõ pctõr est ⌋ id ẽ,
assiduus

assiduus in peccato, eductor plebis, & simulator, magicis artibus vtens, nec diuina virtute te illuminauit. Ecce quomodo malitia excæcauit eos, & quam studiose satagebant decipere cæ- Sapiē. 2
A cum istum, quasi dicant, ex quo nos docti & religiosi hoc scimus, tu simplex & idiota nō debes contradicere nobis. ⌊ Dixit ergo ⌋ ille cæcus nondum in anima perfecte de Christo illustratus ⌊ Si peccator est nescio ⌋ .i. dubius sum vel incertus, an aliquo fuerit interdum pctō saltem veniali obstrictus, quēadmodum cæteri prophetarum. Nemo enim mūdus à sorde, & iustus septies cadit in die. Alij exponunt sic: Si peccator est nescio. i. ego non scio verum esse, q̄d vos dicitis, vobis esse notorium, vtpote q̄ sit peccator, quin potius oppositum sentio. Cæcus iste non dubitauit de sanctitate Iesu, quē dixit esse prophetā, sed an fuit prorsus ab omī culpa immunis, non sciuit, qm̄ nondū sciuit, eū esse Chrm̄ filiū dei. ⌊ Vnū scio, qa cæcus cū essem (paulo añ) nūc video (securus & imperterritus fuit hic cæcus) Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi, quō aperuit tibi oculos? ⌋ hoc rursus quærebāt insidiose, vt possent aliqd reprehensiōis elicere, tātumq̄ miraculum obfuscare, timebant eñ, si miraculum istud diuulgaretur, q̄ propter nouitatem & magnitudinem eius, multi acciperent Iesum pro Christo. ⌊ Respondit eis: Dixi vobis ⌋ iā qd fecerit mihi & quō dederit mihi visum, ⌊ quid iterū vultis audire? ⌋ quasi dicat, nō bono animo quæritis, quatenus cognita veritate credatis in illū. Sed vt aliquā obiectionē fingatis. Ideo subditur ⌊ Nunqd & vos vultis discipuli eius fieri? ⌋ cuius ego iam discipulus fieri cupio, tāq̄ dicat: Scio q̄ nō: Magna fuit cōstantia huius cæci, qui tam pertinenter atq; audacter rñdit pro suo benefactore. Nec dubium, quin Christus hanc ei concessit constantiam. Maledixerunt ⌋ .i. malum imprecati sunt ⌊ ei (vc; cæco huic pharisæi) & dixerunt: Tu discipulus illius sis ⌋ Hoc narrat Euangelista scd̄m intencionē illorū, qui reputabāt discipulatum sub magisterio Iesu esse miseriam, seductionem perditionē, cum scd̄m veritatem fuerit benedictio, salus, & gratia magna. ⌊ Nos autem Mosi discipuli sumus ⌋ Nec hoc vero locuti sunt, quoniam mandatum dei, de honoratione parentum p Moseo datum, per suam traditionē irritum fecerūt, vt probat Christus apud Deute. 5
B Matthæum. Scripturā quoq; Mosi non vere exposuerunt, propter q̄d supra dixit eis Saluator Math. 15
Si crederetis Mosi, crederetis & mihi. De me eñ ille scripsit: ⌊ Nos scimus ⌋ authoritate scripturæ ⌊ quia Mosi locutus est deus ⌋ per angelum persona dei loquentē. Vñ in Exodo scriptū est: Loquebatur dñs cum Mose facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicū suū. ⌊ Hunc autem (Iesum) nescimus vnde sit? ⌋ Paulo ante locuti sunt pharisæi isti increduli Nō est hic homo à deo, & nos scimus, quia hic homo peccator est. Opinabant ergo scire quod non esset à deo, patriā quoq; eius & genus nouerunt, vnde superius locuti sunt Nicodemo. Scrutare scripturas & vide, quia à Galilæa propheta non surgit. Quomodo ergo nunc dicunt: Hunc nescimus vnde scit, præsertim cum putarent eum à diabolo esse & magicis artibus inhærere. Dicendum quod ex magno contemptu sic, loquebantur ad insinuandum, vilitatem Iesu, tanquam diceret, velut inuentitiū hunc reputamus cum ignoremus eum a deo missum, vel dicēdū q̄d loquebantur sicut homines passionati, & ideo mirū non est, si verba eorū sint falsa atq; ad inuicē repugnantia. Respondit ille homo (mente & corpore illustratus) & dixit eis ⌋ increpando eorum duritiam, perfidamq; reprobando. ⌊ In hoc enim mirabile est ⌋ .i. in eo q̄d dicā patet mirabile esse ⌊ quia (.i. q̄) vos nescitis vnde sit? ⌋ .i. q̄ Iesus iste a deo sit Cōsequenter ponit in quo patet q̄ miranda sit ignorātia pharisæorū ⌊ & aperuit oculos meos ⌋ .i. p hoc q̄ aperuit oculos meos a natiuitate clausos & cæcos: merito agnosceretis eum esse a deo, cū hoc sit supernaturalis effectus, soli deo possibilis, q & fecit istum effectū in testimoniū veritatis sanctitatisq; Iesu, & mirū q̄ nō attēditis hoc, cū cōsuetum semp fuerit populo Iudæorū signa quærere illisq; credere. Iohan. 3
Propter quod dicit Apostolus: Iudæi signa quærunt. Scimus autem qa pctōres deus nō audit ⌋ Omnia verba cæci hic introducta, vno modo exponunt determinate, ad probandū suum 1. Cor. 1
propositū, & sic vera sunt. Alio modo exponūtur cōiter, sicq; scd̄m Augustinū sunt verba cæci nondum perfecte interius illustrati. Vnde nec vera sunt absolute. Primo sic. Scimus autem ex scripturis, quia pctōres in vitijs permanētes deus non audit, propter preces eorū faciendo miracula, ad testimonium bonitatis ipsorū, tamen (vt dictū est interdum p malos fiunt vera mira-
C cula, Nam et ad instantiā Alexandri magni legit deus maxima fecisse miracula. ¶ Deniq; licet quis sit in statu salutis, raro tamen vel nunq̄ facit miracula modo prædicto, nisi sit vir heroicus & perfectus. Vnde per peccatores intelligi possunt insipientes, animales & imperfecti, quāuis sint pœnitentes propterea subditur. ⌊ Sed si qs dei cultor est ⌋ .i. deo deuotus per interiores latriæ actus ⌊ & voluntatem eius facit ⌋ diuinis p̄ceptis & admonitionibus obediendo in omnibus ⌊ hoc exaudit ⌋ faciendo ad precē eius miracula, pro testimonio virtutis talis cultoris. Sic autem maxime exaudiuit deus. Iesum, sicut cæcus subiungit. ⌊ A seculo non est auditū ⌋ .i. nūq̄ contigit vel perceptum est, ⌊ qa aperuit quis oculos cæci nati. ⌋ In nulla eñ scriptura hoc legitur factū, nisi hoc loco. Ex his infert cæcus suum intentum. ⌊ Nisi esset hic a deo ⌋ quasi missus ab illo eiusq; gratia iuuaretur, non poterat facere quicquā idest, aliquid tale quale fecit in me.
¶ Pro secunda explanationis huius scripturæ, sciendum quod aliquis dicitur peccator multiplicter

pliciter. Primo quia aliquando magna peccata commisit, quamuis postea perfectus & virtuo- D
1. Timo 1 sus sit factus, sic Paulus vocat se peccatorem, dicendo: Venit Iesus peccatores saluos facere, quo
2. Cor. 4 rum ego primus sum, nihilominus de seipso fatetur: Nihil mihi conscius sum. Secundo quia de
Luc. 19 peccatis suis non satis fecit, quamuis pœniteat. Sic publicanus peccator fuit, cum dixit: Deus ꝓ
pitius esto mihi peccatori. Tunc enim dimissa erant ei peccata, quantum ad culpam. Tertio,
quoniam in peccatis mortalibus est. Habet tamen propositum se emendandi, habetq; sæpe
motum attritionis, quamuis non habeat veram contritionem. Quarto, quia in vitijs iacet, nec
pœnitet. Sed in prauo manet proposito & effectu. Itaq; quod ait: Scimus quia peccatores de
us non audit, verum est de peccatoribus quarto modo, vtpote quod non exaudiuntur ad vti-
litatem, quamdiu sunt tales, ideo enim Sapiens dicit: Qui declinat aurem suam ne audiat legem,
oratio eius erit execrabilis. Et apud Esaiam dominus loquitur: Cum multiplicaueritis preces
non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et pene innumerabilia sunt loca scri-
pturæ, hoc idem testantia vt cum in libro prouerbiorū dominus asserit. Tunc inuocabunt me
& non exaudiam, mane consurgent ad me, & non inuenient me. Nihilominus verum est q̄d
dominus ait per Ezechielem: In quacūq; hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum e-
ius non recordabor, elucescit ergo ꝙ peccatorem secundo modo dictum, videlicet pœniten-
tem exaudiat dominus, dummodo salubriter & instanter pro seipso orauerit, sed de peccatore
tertio mō maior est difficultas an exaudiatur in spiritualibus bonis. Et dicēdū, ꝙ nō exaudit de
cōdigno, sed de cōgruo, maxime si faciat ꝙ in se est. Certum est autem quod qui in mortali
peccato est, non potest aliquid pro mereri, seu de condigno exaudiri, nisi misericorditer præ
ueniatur à deo gratiam gratum facientem infundente, qua adepta habet homo motum cōtri-
tionis meritoriæ actionis & digne atq; idoneæ orationis. [sed si quis dei cultor est, & volunta
tem eius facit] id est signa diuinæ volūtatis implet. videlicet præcepta & hortamenta, hūc exau E
dit ad vtilitatem, quamuis nō semper ad libitum, imo quādoq; negando quod postulatur dat
meliora ac viciniora saluti. Hinc scriptum est: Si diluculo cōsurrexeris ad deum & omnipotētem
fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris statim euigilabit ad te, Itemq; Deus non proij
ciet simplicem, nec porriget manum malignis. Si ergo à deo exaudiri optamus, si aliquam spe
cialem gratiam adipisci appetimus non cōtradicat operatio orationi, nec ostendamus per opa
iniqua, nos amare id ꝙ per orationem dicim⁹ nos odire. Sed faciamus quod in nobis est, labo
rem debitum cōtinuāq; diligētiā apponēdo, & effectū effectui cōfirmando, tūc deus proti-
nus aderit, nostrumq; īpfectum supplebit, optatā perfectionē virtutum præstādo. Ideo quip
Psal. 144. pe in Iob legitur: Si iniquitatem quæ est ī manu tua abstuleris, tunc leuare poteris faciem tuam.
Et in Psalmo: Volūtatem timētium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet & saluos faciet
eos. [Rñderunt pharisæi & dixerunt ei. In peccatis natus est totus] i. in originali pctō quantū
ad animā, & speciali pœna peccati, quātum ad corpus, vz; in cecitate tibi cōgenita, sicq; mune
bāt eum cæcū natum propter pctm̄ parentū vel propriū cuius cōtrarium dixit saluator ¶ Mō
struositas aūt ꝓlis, q̄uis interdū fit ꝓpter culpā parētū, vel vnius eoꝝ, cōiter tñ procedit ex cau
sa naturali, puta ex dispropor tiōe materiæ superfluitate vel paruitate, aut ex debilitate virtutis for
matiue in semine. Sicq; mōstruositas est à casu quo ad naturā creatā, sed q̄ ad diuinā prouiden-
tiam est ordinata. Quandoq; enī (vt dictum est) ordinatur ad manifestationē diuinæ potētiæ ī
opere miraculoso. Semper q̄q; valet ad ampliorē declarationē naturalis perfectiōis in reb⁹ e-
iusdem speciei nō mōstruosis, in qua perfectiōe repsentat diuina sapiētia atq; potētia, qm̄ op-
posita iuxta se posita clarius elucescūt. ¶ Sed cū originale peccatū sit vnum, quomodo plurali-
ter dicitur: In peccatis natus es totus? Et rñdendum, quod originale peccatum formaliter seu es
sentialiter vnū est, scilicet carentia originalis iustitiæ debitæ in esse secundum Anselmum, mate-
rialiter autem est multa, quoniam multas animæ vires inficit, & alia peccata virtualiter conti-
net, præcipue vero propter quatuor vulnera animæ, ex originali peccato inflicta. Secundum
Bedam quæ sunt ignorātia existēs in ratiōe, malitia existēs in voluntate, cōcupiscētia, quæ est
in appetitu cōcupiscibili, sumēdo cōcupiscētiam pro pronitate ad cōcupiscēdum inordinate,
& infirmitas quæ est in irascibili. Hæ enim quatuor vires animæ sunt subiecta virtutum. [Et tu
doces nos] hoc est, cum sis tam vilis, præsumptuosum est nimis quod per modum docētis & F
redarguentis alloqueris nos qui seniores & maiores sumus in populo. Solēt enī superiores ac
doctores inferiorum informationem despicere. Verūtamen veraciter sapientes & docti dili-
genter atq; humiliter pensant quæ eis dicūtur, informatiōq; appetunt, nec propter dicētis par-
uitatem cōtemnūt quod prædicatur. Quoniam veritas propter seipsam digna est acceptio-
ne. Ideo Salomon ait: Argue sapientem & diliget te, doce iustum, & festinabit accipere. [Et
eiecerunt eum foras] id est ex templo & synagoga, seu populo expulerunt, & tāquam excom
municatum habuerunt. Et sicut paulo ante nescientes benedixerunt eum verbis, dicendo. Tu
discipulus illius sis, sic modo ignorātes, benedicūt eum factis, expellendo eum à synagoga sata
nę. Quos enim ipsi expellebant crudeliter, Christus recepit clementer. [Audiuit Iesus.]

Anathe-

A narrantibus quod tamen antequam fieret nouit futurum, & dum fiebat inspexit, & antequā
sibi recitaretur, sciuit iam accidisse. Quia eiecerūt eum foras. i. quod pharisæi cæcum à syna-
goga sequestrauerunt. Et cum inuenissent eum. Secundū Bedā Iesus quæsiuit eum. dixit ei.
iam inuento. Tu credis in filiū dei? Nō quasi ignorās id quærit, sed vt cæcum ad perfectiorem
sui agnitionē promoueat. Quāto enī quis magis opprimitur, ꝓpter veritatē, tāto apud deū me
retur āpliorē exaltationē & grām. Cæcus iste nondū determinate credebat in filiū dei, sed pa
ratus fuit ad hoc. Ideo interrogatur à Christo, qa qui boni propositi sunt, merentur gratiam dei
auxiliatricem, per quā dedicantur in executionem salubrē. Respōdit ille (cæcus.) Quis est (o)
dñe (filius dei quod quæro) vt credā in eū? Nōdū enī cognouit Iesum scdm faciē, qm̄ cec' re
cessit & nōdū ad eū reuersus fuit, & si cognouisset eum secundum faciem non tamen sciuisset q̄d
esset filius dei, quia vt dictum est tenuit eum pro propheta. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eū (nūc
ad me accedendo) & qui loquitur tecum ipse est. i. ego ipse quem nunc inspexisti oculo cor
porali qui præsentialiter tecum loquor, sum filius dei. At ille ait: Credo domine. in filium dei.
His nempe verbis auditis cognouit, ꝙ is qui eum alloquebatur fuit Iesus oculorum suorum a-
pertor, & quia tenuit eum pro vero propheta, iustoq; viro, credidit omnia verba eius eē vera.
Idcirco cum audisset ab ore eius ꝙ esset filius dei mox credidit, sciens deum esse cum illo cui
credebat. Et procidens adorauit eum. Si credidit explicite, quod esset filius dei naturalis, ado
rauit eum adoratione latriæ. Si vero credidit quod esset filius dei per gratiam singularem, ado
B ratione duliæ. Paucissimi autem discipulorum habebant explicitam fixamque fidem
de hoc quod Christus esset dei vnigenitus verusque deus, sic tamen dispositi erant, quod mox
fidem talem reciperēt. Dicit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni. i. ad faciendū
iudicium discretionis, hoc est, discretionē iudicialem inter electos & reprobos, de quo iudicio
infra habetur: Nunc iudiciū est mundi. In primo ergo suo aduentu venit Christus discernere
inter electos ac præscitos, illos gratiose & pie cōuertendo, hos iuste deserendo. In secundo aūt
aduentu veniet facere iudicium retributionis, de quo dixit: Nō misit deus filium suum vt iudi-
cet mundum, & ego nō iudico quemquam. vt qui non vident. i. simplices & indocti, qua-
les fuerunt discipuli Christi, & cæcus iste. videāt. i. spiritualiter illuminēt à me, neq; lucē mū
di, fidei oculis cōtemplent. & qui vidēt. i. scribæ & pharisæi cæteriq; in proprijs oculis sapiē Lucæ a
tes literati ac prouidi. cęci fiāt. i. lumine fidei cæterisq; donis gratiæ spiritꝰ scti priuēt, & gra
uius quā añ obtenebrent, propter eorum superbiam atq; demerita. ¶ Huic verbo Christi cōso
nat quod Symeon iustus prædixisse legitur: Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionē mul Lucæ io
torum in Israel. Christus quoq; alio loco ait cōcorditer istis. Cōfiteor tibi pater, quoniam abs
condisti hæc à sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Possunt quoq; per nō vidētes
intelligi peccatores vitijs obfuscati. Sed prædestinati, vt Matthæus, Zachæus, Magdalena, q
per Christum illustrati sunt corde. Per vidētes vero hi quos inflauit superbia intātum vt Chri
sti prædicationem deridere præsumpserint. Tertio, & cōmunius, per nō vidētes intelliguntur Lucæ 7
Gentiles, vnius veri dei agnitiōe carētes. Per vidētes vero Iudæi diuina lege instructi. In Chri-
sti autē aduētu & deinceps cœpit populus Iudæorum excæcari ac gentilitas illustrari, præsertim
post passionem Apostolis vbiq; docētibus. Propter quod Christus dixit Iudæis: Auferetur à Acto.a
vobis regnum dei, & dabitur gēti faciēti fructus eius. Hinc in Esaia ait Christus: Et nunc hæc
dicit dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel nō cōgre
C gabitur, & dixit dominus mihi: Parum est, vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, dedi te in lu-
cem gentium, vt sis salus mea vsq; ad extremū terræ. Et audierunt ex pharisæis qui cum ipso
erant, hoc est aliqui pharisæorum existentium cum Iesu, quando hæc protulit, & dixerunt
ei (ex superbia murmurando) Nunquid nos cæci sumus? ea cæcitate, quam dicis futuram
quibusdam videntibus. Hoc est, Nunquid & nos cor excæcatum habemus? Suspicabantur e-
nim pharisæi, quod verum fuit, uidelicet ꝙ Iesus more solito tetigit eos. Dixit eis Iesus: Si cæ
ci essetis. hoc est, si humiliter agnosceretis insipientiam, iniquitatesq; vestras, & me doctorem
iustitiæ audiretis. non haberetis peccatum. qm̄ vestrum imperfectum confitendo mereremi
ni indulgentiam & gratiam iustificantem. Nunc vero dicitis quia (.i. quod) videmus. hoc ē,
quia vosipsos iactatis doctos ac sapiētes. pc̄tm vestrum manet. in vobis insanabile aaq; dam
nandum. Vel sic, Si cęci essetis, habēdo ignorātiā inuincibilē, nō haberetis peccatum, quoniam
talis ignorātia omnino excusat à culpa. Vel, si cæci esse tis. cæcitate, seu ignorātia facti. Igno
rantia vero iuris affectata non excusat, sed auget peccatum. Ignorātia vero quæ contingit ex
negligentia quadam excusat à tanto, non a toto. Plus igitur peccat, qui scripturas cognoscit, q̄
alius cæteris paribus, vt pote si ignorantia alterius excusabilis est in toto vel in parte. Propter ꝙ Iaco.a
Iacobus protestatur: Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Et Petrus in secunda sua
Canonica Melius erat non cognoscere viam iustitię, quam post agnitionem retrorsum reuer-
ti. ¶ Denique seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciēs, plagis vapulabit multis. Qui
autem non cognouit & fecit digna plagis vapulabit paucis.

¶ Elucie

¶Elucidatio capituli decimi: Amē amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium. Articulus vicesimus quintus. D

Iohan.6. 

SICVT in fine pcedentis capli patuit, pharisæi iactabant se esse videntes hoc est eruditos & dignos aliorū rectores, nō tamē credebāt in Chrūm, sed eum negabant, idcirco Saluator in exordio huius capituli pādit errorē ac falsitatē illoꝝ, p quādā parabolā quam ipsemet post pauca partim exponit. Ait ergo: Amen amen dico vobis [o elati pharisæi] Qui nō intrat per ostium in ouile ouiū, sed ascēdit aliunde, ille fur est & latro. Hoc totum in corporalibus rebꝰ ita se habet, Sed ista exponenda sunt spiritualiter scd̄m sensum à Christo intentum. In locutione quippe parabolica qualis est ista, sensus principalis ac literalis nō est qui immediate per verba significetur, sed qui per ipsas res vocibus designatas insinuatur. Est igitur intellectus. Qui non intrat spirituali seu corporali introitu, per ostiū.i. ordinate per Chrūm, videlicet, scd̄m Christi voluntatē, licite ac honeste, vel per fidem catholicā atq; indiuiduam charitatem, in ouile ouiū, hoc est, in ecclesiam, in congregationem
Heb.5. fidelium, ad præsidendum gregi dominico, sed ascendit aliunde, i. sibipsi assumit honorē, non vocatus à deo tanquam Aaron, Idcirco ascendere dicitur, id est superbe intrare, per ambitionē ppriā, per aliorum intrusionem, p simoniacam prauitatem, per corruptam & non canonicam electionem, non sequens Christi vestigia, de quo ad Hebræos dicit Apostolus, q non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret. Sed qui locutus ad est eū: Tu es sacerdos in æternū, ille fur est & latro, furem appellamus qui rapit aliena. Indignus ergo prælatus qui per Christū non intrat ad præsidendum fidelibus. Vel quicunq; deceptor falsusq; doctor credentium est fur, quoniam populū dei subtrahit deo, quoniam suo pestifero documento seu prauo exemplo, ac alijs modis auertit fideles à deo, & subiugat eos sibi, atq; in suum cōmodum redigit eos, bona eorum consumendo, eorum seruitute vtendo, & ipsos tanquam mancipia possidendo, quemadmodum de his pharisæis loquitur Christus: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis domus viduarum. Huiusmodi itaq; ascensor ouilis & ouium doctor, seu indignus prælatus, & rector gregem sibi conformat, & maximum damnum infert Christo, cuius prædilectam substantiā, pro qua ipse sanguinem fudit taliter dissipat. Vnde in Ecclesiastico legitur: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hieremias quoq; Quoniam (inquit) stulte egerunt pastores, & dominum nō exquisierūt, Propterea omnis grex eorum dissipatus est. ¶Deniq; talis etiam dicitur latro, quoniam gregem fidelium spiritualiter strāgulat, vitam gratiæ suffocando in eis atq; diaboli deuorationibus eos exponendo, imo ad mortem æternā ducendo. Inducit enim eos ad vitia quibus occidit anima gratiam amittendo, & dæmonum dentes incurrēdo. Aduersarius enim noster diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Qui autem intrat (præfatum ouile) per ostium, id est, per Christum, videlicet ordinate, charitatiue, humiliter, non quærens præesse vel dominari sed, prodesse auxiliari, non quærens vti propria libertate, sed pro aliorum salute infatigabiliter laborare, pastor est ouium, hoc est fideliū re & nomine, quoniam verbo & opere pascit, confortat & recreat eos, Tales pastores deus promisit apud Hieremiā: Dabo vobis pastores iuxta cor meū & pascēt vos scientia & doctrina. Ad hanc verā pastoralem perfectionem hortatur princeps Apostolorū in prima sua epistola, dicēs: Seniores obsecro pascite qui in vobis est gregem dei prouidentes non coactè sed spontanee secundum deum, non turpis lucri gratia, neq; vt dominantes in cleris, sed forma gregis facti & ex animo. F Huic (tam fructuosa pastori) ostiarius aperit, id est, spiritus sanctus diuinas veritates reuelat, modum regiminis manifestat, & de omnibus necessarijs instruit. Vnde ipso infra habetur: Cum uenerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Ipse igitur spiritus sanctus admittit, vel potius introducit timoratum ac diligentē pastorem in sanctuarium sapientiæ sempiternæ vt discat & sciat, quomodo oporteat se conuersari in domo dei, & illic dat ei gustare multitudinem dulcedinis suę, ita vt rediens ad gregem dominicum sibi commissum, eructet illis memoriam abundantiæ suauitatis diuinæ, sicq; de plenitudine sibi collata illuminat & accendit corda suorum. ¶Hac apertione spiritus sancti maxime indiget omnis pastor, & tanto amplius quanto pluribus præest. Cum enim nemo suspsius possit operari salutē, sine speciali atque continuo auxilio spiritus sancti, quomodo poterit suam & aliorum operari salutem, sine ingenti singulari, iugiq; ope paracleti. ¶Propterea oportet pastorem frequenter nimis ad deum recurrere, eius auxilium cum humili prostratione requirere, vt in omnibus dirigatur, moueatur & reguletur ab ipso, itemq; vt spiritus sanctus corda subditorum docibi-
Luce 11 lia faciat, tangat gubernet. Væ ergo dissolutis & inmoratis, prælatis, qui se ad exteriora impudenter effundunt, qui non ponderant quam graue onus ipsis impositum sit, neque præcogitant quam CHRISTO pro se suisque ouibus tribuant rationem. Isti non pensant illud.

Sapien-

Sapientiæ: Iudiciū durissimum in his q præsunt fiet. Ideo bñ ait Chrysostomus: Quis est q de
siderat plationem & curam animarū, nisi q non timet iudiciū dei. L & oues vocem ei° audiut.⌋
A .i. electi subditi q sunt oues, per prædestinatlonē æternā talis pastoris doctrinā suscipiūt ac se
quuntur. Humiliter eñ & deuote audiunt & obseruant verbum sui prælati tāquā vicariū Chri
quemadmodū aplus in suis epistolis sæpius gloriatur in dño de suis discipulis seu populis a se
conuersis, q suā prædicationem cum omi attentiōe & reuerentia perceperunt, q vtiq; opor Roma 5
tet omnē subditū diligenter implere, Qm prēlatis loqtur Chrs apud Lucā: Qui vos audit, me 2 Cor 9
audit, & q vos spernit me spernit. L Et proprias oues vocat nominatim.⌋ .i. singulos subditorū 2.Cor 18
suorū determinate cognoscit, ad meliora hortatur, ad felicitatem inuitat, oīm mores pensando
qd singulis expediat perpendendo, cunctis familiariter condescendo, vnicuiq; secundum pro
priam capacitatem ac indigentiam prouidendo, subueniendo & influendo quemadmodū Sa
lomon admonet in lib. prou. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges cōsidera.
Quemadmodum eñ medicus corporum dispositiones, complexiones atq; morborum diuer-
sitates in languido pensat, q̃tenus vnicuiq; medicamentum suæ dispositiōi ac morbo propor-
cionatum apponat. Qod eñ vni prodesset, obesset alteri. Sic prælatus & pastor cum sit medi
cus animarum attendere debet inclinationes, motus & studia singulorum, sic vnumquemq; a
malo retrahere, & ad virtutes prouehere per media aptiora, quod non est parum difficile, pro
pter quod conuenienter ait Gregorius: Ars artium est regimen animarum, & magna valde p
fectio, exercitatio, vnctio, discretio exigitur ad bonum prælatum vñ in Deut. loquitur Moses
Date ex vobis sapientes & gnatos, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, & po-
nam eos vobis principes. L Et educit eas.⌋ de via ad patriam, de carne ad spm. Educit insuper Psal 40
eas ad pascua alimoniæ spiritualis, ad panem vitæ & intellectus, ad panem sacramentalem, ad Eccl. 15
diuinorum contemplationem. L Et cum proprias oues emiserit.⌋ .i. prædicto modo eduxerit
atq; de tenebris ignorantiæ & peccati in lucem veritatis ac splendorem virtutum transtule-
rit, L añ eas vadit.⌋ .i. in via dei ipsas exemplariter præit, & in virtuosa conuersatione excedit,
B faciendo quod docet, & non verbo duntaxat, sed opere quoq; viam monstrādo, quemadmo
dum ad Tim. Pau. ait: Esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, pro-
fectus tuus manifestus sit oibus, hæc eñ faciens, teipsum saluum facies, & eos q te audiunt. De
niq; cum platus sit q̃si signū ad q̃d oīm subditorū oculi dirigunt, ideo nihil tm̃ ędificat subditos 1.Tim 4
vel tm̃ confert ad oēm pfectum virtutum, vt bona & irreprehensibilis vita pastoris. Frequēs
nanq; occursus & q̃tidianus aspectus in habitum vertitur, atq; in cordib° subditorū, veram in
virtutib° cōstantiā operat. Oportet ergo platū in virtute & sapia stabilē esse, ne passiōib° agi
tet ne psonarū acceptor sit, ne vnū præ alio palpet vel tribulet, ne priuato amore vel odio cor-
rumpat, sed deū semp p̄ oculis habeat, iugi et formidet, ne p suā imperfectionē aut iniustitiam Deut 16
aliquē ex sibi cōmissis scādalizet. Prēlatus qppe est iudex & caput siue principiū gregis sui; Iu Esaie 42
dex aūt secundū philosophū debet esse q̃si aiata iustitia, viuaq; lex, nusq̃ ab æqtatis tramite deui
ans. Primū quoq; in omi ordine est mensura & regula posteriorū. Mensurā vero & regulā ne
cesse est esse vniformem ac simplicem, aliter nō possent alia per eā mēsurari ac regulari. Sit er
go prælat° vniformis, fixus & simplex, nō simulator & callidus, sed mitis & humilis. L Et oues
illū sequuntur.⌋ tanquā ducem pdignū .i. opibus illius se cōformant, eiusq; verbis obtemperāt,
quemadmodū ad Heb. docet aplus: Obedite ppositis vestris & subiacete illis. Ipsi eñ peruigi
lant tanq̃ rōem pro aiabus vestris reddituri. Bonus ergo pastor bonas efficit oues, quidiūq; vi- Hebre 13
tia & defectus maxime accidunt ex negligentia atq; insufficientia præsidentis. Propter q ma
ximū dei donū est, habere virtuosum prælatū. Vñ videmus, q in vet. test. tpe iudiciū & regū
qñ iudex vel rex bonus fuit, populus Israel dño ministrauit, sed rege vel iudice impie cōuersan
te, populus quoq; cōmuniter vixit inique, insistendo frequenter idololatrie, L q a sciunt vocem
eius.⌋ .i. doctrinā eius per approbationem cognoscunt, L alienū aūt.⌋ .i. seductorē, pestiferūq;
doctorem scismaticū siue hæreticū, vel impiū Christianū L nō sequūtur.⌋ .i. eius doctrinis nō ac
C quiescunt nec opa assequunt L sed fugiūt ab eo.⌋ .i. aīo illū detestant, vel etiā interdum corpore se
elongāt ab ipso, ne cū peruerso peruertant. Qui eñ tetigerit picem, inqnat. Et aplus: Exite (in Eccl. 13
qt) de medio illorū, & immundū ne tetigeritis L q a non nouerunt⌋ per approbationem & imi 2.Cor 6
tationem, L vocē alienorū.⌋ .i. verba fallaciū. Totū hoc intelligendū est de ouibus, nō solū scd̄m
psentē iustitiā, sed & secundū prædestinationem diuinā, & de auditu seu fuga vel cognitiōe fi
nali. Certū est eñ, q multi electi ad tēpus errāt & hæreticorū vel aliorū deceptorū doctrinas Matt 24
aduertunt, sed finalr pœnitent, & in Chri sermone diē claudūt extremū. Similiter multi psciti
ad tempus verba bonorū, aduertūt pastorū & alienorū vocē abhorrent, sed nō pseuerant vsq;
in finē, nec implent illud apostoli: Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Et: Optimū est
gratia stabiri cor. Vel loqtur Christus de ouibus formaliter, hoc est, in quantum sunt oues, nō Matt. 7
materialiter. Formaliter enim de eis loquendo non errant, quemadmodum arbor bona nō po Marci. 4
test facere fructus malos. L Hoc prouerbiū.⌋ .i. similitudinem istā vel sermonem hūnc parabo Lucæ 6

llicum. Dixit eis Iesus: Illi autem (pharisaei) non cognouerunt quid loqueretur eis, quid per ver-
ba praedicta significaret. Certi enim fuerunt quod intentio eius finalis nō erat de pecoribus. Di
xit ergo eis iterum Iesus, quoniam nouit ignorantiam illorum. Exposuit ergo prouerbium istud pro
parte. Expositio nanque non intelligentibus est necessaria. Amen amen dico, quia ergo sum osti-
um ouium, hoc est, porta secundum proprietatem quandam, per quam electi intrant in so-
cietatem ecclesiae militantis, & deinceps ad consortium ecclesiae triumphantis. Christus quoque
est ostium per quod intramus ad patrem, nunc per fidem & gratiam, tunc vero per speciem,
Johan. 14 propter quod ait: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Itemque apo-
Hebre 13 stolus. Per ipsum (inquit) accessum habemus ad patrem. Et rursus: Per ipsum offeramus hostiā
Acto 2 laudis deo semper, Christus ergo est ostium, quia per eius baptismum, per eius passionem & gra
Act. 10.10 tiam per eius auxilium incorporamur ecclesiae ad patriam aeternam, deo immediate vnimur
Hiere 11 Propterea Petrus testatur: Neque enim datum est hominibus aliud nomē sub caelo, in quo opor
Apoca 5 teat eos saluos fieri. Dicitur autem Christus ostium per similitudinem quādam, quomodo di-
1 Cor. 10 citur, agnus, leo, petra, lucerna. Omnes quotquot venerunt fures sunt & latrones. Non abso
Johan. 5 lute de oībus loquitur Christus, quia superius laudauit Iohannem Baptistam & Mosen sed de qui-
Actor. 11 busdam pseudo prophetis, qui non longe añ Christi aduentum venerunt, quales fuerunt Theodas
Actorū 5 & Iudas Galilaeus, de quibus scribitur in actibus apostolorum. Vel de oībus qui sine Christo (hoc
Hiere 22 est, sine dei verbo) venerunt non missi a deo, sed proprio sensu se ingerentes, de quibus dñs ait per
Hieremiam: Ipsi currebāt, & ego nō misi eos. Sed nō audierūt eos oues, i. finaliter ipsis nō
consenserūt, quis forte ad tēpus decepte sint. Ego sum ostiū, sicut nūc dictū est. Per me si quis
introierit, i. qui secundum doctrinam & vitam meā cōuersatus fuerit, qui per fidem & gratiam
meā congregationi fidelium se iunxerit, si quis mihi intima charitate inhaeserit, saluabitur, hoc
est, aeternam beatitudinem consequetur, nuncque a peccatis purgabitur, aliter Christus nō esset
Actor. 15 saluator. Vñ in actis Petrus deserit: Per gratiam dñi nostri Iesu Christi credim⁹ saluari. Et
Deut. 6 ingredietur & egredietur, i. in latitudine charitatis, & spūs libertate versabitur, quia lex Christi
2. Cor 3 est lex amoris, & vbi spūs domini, ibi libertas. Itaque ingredietur, redeundo ad propriam consci
entiam, examinando seipsum, atque interioribus virtutum theologicarum actibus insistendo,
& egredietur de habitu virtuoso in opus meritorium, de cognitione ad operatiōem, de via ad
Galat 6 patriam. Egredietur quoque ad proximos illis misericorditer condescendendo, consulendo sub
Treno 3 ueniendo, quemadmodum dicit apostolus: Alter alterius onera portate. Et: Non quę sua sunt
singuli considerantes, sed quae aliorum: Egredietur demum quotidie, leuando se super se, vt sic
conuersatio sua in caelis, omnibusque terrenis ac sensibilibus rebus transcensis, sola caelestia, spi-
ritualia & aeterna contempletur, amet, recogitet, omnia arbitrans vt stercora, propter eminentē
scientiam Christi. & pascua, i. spiritualia alimenta copiose, inueniet, in praesenti & in fu-
Deut 32. turo. Nunc enim quotidie reficitur corpore & sanguine saluatoris, incremento virtutū, conso
Psal 30. latione interna, rivus sapientiae, caeterisque donis & charismatibus spiritus sancti. His bonis anima
Esaię. 94 seipsam diligenter custodiens, vt sponso suo caelesti se incontaminatam exhibeat, feliciter im-
1 Corin 2 pinguatur & confortatur, ita vt cibum fastidiat corporalem, omnemque consolationem carna-
lem & secularem. Porro in patria inueniet pascua illa vberrima, quae oculus non vidit, nec au-
ris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, vbi deus est omnia in omnibus, omnesque beati de
eius fruitione cōtentantur & superdulcissime satiant. Fur non venit, i. seductor, indignusve
pastor non accedit fideles, nisi vt furetur, hoc est, oues Christi subtrahat Christo, & officium
sibi indebitum praesumptuose vsurpet. Quamuis enim dicat se hoc non intendere, tñ male agē
do, & debita omittendo hoc facit. & mactet & perdat, i. spiritualiter occidat, atque ad sempi
ternum perducat interitum. Tales sunt negligentes praelati, carnales, auari & ambitiosi, quibus
dominus ait per Ezechielem: Vae pastoribus, qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, & la
na operiebamini gregem autem meum non pascebatis. Ego dominus requiram gregem me
um de manu eorum. Ego veni, in mundum per incarnationem, & in publicum per praedica
tionem. vt (oues) vitam (gratiae) habeant (in praesenti) & abundantius habeant, i. plenam fe
licitatem, seu vitam gloriae sortiantur in patria, de qua abundantia, abundantique gloria cecinit
Esaie 44. Esaias: Gaudium & laetitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Itemque: Laetitia sem-
Esaiae 61 piterna super capita eorum, gaudium & laetitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

¶ Prosecutio expositionis huius capituli, ab eo loco quo di
citur: Ego sum pastor bonus. Art. XXVI.

LOquutus iam fuit dominus Iesus in praecedenti lectione de pastori & generali, nunc
tractat de pastore in speciali, videlicet de seipso. Ego sum pastor bonus. Secundum
vtranque suam naturam est Chrūs pastor, & pastor bonus. Secundum diuinitatem quippe
pe pascit non solū intellectuales creaturas spirituali alimēto, sed & omnia animata. Hęc
psal 144 inferiora pascit corporeo nutrimento, quemadmodum ait Psalmista: Oculi omnium in te spe
rant dñe, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne
animal

animal bñdictione. Rursusq́ꝫ: Qui dat iumentis escam ipsorum. Hinc ait saluator: Respice vo-
latilia cœli, quoniam non serunt neqꝫ metunt, & pater vester cœlestis pascit ea. Quod vero Math. 6
A Christus vt deus sit hominum pastor in spiritualibus escis, constat ex eo quod ait apud Eze.
Ego ipse pascam oues meas. Sic quoqꝫ est Christus pastor essentialiter bonus & pura, infinita
q́ꝫ bonitas. Secundum naturam vero assumptam est pastor instrumentalis, p excellentissimã
diuinæ bonitatis participationem bonus. Est igit̃ pastor bonus qm̃ iuste & charitatiue ac salu
berrime alit fideles, sanctitatis exemplo, sapientię verbo, oratione & signis. Deniqꝫ tam effectu
osus, liberalisq́ꝫ pastor est, vt seipsum pstet in cibum, per quem consequimur vitam ęternam
Est aũt Chr̃s pastor summus, iuxta illud Petri: Cum apparuerit princeps pastorum, percipie-
tis immarcessibilem glr̃æ coronam. Est quoqꝫ pastor maximus, secundum illud Pauli ad Heb.
Deus pacis q eduxit de mortuis pastorem magnum dñm nr̃m Iesum Chr̃m, aptet vos in oĩ Hebr. 13
bono. Est etiam pastor vnicus, summe singularis & potentissimus, cui nullus aduersari⁹ valet re
sistere. de quo deus per Ezechielem ait: Suscitabo sup gregem meũ pastorem vnum q pascat
eum Dauid, seruum meum. i. Christum. Pascit itaqꝫ Chr̃s suos electos in vita p̃senti, pane la-
chrymarum, pane eucharistiæ, pane iustitiæ seu obedientię, de quo dictum est ab eo: Meus cibus
est, vt faciam voluntatem patris q misit me. ¶ Consequenter Chr̃s distinguit inter bonũ & ma Iohan. 4
lum pastorem. ⌊ Bonus pastor. ⌋ q ex charitate p̃est, & fouet sibi commissos, vt eorum coopet Matt. 26.
saluti & simul cum illis saluet ⌊ aĩam suã ⌋, i. vitã aĩlem, naturalẽ seu corporalem, ⌊ dat ⌋. i. morti
exponit, ⌊ pro ouibus suis ⌋. i. p defensione atqꝫ salute gregis sibi commissi, imo cuiuslibet eo-
rum in certo casu, videlicet qñ gregi imminet salutis periculum, vt si hęretici vel pagani, aut ty
ranni irrumpant ecclesiam, conantes Chr̃ianam plebem a fide vel ęqtate auertere & nemo sciat
q possit tunc populum dei cõfirmare in fide vel æqtate, si pastor abierit. Cum em̃ aĩa sit p̃stã
tior vita corporali, & corpore debet prælatus q pastor est aĩarum, pro salute sui gregis ad mor
tem esse paratus. Si aũt sola temporalia subditorum q̃rantur ab aduersarijs, non oportet vt ex
ponat se morti. Talis pastor fuit Paulus qd dixit: Ego ipse libenter impendam, & superimpẽ
B dar pro aĩabus vestris. Nec solum pastor, sed & qlibet Christianus tenetur in causa animam su 2 Cor. 12
am pro q̃cunqꝫ proximo ponere, vtpote si proximus aliter peccatum mortale non possit eua
dere. Quilibet em̃ tenetur plus diligere animam proximi q̃ propriam pellem. Vñ apud Iohã-
nem scriptum est: In hoc apparuit charitas dei, qm̃ ille pro nobis aĩam suam posuit, & nos de-
bemus pro fratribus aĩas ponere. Si ista est ratio veri seu boni pastoris, nullus p̃latiõem seu cu-
ram aĩarum p̃sumat optare vel adipisci, nisi se tantæ perfectionis inueniat. ⌊ Mercenarius aũt
& (pro. i.) q non est pastor ⌋ verus, & in consequenti, nec pastor, itaqꝫ mercenarius. i. falsus pa-
stor q ẽpalis vtilitatis intuitu seu ꝓprij lucri affectu, q ꝓpter diuitias atqꝫ delicias vel mundi ho
nores, ac vanitates facit ea, q̃ facit in pastorali officio, nõ syncero amore aĩaꝝ, ꝓprij gregis, ad
obtinẽdã vitã æternã, ⌊ cuius nõ sunt oues ꝓpriæ ⌋. i. ad quẽ nõ ptinẽt p dilectionẽ & debitã
solicitudinem, qa nõ q̃rit principalr̃ atqꝫ finalr̃ bonũ ouiũ suaꝝ, sed propriũ emolumentũ, car
naleq́ꝫ commodũ, vitã lautam. qetem & mollẽ ⌊ videt ⌋ i. considerat, pcipit vel corporalr̃ cõ-
spicit ⌊ lupũ venientẽ ⌋. i. hæreticũ, tyrannũ, psequutorẽ, vel seductorẽ, q q̃rit aĩas falsa doctri-
na inficere, vel corpa violẽter occidere, aut gregẽ ad pctã inducere. De talib⁹ eqdem lupis di
cit saluator: Attẽdite a falsis prophetis, q veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus aũt sunt
lupi rapaces. Persequutores vero & tyrãni, potẽtes & diuites huius mũdi sunt lupi apti, ⌊ & di-
mittit oues ⌋. i. gregi suo debitum auxilium non impendit, nec aduersarijs ouium, debito or-
dine se opponit, illos excommunicando, & improbando eorum falsam doctrinam, irrationa-
bilissimumq́ꝫ errorẽ mõstrando, ⌊ & fugit ⌋ vel locũ mutando, vel solatiũ subtrahẽdo, ꝙ valde
absurdum est. Si em̃ nõ p̃t oues a corporali læsione, vel damni illatione protegere, debet tñ eas
ad patientiã aĩare exẽplis sanctoꝝ, q multa grauiora perpessi sunt, cõsolari, futuræ vitæ beati-
tudinem cõmemorare, sicq́ꝫ subditos suos ab interiori læsione ac morte eripere, atqꝫ in oĩbus
seipsum illis fortitudinis exẽplũ p̃bere. ⌊ Et lupus (iã dictus) rapit ⌋. i. suæ voluntati ac maligni
C tati subdit, ⌊ & dispergit ⌋. i. ab ecclesiastica vnitate, charitate atqꝫ iustitia diuidit ⌊ oues ⌋ tñ sunt
oues per p̃destinationẽ, tandẽ reuertunt nec peũt. Hinc p Ezechielẽ dñs loqtur: Dispersæ sunt
oues meæ, eo ꝙ nõ esset pastor. Et Salomõ ꝓfitet: Vbi nõ ẽ gubernator, ppl̃s corruet ⌊ Mer
cenari⁹ aũt fugit (modis p̃fatis) qa mercenarius est ⌋. i. ea rõne cõpetit sibi, imminente pericu
lo fugere, qm̃ tpalia cõmoda (nõ spũalia subditoꝝ lucra seu emolumẽta) reqrit ⌋ & non ptinet
ad eũ de ouibus ⌋. i. ordinatũ affectũ, debitãq́ꝫ diligentiã nõ habet ad eas. Pertinet vtiqꝫ ad eũ
de ouibus, qm̃ eas pascere obligatur, & ratio de eis ab ipso reqretur, sed non ptinet ad eũ de oui
bus. i. pertinenter se nõ habet ad eas. Pertinet ergo ad eum de ouibus, secundum iustitiam dei
sed nõ pertinet, quantũ ad debitam curam. His itaqꝫ verbis docet saluator, ꝙ pastor habere
debet fortem ac stabilẽ mansionẽ, cum ouibus suis, vt protegat ab occursu hostili, metuens ne
eo absente, lupus. i. hostis inuisibilis siue visibilis dispergat & rapiat oues, videnśq́ꝫ lupum ve-
nientem, clamitet contra eum, & quicquid valet pro gregis facit custodia. Hinc contra indi-

sufficienter, non tñ efficienter, qa in solis electis passio Christi fructificat, per consecutionẽ sui
finalis effectus, q ẽ salus ęterna. Hinc Christus dixit in cęna discipulis. Hic est calix sanguinis
A mei, q pro vobis & pro multis effundet in remissionem peccatorum. Et in Esaia scriptum est:
Ipse peccata multorum tulit. Ait igitur filius dei: Sicut nouit me pater, &c. Hoc est moriendo Psal 'Ib:
pro ouibus ostendo, quantum patrem ouesq̃ diligo, qa pro patris honore & gloria hoĩes redi Matt. 26.
mo. Et: Maiorem charitatẽ nemo habet vt aiam suã ponat qs pro amicis suis. ⌊ Et alias oues Isaie. 53.
habeo, ⌋ hoc est, multi gentilium ad me pertinet, meiq̃ sunt secundum p̃destinationem æter Iohan. 15
nam q̃uis secundum præsentem iustitiam nec dum sint oues, sed hœdi ac lupi, de qbus alibi ait
Christus: Multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham in regno cęlorũ. Matt. 8
⌊ q̃ non sunt ex hoc ouili ⌋ .i. de synagoga seu numero Iudæorũ, ⌊ & illas oportet me ⌋ non p
coactionẽ, sed immobile bñplacitũ ⌊ adducere ⌋ .i. p apostolicã p̃dicationẽ, & spũs sancti illu-
strationẽ ad fidẽ colligere, & de erroribus varijs in qbus errauerũt ad catholicã veritatẽ atq̃
ecclesiasticã vnitatẽ p̃ducere. Errabant eñ alienati a vero pastore, & luporũ dentib⁹ patuerũt
Propter q̃ in prima sua canonica asserit Petrus: Eratis aliqñ sicut oues errãtes, sed cõuersi estis
ad pastorẽ & episcopũ aiarũ vestrarũ. Et Esaias: Oẽs (inqt) nos q̃si oues errãtes, vnusqsq̃ i vi Acto. 28
am suã declinauit, ⌊ & vocẽ meã ⌋ .i. euãgelicã legẽ atq̃ internã alloqutionẽ, ⌊ audiẽt ⌋ credẽ
do & obediendo, iuxta illud in psalmo: Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu au
ris obediuit mihi. Et Paulus: Notum (inqt) sit vobis q a gentibus missum est hoc salutare dei,
ipsi & audient. Hoc Christus præinductis verbis adiecit, ne pro solis Iudæis crederetur passu-
rus vel missus, eo q̃ alibi dixerit: Non sum missus, nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel. ⌊ Et si
et vnum ouile ⌋ .i. vna ecclesia seu vna fidelium congregatio ex electis Iudæis atq̃ cõuersis gẽ
tilibus constans q̃ dicit vna, propter fidei, spei, charitatisq̃ vnitatẽ. Ipsa eñ est vnum mysti-
cum corpus Christi q̃d ab vno capite .s. Christo gubernat, vno spũ sancto viuificat, vna lege
regulat, vno fonte purificat, vno pane reficitur, ab vno patre regeneratur, ad vnam patriam p
ficiscitur. Huic ouili p̃lati præsident, hoc dæmones obsident, angeli protegunt, Christus trium
B phat. ¶ Christus ergo ex duobus populis nũc fecit vnam ecclesiam, propter q̃d dr̃ lapis angu-
laris, qm̃ sicut in lapide angulari vniuntur duo parietes, sic in Christo tanq̃ in capite cõiuncti
sunt duo populi, propter q̃d Paulus ait: Ipse est pax nostra, q fecit vtraq̃ vnum. Et apud Za- Actor. 15
chariam p̃dictum est: Ipse ædificabit templum dño, & consilium pacis erit inter duos illos, pu
ta Iudæos & gentes. Hinc gentib⁹ conuersis loqtur Paulus: Iam non estis hospites & aduenæ
sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Et post pauca. Ipso (inqt) summo angulari lapide
Christo Iesu, in quo oĩs ædificatio constructa, crescit in templum sanctũ in dño, in quo & vos
coædificamini in habitaculum dei, in spũ sancto, ⌊ & (fiet) vnus pastor ⌋ .s. Christus q fuit pa-
stor Iudæorum solum, fiet pastor Iudæorum ac gentium. Et q multos atq̃ diuersos habuerunt
pastores, vel potius dissipatores, quantũ ad gentes, q̃ seruierunt dæmonibus cõuertent ac sorti Deut. 32.
entur vnum verum ac summũ pastorem, videlicet Christũ, de q̃ p Zachariã dñs dicit: frameã
suscitare sup pastorẽ meũ. Et Micheas ait: Ipse stabit & pascet in fortitudine dñi. Christus aũt
est solus & vnicus pastor, eo mõ q̃ ait: Nolite vocare Rabbi, vnus eñ est magister vester Chrs
Nam alij non sunt pastores vel magistri, nisi sub Chr̃o & eius vicarij. ¶ Porro quod ait: Fiet
vnus pastor, non est factum nec fit p mutationem in Christo factam, sed in ouibus q̃ feliciter
immutatæ ad Christum conuersæ sunt. Sic eñ deus dicit factus, nõ q̃si in ipso mutatus, sed p
pter nouam habitudinem nostri ad eum, iuxta illud in psalmo: Dñe refugium factus es nobis.
Et q̃uis p̃habita verba Christi nunc aliq̃liter sint impleta, tñ in fine seculi plenius implebuntur,
qñ detecta Antichristi perfidia, totus mundus, paucissimus Antichristi ministris exceptis con
uertetur ad Christum. Tunc eñ idololatria penitus destruetur, & oẽs Iudæi fidem Christianã
amplectentur, ⌊ propterea me pater diligit, qa ego ponam aiam meam pro ouibus meis ⌋ Pa
lam q̃ dilectio patris ad filiũ, secundũ eius diuinitatem sit æterna, nec aliqd eius causa ẽ vel eã
præcessit. Similiter dilectio patris ad filium secundum eius humanitatem præcessit omne op⁹
C ac meritum Chr̃i hoĩs, Ob id ergo q̃ Chrũs aiam suam pro ouibus dedit in passiõe, pater nõ
diligit eũ, q̃si illa oblatio seu passio sit causa meritoria, ob quã filiũ diligit primo pater, imo nec
nos diligit deus pp̃ter merita nostra, q̃si merita dilectionem præcesserint, sed dilectio dei, quã
a deo p̃uenti sumus, est causa oĩs boni in nobis. Itaq̃ q̃d Chrũs aiam suã posuit, est causa a po
steriori .i. signum ostensiuum dilectionis patris ad filium secundum eius humanitatem, qa &
pater ex sua dilectione præstitit Christo homini affectum atq̃ constantiam moriendi pro no
bis. Secundum hunc sensum infra ait saluator: Ipse pater amat vos, qa vos me amatis propte
rea me, secundum naturam assumptam pater diligit, imo & tota trinitas .i. diligere se ostendit,
qa ego pono aiam meam .i. passioni expono, vel a corpore proprio separo, non interficiendo
meipsum, sed sponte moriendo, & aduersarios meos nõ p̃hibẽdo ⌊ & iterũ sumã eã ⌋ .i. corpo
ri meo eam tertia die reuniam. ⌊ Nemo tollit ⌋ .i. p̃e passionis auferet eã a me ⌋ q̃si ab impoten-
te & mori nolente. Nihilominus Iudæi & milites intulerunt Chr̃o mortẽ, & ex vulneribus q̃ ei Matt. 27

 influxe

inflixerunt, consecuta est separatio animæ Chri a corpore eius, sed hoc non fecerūt, nisi Chro
volente ꝑmittente, q vnico nutu potuit eos ꝓsternere atq; occidere, sicut in passiōe dicendo.
Ego sum, proiecit eos retrorsum, & ceciderunt in terram. Hinc scriptum est; Oblatus est, qa D
Esaiæ. 53 ipse voluit, & nō aperuit os suū. Ideo subditur ⌊ Sed ego ponā eā a meipso ⌋.i. a corpore meo
eā tolli ꝑmitto. Nō eñ separata fuit aīa Christi vnq̄ a verbo, nec etiā in hora mortis Chri ab-
lata est aīa eius a corpe suo, ꝓpter vim tormentorum ex necessitate, sed ex Christi voluntate.
Matt. 15 Potuit eñ nō obstāte doloris vehementia aīam suā cū corpe cōtinere q̄diu volebat. Vñ ad oñ
Psal. 23. dēdū, q̄ potestatiue ac sponte spm̄ tradidit in ipso momento mortis, q̄ alij taliter cruciati vix
Lucæ 23 halitum trahere valent, ipse magna voce clamauit: Pater in manus tuas cōmendo spm̄ meum.
Quod pensans Centurio nō eē naturale, dixit: Vere hic filius dei fuit. ⌊ Potestatem habeo po-
nēdi eā ⌋.i. aīam meā modis ꝑfatis passionibus exponendi atq; a corpe separandi ⌊ & potesta-
tē habeo iterū sumendi eam ⌋ in resurrectione reassociando eā cū corpe. Hęc potestas cōpetit
Christo scd̄m naturā diuinā. Ipse eñ vt deus, suscitauit seipsum a morte vt hoiem. Præterea
oportet agnoscere, qa scd̄m Damascenū, id q̄d verbum assumpsit, nūq̄ deposuit. Idcirco in
triduo mortis, erant corpus & aīa Christi, verbo vnita, nō tñ verbum fuit tunc hō, qa fuerunt
a se inuicem separata corpus eius & aīa. Quamuis ergo Christus, vt deus potuit aīam & corpꝰ
suum a verbo separare atq; deponere, scd̄m potentiā suā absolutā, nō tñ secundum potentiā
ordinatā, qa non conueniebat sapientiæ & iustitiæ verbi, vt naturā semel assumptam depone-
ret. ⌊ Hoc mandatum ⌋ videlicet, vt ponā animā meā pro ouibus, ⌊ accepi a patre meo, ⌋ q ꝑ
meam passionē & obedientiā decreuit redimere mundū. Pater aūt præcepit Christo secundū
Iohan. 14 quod homo est diuinā voluntatem & præordinationem, circa humani generis liberationem
Roma 8 implere. Propter quod ait inferius. Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Et aplus. Pro-
Actorū 2 prio (inqt) filio non pepercit, sed pro oībus nobis tradidit illum. Et Petrus ait Iudæis: Hūc de-
Esaiæ. 53. finito consilio & scientia dei traditū interemistis. ¶ Sed cum passio seu mors sit pœna debita
culpæ, quō iustus pater voluit innocentem filium oī culpa carentem pati tm̄ supplicium. Dicē-
dū, q pœna non solum pro culpa infligitur, sed pro alijs quoq; causis diuersis vult deus homi-
nem pati, vt dictum est plenius præcedenti capitulo. ⌊ Dissentio iterū facta est inter Iudæos E
propter hos sermones ⌋ Christi altos & insolitos. Quō aūt facta sit ista discordia subditur. ⌊ Di-
cebant autem multi ex ipsis, ⌋ penitus excæcati & indurati, ex beneficijs, signis ac sermonibus
Christi deteriores effecti. ⌊ Dæmonium habet ⌋.i. arrepticius & obsessus est, sicq; inspiratiōe
1. Cor. 2 diaboli loqtur ista ꝓfunda & rara, ⌊ & insanit ⌋.i. amens est, nō compos ꝓprie mētis ⌊ Qd eū
psal 146 auditis? ⌋ q̄si dicant: Fallimi eum audiendo. Ecce qd sapientia dei & sanctus sanctorum, tolera-
Coloss 2 uit pro nobis. Imponitur ei amentia, cuius sapientiæ non est numerus. Imponitur ei quoq; dæ-
Esaię. 53 moniaca obsessio, in quo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporalr. Qui peccatū nō fecit, nec
inuentus est dolus in ore eius, nec legit Chrūs hic respondisse. Discamus ergo verboꝝ iniuri-
as, detractiones, irrisiones, subsannationes æq̄nimiter ferre. ⌊ Alij ⌋ veritati propinquiores, q for-
Iohan. 9 te post passionē ad Christū cōuersi sunt, ⌊ dicebant hæc verba ⌋ tam docta, ordinata ac mora-
Exod. 7 lia, ⌊ nō sunt dæmonium habentis ⌋.i. hois obsessi & insani, q probāt. ⌊ Nunqd dæmonium
ꝑt cæcoꝝ oculos aperire? ⌋ eoꝝ videlicet q connaturale lumē nō habent in oculis, q̄liū Chri-
stus aperuit oculos, q̄ vnus fuit cæcus sic natus. Quā vero mira atq; stupenda fieri possint a
dæmone, etiā q̄si in inperceptibili tpe, patet in opibus magoꝝ Pharaonis, sed q̄ totam faculta-
tem & legem naturæ transcendūt, facere nequeūt dæmones. Cum eñ sint agiles & subtilissimi,
Iob. 1 possunt celerrime naturalia, actiua & passiua applicare, ad inuicem proportionare, sicq; produ-
cit effectus mirabilis, his q causam & modum opationis ignorant. Deniq; sicut Iob ait: Operā-
te satan ignis descendit de cœlo, deuorauitq; oues & pueros custodientes. Possunt igit dæmo-
nes q̄rundā cæcoꝝ oculos aperire, eoꝝ vtiq;, q interdū arte medicinæ curāt. Sed tales cæci nō
sunt penitus naturali visus lumine destituti, vnde de talibus modo non agitur.

¶ Explanatio residuæ partis huiꝰ x. ca. Facta sunt aūt encenia in Hierosolymis. Art. XXVII.

OMnia quæ in isto cap. duobusq; præcedentibus de Christo narrantur, in Hierusalē
contigisse videntur, vbi cum Christus cæco nato visum dedisset, multumq; ad Iudæ- F
os habuisset sermonem ac disputationem. ⌊ Facta sunt Encęnia, ⌋ hoc est, solennia
dedicationis templi, ⌊ in Hierosolymis ⌋ vrbem Hierusalem. Salamon appellauit Hi-
erosolymam, ⌊ & hyems erat, ⌋ ex quo patet, quod nunc agitur de solennitate dedicationis or-
dinata a Iuda Machabæo & fratribus eius. Triplex quippe fuit ordinata dedicatio templi, pri-
ma a Salomone in autumno decima die Septembris, secunda a Neemia atq; Zorobabel sub
Iesu filio Iosedech sacerdote magno in vere duodecima die Marcij, tertia a Iuda Machabęo
qui templum secundum ab Antiocho prophanatum, mundauit, consecrauit & dedicauit, hoc
est, diuino vsui applicauit tempore hyemis, q̄rtadecima die Septembris; Dicit quoq; pluraliter
encenia, quoniam octo diebus durauit solennitas ista. Vnde scriptum est: Statuit Iudas & fra-
tres eius, vt agat dies dedicationis ab anno in annū ꝑ octo dies. ⌊ Et ambulabat Iesus i tēplo ⌋
hoc est,

hoc est, in q̄dam parte ptinente ad templi integritatem, videlicet, ⌊in porticu Salomonis⌋.i.
in oratorio facto ad similitudinem oratorꝗ, in q̄ Salomon orauit in primo templo, ab ipso cō
A structo. Hæc em̄ porticus non fuit eadem cum illa, q̄ fuit tp̄e Salomonis, qm̄ illā cū tēplo cō-
busserunt Chaldæi, sed alia similis, ppter q̄ antiquū nomē retinuit. In hac itaq; porticu, in q̄ & 1 Corin 3
populus orare solebat, ambulabat Iesus, de q̄ cantamus: Dn̄s in tēplo sancto suo. Simili mō: Si
aīa nr̄a q̄ est tēplū spūssancti agat encenia, .i. cōmemoratione & inuocationē cōsecrationis suę,
q̄ in fonte baptismi dedicata & cōsecrata est deo, eo mō q̄ monet apostolus: Expoliate vos ve
terem hominem, cum actibus suis, & renouamini spū mentis vestræ. Ambulabit Iesus in intel
lectu aiæ, q est porticus veri Salomonis, vtpote Christi, qa in intellectu est oratio interior, q̄
anima inuocat Iesum. Ambulat aūt Iesus in anima, dum in latitudine charitatis familiariter cō
uersatur & operatur in ea, sicut per Mosen loqtur: Quia inhabitabo & inambulabo in eis. De-
niq; deus immensus & incommutabilis pergit nobiscum, qn̄ custodit introitum & exitū nr̄m,
quemadmodū ait ad Dauid: Fui tecum in oībus, vbicunq; ambulasti. Et Iosue: Noli timere, q̄-
niam tecum est dn̄s deus tuus in oībus, ad q̄cunq; prexeris. ⌊Circundederunt ergo eū Iudæi⌋
q̄ isti circundatores fuerint obstinati, infideles & reprobi statim patebit in textu. Ideo circun
dederunt Iesum, mala intentione, vt aliqd raperent de ore eius, q̄ eum accusarent. Vn̄ cum mul
titudine & impetu accesserunt, vt inducerent Iesum ad in cautam responsionē, q̄si circūuentū
atq; turbatū. Hinc ait in psalmo: Circundederunt me canes multi. Et, Circūdederūt me sicut
apes, & dixerūt ei, q̄si veritatem scire optantes & adulantes, cū tn̄ insidiandi q̄rerent occasionē.
⌊Quousq; animam nostram tollis⌋.i. corda nr̄a affligis, & in suspenso tenes, imo a nobis q̄d-
ammodo aufers, dum iugiter occupantur circa te, cōsiderando & inqrendo an sis Christus. De
siderium em̄ noscendæ veritatis cruciat mentem q̄usq; ad illam ptingat. ⌊Si tu es Christus, Dic
nobis palam⌋ Iudæi isti carnales pstolabantur, & posteri eoꝝ hucusq; expectant Christū in
primo suo aduētu sic futuꝝ. q̄ esset rex potētissimus & mūdi monarcha, atq; oīa regna subie-
cturus Iudæis, allegantes illud Esaiæ: Gēs & regnū q̄ nō seruierit tibi peribit. Et illud Daniel. Oēs
B populi trib' & linguæ seruient ei. Illud q̄q; Zachariæ pphetæ. Potestas eius a mari vsq; ad ma
re. Cui cōsonat illud psalmistæ. Et dn̄abit a mari vsq; ad mare, & a flumine vsq; ad terminos
orbis terraꝝ. Si ergo Iesus aperte dixisset se esse Christū, statim accusassent eū Iudæi, vt appa-
ret apud Pilatū, tanq̄ aduersariū Cæsaris & Romanoꝝ, q tūc mūdi monarchiā tenebāt. Si ve- Matt.26
ro diceret q̄ nō, opponerēt ei, q̄ pprijs cōtradiceret verbis. Frequēter em̄ isinuauit se eē Chri Lucæ. 3.
stū, sed Christus sapientia patris, corda vniuersoꝝ cōspiciēs & intētionū discretor scd̄m apo-
stolū sic tēperat respōsionē, q̄ eoꝝ machinatione facillime demolitur, ⌊loquor uobis⌋ multa
de meipso, q̄ sim saluator mūdi & filius dei, aliaq; diuersa, ex qbus seqt q̄ sim Christus, ⌊& nō
creditis mihi⌋ sed dęmoniacum me vocatis. ⌊Opera q̄ ego facio in noīe patris mei⌋.i. diuina
miracula, omnē creatā potestatem excedētia, q̄ facio secundū deū, & deū patrem inuocando,
⌊hæc testimonium phibent de me⌋ hoc est, manifestāt q̄ sim missus a deo, & quod deus ope
tur p me, atq; talis sim, q̄lem me esse affirmo. Christi nempe miracula fiebant ad suæ cōfirma
tionē doctrinæ, & ad testificationē sanctitatis suæ pcipuę, tanq̄ diceret. Vos q̄ritis an sim Chri
st', q̄si parati credere soli verbo, quod loquor sed ego ad opa vos remitto, q̄ firmiora sunt ver
bis, & qm̄ operibus nō creditis, patet quod nec verbis crederitis, sed aīo calumniandi interroga
tis, ideo subdittur. ⌊Sed vos non creditis, qa non estis ex ouibus meis⌋.i. de numero electoꝝ,
videlicet pij, innocētes & simplices. Non em̄ oim est fides, sed electoꝝ duntaxat, q̄uis nō oēs
credentes sint electi. Oēs tn̄ viatores electi sunt credentes, qm̄ sine fide impossibile est deo pla
cere, & teste Esaia: Qui incredulus est, infideliter agit, propterea in actis scribit Lucas: Crediderunt quotquot pordinati erant in vitam æternam. ¶ His verbis Christus ondit se scire q essent Actor.13
electi, & q psciti, secundum quod infra testat. Ego scio quos elegerim. Ondit quoq; quod non
sit alicui salus nisi in ipso, videlicet per hoc quod ē ouis ipsius, per quod implicite significauit
se esse Christū. ¶ Querit quō veꝝ ē, quod veritas asserit. Vos nō creditis, qa nō estis ex ouibus Acto.4
C meis. Nam esse ouem Christi, ē esse pdestinatum, vel ex prædestinatione esse fide, & actu fide-
lem. Ergo non esse ouem, est esse præscitum seu reprobatum. Quamuis autem prædestinati-
natio diuina sit omnis boni causa in anima reprobatio tamen diuina, non est causa malorum
nostrorum. Ergo non esse ouem Christi seu esse præscitum, non est causa non credendi. Dicē
dū quod pdestinatio nō est ex meritis nostris, sed re pbatio est ex nostris demeritis, ideo repro
batio nō ē causa per se & immediata nō credendi, sed propria culpa, est tamen signum & cau
sa per accidēs nō credēdi, quēadmodū nautæ absentia, est causa submersionis. ⌊Oues meæ vo
cem meam audiunt⌋ Si de solo corporali loquerēt auditu, isti quoq; Iudæi, qbus præsentiali-
ter respondebat, oues fuissent. Loqtur ergo præcipue de interiore, id est, obedientia & con-
sensu. Vt sit sensus. Oues meæ.i. hoies quoꝝ corda per gratiā nutrio, atq; multiplici spiritua-
lis alimoniæ cibo conforto, vocē meam audiūt, hoc est, verbis euāgelicæ legis, vel inspiratiōi
internæ, q̄ verba audiūt immediatę a me, vel a pdicatorib' meis obediūt salte anteq̄ de hoc se

ex patre meo⌋.i.corā vobis feci,docendo atq; miracula perpetrando &ægros curando,⌊ ꝓpter q̄d eorū opus me lapidatis?⌋.i.lapidū ictibus occidere vultis. Nā & istud documentū,q̄d di
A xit:Ego & pater vnū sumus,fuit vtiq; bonū opus,q̄a articulus fidei. ⌊Respōderūt ei Iudæi,⌋ lapides habentes in manibus,& brachia ad proiiciendū in Iesum extenta,⌊de bono ope nō lapidamus te.⌋Quāuis eī nōdū lapidare cœpissent Iesum,tñ iā firmū ꝓpositū habuerunt hoc protinus faciendi,q̄a iā se illū lapidare dixerūt,⌋sed de blasphemia⌋ Mentiunt̄,q̄a q̄d ipsi blasphemiā reputabāt,fuit actus virtutis,& protestatio veritatis. Cur aūt blasphemasse dixerūt Iesum subiungit,⌊& q̄a tu hō cū sis,facis.i.esse affirmas,⌊teipsum deū⌋.i.dei filiū,deo patri cōsubstantialē.Ego(ingens)& pater vnū sumus. Hoc verū fuit,sed ipsi id falsum reputabāt,ignorātes scripturas prophetarū,q̄ duplicē in Chr̄o docēt esse naturā,Esaia dicēte: Puer natus ē de us,& vocabit̄ admirabilis,deus,fortis,pater futuri seculi,Hieremia q̄q;:Hoc est,nomē q̄d vocabūt eū dn̄s iustus noster. Isti Iudæi cōcesserūt Iesum opa bona facere,& tñ esse blasphemum Hiere 23
q̄ simul nequeunt stare. Si eī fuisset blasphemus,deus eius doctrinā & cōuersationē non confirmasset & approbasset miraculis. ⌊Respondit eis Iesus⌋ostendens se nil mali dixisse,sed illos errare. ⌊Nōne scriptum est in lege vr̄a⌋.i.in libro psalmorū ptinente ad veteris legis scripturas. ¶Lex q̄nq; accipitur solum pro q̄nq; libris Mosi,vt cū ait saluator:Oportet impleri oīa q̄ Matt.9
scripta sunt de me in lege & ꝓphetis & psalmis. Q̄nq; vero accipit̄ ꝓ pētateuco & libro psalmorum,vt ibi:Lex & ꝓphetæ vsq; ad Iohannem,interdum pro tota serie scripturarum veteris testamenti,vt nunc. ⌊Quia ego dixi⌋ad vos o iudices & ꝓphetæ,⌊dij estis⌋nō natura,sed lucæ 24
gratia,non essentialiter,sed participatiue. ⌊Si(ꝓ q̄a)illos(homines)dixit⌋deus verus p psalmistam,⌊deos⌋p participationem & imitationem pfectionis diuinæ,sicut ad Mosen loqtur in Exo. Ecce constitui te deum Pharaonis,⌊ad quos sermo dei factus est⌋videlicet patriarchas prophetas & iudices sanctos,de q̄bus ad Hebræos:Multipharie multisq; modis olim deus lo- Exod. 6
quens patribus,in prophetis. Et Amos:Non faciet dn̄s verbum,nisi reuelauerit secretum suū Amos 3.
ad seruos suos prophetas. Quod eī isti dij vocentur:patet ex eo q̄d Moses ait in Exo. Dijs nō
B detrahas. Itemq;:Dn̄s domus applicabitur ad deos,hoc est,ad iudices,⌊& non pt solui.i.corrūpi seu falsificari,⌊scriptura⌋Cœlum eī & terra transibunt, verba aūtē dei,puta scripturæ sacræ,non transibunt,vt Christus testat̄ apud Lucam q̄ denuo ait:Vnus apex,vel vnū iota nō Exod. 22
pteribit de lege,donec oīa fiant. Propter q̄d ait psal. Initio cognoui de testimonijs tuis,quia in Marci. 5
æternum fundasti ea,⌊quem pater sanctificauit,& misit in mundum,vos dicitis,q̄a blasphemas,⌋hoc est,mi i quem pater æternus sanctificauit.i.sanctum fecit,secundum quod hō sum implendo animam meam plenitudine gratiarum donorum atq; virtutum,& ab omni culpa pseruando,vel sanctificauit.i.substantialiter sanctum genuit,secundum q̄d deus sum, q̄m generando me,communicauit mihi eandem sanctitatem quam habet ipse,q̄ est diuina essentia, puritas supersplendissima,fontana & infinita,& misit in mundum,p humanæ naturæ assumptio Roma 8
nem,visibilem apparitionem,ac nouorum effectuum ꝓductionem,quamuis secundum diuinitatem fuerim añ incarnationem in mundo,implens,conseruans & ambiens mundum, vos blasphemi dicitis,q̄a blasphemas.i.q̄d dei est,puræ creaturæ ascribis,⌊q̄a dixi filius dei sum?⌋ naturalis & vnicus. Nam deum vocando patrem,declarauit se esse eius filium,tanq̄ dicat. Si illi Lucæ. 4.
ad q̄s sermo dei factus est,sine blasphemia dij ferunt̄ multum erratis,q̄ mihi sancto dei,sanctificato a patre & specialiter in mundum misso imponitis crimen blasphemiæ, eo q̄d dixi me esse filium dei,cum certum sit me esse maiorem illis,ad q̄s factus est sermo dei,q̄m ego sum verbū & sermo dei,& de mea diuinitate sunt loquuti ꝓphetæ. ¶Aduertēdum q̄d aliq̄d dicit̄ de⁹ multipliciter. Primo ꝓpter naturæ veritatem,sic sola trinitas est deus,de quo legit̄:Videte q̄d ego Deut. 32.
sim solus,& non sit alius deus pter me. Secundo,ꝓpter sanctitatis prerogatiuam & gratiæ eminentiam,quemadmodum scriptum est de apostolis. Q̄m dij fortes terræ vehementer eleuati sunt. Tertio,ꝓpter mirabilium efficientiam & potentiæ magnitudinem,sicut ad Mosen dicit̄. Constitui te deum Pharaonis. Quarto,propter sapientiæ profunditatem, sic hoīes cōtempla
C tiui,multum eruditi,& de diuinis alte scribentes dij dicunt̄,vt Dionysius,Ierotheus,cęteriq; excellentes doctores. Quinto,propter hoīm erroneam æstimationem,q̄ idolis & dæmonibus diuinitatem asscripserunt,iuxta illud in Psalmo,Omnes dij gentium dæmonia. Porro philosophi,intelligentijs,stellis & orbibus,q̄s animatos ponebāt,diuinitatem participatam attribuebat ꝓpter similitudinem cum pfectione diuina,in sapientia,potestate,causalitate & gubernatione Vñ Plato in Thimeo inducit summum deum loquentem ad illos. O dij deorum q̄rum pater opifexq; ego. Aristotiles quoq; fatet̄,quod homo solus est deus vel bestia,non vtiq; p essentiā sed mutationē,hoc ē,diuinus vel bestialis. Veruntamen secundum Augustinum,sacra scriptura nō attribuit angelis nomē diuinitatis,ne det hominibus idololatriæ occasio. ⌊Si non facio 4 reg. 16.
opera patris mei⌋.i.opa miraculosa soli diuinæ virtuti possibilia, sicut sunt cordium archana Iohan. 9
reserare,mortuos suscitare,cæcū natū illustrare, ⌊nolite credere mihi⌋ dicēti q̄d sim Christus filius dei,Non eī omni spiritui est credēdum. Et q̄ cito credit, leuis est corde. Possunt autem

per

per opera patris facta a Christo intelligi sanctissima conuersatio eius, q̃ semper patrem honori
ficauit, & eius placitũ adimpleuit, inenarrabilis q̃q; patientia eius in oĩ aduersitate. Hæc oĩa po
testantur, q̃d vera sint verba ipsius, qa secundum philosophos operatio arguit formam, & q̃lis D
q̃sq; est, talia operatur & loquitur, propter quod ait saluator: A fructib' eorum cognoscetis eos.
¶ Deniq; in miraculis Christi, duo mira & incomparabiliter digna pensantur. Primum quod
ea egit propria potestate, solo imperio, in instanti vt sæpius, q̃uis interdum patrem inuocaue
rit & mora aliq̃ fuerit vsus, ad ostendendum suæ incarnationis veritatem, & patris authorita-
Matt. 10 tem. Secundum, q̃ discipulis tradidit potestatem faciẽdi miracula etiam maiora q̃ ipse p se in
Iohan.17 mundo conuersans effecit. Hoc eñ neq̃q̃ humanæ, imo nec angelicæ est virtutis dare aliis po
testatem atq; dominium quoddam super naturas creatas, & vltra omnem naturalem rerum fa
cultatem, legem ac ordinem: Dixit nempe apostolis apud Matthæum: Infirmos curate, mor-
tuos suscitate, dæmones eijcite, hæc sunt opa patris, imo totius trinitatis, cuius dũtaxat est cre
aturis talem cooferre virtutem. ⌊ Si aũt (.i. qa) facio ⌋ opa patris cœlestis, ⌊ & si mihi non vul
tis credere ⌋ q̃si propter reuerentiam psonæ meæ, vel propter nuda verba, ⌊ opibus credite, ⌋
& mihi propter opera. Maius ergo ac certius est testimonium operis, q̃ sermonis, ⌊ vt cogno
scatis ⌋ nũc per donũ intellectus, & in futuro per speciẽ, ⌊ & credatis ⌋ iã per fidẽ formatã, ⌊ qa
in me est pater ⌋ per circũincessionẽ atq; essentiæ idenditatẽ, & maiestatis æq̃litatẽ, ac vnitatẽ,
⌊ & ego (secũdũ q̃ deus sum) in patre ⌋ eodẽ mõ, q̃ ipse in me. Pater q̃q; & tota trinitas est in fi
lio secũdũ naturã humanã, per singularẽ & summã grãæ inhabitationẽ, immobilẽ in bono cõ
seruationẽ, atq; pcipuã familiaritatẽ, itẽq; filius secũdũ naturã hãc est in patre seu trinitate, per
maximã dilectionẽ, beatissimã fruitionẽ, & plenã in bono cõfirmationẽ. ⌊ Quærebãt ergo (in
creduli isti) eũ apprehendere ⌋ ad occidendũ, de tã cõabili respõsiõe nõ emendati nec persuasi,
sed peiores effecti. Nõ eñ recipit stultus verba prudentiæ, & impius cũ in pfundũ peccatorũ
Lucæ. 4. venerit, cõtemnit, ⌊ exiuit de manibus eorũ, ⌋ transeundo per mediũ ipsorũ, factus inuisibilis
eis, quemadmodũ in fine octaui capituli elucidatũ est plenius. ⌊ Et abijt trans Iordanem in eũ
locu vbi erat Iohãnes Baptista Baptizans primũ, ⌋ .i. anteq̃ ab Herode incarceret, vel primũ
.i. priusquã Chrs & eius discipuli baptizauerũt, ⌊ & mãsit (Iesus) illic ⌋ .i. in loco illo, videlicet
hæremo, Iordani vicina cũ apostolis. ⌊ Et multi (Iudæorum) venerunt ad eum ⌋ forsitan recor
dati verborũ Iohãnis, q ibi dixit de Iesu: Ecce agnus dei, ⌊ & dicebãt ⌋ ad pbandũ q̃ Iesus eẽt
maior Iohãne & verus Messias, ⌊ qa Iohãnes q̃dẽ signũ fecit nullũ. ⌋ Nõ eñ fecit aliq̃d mira-
culũ, ne populus haberet nimiã occasionẽ reputãdi, q̃ Iohãnes esset Messias, sicq; difficilius cõ
uerterentur ad ipsum. ¶ Sed Christo reseruata sunt signa, quemadmodũ Esaias prædixit: Ec-
ce deus vester ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorũ pa-
tebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ. Ex hoc aũt q̃ Iohannes
Isaiæ 35 (quo inter natos mulierũ nõ surrexit maior) nullum operatus est signum, docemur nõ habere
inanem ad miracula facienda affectum. Non eñ faciũt sed interdũ ostendũt sanctitatem, vber-
timq; talis affectus ex q̃dã latenti nascit vanitate atq; superbia. Vñ q̃dã sanctissimi patres q fa
cillime poterant maxima operari miracula, vt Abbas pastor & Sysois, oĩi mode refugiebant
occasionem huiusmodi operũ, haud hubiũ, qn propter eximiã humilitatẽ, dixerũt q̃q;. ⌊ Oĩa
aũt q̃cunq; dixit Iohãnes de illo ⌋ .i. vniuersa q̃ Iohannes Baptista de Iesu isto pdixit & docuit
⌊ vera erant ⌋ .i. illa impleta videmus, vel mox implenda sunt. Ex hoc arguebant, q̃d Iohãnes
fuit verus ppheta, & per consequens standum esset verbis eius de Iesu, quod esset Messias sicq;
credebant, propter quod subditur. ⌊ Et multi credebant in eum. ⌋ Hoc intelligi potest dupli-
citer. Primo sic: Multi, hoc est, omnes isti venientes ad Iesum, q multi fuerunt, credebant in Ie
sum. Secundo sic: Multi .i. magna pars istorum. Prima tamen expositio videtur literæ magis
consonare. Quamuis autem Iohannes nullum molitus est signum, tamen ppter manifestam
atq; eximiam eius sanctitatem, idoneum reputabant testimonium eius, imo conceptio & nati
uitatis, totaq; insuper conuersatio eius mirabilis, supernaturalisq; fuit.

¶ Declaratio capituli vndecimi. Erat aũt q̃dam languens Lazarus a Bethania.
Articulus. XXVIII. F



Abitum est in fine præcedentis capituli, quod Iesus relinquens Hierusalem
& Iudæos, qui eum comprehendere & lapidare moliti sunt abijt trans Ior
danem, in locum, quo baptizauit præcursor. Cumq; illic cum suis mane-
ret discipulis, contigit quod in huius capituli narratur exordio. ⌊ Erat autẽ
quidam languens (nomine) Lazarus (oriundus) a Bethania ⌋ villa, inter quã
& Hierusalem medius fuit mons oliueti, oriundus inquam, ⌊ de castello
Mariæ Magdalenæ & Marthæ sororis ei' ⌋ qa i villa illa fuit castrũ, i q̃ fe
minæ istæ demorabãt cũ frẽ suo. Solet aũt lãguor, accipi p graui inuisceratoq; morbo, ex q̃ eli
ci pt, q̃ ĩfirmitas Lazari naturalr icurabilis fuit, queãdmodũ rei exit' demõstrauit, eratq; ma-
gnus

honor Lazari q talium actantarum extitit frater sororum. ¶ Deinde Euangelista determi-
nat q̃ fuit ista Maria. ⌊ Maria autem erat quæ vnxit dñm (Iesum) vnguento ⌋ q fudit super ca
A put & pedes ipsius, p reuerentia & refrigerio caloris atq; laboris ipsius, q propter nostrã salutem
discurrebat per loca, prædicando, & signa agendo hyeme ac æstate, ⌊ & extersit pedes eius ca
pillis suis. ⌋ Nã lachrymis cõtritionis pedes Iesu rigauit, eosq; crinibus suis siccauit. ⌊ cuius fra
ter Lazarus infirmabat. ⌋ An ista Maria sit illa de q̃ scribit Lucas, q̃ ibi appellat peccatrix dis- Lucæ. 7.
sensio est inter sanctos. Hieronymus em̃ Chrysostomus dicũt q nõ, Augustinus vero & Gre
gorius dicunt q imo, sed de hoc transeo nunc, qs super Matthæũ capitulo vicesimo sexto lõ-
gã disputatione induxi de hoc, tenuiq; cũ Augustino & Gregorio, q sit eadẽ Maria, & q bis
vnxit Christũ vnguento, semel in Galilæa, vel in Hierusalẽ scdm q̃sdam ex cõtritione, vt reci-
tat Lucas, & semel in Bethenia ex reuerentia & deuotione, quẽadmodũ sequenti patebit capitu Matt 26.
lo. ⌊ Miserunt vero sorores eius ad eũ dicentes ⌋ p internunciũ, ⌊ dñe, ecce quẽ amas infirmat Marci, 14
tanq̃ diceret. Quõ poteris sustinere, vt amicus tuus tã pdilectus laboret, vel q̃mõ poteris differ lucæ 23
re siue negare, q n ad eũ curandũ accedas. Nõ explicant qd affectent sed ex verbis prĩhabitis,
sciunt Iesum cõsiderare qd cupiant. Et qm̃ de eius familiaritate ac amicitia præsumebant, arbi
trantur sufficere, vt causam insinuẽt, & talis insinuatio ponit species oratiõis, sicut cũ virgo be
nedicta dixit ad filiũ suũ, vinũ nõ hñt, nec decuit eas psonaliter ire ad Iesum, tum qm̃ fœminæ
erant, q̃s non decet discurrere, dummõ per alios q̃ant sua negotia expedire, tum qm̃ frater lan
guidus indigebat earum consolatione, obsequio atq; præsentia nec ipse libenter recessissent a fra Matt. 17
tre tam charissimo, q fuit strenuus ac nobilis miles, diues & iustus ac Christi discipulus, eo mõ Marcũ. 15
q̃ Ioseph ab Arimathia & Nicodemus. Non dicunt cum Regulo: Domine descende antequã
moriatur, credentes q absens posset curare, nec cum Centurione: Domine ne intres, sed tm̃ dic
verbo, sed modum subueniendi Christo committunt, tanq̃ sapientiori. Ita & nos facere par ẽ,
cum a superioribus aliqd postulamus, videlicet vt modum exaudiendi committamus bonita
ti atq; discretioni eorum, nisi forte ex hoc immineret periculum. Porro si sorores istæ fuissent
perfectæ in fide, sciuissent Christo cuncta constare, tanq̃ deo & homini, nec oportuisse ei nun
B cium mittere (videntur quippe putasse, p Christum latuerit infirmitas Lazari) sed flexis geni- Matt. 8
bus, clauso cubiculo, exorassent Iesum vniuersa cernentem, dicentes: Dñe q absconditorum es Deut. 13
cognitor, ecce quem amas infirmat. Nec mirum, si nondum talẽ fidem habuerũt, qa nec apo
stoli habuerũt p tũc hmõi fidẽ de Chõ. Vtũt demũ verbo tã affectuoso ac blãdo. Ecce quẽ
amas, vt Iesum ad misericordiã inclinarẽt, quẽ nouerãt pietatis visceribus planũ. ⌊ Audiẽs aũt
Iesus ⌋ verba sororũ, p nunciũ ⌊ dixit eis ⌋ .i. p eundẽ nunciũ respondit, mandauitq; Mariæ &
Marthæ, ⌊ Infirmitas hæc nõ est ad mortẽ ⌋ solito mõ durante vt ibi sistat .i. principaliter nõ
est ordinata ad vitæ extinctionẽ, q̃uis p eam fuerit vita corpalis extincta. Infirmitas quippe di-
cit esse ad mortẽ, nõ ideo solũ, qm̃ mortẽ inducit, sed qa ad mortem vsq; ad futurã in fine se-
culi resurrectionẽ durantem operat, iuxta illud beati Iob. Hõ cũ dormierit nõ resurget donec
atterat coelum non euigilabit, ⌊ sed pro gloria dei. ⌋ .i. ad manifestationem diuinæ potẽtiæ or Iob. 14.
dinatur, vel pro gloria dei .i. ad gloriosam seu miram resuscitationem defuncti soli deo possibi
lem, vt in illa declaretur excellentia dei, q habet imperiũ vitæ ac mortis, ⌊ vt glorificet ⌋ .i. glo
riosus appareat, verusq; Chs esse noscat ac honoret, ⌊ filius dei p eam, ⌋ tanq̃ p viam ac me- Apoc 30
diũ, & per reparationẽ eius .i. p miraculosam resurrectionem morientis, tanq̃ p causam materi
alem, in q̃ potestas & veritas Iesu filij dei demonstrabatur. Suscitatio etenim Lazari adeo fuit mi
raculosa, q non potuit esse, nisi a deo, idcirco deus q per Iesum eam efficit, ostendit veram eẽ
doctrinã Iesu, & p cõsequẽs q esset Messias & filius dei naturalis patri cõsubstantialis, sicut pso
naliter docuit. ¶ Primo dixit Iesus, q infirmitas ista fuit pro gloria dei, moxq; adiecit, vt glori
ficetur filius dei p eam, qbus vtiq; verbis duo ostendit. Primo, q vna ac eadẽ sit glĩa dei & filij
dei. Secũdo, q filius dei sit deus. Et sicut huius Lazari languor fuit pro gloria dei, vt glorifica-
ret filius dei p eã, sic & infirmitas filij viduæ ægritudo q̃q; filiæ Iairi fuerũt nõ ad mortẽ, sed pro
glĩa dei, vt glorificet filius dei p eas, magis tñ infirmitas Lazari q̃ illorum, qa per resuscitationẽ
C Lazari excellentius, latius euidentius clarificatus est Iesus. Fuit quippe suscitatio ista mirabilior
quodammõ atq; famosior, mirabilior, qm̃ q̃tuor dies habuit Lazarus in monumẽto, alij duo,
eodem sunt die suscitati, quo moriebantur, quod certum est de filia Iairi, non tñ certum est de
filio viduæ, item qm̃ prodijt de sepulchro ligatus manus & pedes institis, fuit quoq; famosior,
propter dignitatem personæ defuncti q fuit notissimus & præclarus, & propter locum q fuit vi
cinus Hierusalem, & propter multitudinem notabilium Iudæorum q aderant. ⌊ Diligebat aũt
Iesus Martham (hospitã suã) & sororẽ eius Mariã ⌊ discipulã suã præcipuam, ⌊ & Lazarũ ⌋ in
exterioribus strenuũ interioribusq; deuotum. ¶ Nonne Iesus oẽs Iudæos præsertim electos di
lexit? Cur ergo dicitur hos tres amasse? Dicendũ primo, vt pateat sorores veraciter dixisse ad
Iesum de Lazaro, dñe ecce quẽ amas infirmat. Secundo, vt insinuet Chs, nõ solũ cõmuniter
vt cæteros, sed singulariter dilexisse tres istos. ⌊ Vt ergo ⌋ .i. postq̃m Iesus ⌊ audiuit qa Lazarus

infirma-

⌊infirmatur tunc qdrm mansit in eodem loco prope Iordanem duobus diebus⌋ q̃tenus añ
suum aduentum in Bethaniam, Lazarus moreretur, sepeliretur, & q̃triduanus efficeretur sicq̃
miraculum gloriosius fieret, nec dæmoni ascribi valerent, obstinati quoq; Iudæi inexcusabi- D
les redderentur, & discipuli cæteriq; electi roborarentur in fide, imo & plures Iudæorum viso tã
to prodigio, cõuerterentur ad Christũ, sicut & factũ est: ⌊deinde post hæc⌋ .s. tertio die, ⌊di
cit discipulis suis⌋ .i. Apostolis, q sibi inseparabiliter adhærebant, quemadmodũ Lucas testa
tur, Vos estis q permansistis mecũ in tentatiõibus meis: ⌊Eam' in Iudæã⌋ .i. in terrã duarum
Lucæ 22 tribuũ Iudę & Beniamin. ⌊Itẽ(.s. ad Bethaniã) dicunt ei discipuli: Rabbi nũc⌋ añ paucos di
Iohan. 11 es ⌊q̃rebant te Iudæi lapidare,⌋ nam lapides sumpserũt in manib', vt dictũ est in fine præce
dentis capituli, ⌊& tu iterũ vadis illuc?⌋ q̃si dicant: Incaute facis in hoc & cõsulimus tibi oppo
sitũ. ¶ Multis de causis Apostoli hoc dixerũt. Primo qm̃ magistrũ suũ, quẽ nõ satis spũaliter,
sed aliq̃liter, sensualiter dilexerũt, neq̃q̃ mori volebant, nec eius corporali p̃sentia volebant pri
uari. vñ alio loco, cũ passionem suã prędixisset eis, Petrus cœpit increpare eũ, dicens: Dñe, ꝓ-
Matt. 16 pitius esto tibi, nã hoc nõ erit. Secũdo, qm̃ sibi ipsis metuebãt, ne cũ magistro suo caperẽt. Sed
Marci. 8. imperfecta fuit fides eorum. Si eñ nouissent Christum esse dei virtutem & sapiam, atq; ob id
venisse, vt pro hominibus moreretur, sciuissent quod Iudæi ei inuito nil facere potuissent, præ
sertim cum iam totiens elapsus fuerit manus eorũ, & q̃ tpe p̃ordinato passurus esset nõ fugitu
rus, itẽ q̃ nullus eis posset nocumentũ inferre, q̃diu ꝓtegerẽtur a Chr̃o, quẽadmodũ ait Psal.
Dñs ꝓtector vitę meæ, a quo trepidabo. Et Hieremias: Dñs mecũ est, q̃si bellator fortis, idcir
Hiere. 20 co q me ꝑsequuntur, cadent & infirmi erunt. ⌊Rñdit Iesus: Nõne duodecim sunt horę diei?⌋
artificialis, præsertim tpe æqnoctiali, .i. scd̃m temporũ variationem & horarũ diurnarũ distin-
ctionẽ atq; successionẽ, variat humana voluntas, & opa diuersificant, tanq̃ diceret: Quãuis hoc
tũc volebant, tñ nũc aliter fiet, potestq; propositũ esse mutatũ. Iste est modus loquendi ꝓuer
bialis vt cum de mutatione propositi ceu nouitate effectus aliqd fari intendimus, sic loq̃mur:
Nõne duodecim sunt horæ diei .i. q̃libet hora suum opus atq; propositum? Origenes & Au-
gustinus aliter introducunt. Discipuli eñ cũ essent hoies instructione indigentes, volebãt dare
consilium Christo, deo sapientiæ sempiternæ, ideo audiunt: Nonne duodecim sunt horę? hoc E
est, ego sum dies, vos quasi horæ diei, qui aliquid lucis sortiti estis a me, & membra mea consti
tutis. Quemadmodum ergo horæ sequuntur diem, non dies horas, sic vos meo consilio acq-
escere debetis, non ego vestro. ⌊Si quis ambulauerit in die, non offendit, qa lucem huius mũ-
di videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.⌋ Hoc in exterioribus
ad literam sic est: Qui enim in die incedit, non pede impingit, quoniam solis conspicit clarita-
tem, qui vero ambulat nocte, impingit faciliter, quoniam lux solis non est in eo, [...] oculus
eius illuminans, per quod Christus mystice innuit quod is q ambulat in luce iustitiæ, [...] pu-
Matt. 6 ritate conscientiæ, non impingit opere vel affectu, nec habet timere, sed esse debet securus, [...]
Sapien. 3 niam nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas, nec deus deserit tales, quia & si ali-
Sapien. 5 quid patiuntur propter iustitiam, copiosa valde & infinita est merces eorum, iuxta illud Sapiẽ
tiæ: In paucis vexati, in multis bene disponentur, ideo formidare non debent aduersarios, sed
Iohan. 8 de diuina protectione & gratia esse securi. Qui autem ambulat in nocte, id est, caligine ignorã
tiæ & peccati offendit, cadit, conteritur, quia lux gratiæ non est in eo, nec sol intelligentiæ ful-
get animæ eius. Vel sic: Si quis ambulauerit in die, id est, in eum qui sum dies spiritualis illumi-
nans mentem, non offendit, sed tutus est. quia lucem huius mundi videt, id est, me, qui dixi. E-
go sum lux mundi. Qui enim corde aspicit, ac sequitur Christum, non deuiat. Si autem ambu
lauerit in nocte .i. priuatione gratiæ atq; præsentiæ meæ, offendit peccando, quia lux non est
in eo, id est, splendor gratiæ deest animæ eius. ⌊Hæc ait Iesus⌋ ad instruendum & confortan
dum discipulos pusillanimes & indoctos, ⌊& post hęc dicit eis⌋ causam itineris sui ad Iudęã
⌊Lazarus amicus noster⌋ quoniam Lazarus tantum dilexit Iesum, quod omnes quoq; disci-
3 Reg. 14 pulos eius amauit ⌊dormit⌋ dormitione mortis, id est, defunctus est, & a mundi huius tumultu
4. reg. 16. quiescit. Omnium hominum mors dormitio dicitur, quoniam in die nouissimo tam mali q̃ bo
ni suscitabuntur atq; resurgent. Vnde in libro Regum & Paralipomenon etiam pessimi homi F
nes vt Roboam, Achas dormisse cum patribus suis scribuntur. Pręcipue tamen mors iustorũ
vocatur somnus siue dormitio, quia in spe futurę resurrectionis & glorificationis dulciter con
quiescunt. Sic igitur Iesus dicit Lazarum mortuum dormire, quoniam mox fuerat suscitan-
dus ab ipso, obdormiuit quoq; in domino ⌊sed vado⌋ ad Bethaniam. Vado autem secundum
formam humanitatis, qui ibi sum secundum essentiam deitatis, ⌊vt a somno⌋ mortis ⌊exusci-
tem illum⌋ qui facilius a morte resuscito, quam aliquis dormientem a somno. Hæc suscitatio
cõueniebat principaliter Christo virtute diuina. ¶ His verbis Christus dupliciter roborauit
ac lętificauit corda discipulorũ. Primo qm̃ dixit se ire ad domum familiarium amicorũ, vide li
cet, Marthę, Marię, ac Lazari, non ad Hierusalem, vbi pręcipue morabantur ęmuli eius. Se-
cundo, qm̃ dixit se ire ad suscitandũ defunctũ, non ad disputandũ cum scribis ac pharisęis. Io-
cundum

cundũ vero est videre tale ac tantum miraculum, maxime quando amicus resuscitatur. Verũ
A discipuli verba Christi nõ intelligentes, necdum consenserũt ire versus Iudæã, sicut subditur:
⌊Dixerunt ergo discipuli eius: Dñe, si dormit (somno naturali) saluus erit⌋ .i. conualescit, nec
oportet te illuc ꝓcedere, q̃ ab alijs põt à somno hmõi suscitari. Somnus aũt frequenter est si
gnum curationis, cum fit reformatio viriũ, ac releuamẽ naturę, nõ tamẽ est certũ indiciũ, nec
semper sic accidit: ⌊Dixit aũt Iesus de morte eius⌋ .i. nomine dormitionis mortẽ Lazari desi
gnauit. ⌊Illi aũt putauerũt, quia de dormitione somni diceret⌋ ꝙ iret ad suscitandũ Lazarũ à
somno, in q̃ elucescit discipuloꝝ simplicitas qui putabant Chr̃m tantum iter velle arripere
vt suscitaret dormientẽ à somno naturæ, nẽpe (vt dicitur) per dietam, vel circiter distabat Be
thania à loco trans Iordanem, quo tunc extitit Iesus. Veruntñ arbitror ꝙ nõ æstimabãt Iesũ
ob hanc solã causam ꝓficisci illuc. Sed insuper vt aliquid cõsolationis ac releuaminis ipẽderet
ægro, & vt sororum eius satisfaceret preci. ¶ Aduertẽdũ ꝙ somnus in scriptura diuersis mo-
dis accipitur. Primo ꝓ somno naturæ, qui est exterioꝝ sensuũ quædã clausura, quies & vacã
tia, sicut in Leuitico: Dormietis, & nõ erit qui exterreat. Secũdo, pro dormitione peccati, iux
ta illud Ap̃li: Tempus est iam nos à somno surgere: Et rursus: Surge qui dormis. Tertio pro Leu. 26
somno mortis, vt ibi: Nolumus vos ignorare de dormiẽtibꝰ. Quarto, ꝓ torpore ignauię ceu Rom. 13
negligẽtię, vt Esaias habet: Speculatores cæci vidẽtes vana & dormiẽtes, atq; in Psalmo: Ec Ephe. 5
B ce nõ dormitabit neq; dormiet, q̃ cõtra admonet Petrus: Sobrij estote & vigilate. Abacuc quoq; 1. Thess. 4
propheta: Super custodiã (inquit) meam stabo, & figam gradũ meũ & cõtemplabor quid di Esaiæ 56
catur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Quinto, pro quiete cotemplationis, sicut in Psal. 20
Genesi: Misit dñs soporẽ in Adã. Et in canticis: Ego dormio, & cor meũ vigilat. Sexto pro re 1 Petr 5
quie beatorum. ⌊Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste.⌋ Quare primo non dixit manifeste, vt Abacuc. 2
illoꝝ ruditatem ac simplicitatẽ ad nostram ædificationẽ ostenderet, quatenus agnoscamus, Gene. 2
quales fuerunt magistri & principes nostri sancti ap̃li, ante aduentũ spiritus sancti & quales Canti. 5
postea, sicq; solidemur in fide. Scientes quod post dñicam passionẽ fuerint illuminati, prout
Christus eis spopondit, ⌊Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos⌋ .i. propter fructum, Iohan 14
quem consecuturi estis occasione suæ mortis, videlicet ex sua suscitatione. Confirmati eñ fu-
erunt in fide, viso tanto miraculo, ⌊vt credatis⌋ iam plenius q̃ ante. Sunt eñ gradus in fide si
cut in charitate, ⌊qm̃ non eram ibi⌋ secundũ naturam assumptam .i. idcirco credatis, quia vi-
detis me scire ꝙ obijt, cum tamen nõ fuerim ibi, nec aliquis hoc mihi intimauit. Sorores eñ
nunciauerunt, quod infirmaret, nõ ꝙ obijsset. Vel q̃d ait. Quoniã nõ eram ibi refertur ad illud
quod dixit. Gaudeo, eritq; sensus. Gaudeo propter vos .i. ob vestrũ ꝓfectũ & vtilitatẽ, vt cre
datis perfectius, & ideo gaudeo, qm̃ nõ eram ibi .i. Lazaro corpaliter nõ affui, dum infirmabat Iohan. 18
qm̃ si ibi fuisse, curassem eum antequã mortẽ incurrisset, propter instantiam suaꝝ soroꝝ, & Iohã. 14
quia non decuisset amicũ meum mori, me (qui vita sum) assistente. Si aũt eum curassem, non su
issetis sic ædificati in fide, sicut nũc ædificabimini ⌊dixit ergo Thomas qui (agnomine) dicit
Didymus⌋ Sic eñ dictus est secundum Bedam, qm̃ diu hæsitauit in fide. Sed quo diutius du
bitauit, eo post profundius credidit ⌊ad condiscipulos (cæteros Ap̃los) Eamus & nos, & mori
amur cũ eo⌋ .i. fideliter magistro nostro vsq; ad mortem adhæreamus, forte ꝙ Thomas aui
ditate videndi tam gloriosum miraculum animatus fuit, tanq; secure locutus. Hortabat Tho
mas cõdiscipulos ad cõmoriendũ pro & cum Christo, quasi paratus & potens ad hoc, nõ at
tendens propriam fragilitatem, & tamen si periculum moriẽdi sibi occurrisset, fecisset q̃d fecit
C tẽpore passionis, quando relicto magistro, fugit cũ cæteris. Chrysostomus dicit Thomã hæc
verba dixisse ex infirmitate & timore ceu diffidentia quadã, tanq̃ diceret. Sicut ipse exponit
se periculo mortis eundo Iudæã versus, sic & nos cum ipso tendamus, exponentes nos eidẽ
discrimini, à quo verisimiliter nõ euademus, sed occidemur. Nondum pẽsauerunt Apostoli
potentiã Christi, quam toties erant experti. ⌊Venit itaq; (cum discipulis) in Bethaniã, & inue
nit eum⌋ .s. Lazarum intelligendo per Lazarum corpus eius extinctum, quemadmodum
Iesus dicitur à sepulchro sublatus. Frequenter enim ponitur totum pro parte, & econtra. ⌊q̃-
tuor dies iam in monumento habentem.⌋ Vnde primo die suæ mortis videtur sepultus, quo
niam infra vocatur quatriduanus mortuus. Hoc Euãgelista adiecit, ad certitudinem & cõmẽ-
dationem miraculi, vt sciamus, ꝙ vere mortuus extitit & ꝙ nunq̃ antea simile factum ẽ. Quã
uis enim Helias & Heliseus suscitauerint mortuus, nõ tamẽ quatriduanos. Valet quippe talis 3. Re. 17
protractio temporis ad magnitudinem miraculi, quia quo corpus extinctum diutius ab ani- 4. Regũ 4
ma permanet separatum, eo indispositius est ad animæ informatiuam receptionem, quia pu
trefactioni, resolutioni ceu corruptioni subiacet ampliori. Anima vero rationalis, cũ sit nobi-
lissima forma, naturaliter nõ vnit nisi materiæ optimæ q̃lificatæ, videlicet nobilius cõplexiona
tæ, q̃ alioꝝ mixtoꝝ materiæ. ⌊Erat aũt Bethania iuxta Hierosolymã⌋ .i. vicina ei seu distãs
ab ea dũtaxat ⌊q̃si stadijs quĩdecim⌋ quæ cõstituunt forte leucã, vno stadio dempto. Hoc ad
dit Euãgelista ad declarationẽ subsequẽtiũ .s. ꝙ multi Iudæoꝝ ad Mariã & Martham cõflu-

xerant,& ꝙ quidam eorꝫ Lazari suscitationem in Hierusalē publicauerūt,itē(que) ꝙ pōtifices tātū miraculū mox pceperunt,at(que) cōsilium inierūt cōtra Iesum. ¶ Bethania q̄ interpretaṫ domus obedientiæ,tenet figurā ecclesiæ militātis,q̄ nunc diuinis paret pceptis. Hierusalē q̄ interpretatur visio pacis,significat ecclesiā triumphantē,de qua ad Galatas dicit apłus: Illa q̄ sursum est Hierusalē libera est,quæ est mater nostra. Bethania igiṫ distat à Hierusalē quindecim D
Gala. 4 stadijs.i.per quindecim gradus virtutū,de quibus tractāt quindecim psalmi graduales,per quos pergit viator ab ecclesia militante ad triumphantē. Prolixū esset hos gradus iam prosequi. Possunt quo(que) per quindecim stadia intelligi tres virtutes theologicæ,duodecim(que) virtutes morales,per quarū actus pertingim⁹ à via ad patriā. Virtutū enim moralium opera nō sunt æternæ vitæ meritoria,nisi theologicarꝫ virtutum actibus imperenṫ ac regulenṫ. Nam sine fide
Hebr. 11 impossibile est deo placere. Et charitas est forma virtutū,origo & finis, ac vita earꝫ, in tantū
2.Cor.13 vt si linguis angelorꝫ loquamur & hominū,omnem(que) habuerimus fidē, ita vt montes transferamus,corpora q̄(que) dederimus ita vt ardeamus,charitatem vero nō habuerimus,nil nobis psint omnia illa. Rursus per quindecim stadia intelligi possunt septem dona spiritus sancti, & octo beatitudines,quibus ad ecclesiam triūphantē perducimur. ⌊ Multi aūt ex Iudæis venerant ad Martham & Mariā,vt consolarenṫ eas de fratre suo⌋.i.de eius interitu. Multi conuenerant,quia de magna progenie fuerūt hæ fœminæ,& propter suā bonitatē amabāṫ à multis,vnde nō solū cognati earꝫ at(que) vicini,sed multi q̄(que) Hierosolymitarꝫ accesserant eas,& forte multo plures venissent ad ipsas,nisi tam familiares fuissent Christo,propter q̄d multorꝫ indignationē incurrerunt. ⌊ Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit⌋ Ipsa equidē tanq̄ prudēs E
matrona rexit domū,ideo aliquis præcurrens,& forte à Chro missus,primo indicauit ei Christi aduentum. Videṫ enim fuisse nuncius ille bonus & credens,quia occulte intimauit Marthæ de Christi accessu,sciens eum Iudæis odibilē,vnde nec eis indicauit. ⌊ Occurrit illi,⌋ deuote propter tanti viri reuerentiam & magnum amorem ad eum,nec assumpsit Mariam secū,sed sola profecta est,cupiens Iesum singulariter alloqui & precari,& ne Iudæi dño aduersantes,notarēt aliq̄d de Christi psentia,sic(que) recederent. ⌊ Maria aūt domi sedebat,⌋ cū Iudæis cōsolātib⁹ eam. ¶ Martha vitam signat actiuā, Maria contemplatiuā. Martha ergo Christo solus occurrit,qm̄ actiuā vitam ducentes,Christo obuiant in exterioribus practicarꝫ virtutum operibus,proximis ministrantes,& misericordiæ exercitijs intendentes, quēadmodū
1.Petri 4 Petrus hortaṫ: Hospitales inuicem sine murmuratione. Contemplatiui vero domi residentes, quoniam in solitudine at(que) silentio vacant deo,tanto vti(que) purius,stabilius dulcius & quietius, quanto ab omni strepitu secularium negotiorum,omni(que) tumultu hominum mundanorꝫ fuerint remotiores,non loco tantū,sed etiam voto,ideo ait Psalmista: Abscondes eos in abscō-
Psal.30 dito vultus tui,à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo,à contradictione
Esaiæ 30 linguarum. Et Esaias: In spe (inquit) & silentio erit fortitudo vestra. Nihilominus,sicut patebit, Maria cum euocasset eam Martha exiuit obuiam Iesu,quoniam contemplatiui, quando eis iniungitur à prælatis,qui simul esse debent actiui & contemplatiui,quemadmodū Martha vel quando ab indigentibus id rogantur,vel si non rogentur nec iubeantur,tamē cōspiciunt proximorū necessitatem hoc ipsum exigere,tunc vti(que) cōtemplatione paulisper suspēsa, opera vitæ exercent actiuæ quamdiu ratio dictat,necessitas exigit, vel obedientia sancta requirit. ⌊ Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine si fuisses hic⌋.i.in domo & apud lectū fratris mei, anteq̄ obijt,⌊ frater meus non fuisset mortuus,⌋ Certa sum enī,ꝙ tantæ sis potestatis, ꝙ potuisses eum curasse,tantæ quo(que) bonitatis,quod eum curasses. Quantum ad hoc, magna fuit fides beatissimæ Marthæ,prælectæ ab æterno matronæ ad hospitandum ac nutriendū filium dei incarnatū deū & hoīem,sed quo ad hoc,fuit (vt apparet) fides eius incompleta,ꝙ non nouit Iesum secundum diuinitatē suā fuisse præsentem,tantū(que) potuisse & cognouisse absentē
Matth. 8 quantū psentem,sic(que) fides Centurionis eius fidei pferretur,quoniam ille Christi diuinitatem
Lucæ 7 perpendens credidit eū ministerio angelorꝫ posse curare,quamuis corporaliter nō adesset. Ne hoc absurdum puteṫ, quia de Centurione prestatus est Iesus: Non inueni tantam fidem in Israel,vnde & consequenter Martha alloquitur Chrm̄,tāq̄ virꝫ sanctū & virtuosum, deo charissimū,nō q̄si filiū dei naturalem,verū(que) deū. ⌊ Sed & nūc scio⌋ per fidem certissimā,q̄ntū ad hoc & item,p multā experientiā,qm̄ tot miracula vidi,& pcepi fieri p te. ⌊ qa quæcū(que) poposceris à deo,dabit tibi deus.⌋ Nā certa sum, ꝙ nihil irrationabile petere potes. & q̄d deo omnia quantācū(que) magna,difficilia & supernaturalia,possibilia sint,imo facilima & æque facilia.
Marci 10 Si habuisset Martha fidem explicitam de Christi diuinitate,æstimo ꝙ dixisset: Quicquid iusseris,fiet. ⌊ Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus.⌋ Non aperte dixit, nūc eum suscitabo, sed indeterminate ait,Resurget,vt occasione respōsionis Marthæ,aliq̄d de sua diuinitate assereret, nō solum ad Marthæ,sed insuper ad omnium informationem fidelium. ⌊ Dicit ei Martha,⌋ quæ verba præfata pensauit posse intelligi dupliciter,scilicet de resurrectione iam perpetranda & de illa quæ fiet in die nouissimo. ⌊ Scio⌋ ex tua frequenti prædicatione & prophetarum doctrina

doctrinal. quia resurget in resurrectione.] formaliter. Resurrectio nanq; est causa formalis in-
A hærens, per quam mortuus dicitur resurgens. Vel in resurrectione, hoc est, in numero resurgē
tium, [in nouissimo die.] Audiuit enim Martha, quod Iesus prædicauit generalem resurrectio
nem futuram. Vnde superius sæpius dixit de quocunq; fideli & digne communicanti. Ego
resuscitabo eum in nouissimo die. Ex doctrina quoq; prophetarum idem agnouit, & etiam, qa
in hoc sequebatur doctrinam Pharisæorum non Saducæorum resurrectionem negantium, q
pharisæi concedunt. ¶ Deniq; scio, hoc loco significat credo. Dupliciter nempe scientia sumit.
Primo, pro notitia naturali quæ humana ratione potest inueniri, seu comprobari. Secundo, p
quacunque agnitione, siue habeatur ex reuelatione, siue ex naturali ratione, sic modo accipitur
Et Iob: Scio (inquit) quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Iob. 19.
[Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio.] id est, causa resurrectionis omnium mortuorum, poten.
suscitare defunctos. Secundum vtranq; naturam est Christus causaliter resurrectio.
Secundum diuinam, quoniam diuina virtute fiet in die iudicij generaliter & interi facta est par
ticulariter resurrectio mortuorū. Secundum humanam naturam quoque, inquantum resurre-
ctio Christi ponitur causa exemplaris nostræ resurrectionis. [& vita.] per essentiam id est, i me
ipso secūdū ppriā naturā sum substantialiter purissima vita, infinita simpliciterq; pfecta, intel-
lectualis, & incorporea. Sicut ei pr habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitā habere i semet-
ipso sum q; fontalis origo, atq; causale principiū ois vitæ naturæ, grē & gloriæ. Vñ dictū est:
Vita erat lux hominum. Sic etiam Christus est vita nostra causaliter, quemadmodum ad Co-
B lossenses dicit Apostolus: Cum autem apparuerit Christus vita nostra, tunc & vos apparebitis
cum ipso in gloria. Et in Deuteronomio loquitur Moses: Ipse dominus est vita tua, & longitu Deute. 39
do dierum tuorum. Cum ergo sim essentialiter viuens, ac vita fontana, possum mortuis vitam
conferre. Quod enim est tale per essentiam est causa eorum quæ sunt talia per participationē
secundum philosophorum doctrinam, [Qui credit in me.] fide formata, quæ tempore oppor-
tuno per dilectionem operatur, & vsque in finem perseuerat, [etiam si mortuus fuerit,] corpo
re, id est, quamuis contigerit eum de hoc seculo emigrare, sicut nunc Lazarus mortuus est [vi
uet.] in anima, vita gratiæ, in purgatorio, quousque purgetur, & euolet, vitamq; gloriæ sortiatur
vel si nihil purgandum habuerit, viuet mox vita gloriæ euolando à corpore ad patriam.
Iusti enim in perpetuum viuent. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum im-
mortalitate plena est. ¶ Insuper talis viuet, tandem vita corporali & glorificata in corpore, quia
non solum resurget, sed & immutabitur. Vel sic: Qui credit in me, fide formata ex prædestina
tione causata, id est, tali fide qualem deus prædestinatis largitur, & ex prædestinatione se datu
rum disposuit, etiam si mortuus fuerit, id est, licet ad tempus in peccatum mortale corruerit, p
quod vita gratiæ tollitur, viuet, id est, per misericordiam meam pænitebit, & penitendo vitam
gratiæ recuperabat. [Et omnis qui viuit] in seculo isto vita naturæ, [& credit in me] perseue
ranter, quod non est sine gratia gratum faciente, quæ est vita animæ [non morietur in æternū.]
id est finaliter non peribit neq; æternam damnationē (quæ est mors secunda) incurret, quam-
uis in seculo isto corporalem sustineat mortem. Iustorum enī animæ in manu dei sunt, & non
tanget illos tormentum mortis. Vel, non morietur in æternum. i. nunq; morietur, spiritualē
vitā amittendo, dum in fide formata manserit constās, Iustus quippe in sua fide viuet, quousq;
ad spēm veniat. [Credis hoc?] O Martha. Ideo quærit qd nouit, vt illa cōfitendo maiorem
grām mereatur. Ore enī cōfessio fit ad salutem, eiusq; fides nobis innotescat & in exemplum
proponatur [Ait illi (Martha) Vtiq; dñe,] imo quicquid asseris credo & iam fidem magis ex
C plicitam de te habeo ex hac tua instructione q ante. Impossibile enī arbitror te posse falsum as-
serere. [Ego credidi (iam dudum (qa (.i. q) tu es Christus] .i. rex Messias & sacerdos secundū
ordinem Melchisedech, mundi saluator, vnctus à deo in regem & sacerdotem spirituali vncti
one, seu omnium diuinorum charismatum plenitudine, iuxta illud in Psalmo: Vnxit te deus
deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Christus quippe interpretatur vnctus. Saluator Acto 10
aūt per excellentiam Christus vocat, non ob corporalem vnctionem, sed spiritualē, de q ait E
saias: Spūs dñi super me, eo q vnxerit me. Et Petrus in Actis: Vnxit eum deus spiritu sancto &
virtute, [filius dei] paulo ante iam dictū est, q Martha de Christi diuinitate non habuit fidem
explicitam. Quod ergo nunc ait se credidisse, quod sit filius dei, non videtur intelligendum de
filiatione naturali, sed communi, non determinando se ad hanc vel illā.
Vel si de naturali filiatione accipiatur, referendum erit ad tempus huius informationis suæ à Ie
su, in qua Christus suā diuinitatē explicauit dupliciter, Primo, per hoc quod ait: Qui credit i me
Cum enī fides sit virtus theologica, habens deum pro proprio ac immediato obiecto, nō credē
dum est in aliquē, nisi in verū deum. Secundo per hoc quod ait: Non morietur in æternū, qui
bus verbis constituit nostram salutem in ipso. Salus vero hominum non consistit, nisi in ve-
ro deo. Propter quod Hieremias: Maledictus (inquit) vir qui confidit in homine. Et iterū. Ve- Ozee. 13
re in domino deo nostro salus. Hinc quoq; dominus protestatur per Ozeam: Ego dominus

Voluntatis decreto spontaneo, propter rationabiles causas, propter quod erant actus virtuosi ac
A meritorij, quia ex charitate, pietate atque iustitia processerunt. Quemadmodum enim motus passi
onum sunt vitia, nisi rationis censura per virtutes morales regulentur, ita sunt actus virtutum, si de
bite dirigantur. Notanter itaque ait Euangelista, quod Iesus turbauit seipsum, ad insinuandum quod pote
statiue, non solito modo aliorum orta fuit in ipso turbatio talis. ¶ Infremuit ergo spiritu, & turbauit
seipsum. Primo, ad insinuandum veritatem humanae naturae in ipso. Secundo, in exemplum,
vt doceat nos contra vitia atque diabolum fremere & moueri. Tertio, vt formam compassionis prebe
ret. Quarto, vt dilectionem suam ad Lazarum, eiusque sorores ostenderet. Nam post pauca fle
uit, vt sequitur. Itaque fremitus iste & turbatio nequaquam diminuebant pacem & tranquillitatem mentalem
animae Christi, propterea secundum Hieronymum fuerunt potius propassiones quam passiones. Psal. 87.
¶ Porro quod turbatio Christo conueniat frequenter testatur psalmista, vt cum ait in persona Christi:
Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus.
Sed his videtur obuiare quod Esaias de Christo asserit: Non erit tristis neque turbulentus. Et per
Hieremiam ait: Ego non sum turbatus te pastorem sequens. Dicendum quod talia intelligenda sunt Hiere. 17
de inordinatis motibus passionum, videlicet immoderata turbatione & apparatu distorto, quae
in Christo totius mansuetudinis, modestiae ac probitatis exemplo nullatenus sortita sunt locum.
Et dixit: Vbi posuistis eum? i. locum sepulturae mihi ostendite. Non quasi ignorans id sciscita
tur sed vt ordinate ad perpetrationem procedat miraculi, atque humano modo se hominibus
applicet. Dicunt ei sorores Lazari, & etiam forsitan alij. Domine veni & vide (sepulchrum)
Et lachrimatus est Iesus ex compassione sororum, & alijs causis, vt dixi. Veruntamen secundum Hi
eronymum fleuit Iesus Lazarum, non quia mortuus fuit, sed quia ad huius vitae erumnas quae si
ne peccatis non agitur, fuerat reuocandus. ¶ Frequenter legitur Christus planxisse, nusquam Lucae 6
vero risisse, in quo leuitas nostra & dissolutio condemnatur. Vnde apud Lucam testatur: Vae vobis
B qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Et Ecclesiastes: Melior (inquit) est ira risu, quia per tri
stitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Denique probabile reor, quod Iesus amicus humanae
naturae, non Lazarum tantum, sed totius humani generis multiplicia mala deplanxit, praeci
pue mala culpae, & futuram damnationem multorum. Dixerunt ergo Iudaei: Ecce quomodo a
mabat eum, quasi dicant, multum, quem tam affectuose deplorat. Verum dixerunt, tamen in parte
errabant, videlicet quoniam reputabant eum principue lachrymari propter mortem Lazari corpo
ralem, quod ita non est. Nam illam poterat solo imperio impedire, imo gaudebat de ea, secun
dum quod ordinabatur ad gloriam dei, vt dictum est. Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non po
terat hic qui aperuit oculos caeci nati facere, vt hic non moreretur? hoc dixerunt prae admi
ratione, quasi dicant, Videmus per experientiam, quod multum dilexit Lazarum, & dolet de eius
interitu, ex quo apparet, quod si potuisset, eius mortem impediuisset. Et rursus mirum, si hoc non
potuit, qui potuit caecum natum illuminare, quod nunquam legitur accidisse. Cur non dixe
runt isti Iudaei, Non poterat hic qui aperuit oculos caeci nati facere, vt & hic resuscitetur? Pu
to quod ideo, quoniam reputabant hoc impossibile, praesertim propter hoc, quod Lazarus tot
diebus mortuus fuit. Iesus ergo rursum fremens in semetipso, eadem ratione qua primo.
¶ Sciendum tamen, quod secundum Augustinum, per Lazarum mortuum, sepultum & quatriduanum
figurantur peccatores grauissimi, habituati in malo & pessima consuetudine pressi, qui de con
sensu venerunt in actum, & de actu in habitum quo sepeliuntur in malo. Ad declarandum er
go quod tales raro ac difficillime emendantur, ipse Christus antequam Lazarum suscitauit, multa
fecit, quae difficultatem causae ostendunt. Fremuit quippe & turbauit seipsum, deinde lachrymas
fudit, locum quaesiuit, denuo fremuit, lapidem iussit auferri, tuncque clamauit voce sublimi. Ve
nit ad monumentum. Erat autem spelunca i. cauerna & fouea magna pretiose & artificiose con Gene. 5
structa, iuxta consuetudinem Iudaeorum, qui sumptuosissimas sepulturas facere consueuerunt oc Gene. 35
casione patriarcharum Abrahae, Isaac & Iacob, qui pro sepultura sua ac suorum adeo erant soliciti, Gene. 49
vt patet in genesi, & lapis (grandis) superpositus erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidem quatenus
resuscitando pateat exitus. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine iam foetet
C quatriduanus enim est i. quatuor dies habet in monumento vel morte, sicque cadauer ex re
solutione, exhalatione, & putrefactione, malum fundit odorem, quem non decet sentiri à te ma
gistro ac domino meo. Secundum Bedam Martha non dixit haec verba ex incredulitate vel dif
fidentia resuscitationis sui fratris. Theophilus vero dicit oppositum, quod ex verbis sequentibus
apparentiam habet. Subditur enim responsio Christi quodammodo increpatoria. Dicit ei Iesus
Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam dei? quasi dicat, Noli propter tempo
ris diuturnitatem diffidere, quoniam omnia possibilia sunt credenti. Dicendum ergo, quod licet
Martha paulo ante crediderit, tamen videns apparatum rei tam admirandae tremendae, iamque
praesentem, passa est aliquem motum haesitationis prae admiratione, raritate, & inaudita talis
miraculi nouitate, imo & prae vehementi desiderio vt sic fieret. Sic nempe accidere solet homi
nibus, ex quadam debilitate rationis. Vnde & multum laeta, vix credunt, & quotidie experimur.

ꝙ licet narrantibus magnam prosperitatẽ affuturam credamus, tñ cum in proximo est, vt sic D
eueniat, hęsitare incipimus. Dixit ergo Iesus Marthæ: Nonne dixi tibi, qm̃ si credideris, firmi-
ter videbis gloriam dei .i. gloriosum & miraculosum diuinæ potestatis effectum, videlicet fra-
tris tui viuificationem, in quo diuina maiestas agnoscatur ac honorebit. Hæc verba Chr̃us nõ
legitur supra dixisse ad Marthã, quantũ ad formã verbo᷑, tamen quoad sensum protulit ea,
dicendo, resurget frater tuus, &c. Et Post pauca: Credis hoc? Nos quoq; si fide formata cre-
diderimus perseueranter, videbimus gloriã .i. beatitudinẽ dei in patria, imo beatitudinem me-
rito fidei sortiemur. ⌊ Tulerunt ergo lapidẽ (de monumento.) Iesus aũt eleuatis sursum oculis
dixit. ⌋ ¶ Cur oculos in cælos leuauit? Primo, vt ostenderet se operari non arte magica, sed
ope diuina. Secũdo, vt nobis formã daret orandi, videlicet vt oculos mẽtis eleuemus in deum
per cõtemplationẽ & dilectionẽ, terrena & sensibilia relinquendo fortiq; conatu diuinis me-
moriter insistendo. Vnde in Treenis dr̃: Leuemus corda nr̃a cũ manibus ad deũ in cælos. Ter-
Threur 3 tio, vt in orãdo, laudãdoq; deũ vtamur bonis industrijs ad acquirẽdã cõseruãdã seu inflãmã-
dã deuotionẽ cõferẽtibus, vt sunt tonsio pectoris, expãsio brachio᷑, erectio oculo᷑, q̃ tamen
sine rõnabili causa fieri nõ debẽt in publico. Verũtamẽ eleuatio hmõi oculo᷑ nil cõtulit Chr̃o
ad mẽtis pfectũ seu erectionẽ in deũ, qm̃ a a Chr̃i non profecit in talibus, sed à principio suæ
creationis vidit deũ per speciẽ. ⌊ Pater gratias ago tibi, qm̃ audisti me, ⌋ .i. orationẽ meam in-
ternã seu desideriũ pro Lazari suscitatione acceptasti, & mihi reuelasti, ꝙ facturus sis id quod
opto. ¶ Non legit hoc loco Iesus orasse explicite, sed quia se asserit exauditũ, certũ est, ꝙ men-
tali saltẽ prece deprecatus sit patrẽ pro Lazaro suscitãdo. Perhibet q̃q; se auditũ, non ꝙ effe-
ctus impletus est, sed qm̃ certificatus fuit de eius impletione. Et grãs agit pr̃i, docẽs nos omnia
bona deo cũ humili ac feruenti gratia᷑ actiõe ascribere, quod si facerimus, beneficia amplio-
ra suscipiemmus. Præterea palam est ꝙ gratias agere & orare cõueniant Christo secundum na- E
turam assumptam. ¶ Sed cũ Christus sit vere omnipotens, tanq̃ verus deus, cur secũdum quod
homo patrẽ potius orauit, q̃ scd̃m, ꝙ deus est. Dicẽdum ꝙ ideo vt mõstraret se à deo pa-
tre habere quicquid habet & est, & ꝙ in patre sit authoritas. Sed tunc sursus quærendum est:
Quõ Christus orauit profaciendis miraculis, secundũ ꝙ homo est, cum pater dederit oĩa in
manu eius (vt dictũ est) & infra dicet, dedisti ei ptãtem omnis carnis? Respõdendũ, ꝙ Christo
etiã secũdum assumptã humanitatẽ datũ est oĩm creaturarũ dominium miraculo᷑ ptãs ab in-
carnatiõis principio. Nihilominꝰ ptãs ista fuit in Christo vt homo est, tanq̃ in causa instrumen-
tali, & depẽdebat à virtute pr̃is seu trinitatis, tanq̃ à causa principali ac cõseruãte, ideo patrẽ
orauit, non ꝙ potestate careret ipse Christus, sic orans, sed q̃a virtus eius creata, virtute pr̃is in-
creata operabat & pmouebat, & qm̃ vsus collatæ potestatis fuit scd̃m voluntatẽ & ordinatio-
nem pr̃is seu trinitatis. ⌊ Ego aũt sciebam, qm̃ semper me audis ⌋ .i. quicquid ex deliberata ra-
tione postulo fieri, facis, qm̃ ratio & voluntas animæ meæ est diuinæ voluntati magis confor-
mata q̃ alicuius beatorũ in pr̃ia, quæ preces nõ repellunt. ¶ Sed contra id videtur ꝙ ait in Psal-
mo: Deus meus clamabo per diem & nõ exaudies, & nocte & nõ ad insipientiã mihi. Item ꝙ
Vt quid dñe repellis orationẽ meã, auertis faciem tuã à me. Respondendũ ꝙ authoritates illæ
atq; cõsimiles loquunt de orationibus Christi scd̃m naturalẽ appetitũ, & sub quadã cõditione
formatis, vt fuerũt oratiões Christi tpe passionis. Pater si fieri põt, transeat à me calix iste. Ve-
runtamẽ quia in talibus precibus Christus finaliter & absolute subiecit suum inferiorẽ ac natu-
ralem appetitũ voluntati diuinæ, dicendo: Non quod ego volo, sed q̃d tu, propterea tales ora-
tiões simpliciter loquẽdo sunt exauditæ. Vnde Apl̃us cũ dixisset, ꝙ Iesus cum clamore valido
& lachrymis preces fudit, ad eum q posset illũ à morte saluũ facere, mox adiecit, ꝙ exauditus
Hebræ 5 est pro sua reuerentia. ⌊ Sed propter populũ qui circũstat .i. Iudæos pr̃sentes) dixi, ⌋ tibi grãs ꝙ
exaudisses me, ⌊ vt credant, quia tu me misisti. ⌋ .i. audiẽdo ꝙ inuoco te, sciant me nõ in prin
cipe dæmonio᷑ seu magicis artibus opari, sed tua virtute, & per cõsequẽs ꝙ sim missus à te,
verus in sermõe, & iustus in ope. ⌊ Hæc cũ dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras. ⌋
Psal. 144 similiter legit alibi dixisse: Adolescẽs tibi dico surge. Et puella surge. Sed dum Christus dice-
re cœpit, Lazare veni foras, nondum anima Lazari fuit corpori reunita. Cur ergo dixit, La- F
Luce 7 zare? Dicẽdũ ꝙ dicere Christi fuit facere. Vnde eodem momento reuixit, quo Christꝰ verbũ
finiuit, ideo reuiuiscenti iussit prodire. ⌊ Et statim prodijt (.i. foras exiuit) q fuerat mortuus ⌋
Virtus nẽpe diuina cũ sit immensa, operat in instanti. ⌊ Ligatus pedes & manus institis ⌋ hoc est
habẽs manus colligatas & pedes similiter fascijs iuxta pr̃æ morẽ, ⌊ & facies illius sudario erat
ligata. ⌋ Vnde patet eundẽ fuisse suscitatum qui obijt. Quod aũt sic egrediebatur & ambulabat li-
gatus, fuit miraculũ, præsertim si ligatio pedũ fuerat stricta siue cõpressa. Potuit eñ ligamen di-
uina virtute laxari. ⌊ Dixit eis Iesus: Soluite eum, ⌋ auferendo ligamina atq; sudarium. ⌊ &
sinite (eum) abire ⌋ hoc est, libere procedere, & opera vitæ exercere, vt ostendatur veraciter
resuscitatus. Non exprimit Euãgelista, quibus Iesus dixit, vt soluerent Lazarum, scilicet, an
sororibus eius, an Iudæis, vel discipulis, Tamen scd̃m Augustinum, hoc dixit discipulis ad fi-
guram

gurandum, quod sacerdotes qui sunt Apostolorum successores, absoluunt cõfitentes, quos Christus
intus per gratiam suscitauit à morte peccati statim dum poenitent. Multi ergo ex Iudæis qui
A venerant ad Mariam, & viderant quæ fecit Iesus in Lazari suscitatione, videlicet, quomodo o-
culos erexit in cœlũ, & deo gratias retulit, Lazarumque vocauit ac suscitauit, crediderũt ĩ eũ
quoniam istud miraculum non potuit esse nisi diuina virtute, quæ doctrinæ & conuersationi
Christi testimonium perhibebat in isto prodigio. Itaque non omnes Iudæi qui aderant credide- 2. Thess. 3
rũt, quia non omnium est fides & quantacunque miracula foris fiant & ostendantur. Nullus tamẽ
ad fidem conuertitur, nisi deus tangit cor eius, per instructionem & operationem internã, quã
uis possit quandam opinionẽ cõcipere de veritate, quæ miraculis approbatur. Quidam autẽ
ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Hoc intelligi potest dupliciter.
Primo sic: Quidam autem ex ipsis id est, alij à prædictis credentibus, puta increduli, qui fuerunt
de numero Iudæorum, visitantium Mariam & Martham, abierũt eodem die ad pharisæos, &
dixerunt eis quæ fecit Iesus, mala intentione, vt solicitarẽt eos contra Iesum, ac tantum mira-
culum offuscarent. Secũdo sic: Quidam ex ipsis, i. de numero credentiũ, abierunt ad pharisæos,
& dixerunt eis, quæ fecit Iesus, bona intentione, quatenus pharisæi cognito tanto miraculo, cef-
ferent persequi Iesum, & cõuerterentur ad ipsum. Prima tamen expositio magis literalis videt.
Nemo itaque conqueratur, quod suo tempore non fiant vt olim multa miracula, quasi videre mi-
racula, sanctificet hominem, quanta miracula viderunt obstinati Iudæi à Christo & Iudas pro
ditor, & tamen ex hoc obstinatiores effecti sunt, sicut & patres eorum in Aegypto viderũt ma Psal. 105.
xima illa mirabilia Mosi, & tamen quid profuit eis?

¶ Expositio sequentis partis huius ij. capitul. Collegerũt ergo pontifices & pharisæi consiliũ.

Articulus vicesimusnonus

B CReditur autem Lazarus suscitatus per quindenam ante dominicam passionem, seu
diem parasceues, scilicet sexta feria ante dominicam in passione quando & Euange
liũ de Lazari suscitatione legit ecclesia, eodẽ quoque die nũciatum fuit pharisæis hoc si
gnum, qui & ipsi intimauerũt pontificibus, statimque decreuerunt celebrare consilium
contra Iesum. Vnde sequenti die fecerunt, quod nunc recitat Euangelista: Collegerunt ergo id
est, ob id quod audierunt Iesum suscitasse Lazarum quatriduanũ pontifices, qui authoritate
& scientia eminebant, & pharisæi (qui religiosiores putabantur) consilium hoc est, seipsos &
cæteros consiliarios cõuocauerunt in vnum & dicebant conquirendo adinuicem, Quid fa-
cimus hoc est, quid incũbit vel restat nobis ad agendum in tanto negotio quia hic homo
quem ex contemptu & inuidia proprio nomine exprimere non valebant, multa signa facit
(etiam plura quam Moses Helias & Heliseus) Si dimittimus eum, sic libere ire, predicare & o-
perari omnes credẽt in eum. Isti perditissimi atque incorrigibiles homines, multo peiores quam
patres eorum in Aegypto, visis tot signis nõ cõsulebãt de hoc, an credendũ esset in Iesum, in quẽ
naturalis ratio tot signis cõuicta dictabat, & dictat credendũ, sed quasi pro vero supponentes,
quod quicquid faceret Iesus, non tamen ei esset adhærendũ. Tantã enim auersionẽ habuerũt ab eo ob
quam nõ poterant recte iudicare de ipso. Sed ad hoc tẽdit eorum conquisitio, vt inueniant mo
dum prohibendi Iesum à solitis signis, siue interficiendo eum, siue includendo &c. Dixerunt: Si
dimittimus eum sic, multa incõuenientia sequẽtur. Primo, quod omnes Iudæi credent in eũ, pro
pter miracula. Secũdo, quod venient Romani cõtra genus nostrum, reputãtes nos Imperatori
rebelles, eo quod præter ipsius consensum populus noster acceperit Iesum hunc pro rege Messia &
in vltionem huius rei tollent i. destruent locum nostrum i. vrbem Hierusalem templũ & reli
quas vrbes viculosque Iudeæ & gentẽ i. populũ Iudæorũ nobis subiectũ, & de quorum nu-
mero sumus. Prohibuit enim senatus & Cæsar, ne aliqua gens aliquem principem regem voca-
ret, vel pro rege susciperet sine eorum cõsensu. Et quoniam sancti prophetæ prædixerãt Christum
fore regem, Iudæi qui Iesum pro Christo acceperãt, tenuerũt eũ pro rege. Timebant ergo põ
tifices & pharisæi, quod Romani percepto negotio isto, venirent cõtra eos, erantque Romani tunc Deutera
tam præpotentes, quod nulla gens potuit eis resistere. Vnus autẽ ex ipsis Caiphas nomine, cũ eẽt
C põtifex anni illius i. summo sacerdotio fungens pro anno illo. Quãuis enim secundum legẽ
non debuit esse, nisi vnus summus sacerdos, qui toto tempore vitæ suæ præesset eoque mortuo Nume 35
succederet alter, tamen Iudæi nati de genere sacerdotali, vel etiam alij quidam cum essent auari
& ambitiosi accesserunt ad principẽ Romanum, & qui maiorem pecuniæ summam dedit, sa-
cerdotium summum obtinuit, quousque alius plura dando eum extrusit, vel vt alij astruunt isti
de genere sacerdotali inter se statuerunt, quod quolibet anno præesset vnus ceterisque dixit eis Nã
quia maioris extitit autoritatis, secretius loquebatur, & attẽtius audiebatur. Vos nescitis quic
quam hoc est, nihil attẽditis eorum, quæ in isto negotio sunt pensanda nec cogitatis quod merito cogi-
taretis, quia expedit vobis pro cõseruatione vitæ præsentis & possessione terræ ac templi vt
vnus moriatur homo pro populo (i. pro ereptiõe gẽtis nostræ de manib' Romanorum) & nõ tota gẽs
pereat hoc est, nõ vniuersum genus nostrum occidatur à Romanorum militibus, quasi dicat

Mirum quod tam segnes estis in considerando quod non perpendistis, propter bonum rei D
publicæ, atque totius communitatis vtilitatem, occidendum esse hominem vnum, qualiscumque existat
& quicquid operetur. ¶ Consilium huius pontificis multipliciter fuit erroneum. Non enim facien-
da sunt mala, vt eueniant bona, nec interficiendus est innocens timore humani periculi, imo
per talia, tota communitas deum offendit, atque ab eo plagatur & aduersariorum potestati subij-
citur. quemadmodum etiam contigit his Iudæis. Ideo enim Iesum occiderunt, ne à Romanis va-
Daniel 9 starentur, sed ideo sunt vastati, quoniam Iesum occiderunt, prout apud Danielem fuit prædi-
ctum: Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & san-
ctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & vsque finem perseuerabit
desolatio. Hoc autem videlicet, expedit vobis & vnus moriatur pro populo &c. à semeti-
pso (id est proprio spiritu) non dixit, quantum ad veram & spiritualem significationem ho-
rum verborum intentam à spiritu sancto, qui Caiphæ linguam mouit ad proferendum hæc ver-
ba. Nihilominus Caiphas dixit hæc verba à seipso, imo & a diabolo eum ad mala instigante,
quantum ad significationem intentam à Caipha, quæ nunc posita est. Sic nempe verba hæc fal-
sa fuerunt, & ipse peccauit ea proferendo. Intendebat enim dare consilium pro morte Christi.
Dixitque vtilius esse occidere Iesum, quam incidere manus Romanorum, sed cum esset pontifex an-
ni illius (.i. ex dignitate sui officij, non merito vitæ) prophetauit hoc est verba prophetica pro
nunciauit, quæ non erant prophetica, quo ad sensum à Caipha intentum vel intellectum, sed
quo ad sensum quem verba ista faciunt in animo audientis ex vera spirituali ac propria signifi-
catione, quæ competit eis ex intentione spiritus sancti, cuius operatione prolata sunt quo ad
sensum hunc prophetalem ac uerum, vtpote quod expediens fuit Iesum occidi pro salute Iu-
dæorum, ne tota gens illa in æternum periret, imo mors Christi tam meritoria fuit, quod diluit
quantum in se fuit etiam peccata eorum, qui eam Christo intulerunt, Pro omni etenim peccato E
satisfecit Christus in cruce. Prophetauit igitur Caiphas, hoc est, per verba prophetica ab ipso
non intellecta, designauit his qui bene intelligunt verba prædicta, non consilio secum collecto,
quod intellexit verba Caiphæ secundum quod ipsemet intendebat, quia (.i. quod) Iesus moritu-
rus erat pro gente hoc est Iudæorum salute ad quos saluandos specialiter missus fuit. ¶ Porro
quod subditur additum est à Iohanne Et non tantum pro gente hoc est, non solum pro æter
na Iudæorum salute moriturus fuerat Iesus, sed (insuper) vt filios dei hoc est, prædestinatos
quamuis iniquos qui erant filij dei secundum prædestinationem diuinam, non secundum præ
sentem iustitiam, qui erant dispersi .i. per varias sectas & ritus perditionis diuisi, atque à deo
vndique elongati, per idololatriam, aliaque peccata, congregaret spirituali collectione per præ
dicationem Apostolorum, & sancti spiritus illustrationem, in vnum .i. sub vna fide atque in-
diuidua charitate, vel in vnum mysticum corpus seu in vnum ouile ecclesiæ, vt essent vnius ve
ri dei cultores. Vnde superius dixerat Christus: Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, &
illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile. Sic communiter litera ista exponitur. ¶ Sed quo
niam Euangelista exponit verba Caiphæ non eo modo, quo Caiphas ea intellexit, sed secundum
sensum quem habent, in quantum prophetica sunt, tanquam à spiritu sancto prolata, hoc est, secun
dum sensum, qui ex eis elici potest ex ipsa ordinatione verborum, ideo possunt alio modo expo
ni, eritque sensus: Iesus moriturus erat pro gente .i. pro gentilium redemptione, iuxta illud Esaiæ
Ecce gentem quam nesciebas, vocabis. Et non tantum pro gente hac, de qua deus ait ad Christum
per Esaiam: Dedi te in lucem gentium, sed, vt filios dei, hoc est, electos Iudæos vnius dei culto
res, qui erant dispersi, per mundum habitantes, non solum in Iudæa, sed in cæteris gentium diuer
Acto. 2 sarum prouincijs. Vnde in actis Apostolorum habetur, quod erant in Hierusalem habitantes Iudæi,
viri religiosi, ex omni natione, quæ sub cælo est, congregaret in vnum .i. in eandem fidem Christia
nam atque ecclesiasticam vnitatem, quod factum est quando Paulus & Barnabas in diuersis prouin
cijs prædicabant solis Iudæis, multosque conuerterunt ad fidem. Cæteri quoque Apostoli plurimos con
uerterunt Iudæorum. Hinc Iacobus ait in exordio suæ epistolæ: duodecim tribubus, quæ sunt
in dispersione salutem. Petrus quoque in principio primæ suæ canonicæ: Electis (inquit) aduenis
dispersionis ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ. De huiusmodi spirituali Iudæorum F
congregatione multa vaticinati sunt sancti Prophetæ, maxime Esaias, quæ carnales Iudæi de cor
porali congregatione intelligunt, asserentes, quod, in aduentu Messiæ vniuersi Iudæi toto orbe terrarum
dispersi adducentur in terram promissionis & in hierusalem. ¶ Preterea, aduertendum, quod licet Euan
gelista testante, Caiphas prophetauit, non tamen fuit, nec dici debet Propheta. Ad rationem namque
Dani. 10 prophetiæ maxime pertinet cognitio occultorum, iuxta illud Danielis: Intelligentia est opus in
Genesi 14 visione. Caiphas vero (vt dictum est) non intellexit propheticum sensum verborum suorum.
Quemadmodum ergo Pharao qui dixit prophetica verba videlicet: Vidi septem boues &c. Et
Nabuchadonasor, qui vidit statuam, Balthasar quoque qui vidit articulos manus scribentis, non fue
runt prophetæ, quia non intellexerunt illa, sed Ioseph & Daniel exponentes fuerunt prophetæ, sic
Caiphas non fuit propheta, sed Iohannes Euangelista, cui spiritus sanctus reuelauit, quomodo

Caiphas

Caiphas protulit illa. Et si dicatur quod prophetare ē actus prophetæ, ergo Caiphas prophe
D tans fuit propheta, Dicendum quod prophetare proprie sumptum, videlicet pro cognitiua fu
turorum occultorum & contingentium prænuntiatione est actus prophetæ. ¶ Denique in
ecclesiastico habetur, quod corpus Helisæi mortuum prophetauit: Nunquid & illud cadauer
fuit propheta? Quod autem Caiphas non fuit propheta, nō erat ex sanctitatis defectu, vel ob su
am malitiā, quoniam Balaam, Ariolus & Malignus fuit verus propheta, sed quia nō intellexit Num 24
sensum spiritus sancti vt Balaam, qui sciuit se loqui ex inspiratione diuina, & illuminatione an-
gelica, iuxta quod scriptū est in libro Numerorū: Balaam irruente in se spiritu dei ait: Haud du
bium quin de seipso: Dixit homo cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonū dei, qui vi
sionem omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiuntur oculi eius. ⌊ Ab illo ergo dei cogi-
tauerunt interficere eum ⌋ citius quo valerent, sed & ante hoc cogitauerunt vt patuit. Nunc vero
confirmati in suo proposito pontificis sui consilio, quod eis rationabile apparebat. Qui enim
alium odit, facilius persuadetur ad persecutionem ipsius. Decreuerunt per diffinitiuam sententi
am, quod nō quiescerent, donec occiderent Iesum. ⌊ Iesus ergo ⌋ sciens cogitationes illorum, q
putabant Iesum secreta eorum ignorare, ⌊ iam in palam ⌋ hoc est, in locis manifestis p aliquod
dies circiter octo, ⌊ non ambulabat apud Iudæos ⌋ qui suam necem quærebant, ⌊ sed abiit in re
gionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Effrem ⌋ in qua etiam habitauerunt Iudæi, sed
non aduersarii Christi, ⌊ & ibi morabatur cum discipulis suis, ⌋ hoc est, Apostolis paucis die
bus, vt dictum est. Nam in principio sequentis capituli fertur, quod ante sex dies Paschæ venit
Bethāniā. Nunc quoque subiūgitur: ⌊ Proximum autem erat pascha ⌋ hoc est, pascalis festiuitas
Iudæorum. ¶ Cur autem Iesus aduersarios suos fugiendo declinauit, dictum est sæpius: Non-
dum enim venit hora eius, nec suam potestatem ostendere voluit sed exemplum fugiendi præ
bere pro causa, loco, & tempore, prout frequenter expositū est
Dicit autem Origenes, quod sicut honestum & iustum est gratia veritatis, & pro Christi con-
fessione mortem subire, quando ab aliquo requiritur, confessio veritatis vel fidei, scilicet, an sit
Christianus, sic nullus debet se tentationi ingerere, propter propriæ virtutis inexperiētiam.
Et quoniam ignoratur rei euentus, itemque ne det alteri occasionem peccandi. ⌊ Proximū autē
E erat ⌋ .i. de propinquo imminebat ⌊ Pascha Iudæorum ⌋ id est, illa festiuitas in qua crucifixus est
Christus. ⌊ Et ascenderunt multi (Iudæorum) Hierusolimam de regione ⌋ .i. tota terra Iudææ
⌊ ante pascha ⌋ quia secundum legem tenebantur ipsa festiuitate paschali esse in Hierusalem.
Præuenerunt autem festiuitatem ⌊ vt sanctificarent seipsos ⌋ .i. ad esum agni paschalis dispo
nerent se secūdum legem. Nam immūdi purificabāt se rasura pilorum, certis lotionibus, ieiuniis
& quibusdam oblationibus. ⌊ Quærebant ergo Iesum ⌋ quidam bona intentione, vt eius præ-
dicationē audirent, quidā peruerse ⌊ & colloquebantur ad inuicē in tēplo stantes, Quid putatis? ⌋
causæ esse, ⌊ quia non venit ad diem festum? ⌋ more solito, vt in tanta multitudine doceat, at-
que miracula faciat. Certum est, quod Iesum interfuit festo paschali. Vnde nunc agitur, imo in
die Palmarum, duobusque diebus sequētibus venit Hierusalem, secundum quod alii Euange- Math 21
listæ testantur: Quod ergo Iudæi dicunt, quid putatis, quia non venit ad diem festum, sic intel Luce 19
ligendum est: Quid putatis, quod non accessit nunc cum aliis in Hierusalem, vt festo immi
nenti interfit. Putabant enim Iesum nō esse venturum ad festiuitatem instantem, eo quod non
dum aduenit cum aliis. Cur autem mali quærebant Iesum subiungitur: ⌊ Dederunt autem pon
tifices & pharisæi mandatū, ⌋ cui obediendum non fuit. Quamuis enim obediendum sit ma
lis prælatis, non tamen in malo, aliter interfectores martyrum excusarentur, qui ad imperia
principum martyres occiderunt, ⌊ vt si quis cognouerit vbi sit, indicet ⌋ alicui sacerdotum vel
pharisæorum, vt pontifices & pharisæi ⌊ apprehendant (id est, capi faciant eum ⌋ de quo locu
tus est Hieremias: Christus dominus captus est in peccatis nostris, cuius apprehensio nostrorū
dissoluit vincula peccatorum.

¶ declaratio capituli duodecimi. Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniā.

Articulus tricesimus.

F 
Ediens Christus ab vrbe Effrem, appropinquante hora suæ passionis,
accessit Hierusalem versus, vbi se passurū sciuit & sæpe prædixit: Non
capit (inquiens) prophetam perire extra Hierusalē. Et: Ecce ascendimus
Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum &c.
Rediēs ergo nō iā occulte, sed apertissime processit, multa prodigia agēs
in via, decem leprosos curando, cæcos illuminādo, cūque exisset de Hieri
cho accidit quod nūc recitat euāgelista. ⌊ Iesus ergo ante sex dies paschæ ⌋ .i.
sabbato ramis palmarum, quod fuit sex diebus ante primū diem festiuitatis
paschæ instātis, incepit enim festiuitas paschæ feria quinta sequenti ad vesperas, durauitque dieb' septem
⌊ venit Bethaniā vbi fuerat ⌋ .i. p tūc habitauit, praesensque fuit ⌊ Lazar' ⌋ pauloante ⌊ mortuus ⌋

Sed nunc

Sed nunc viuus vel vbi fuerat Lazarus mortuus,& in loco q̄ abijt, ⌊quem suscitauit.⌋ nouem
Iohan. 11 diebus vel circiter ante reditum istum in Bethaniam. Suscitasse enim creditur Lazarum quin- D
decim diebus ante diem parasceues,in quo occisus est. ⌊Fecerunt autem ei cœnam ibi.⌋ quia
fortasse tarde intrauit, Iohannes non dicit à quibus,& in qua domo facta sit Christo hæc cœ
na,sed quoniam sequitur.⌊Martha ministrabat,& Lazarus vnus erat ex discumbentibus.⌋
Origenes asserit cœnam istā Christo exhibitā in domo Marthæ,ab ipsa Martha sororeque
Matth. 29 eius ac Lazaro,sed hoc tenendum non est q̄m apud Matthæū & Marcū manifeste describit,
ꝙ cœna præsens(in qua sicut patebit Maria fudit vnguentum super Iesum)facta sit in domo
Symonis leprosi,qui tamen pro tunc non erat leprosus,sed à Christo ante curatus. ⌊Fecerunt
ergo habitatores Bethaniæ.⌋ s. Symon & eius familia cœnā ibi.i.in domo Symonis, Iesu & Mar
tha ministrabat,q̄uis enim inuitata fuerat ad conuescendum,tamen propter reuerentiam ma-
gistri sui,de quo dixit: Ego credidi quia tu es Christus filius dei,maluit ministrare,& forte pro-
pter prudentiā suam rogata fuit à Symone,vt disponeret negotia domus suæ,quantum ad mē
sæ prouisionem. Est quoq; consuetudo,vt amici interdum ministrent in domibus familiarium
amicorum & consanguineorum,præsertim dum magni & multi hospites assunt. ⌊Lazarus ve
ro vnus erat ex discumbentibus(id est manducantibus)cum eo;⌋ hoc est,cum Iesu.
Sedit enim in eadem mensa cum Christo,& forte ad latus eius,in signum amoris, & præteriti
signi commendationē,aliorumq; consolationem. ¶Voluit autem Christus primo introire Be
thaniam anteq̄ ingrederet Hierusalem,vt memoria suscitationis Lazari renouaretur,& Iudæi
vndiq; ad ipsum confluerent,occasione Lazari aspiciendi,sicq; dominus Iesus die sequenti cū
solēnissima processione turbis ex omī parte vallatus intraret Hierusalem,tanquā verus rex Isra- E
el,prout Zacharias prædixit,& infra clarebit. Item ad consolationem Mariæ, Marthæ,ac La-
zari,qui de eius recessu paulo ante non mediocriter tristabantur.
¶Præterea secundū Augustinū in illa cœna interrogatus Lazarus à conuiuantibus de statu ani
mæ post vitā psentē de pœnis inferni,de expectatione iustorū,omnia per ordinē diligēter nar
rauit. Per hoc q̄q; ꝙ Lazarus discumbebat,ostendebatur nō phātastice,sed veraciter resusci-
tatus.⌊Maria ergo accepit libram.⌋ i. vas talis mensuræ. Per librā enim quātitas designatur vn
Matth. 26 guēti,vñ scd̄m Matthæū & Marcum accepit alabastrū.i.vas de alabastro formatū. Sūpsit I
ergo librā ⌊vnguēti nardi.⌋ i. expressi seu cōfecti de nardo. Nardus vero dicitur frutex seu her-
ba aromatica parua,spinosa,magniq; odoris & calida ⌊vnguenti(inquam,) pistici.⌋ id ē fidelis
puri,non mixti aut sophisticati. In Marco legitur: Nardi spicati.i.spicas habētis, de quibus ex-
trahitur liquor aromaticus,efficiturq; vnguentum ¶⌊pretiosi.⌋ nam valuit trecētos denarios se
cundum Marcum ⌊& vnxit(.i. vnguento isto pfudit ac rigauit)pedes Iesu.⌋ scd̄m Matthæum
& Marcum Maria fudit vnguentū super caput Iesu recūbentis. Elucessit ergo ꝙ vnxit caput
& pedes Christi,qui nudo capite nudisq; pedibus legitur incessisse. Probabile est, ꝙ vnguentū
hoc fuit subtile velut liquor,vel lachryma de re aromatica fluens, quoniā indecens videret vn
guentum grossæ materiæ super caput hominis fundere, ⌊& extersit capillis suis pedes eius.⌋
Credit in primo pedes Christi lauisse & extersisse,ac postea vnguēto perfudisse, ⌊domus im
pleta est ex odore vnguenti.⌋ in quo patet valor prætiositasq; vnguēti,liberalitas quoq; reue-
rentia & deuotio Mariæ ad Iesum. Fuit quippe vnguentum istud refrigeratiuum,cōfortatiuum
ac odoriferū. ¶Mistice dum Iesus venit Bethaniā.i. ecclesiā visitat corda fidelium per gratiæ
infusionē clementer intrādo, Bethania aūt q̄ interptat domus obediētiæ signat ecclesiā. Tūc mē F
tes fideliū faciūt ei cœnā.i. sic cū Chr̄o manducāt panē cœlestē ac spūalē,gustādo q̄ dulcis ē dn̄s,
q̄ est cibus atq; interna refectio electoꝝ,actibus q̄q; iustitiæ insistēdo, de quo cibo ait saluator:
Meus cibus est,vt faciā voluntatē eius q misit me. Talia nāq; opa Christū delectāt. Propter q̄d
ait in Apocalypsi: Ego sto ad ostiū & pulso,si,quis aperuerit mihi,intrabo,& cœnabo cū illo,
Apoc. 3 & ipse mecum. In hoc cōuiuio Martha ministrat,hoc est anima Christum intra se habēs o-
pera misericordiæ exercendo reuerenter obedit & Christo deseruit, Lazarus vero,qui inter-
ptatur adiutus à domino,hoc est, spiritus rationalis à morte peccati per gratiam suscitatus, v-
Luc. 15 nus est ex discumbentibus cum Iesu, qui non vult mortem peccatoris,sed ouem perditam &
inuentam imponit humeris suis gaudens. Vbi enim abundauit iniquitas, superabundat & gra
tia. Ideo talis in actibus virtuosis epulatur cum Christo. Tunc Maria,hoc est, anima cōtēpla-
tiua charitatis feruore ignita, ac sanctæ deuotionis dulcedine liquefacta & lachrymosa, acce-
pit libram vnguenti preciosi, hoc est, bonæ & exemplaris vitæ famam siue odorem, vngens
caput & pedes Christi,hoc est, Christum secundum diuinam atq; humanam naturam sapi
enter contemplans,honorans,ac diligens,eiusq; membra ædificans,vt sit Christi bonus odor
2. Cor. 2 in omni loco,& dicere possit cum sponsa: Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit o-
dorem suum. Tunc demum tota domus,hoc est, vniuersa fratrum collectio, vel anima quæ
est templum dei impletur odore vnguenti istius quoniam spirituali hilaritate perfunduntur
gloriantes in domino,gratias referendo, cantando, & psallendo deo in cordibus suis semper

⌊Dixit

L Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Schariotis. J Hoc ē, de vico nomine Schariothori-
A undus L qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentū nō venijt? (.i. venditū non est) trecētis Mat. 26
denarijs. J In Marco leguntur discipuli communiter murmurasse atq; dixisse, vt quid perditio Marci 14
ista? Potuit enim vnguentū istud venundari plus quam tricentis denarijs. Sed maior quanti-
tas non excludit minorem. Et consuetudo scripturæ est, imo & vsus loquentium, vt toti com
munitati vel societati ascribatur, quod à parte eius committiť. Vel si alij quoq; discipuli mur-
murabant, non eadem ratione murmurauerūt qua Iudas, sed ex pietate quadam, & cito cessa
bant à murmure, Christi responsione audita. Iudas vero suā malitiā palliauit pauperum com
passione, subiungēs: L & datū est egenis. J hoc est, cur præciū vnguēti non est cōseruatū, vt ero
geť pauperibus? L Dixit autem hoc, nō quia de egenis ptinebat ad eū. J .i. verā curam & chari
tatem nō habebat ad pauperes, L sed quia fur erat, & loculos (.i. repositoria) habēs, ea quæ mit
tebantur. J hoc est, eleemosynas quæ Christo dabantur ad sustentationem sui & discipulorum
suoꝝ, vel vt ipse illas vlterius distribueret in pauperꝝ vsus. Multa quippe dabantur Chro ab
auditoribus suis & fœminis religiosis, & quod Christo eiusq; discipulis superfluxit, fecit Chri
stus dari egenis, propter quod & inopes multi eum comitabanť, Christus quoq; officiū pro-
curatoris & dispensatoris cōmisit Iudæ, tanquam minus spirituali & inferiori, nam & inter
Apostolos vltimus computatur. Talia ergo quæ sic mittebantur in sacculos, quos Iudas por-
B tauit, ipse L portabat. J hoc est, in alios vsus conuertit & occultauit, Decimum (vt dicitur) num
mum fucando. ¶ Quamuis autem aliqui dicant Iudam à principio suæ vocationis malū fuisse,
probabilius tamen videť dictū aliorum dicentium, quod quando à Christo in Apostolum ꝓ
motus fuit, extitit bonus, sed postea à tentatore victus, & in auaritiam est deiectus. Nec puto
quod Christus commisisset sibi prædicationis officium, nisi pro tunc dignus fuisset. Misit enī
illum prædicare, quemadmodum alios Apostolus: Qui vero in vitijs iacet, peccat mortali- Matth. 10
ter, docendo quæ non facit. Christus autem nulli præcipit facere quæ non licent. Peccato- Lucæ 9
ri vero dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? L Dixit ergo Iesus, J qui suam prædi-
lectam Magdalenam frequenter excusauit fideliter atq; benigne. L Sine illam. J hoc est, Ma- Psalm. 49
riæ non sis molestus, nec eam prohibeas facere, quod nunc facit, L vt in die sepulturæ meę ser
uet illud. J .i. quatenus tunc reseruet vnguentum, quod mihi sepulto superfunderet, si me tūc
inueniret. Loquitur ergo Christus de vnguento simili, quod Maria secum portauit in die do Marci 16
minicæ resurrectionis, vt vngeret corpus Iesu, qđ vnguentum tūc seruauit, nec in Christū il- Lucæ 24
lud expendit, quoniam tūc surrexit. Dicit ergo Christus Iudæ, vt permittat Mariam nūc fa-
cere, quod tunc faceret si valeret, quatenus tūc reseruet vnguentum, cuius simile nunc effudit. Iohan. 20
Verba Euangelistæ sunt intricata, sed quod iste sit sensus, patet ex eo ꝙ scriptū est apud Mar
cum. Præuenit vngere corpus meum in sepulturam, id est, nūc fecit corpori meo quod face- Marci 14
ret ei in monumento si posset. Vnde in Matthæo habeť: Mittens hæc mulier vnguentū hoc
in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Aliqui textus habent: Sinite illam, & sic Christ⁹ di
scipulos affatur pluraliter, ex quo elicitur quod non solus Iudas murmurauit, propter quod Matt. 26
nunc pluraliter subditur: L Pauperes enim semper habebitis vobiscū. J Quamdiu estis in vi-
ta præsenti, & ita potestis eis quotidie benefacere, atq; id damni quod in huius vnguenti effu
sione perpessi sunt eis recuperare. L me aūt non semper habebitis. J corporaliter, visibiliterq;
præsentem vt modo, idcirco non potest mihi quotidie fieri, quod nūc factum est mihi.

¶ Verūtamen Christus secundū suam diuinitatem omnibus adest, imo in omnibus est per
C essentiam, potentiam atq; præsentiam. In bonis quoq; per gratiam, secundū naturam quoq;
assumptam, adest nobis iugiter, atq; quotidie per sacramentalem præsentiam, secundū Mat. 28
quod ait apud Matthæum: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummatio-
nem seculi. L Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, J Hoc ēst plurimi Iudæorum, præsertim
eorum, qui in Hierusalem habitabant, vel illuc conuenerant, ad diem solennem instantem,
Hierusalem enim prope Bethaniam fuit ad quindecim stadia, sicq; faciliter perceperunt Iesum
aduenisse, præsertim, quia secūdum alios Euangelistas, magna quoq; turba venit cum Iesu vs
q; ad Hierricho, & vltra forte vsq; ad Bethaniam, L Et venerunt J ex Hierusalem locisq; vici-
nis ad Iesum, vel ad Bethaniam L non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent quem Matt. 21
(Iesus) suscitauit J à mortuis. Duplici ergo de causa venerūt. Vna, propter Iesum vt eius præ- Lucæ 19
dicationem audirent eiusq; personam visitarent, & opera cernerent. Alia, propter Lazarū
vt tam mirabile factum experimentaliter intuerentur, atq; de pœnis gehennæ, & statu alteri⁹
vitæ aliqua sciscitarentur vel docerentur. Homines quippe auide currūt ad videndū mira, & in
consueta. Erat autem mirabile valde, itemq; iocūdum cernere quatriduanū mortuū resuscita-
tum cū hominib⁹ denuo conuersantem, manducantem, bibentem, loquentem & cætera vitę
opera exercentem. Legiť tamen, ꝙ Lazar⁹ post suam resurrectionem non risit. Aug. dicit
ꝙ isti venerūt in Bethaniam ex curiositate, non charitate. Et tū probabile, ꝙ multi eoꝝ ex de
uotione venerūt, qđ ex duobus elicitť. Primo quiam statim subiūgiť, ꝙ propter Lazaꝝ multi
crede-

credebant in Iesum. Secundo, quia sequēti die solennissime ac deuotissime perduxerūt Iesum D
in Hierusalem. ⌊Cogitauerunt autem.⌋ Hoc est, cogitando decreuerunt. Cogitare vero ma-
lum sine cōsensu nō est adeo malum, sed isti cogitationi malignę adiecerunt consensum. Cogi
Eccle. 10 tauerunt ergo ⌊principes sacerdotum⌋ qui videbantur regere populum, sed subditos peruer-
terunt, quia secundum iudicem populi, sic ministri eius, ⌊vt & Lazarum interficerent.⌋ in quo
patet eorum intollerāda peruersitas, summaq; cæcitas. Primo q̄ illum voluerūt occidere, quē
deus tam supernaturaliter viuificauit. Secundo, q̄ putabāt Iesum nō posse suscitare occisum,
quem suscitauit per quatuor dies sepultum. Causa vero quare hoc statuerunt, annectitur, ⌊quia
multi propter illum abibant⌋ id est, multi Iudæorū, & ex consideratione tanti miraculi, & ex
visione sensibili Lazari, loco & voto seu corpe & mēte segregauerunt se à Iudæis incredulis,
Proue. 21 ⌊& credebant in Iesum⌋ q̄ esset Christus & filius dei. ¶ Hoc quippe miraculum fuit sufficiēs
Psalm. 32 testimonium q̄ vera esset prædicatio Christi. Ne ergo hi crederēt, & vt tanti miraculi memo
ria sopiret, voluerūt perimere Lazarum quē deus ideo suscitauit, vt homines fidem adhiberēt
dño Iesu. Sed nō est sapiētia, nō est prudētia, nō est cōsilium cōtra dñm, & verū, atq; in his sacer
dotū principibus constat impletum quod ait Psalmographus: Dñs dissipat cōsilia gentiū, re-
probat aūt cogitationes ppl'orū, & reprobat cōsilia principū. Cōsiliū aūt dñi in æternū manet.
¶ Porro qui cōtra iustitiā machinatur, & veritatē opprimere nititur, q̄ pfundius modos exco
gitat, studiosiusq; laborat, eo amplius præcipitat, & in falsitatis tenebras peruersitatisq; abyssum
Iohan. 9 demergit. ¶ Quæritur cum superius dictum sit, q̄ multi Iudæorum crediderūt in Iesum, propter E
natū cæcum, quē illustrauit, cur principes potius proposuerūt interficere Lazarū, q̄ cęcū illum
illuminatū? Dicendū q̄ propter causas diuersas. Primū, qm̄ miraculū illud factum in cæco, q̄-
dam palliationis colore diffamauerunt, eo q̄ factū fuerit sabbato, hoc aūt non poterant facere
in Lazari suscitatione. Secundo qm̄ cæcum illum quasi vilem inopemq; personam pharisæi
eiecerunt de synagoga, Lazarus vero potēs, diues & nobilis fuit, idcirco eius suscitatio multo fa
mosior erat, pluresq; ad eum ierūt. Tertio qm̄ suscitatio ista miraculosior fuit q̄ illuminatio il-
la, propterea q̄d plures crediderūt in Iesum ppter Lazarū, q̄ propter cæcū illū. Et quāuis scriptū
non sit, q̄ principes sacerdotū cogitauerūt cæcum illum occidere, nō est tamē incredibile, q̄d
cogitauerunt hoc ipsum: Nullum tñ miraculum fecit illos sic furere, sicut suscitatio Lazari, qm̄
nulla tergiuersatione poterat negari vel accusari. ⌊In crastinum⌋ .i. die sequēti seu die Palma
rum ⌊turba multa (non solum Iudæorum, sed & gentilium, vt patebit) quæ venerat⌋ ad Hieru
salem ⌊ad diem festum⌋ hoc est ad hoc, vt imminenti solēnitati interesset paschali ⌊cum au-
dissent, quia Iesus venit Hierosolimam, acceperunt ramos palmarum, & processerūt obuiā ei.⌋
Alij Euāgelistæ testant, q̄ multi ex turba cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.
Solus Iohānes scribit, q̄ cū ramis palmarum in manibus obuiauerūt dño. Certum est ergo, q̄d
vtrunq; fecerūt. Et ipsi quidam ad literam hoc fecerunt, ad reuerentiā saluatoris, diuina vero
inspiratiōe, ideo factum est, vt victoria Christi qua mox superaturus erat diabolū, victurusq;
mortem, & suos ex lymbo erepturus præfiguraretur. Sic enim obuiare victoribus solitū fuit.
Rami quoq; palmarū, antiquitus dabantur victoribus in prælijs præualētibus, ⌊& clamabant:
Osanna (id ē, obsecro salua) benedictus (.i. sanctus & laudatus sit) qui venit in nomine domi-
ni⌋ .i. in deo, & secundum voluntatem, præordinationemq; dei, quemadmodum de Christo
per prophetas prædixit. Isti soli Christi humanitatem nouerunt, sicq; putabant esse purum
hominem sanctissimū tamen, & mūdi saluatorem, ac regē Messiam, ideo dicūt eū venire in no F
mine domini .i. missum esse à deo, & scd̄m deū oīa facere, atq; ad eius honorē venire. Et ve-
rum fuit, q̄ Christus venit in nomine dñi, quia & ipse iam dixerat. Ego veni in nomine patris
mei imo scd̄m q̄ hō venit in nomine cuiuslibet diuinæ personæ ⌊rex Israel⌋ .i. verus rector
& summus princeps Israeliticæ plebi promissus, & nobis iam datus, de quo Esaias prædixit:
Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio
& iustitia. Et Ozeæ. Reuertent filij Israel, & quærent dñm deū suum, & Dauid regem suū .i.
Messiam vt oēs exponūt. Dauid siquidē tpe Ozeę diu mortuus fuit. Prophetæ enī concor
diter dixerūt Christū fore regē Iudæorū. Et quidam Iudæorū intellexerūt verba huiusmodi
prophetarū carnaliter, de solo regno terreno ac tēporali. Alij spiritualiter de regno verę obe-
dientiæ, quod inchoatur in via, & consummat ac ppetuatur in patria, ita quod Christus dādo
legem perfectam suis spiritualiter præsideret regnando in corde eorum per fidem & obedien
tiam, nūc in via deinceps transferret eos ad regnum cœlestis paradisi regnando in eis p glorię
communicationem. Hoc quippe dñs prænunciauit per Ezechielem. Saluabo (inquiens) gre-
gem meum, & suscitabo super eum pastorem vnum qui pascat eū Dauid seruum meum. Ego
dñs ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps eorū. ¶ Præterea q̄uis prophetæ, speciali-
ter dixerunt Christum fore Israelitici populi regem. Nihilominus prænunciauerūt eū oīm
gētium regem esse venturū, iuxta illud Zachariæ. Potestas eius à mari vsq; ad mare, & à flumi
nibus vsq; ad fines terræ. Et in Psalmo. Adorabūt eū oēs reges, & omnes gentes seruiēt ei.

¶ Porro

¶Porro hanc laudē turbæ Christo oblatā, alij Euangelistæ plenius descripserunt. Dicitur enī
A apud Lucam: Cū appropinquaret Iesus ad descensum montis Oliueti, cœperunt oēs turbæ de
scendētium gaudētes laudare deū super oībus quas viderant virtutibus dicentes: Benedictus q
venit rex in noīe dñi. Pax in cœlo, & gloria in excelsis. Ex quib⁹ verbis & cæteris q̄ Lucas ꝑ
misit, pbaf, ꝙ non solū turbæ ex Hierusalē & cæteris locis Christo obuiantes, sed multi quoq̧
eū sequentes, & cū eo de Bethania exeuntes cecinerunt canticū istud. In Matthæo legūt dixis
se: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dñi, o sanna in altissimis. Marcus vero
sic refert: O sanna benedict⁹ qui venit in nomine domini. Bñdictū q̄d venit regnū patris nostri
David. Longū esset oīa ista exponere, sed breuiter perstringēdo, petierunt saluari à Christo Psal. 117.
salute illa quæ habetur in altissimis, hoc est in cœlo. Præscripsit aūt hanc laudē Psalmista, dicen
do: O dñe saluū me fac, o dñe bene prosperare, benedictus qui venit in nomine dñi. Et inue
nit Iesus, nō à casu, sed per discipulos suos sibi iussit adduci. asellū, i. pullū asinæ subiugalis,
cui pullo tunc vsq̧ nullus hominū sedit, & sedit super eū, discipulis vestimenta sua supponē
tibus Christo insedenti. Quomō facta sint hæc, q cupit plenius scire aliorū inspiciat Euangeli
starum volumina. Iohannes enī talia prætermisit, quia ab alijs nonit satis descripta, sicut scriptū
est per Zachariam quātum ad sensum. Noli timere carnali, humano & inordinato timo
re, de quo scriptum est in Ecclesiastico: Qui timet dñm, nihil trepidabit, filia Sion, i. popul⁹ Lucæ 19
Israel. Prophetæ enī noīe filiæ totā plebē soliti sunt designare, quemadmodū Esaias ait: Sede in Zach 9
puluere filia Babylon. Et Sophonias: Exulta in omni corde filia Hierusalem. Sion vero est no
men montis in quo erat templū regis palatiū, vnde per Sion frequenter totus Iudaicus popul⁹
explicatur. Ecce rex tuus venit super pullū asinæ. Nostra translatio habet: Exulta satis filia Soph 3
Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascēdēs
super asinam & sup pullū filiū asinæ. Vnde apud Matthæū inducit Iesus vtrūq̧ animal insedis
B se, videlicet asinā, & pullū successiue. Hoc testimoniū prophetale Euangelista adiecit, vt fidem
corroboret, eo q̄d Christus prophetarū vaticinia adimpleuit, & itē, vt innuat ꝙ sacerdotes &
scribæ, qui erant eruditi in lege, ex hoc facto merito attendissent Iesum esse Christum. ¶Præte
rea quod turba pfata Chro corporalr semel exhibuit, nos debemus ei quotidie spiritualiter exhi 1.Cor. 13
bere. Dum ergo cognoscimus ꝙ Iesus Hierosymam venit, i. ecclesiā visitat, q̄d vtiq̧ facit quoti Cant 8
die, debemus ramos palmarum accipere, i. florida opera charitatis dei ac proximi. Palma enī
est arbor æstate ac hyeme florens, ideo charitatem (q̄ nūq̄ excidit) figuraliter exprimit, de qua
in Canticis sponsa: Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent 1.Cor 13
eam, idcirco æstate & hyeme, hoc est in prosperis atq̧ aduersis permanet florens, & fructus, sa
lutis producēs, quēadmodum ait aplus: Charitas patiens est, benigna est, sicq̧ Christo obuiare Amos 4
corde deuoto, eius aduentum cordialiter suspirando, eius p̄sentiā amorose amplectēdo, eiusq̧
voluntati in oībus cū congrua reuerētia obediendo, iuxta illud Amos: Præparare in occursum
dei tui Israel. Tunc quoq̧ debemus Christū orare & collaudare, dicētes: O sanna in excelsis. O
ratio nāq̧ p̄conijs mixta efficacissima est ad impetrandum, prout fatetur Psalmista: Laudans Psal. 17
inuocabo dñm, & ab inimicis meis saluus ero. Et est Chrūs laudandus in omni loco, propter
suæ maiestatis p̄sentiā atq̧ dñij vniuersalitatē, propter q̄d fertur in Psalmo: Benedicite domino
oīa opa eius, in omni loco dñationis eius, item in oībus horis, propter incessabilem suæ pietatis
sup nos effusionē, grāæ influentiam, omniumq̧ rerum conseruationē. Vnde Tobias filiū hor Tobiæ 4
tat, dicens: Omni tpr benedic deo. Et in Psalmo: Semp laus eius in ore meo. In Ecclesiastico
quoq̧: Laudabo nomē tuū assidue, & laudabit vsq̧ ad mortē aīa mea dñm. Laudādus vero ē
Chrūs rex immortalis & verus deus nō pigra, irreuerentiq̧ mēte, sed corde syncero, ignito ac sta
bilito, secundū illud Ecclesiastici: Et nunc in omni corde & ore collaudate & benedicite nomen
dñi. Vnde vbertim ait ardentissimus ille Psalmista: Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo. Tūc
Iesus inueniens asellum, i. humile mancipium, iugo legis diuinæ subiectum quod dicere potest:
Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Sedebit sup illud, i. in omnibus diriget
animā eius, omnēq̧ alienū dominatorem excludet. Hæc nō cognouerūt discipuli eius, i. cur
C Chrūs asellū sibi iussit adduci, & super illū sedit, & ꝙ in hoc īplebatur prophetia de Chro præ
dicta, non intellexerunt apostoli, primū, i. ante passionē, & tunc qn̄ fiebant. Erant enī adhuc
mirabiliter simplices, rudes & ierudīti, nā (vt infra Iohānes de seipso testaf) in die dñicæ resurre Iohan.20
ctionis nondū sciuit, q̄d opteret Chrm à mortuis surgere, ꝙ tamen Chrūs sibi & coaplis tam
vbertim p̄dixit, & pphetatū edocuit. sed qn̄ glorificatus est Iesus, i. post resurrectionem qn̄
corpus impassibile & glorificatum resumpsit, tūc recordati sunt, i. attenderūt, non ꝙ prius
illud scierint, & post obliuioni tradiderint, rursusq̧ pensauerint, sed recordatio sumitur nūc ex
tense, pro cōsideratione, quia hæc scripta erant de eo in Zacharia, vt dictum est. Tunc enim
aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, insufflauitq̧ in eos & dixit: Accipite spm̄ sanctū
in die quoq̧ pentecostes docuit eos spiritus veritatis, de oibus plene ac euidenter & hæc fece Lucæ, 24
runt ei, i. tunc quoq̧ recoluerunt, ꝙ turba fecit Christo quæ dicta sunt, vt impleretur vatici- Acto, 2

ita quod Christus his verbis conuersionem prædixit gentilium, q̃ figurabatur p conuersionē A hoꝝ paucorum gentilium, qui Christũ videre optabant, de qua etiam clarificatione accipit Augustinus illud Psalmistæ: Exaltare super cœlos deus, & super omnem terrā gloria tua. Psalm. 98

¶ Prosequutio elucidationis huius duodecimi capituli ab eo loco, Amē amē dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. Artic. XXXI.

EX decreto æternæ sapientiæ summæ trinitatis debuit passio Christi eius glorificationē gentiumq; cōuersionem præcedere, quoniam Christus patri vsq; ad mortem obediendo, meruit sibiipsi præmium accidētale, videlicet corporis glorificationem atq; iudiciariā potestatem, omnibus quoq; hominibus meruit non solum veniam culpæ, sed etiam conuersionis, iustificationisq; gratiā, propter quod ait apud Lucam: Nonne hæc oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam? Et iterum: Oportebat Christũ pati, & resurgere tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam in remissionem pctõrum in omnes gentes. Porro q̄ ita sit, Christus ostendit per aptum exemplum. ⌊Amen amen dico vobis, nisi granũ frumenti cadēs in terrā (.i. seminatum) mortuũ fuerit⌋ .i. corruptũ & resolutũ, ⌊ipsum solum manet⌋ .i. fructum non affert nec multiplicatur. Corruptio quippe vnius generatio est alterius, propter hoc vnũ non generat ex alio, nisi illud primo corrumpat. ⌊Si autem mortuũ fuerit (.i. putrefactũ in terrā) multum fructum affert,⌋ quia generat spicam granis plenam. Lucæ, 24

¶ Per granũ Christus seipsum signauit, qui ex cœlesti area in hunc mundum per incarnationē seminatus est, vnde de ipso habet in psalmo: Erit firmamentum in terra in summis montium. Translatio Hieronymi iuxta Hebræũ sic cōtinet. Erit memoriale triticum. Et Zacharias ait: Quid bonum dñi, & quid pulchrũ eius nisi frumentũ electoꝝ? Vult ergo saluator asserere, q̄d sicut granũ non corruptũ, nequaq̄ fructificat, sic ipse non fructificaret in gentibus, illas p apostolos conuertendo ad fidem, nisi prius à Iudæis occideretur, quod per Esaiam manifeste inue- Zach. 9

B nitur prædictum, quo scribitur: Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuũ, & voluntas domini in manu eius diriget. Per semen longæuum intelligitur plebs fidelis credēs in Christum, quæ vsq; in finem seculi perdurabit. Deniq; per voluntatem domini designatur conuersio gentium, secundum quod Thessalonicensibus scribit apostolus: Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, hæc in manu Christi directa est .i. ad bonum finem atque salubrem effectum perducta, eo q̄ posuit animam suam pro peccato generis humani delendo. ⌊Qui amat animam suã, perdet eam.⌋ ¶ De multiplici amore loquitur sacra scriptura. Primo de vero, diuino ac spũali amore, qui fundatur ĩ bono honesto, cuiusmodi sunt bona animæ, virtus, sapientia gratia beatitudo. De hoc amore dicit aplus: Si linguis angeloꝝ loquar, &c. Et Petr⁹: Ante oĩa (inqt) mutuã in vobis charitatē continuã habentes. Huic amori opponitur odiũ q̄ est summũ peccatũ. Secundo de amore carnali inordinato & seculari, q̄ fundat in bono tēporali, delectabili vel vtili saltem apparenter, de q̄ amore dicit apostolus alloquēs Timothęũ. In nouissimis diebus instabũt tpa periculosa, & erunt hoĩes seipsos amantes. Huic amori opponitur odiũ bonũ de quo Psalmista: Perfecto (ait) odio oderā illos. Porro iuxta philosophum amare est alicui bonũ velle, dupliciter ergo intelligi potest p̄sens scriptura. Prima, Qui amat animã suã .i. qui vere ac spũaliter diligit eā in seculo isto, volens sibiipsi & cupiens perseueranter bona honesta spiritualia ac diuina, pdet eã .i. in seculo isto exponet eā propter deũ atq; iustitiã aduersus ac mortis periculis, p̄ponetq; ducã corpori delectabilibus mũdi, incedens p arctā viã, nec timens eos qui corpus occidunt. Hæc est salutaris pditio, q̃ est effectus sancti amoris, estq; pditio ista, suiipsi⁹ abnegatio, propriæ crucis portatio, & Christi imitatio, de quibus apud Matthæũ ait saluator: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucē suã q̄tidie & sequatur me. Secũdo Qui amat aĩam suã carnali & vitioso amore, ambulãdo in cōcupiscentiis, ppriis & tpalibus potius q̃ æternis inhærēdo, pdet eã .i. æternã damnationem incurret, & seipsum vera felicitate post hãc vitã priuabit iuxta illud Ecclesiastici: Si præstiteris animæ tuæ cōcupiscētias eius facient te in gaudium inimicis tuis. Tales vere oderunt semetipsos, dicente scriptura: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Vult enim ei quæ nocent. De talibus ait Iudas in sua canonica: Thess. 4 Lucæ. 9

C Hi sunt in epulis suis conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à vētis circumferuntur, quibus procella tenebrarum cōseruata est in æternũ. Huic autem secundæ expositioni magis concordant sequētia. ⌊Et qui odit animã suam in hoc mundo⌋ id est, delectabilia mundi & carnis ei subtrahit, eamq; quotidie propter Christũ mortificat, & si occurrat articulus, pro fide & iustitia mortē amplectitur temporalē ⌊in vitã ęternã⌋ adipiscendam merito odii huius ⌊custodit eã⌋ de quo odio dicit saluator apud Lucam: Si quis venit ad me & nõ odit patrem suum, & matrē, & fratres, & sorores & vxorem, & filios, adhuc aũt & animam suam, non potest meus esse discipulus. Fugiamus ergo delectabilia vitæ præsentis, omnēq; mũdi honorē, famē & gloriã cordialiter aspernemur (crucifigentes iuxta doctrinã apostoli carnē nostrã cũ vitiis & cōcupiscentiis. ⌊Si quis mihi ministrat⌋ obediendo meis p̄ceptis, vel acquiescendo cōsiliis euãgelicis, ⌊me sequatur⌋ .i. patiēdo aduersa, tãe æquanimiter, fortiter atq; stabiliter

biliter imitet, non recedendo à via iustitiæ propter tormẽta. Vnde admonet Petrus: Christus D
passus est pro nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini vestigia eius. Hoc est q̃d Iohannes
in sua docet epistola: Qui se dicit manere in Chr̃o, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.
1.Iohã.2 Paulus quoq;: Omnes (inq̃t) q̃ volũt pie viuere in Chr̃o, persequutionẽ patient. Quid tam iustũ
2.Timo.4 decens & sanctũ, q̃ vt discipuli imitent magistrũ, serui dñm, mẽbra quoq; caput. ⌊Et vbi sum
ego, ⌋ inuiolabiliter secũdũ diuinã naturam, semp quoq; post ascensionẽ, i. in regno cœlorũ in
patria beatorũ, ⌊illic & minister meus erit.⌋ post vitæ præsentis occasum, & plenã satisfactio-
Apoca.4 nem, hic vel in purgatorio factã. Vnde in Apoc. loquit Chr̃s: Qui vicerit, dabo illi sedere me
cum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cũ patre meo in throno eius. Et apostolus: Cupio
2.Timo.2 (ait) dissolui & esse cũ Christo. Hinc iterũ dicit ad Timotheũ: Si cõmortui sumus & cõuiuemus,
si cõpatimur & conregnabimus. ⌊Si q̃s mihi ministrauerit ⌋ perseueranter vsq; in finẽ, declinã-
Mat.24 do ab omni peccato mortali, iuxta illud in psalmo: Ambulans in via immaculata, hic mihi mi-
nistrabat, ⌊honorificabit eũ ⌋, i. honorabilẽ eũ faciet, magnãq; ei reuerentiã exhibebit, ⌊pa-
ter meus qui est in cœlis ⌋, i. in cœlesti palatio, in angelorũ cõsortio in cœlestis paradisi delitijs
Psal.100 constituet eũ pater æternus, sed & diuinæ essentiæ vniet animã eius, vt videat deum sicuti est
clare p speciẽ. ¶ Sæpe insuper deus exaltat seruos suos fideles in vita p̃senti & post mortẽ, pro-
pter q̃d dicit propheta: Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus. Magna honorificatio
1.Iohã.3 filiorũ adoptiuorũ est esse cũ filio naturali, cohæredesq; Chr̃i, de quo honore ait inferius. Pa-
1.Cori.13 ter q̃s dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecũ, vt videant claritatem meam. ⌊Nunc
Psal.138 anima mea turbata est ⌋, i. vehementer mota, nõ tñ inordinate affecta. Turbatio ista fuit in
anima Christi, quãtũ ad inferiorẽ eius partẽ & appetitũ sensitiuũ, non ex infirmitate, sed præ-
Iohan.17 uia rationis deliberatione absq; superioris partis animæ inquietudine, vnde nomine perturba
tionis aliud nihil designatur, nisi ingẽs cõmotio appetitus sensitiui, instantem passionem natu E
raliter abhorrentis, ex preuia imaginationis illius, ipsa ratione talem passionem imperante, ad
insinuandũ veritatem humanæ naturæ in Christo. Talis quoq; turbatio fuit meritoria nobis,
sicut & cæteræ afflictiones, passionesq; Christi, & item consolatoria, vtpote ne desperatione
vel pusillanimitate frangamur, dũ necessitate vel infirmitate turbamur. In nobis tamen turba-
tio solet mentis tranquillitatem auferre. Deniq; q̃ turbatio nõ semp sonet initium, sed magnã
motionem significet, patet ex hoc q̃ inanimatis quoq; solet ascribi, quemadmodum dictum
Iohan.5 est supra. Cũ turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Et in psalmo: Qui conturbas profun-
Psal.6 dũ maris. Qualiter vero turbatio & cæteræ passiones fuerint in Christo, dictũ est plenius in p̃-
Iohan.1 cedenti capitulo. ⌊Et qui dicam? ⌋ i. ex turbatione p̃dicta sentio in me diuersos affectus, ex
quibus diuersæ p̃ces procedere possunt, ideo quæro quid dicã, nõ q̃ ignorem quid dici expe-
diat, vel præ angustia sp̃us loqui non valeam, sed vt arduitatem causæ sine negotij pandam, qa
secundũ appetitum sensitiuũ refugio mortẽ, sed secundũ rationẽ & voluntatem desidero mori
pro beatitudine mundi. Veruntamen appetitus animæ Christi nõ fuerunt sibi inuicem inor-
dinate repugnantes neq; cõtrarij. Inferior enĩ permittebatur naturaliter agere quod suum erat
sub moderamine rationis. Pater saluifica me ex hac hora. ⌋ ¶ Hoc exponi potest dupliciter.
Primo, vt sit ratio deliberatæ rationis quæ semper exaudiebatur in Christo, eritq; sensus: Pa-
ter saluifica, i. saluũ fac me ex hac hora, i. passione instante, & turbatione atq; pauore præsenti,
non vt nõ moriar, vel vt nõ turber & pauẽ, sed vt per acceleratam resurrectionem ab omni-
bus pœnis his liberet, fiamq; impassibilis corpore & anima. Iuxta hunc sensum orat Christus
Psal.21 frequenter in psalmo, vt cũ ait: Tu aũt domine ne elongaueris auxilium tuũ, erue à framea de-
us animam meam, Salua me ex ore leonis. Hieremias quoq;: Confundant (inquit) qui me perse
quuntur, & nõ confundar ego, paueant illi & nõ pauẽ ego. Secũdo exponit, vt sit ratio ani-
Hiere.17 mæ secundũ sensitiuũ appetitum, secũdũ quẽ dixit: trãseat à me calix iste: Pater saluifica me ex
hac hora, i. à malis pœnalibus temporis nunc instantis, videlicet à morte & affectionibus cæte
ris, quas naturaliter horreo. Verũ quoniã Chr̃us hoc absolute no petijt, sed simpliciter, hoc est
Mat.26 ex deliberata rõne & voluntate rõnali diuinæ voluntati perfectissime subiecta & conformata
pati optauit, propterea subditur, ⌊sed propterea ⌋, i. vt patiar ista pro tuo honore, hominũq; F
salute, ⌊veni in hãc horã ⌋, i. humanã naturã assumpsi, & mortalis ac tẽporalis fieri volui, atq;
hucusq; perueni, ducens vitã persequutionibus atq; laboribus abũdãtẽ. Deinde subiungitur de
liberatæ rõnis petitio. Pater clarifica tuũ nomẽ ⌋, i. teipsum, tuã bonitatẽ, maiestatem ac oĩpo-
Esaiæ 53 tentiã p meã passionẽ declara. Virtute quippe & merito passionis Chr̃i pater totũ mũdũ illu
Roma.8 minauit, suiq; nois notitiã gentibus p apostolorum doctrinã patefecit. ¶ Ex hoc enĩ q̃ pa-
ter tradidit filiũ suũ pro nobis in morte, ostendit misericordia atq; dilectio eius ad nos, & item
iustitia eius, quæ tanta est, q̃d maluit vnigenitũ suũ occidi, q̃ peccatũ manere inexpiatũ, inultũ,
immune, sapiẽtia quoq; q̃ tam admirabilẽ & cõuenientissimũ modũ inuenit. Itaq; mors Chri
Ephe.1 sti fuit clarificatio patris, imo passio martyrũ clarificatio nois est diuini, quoniam moriendo p
veritate deum honorant & verũ ac iustum ostendunt. Propter quod dicit apostolus ad Eph

ſios: In omni fiducia magnificabit Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem.
A Infra quoq; de Petro habetur: Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deum.
⌊Venit ergo vox de cœlo.⌋ i. in aere formatus eſt ſermo cœleſti virtute, videlicet à deo mini-
ſterio angeli loquẽtis in pſona dei patris, quẽadmodum in Chriſti baptiſmo & transfiguratio- Mat. 3
ne. Quæ aũt fuerit vox iſta, ſubiũgitur. ⌊Et clarificaui & iterũ clarificabo,⌋ hoc quidam expo
nunt de clarificatione filij à patre, vt ſit ſenſus: Et clarificaui te o vnigenite, & iterũ clarificabo te Lucæ 3
poteſtq; clarificatio ita exponi de Chr̃o ſecundũ vtranq; ſuam naturã, quia ſecundum diuini-
tatẽ pater clarificauit. i. ab æterno clarũ, glorioſumq; genuit filiũ, quem produxit ſibiipſi æq̃lẽ, Marci. 9
cõmunicando ei eandẽ numero claritatem, quã habuit & ipſe, ſecundum humanitatẽ vero pa- Lucæ. 9
ter clarificauit. i. clarum fecit, ac propalauit Chriſtũ in omnibus mirabilibus, q̃ circa eius huma
nitatẽ oſtendit, pnunciando eius incarnationem per pphetas, annunciando ei⁹ cõceptionẽ vir
gini ſanctæ per angelum educendo eam de clauſo virginis vtero, & cætera miracula faciendo Lucæ 1
per Chriſtũ, in teſtimonium quod ſit Chriſtus, & iterũ clarificabo te, in paſſione, per mirabilia
quæ tunc fient, in reſurrectione, aſcenſione, ſpũs ſancti miſſione, apl'orũ pdicatione & miracu-
lorũ per os eorumq; ſequaces perpetratione. Vnde in actis loquit Petrus: De⁹ patrũ noſtrorũ Acto 3
glorificauit filium ſuum Ieſum, ſed qm̃ Chr̃us immediate ante hæc verba orauit, dicendo: Pa-
ter glorifica tuum nomen. Videt clarificatio iſta referenda ad patrem qui dicendo: Et clarifica
ui, & iterum clarificabo, oſtendit ſe exaudiſſe precem filij ſui dilecti, qui paulo ante aſſeruit: E-
go ſciebam quoniã ſemper me audis: Pater ergo clarificauit ſeipſum in filio & per filium qm̃
quicquid communicauit filio ab æterno per generationem diuinam vel in tempore per mira-
culorum operationẽ totum ceſſit ad clarificationem patris, cuius tota perfectio relucet in filio,
imo cum patris & filij ſit vna ſubſtantia, eorũ eſt vna clarificatio. Quod eñ eſt ad gloriam vni Iohan. 5
us diuinarũ perſonarũ, eſt ad gloriam ſingularum. Propterea quod dixit ſaluator: Qui nõ hono
B rificat filium, non honorificat patrẽ qui miſit illum. ⌊Turba ergo quæ ſtabat,⌋ ex q̃ patet q̃
domino Ieſu ſtante & verba iſta loquente, populus quoq; ſubſtitit & aſpexit, atq; aduertit, ⌊&
audierat vocem,⌋ præfatam de cælo allatam, ⌋ dicebat tonitruũ factum eſſe. Alij dicebant: An
gelus ei loquutus eſt.⌋ Per turbam intelliguntur rudiores qui vocem prædictã, nec intellexe-
runt, nec diſcernebant, ſed ſonũ confuſum iudicauerunt, & forſitan æſtimabant quod tale ali-
quid factum eſſet miraculoſe, quale in libris Regum factum legitur, vbi habetur quod Samuele
orante, dedit dñs voces & pluuias. Per alios intelliguntur ſubtiliores, qui vocem prædictam at
tendebant eſſe articulatã & ſignificatiuam. Et quia credebant eum eſſe regem Iſrael & Meſſi
am, putabant angelum ei loquutum, quemadmodũ in ſcripturis veteris teſtamenti legunt an-
geli prophetas affari. ¶Sed multum mirandum videtur, quod vocem prædictã nõ intellexe-
runt, quæ (vt arbitror) facta eſt in Hebræo idiomate. Chryſoſtomus aũt teſtatur circa hunc lo-
cum, q̃d aperta quidem & bene ſignificatiua erat vox iſta, ſed cito ab eis euolauit, quaſi à groſſi
oribus carnalibus & deſidioſis & hi ſonitum tantum retinuerunt. Alij vero q̃ articulata vox e-
rat nouerant, quid aũt ſignificaret ignorabant, ſed nec verba hæc ſatisfaciunt dubitationi meę.
Si enim vox iſta in Hebræo facta eſt, intellexerũt eã Hebræi, q̃tũ ad ſenſum ſuperficialem pſer
tim cũ dubium nullũ ſit, quin vox iſta multũ fuerit altiſona & diſtincta. Q̃uo ergo turba dixit
factum eſſe tonitruum, cum & turba eſſet Hebrææ linguæ nõ ignara? Si aliq̃s dicat quod ideo
dixit factum eẽ tonitruũ, qm̃ facta fuit vox magna tonitruo ſimilis, q̃uo Iohãnes ait in Apo. Au
diui vocẽ q̃ſi tonitrui magni. Et apud Iob inducit: Cum vix paruã ſtillã ſermonũ eius audieri- Apoc 14
mus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Si in q̃ hoc aliq̃uis dicat, tunc turba iſta Iob. 26
nõ differebat ab alijs, qm̃ vox angelorũ aſſimilat tonitrua. Puto ergo q̃ turba quæ dixit toni-
truũ factũ, maxime fuit gentilis. Dictũ eſt eñ, q̃d multi gentiliũ aderant. Hi eñ qm̃ linguã He
bræã nõ intellexerunt, putabant factum eſſe tonitruũ, ſicut in paſſione Chriſto clamãte, Heli Pſal. 21
heli lamazabathani, q̃dã audiẽtes dixerũt: Ecce Heliã vocat iſte. Illi enĩ ſecundũ Hiero. fuerũt Matth 28
gẽtiles & miniſtri Pilati, q linguã Hebręã nõ intellexerũt pfecte, ſed nomẽ Heliæ ſæpe audierũt
pter q̃d Ieſu dicente Heli putabãt q̃ inuocaret Heliã. Sicuti prædicta verba neq̃ intelligen
C tes, dixerũt factũ eẽ tonitruum. Alij vero, puta Iudæi, itellexerunt verba q̃tum ad ſenſum ſupfi-
cialem, quẽadmodum ſimplex clericus legẽs verba hęc, ſignificationem eorũ ſupficialiter cõce
pit, ſenſum tñ internum atq; latentẽ nõ intellexerunt idcirco dixerunt: Angel⁹ ei loquutus eſt, &
hoc verum fuit, q̃tum ad hoc q̃ immediatus formator vocis angelus fuit, ſed quo ad hoc verũ
nõ fuit, q̃ angelus in ppria pſona, vel tanq̃ ſuperior loqui putabatur, putabant tñ quod vox il-
la aliquid magni notauit, ad declarãdum quod Ieſus eſſet verus rex Iſrael. ⌊Reſpõdit Ieſus & di
xit: Nõ pter me.⌋ i. nõ meã inſtructionẽ vel vtilitatem aut neceſſitatem, ⌊hæc vox venit, ſed
pter vos.⌋ i. ad veſtrã iſormationẽ atq; ſalutẽ, Chriſtus nempe perfecte cognouit ſeipſum,
nec eius beatitudo ex noſtra cõuerſione augetur, ſed popul⁹ ille & nos indigemus inſtructione
angelica, & conuerſione mẽtis noſtræ ad Chriſtum. Nihilominus vox illa venit propter clari-
ficationem Chriſti, vt dictum eſt. ⌊Nunc iudicium eſt mundi.⌋ Superius dixit filius dei. Ego

non iudico quenq̃. Et: Nō misit deus filiū suū vt iudicet mūdum, q̃ intelligenda sunt de iudicio D
Johan.8 discussionis & reprobatiōis finalis seu cōdēnationis. Quod ergo iā asserit: Nūc iudicium est mun
Johan 3 di, accipiendū est de iudicio discretionis, vt sit sensus: Nūc.i.tēpore euangelicæ legis, & nūc in
Roma.8 præsenti atq; post passionem meam, iuditiū est mūdi.i.iudicialis discretio hominū agitur, vt pote prædestinatorum clemens ad Christū conuersio & reproborum iusta relictio. Ex tempore enim prædicto deus maxime demonstrauit qui essent electi & qui præsciti, per hoc, quod aliquibus magnā largitus est gratiam, aliosq; deseruit, sicq; iudicauit discretione prudenti inter electos & reprobos illos vocando, istos derelinquendo. ⌊Nunc,⌋ virtute passionis meæ, & per apostolorum prædicationem, sanctiq; spiritus illustrationem, ⌊princeps huius mundi,⌋ idest, diabolus, rector & dominus hominū mundanorum qui à diabolo superantur, propter quod eius serui dicuntur, iuxta illud Petri: A quo quisquam superatus est huius & seruus est. Nec mirū si diabolus appelletur princeps mundi, cum de ipso dicat Apostolus: Deus huius seculi excæcauit mentes infideliū, quæ verba male intelligentes Manichæi, dixerunt diabolum dominum esse substantiæ mundialis, secundum quod alibi spondet Christo: Hæc omnia dabo tibi, si procidens adoraueris me. Itaq; nūc princeps huius mundi ⌊eiicietur foras⌋ id est, à cordibus hominum
Lucæ 4 expelletur, quia in toto mundo innumerabiles qui seruierunt peccatis, idolis, siue dæmonib⁹, cōuertentur ad me, & fient templum spiritus sancti, in quibus paulo ante habitauit diabolus. Hoc statim post missionem spiritus sancti cœpit vehemēter impleri. Primo in populo Iudæorum,
de meo corporali receſſu ſeu paſſione non nimium doleatis.

¶ Expoſitio capl̃i. XVI. Et nunc vado ad eum qui me miſit. Art.39.



Dhuc Chriſtus fons pietatis, compaſſionis amator, condolens mœſtiſſimis ſuis di
ſcipulis, conſolatur eos de corporali ſuo receſſu, eo quod hoc ipſum expediat eis.
Et nunc vado .i. ꝑ paſſionem & aſcenſionem reuertor ſecundum formã ſerui
Philip. quam indui ad eũ qui me miſit hoc eſt, ad patrem cœleſtem, adipiſcendo bea
titudinem pleniorẽ, q̃tum ad ꝑmium accidentale, videlicet corporis glorificatio-
nem, in cœleſtibus manſionẽ, ad patris dexterã conſeſſionem. Et q̃uis Chriſtus vt E
homo non redierit motu locali ad patrẽ, qui vere vbiq; eſt, tñ ad locum in q̃ pater ſpecialr̃ eſſe
aſſeritur reuerſus eſt motu locali, aſcendendo ſuper om̃es cœlos. ¶ Porro, q̃d ait: Vado, ideo
Iohan.12 dicit, quia in proximo fuit, vt rediret ad patrẽ. Quædam tñ reſtabant, videlicet occiſio pro mun-
Iohã.14 di ſalute & reſurrectio, ſed Chr̃s ante paſſionem interdum ſic loquitur, quaſi iam talia fuiſſent cõ
completa, eo quod in proximo erant cõplenda, & nemo ex vobis interrogat me q̃ vadis Su-
pra capl̃o. 13. in huius ſermonis exordio legitur Petrus Ieſum quæſiſſe: Dñe quo vadis? Et ſequẽti
ibi capl̃o: Locutus eſt Thomas: Dñe, neſcimus q̃ vadis. Quõ ergo nunc veritas dicit: Nemo ex
vobis interrogat me &c. Ad quod reſpondetur duplr̃: Primo, ſecundum Auguſtinum, q̃d hæc
verba Chriſti ad tp̃s aſcenſionis ſunt referenda, vt ſit ſenſus: Vado .i. prope eſt vt aſcendã ad eum
qui me miſit, & nemo ex vobis interrogat me, hoc eſt, tunc nullus veſtrum inquiret, quo pergã
quia tam manifeſte aſcendam ad cœlos, quod non erit dubium, vel quæſtio quo aſcendam? Vi-
Actorũ.1 dentibus em̃ illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Secundo dicendum, q̃ in prin
cipio huiꝰ ſermonis, aliqui (vt dictũ ẽ) ſciſcitabant Ieſum q̃ iret, ſed poſtea egreſſi ſunt de loco cœ
Iohan.14 naculi, & Chriſto cœptum ſermonem continuante in alio loco, ibiq; dicente: Vado ad eum qui
me miſit, nullus Apoſtolorũ interrogauit quo iret, & hoc fuit ex magnitudine admirationis, timo
Iohan.15 ris atq; mœſtitiæ, propter ea quæ audierunt a Chriſto, videlicet q̃ omnis qui interficeret eos, ar
bitraretur ſe obſequium deo ꝑſtare &c. Obmutuerunt itaq; vehementer attoniti, quam deiectio
nem eorũ Chriſtus quodãmodo exprobrando, nemo (inquit) ex vobis interrogat &c. Sed quia
hæc de veſtris futuris perſecutionibus, & receſſu meo corporali à vobis, locutus ſum vobis tri
ſtitia aliqualr̃ indiſcreta ac immoderata, impleuit cor veſtrum q̃ ex ſua imperfectiõe nondũ
vere paratum eſt ad ſuſtinenda mundi aduerſa, neq; me diligit dilectione puræ ſpũali, ſed partim F
ſenſuali, vnde & corporalẽ ꝑſentiam nimium cupitis, quam ꝑcurſor, tanquam vir perfectus, non
Iohan.6 curauit. Non em̃ legitur Chriſtum corporalr̃ aſſecutus, q̃m caro non prodeſt quicquã. ¶ Præ-
Iohan.14 terea ꝑ hoc quod ait: Triſtitia impleuit cor veſtrum, innuit q̃ vehementiſſime triſtabantur, ideo
eos benigniſſime conſolatur. Sed ego qui ſum veritas increata veritatem proportiona-
lem dico vobis: Expedit vobis .i. animabus veſtris ſalubre eſt, tanq̃ diſpoſitiuũ ad veſtrã ſem-
Acto.2 piternã ſalutem, vt ego vadam ad patrem modo ꝑinducto. Si em̃ non abiero, paracletus nõ
Iohã.15. veniet ad vos in tanta plenitudine, atq; in ſigno viſibili, vt in die pentecoſtes. Iam tamen Apoſto
li quibus dixit: Vos mundi eſtis, habebant paracletum ſecundum q̃ requirit ad ſalutem. Si autẽ
abiero, mittã eum ad vos .i. copioſiſſima dona eius vobis infundam. ¶ Cur aũt ſpũs ſanctus
hoc modo mittendus non fuit, niſi poſt Chr̃i aſcenſionẽ ꝑhabitũ eſt. ſ. q̃a Ap̃li Chr̃m aliqualr̃ ſen
ſualiter diligebant, q̃diu cũ ipſo corporalr̃ conuerſabant, quia reuera etiã in naturalibus pulcher-
rimus atq; dulciſſimus homo fuit, & valde affectuoſe, ſuauiter ac humilr̃ habuit ſe ad Ap̃los, quaſi
ſpõſus ad filios ſuos. Quantũ aũt affectio hoĩs habet de carnalitate, tm̃ impedit de ſpũs ſancti rece
2.Cor.5 ptione. Hinc Paulus pfectionẽ ſortitus, Chr̃mq; puriſſime amãs ac ſpeculans. Et ſi nouimus (in-
quit) Chr̃m ſecundum carnem, tñ nunc iam non nouimus. Secundo, q̃m ſpũs ſancti tam eximia
plenitu

A Plenitudo danda non fuit, nisi reconciliatis per passionē dñicam. Tertio, qm̄ Chrūs rex noster
tam excellenter dona distribuere non debebat, nisi cum reuersus fuit ad patriam suam, & sedit in
sede regni sui. Quarto, quoniam membra tanta gratia adornanda non erant, nisi ipso capite glo Iohan.7
rificato, propter quod dictum est: Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorifi-
catus. ⌊Et cū venerit⌋ .i. postq̄ spiritus sanctus vobis cum tanta plenitudine fuerit datus, ita q̄
abstulerit vobis omnē inordinatum formidinem, atq; infuderit veram animi libertatem, incon- Acto.2
cussam cōstātiam, iustitiæ tenacitatē, & feruidā dei ac proximi dilectionē, q̄d totum factū est in
die pentecostes, ⌊ille arguet mundum⌋ .i. p̄ vestram p̄dicationē increpabit mundanos & repro
bos, ⌊de peccato⌋ infidelitatis, q̄d habuerunt ⌊& de iustitia⌋ quā omiserunt .i. de contemptu &
omissione iustitiæ. Iustitia nempe non increpationem, sed laudem meret̄, verū omissio & contem
ptus iustitiæ meret̄ redargui, ⌊& de iudicio⌋ eorū temerario, vel de iudicio diuino, q̄d non timue
runt. Arguet ergo mundum de iudicio .i. de temeritate suæ p̄sumptiōis, qua non timuerunt diui
num iudicium. Erant enim mundani hoīes his tribus vitijs specialr̄ implicati, qm̄ infideles, iniu-
sti, & temerarij extiterunt. Deinde Christus verba sua exponit, ⌊de pc̄tō quidē⌋ arguet spiritus
sanctus mundum, ⌊quia non crediderunt⌋ amatores mundi ⌊in me⌋ primo Iudæi, deinde q̄dā
gentiliū, cū iā tāta signa à me, vel à vobis fieri cōspexissent, propter q̄d sunt inexcusabiles, ⌊de
iustitia vero⌋ omissa ab eis arguet eos, ⌊quia ad patrē vado⌋ propter q̄d mihi glorificato, & sup
oēs cœlos exaltato, magis q̄ ante obedire debuerant, cum vidissent, atq; audissent sufficiētia fidei
argumenta de mea ascensione. Post ascensionē eñ p̄ Ap̄los demonstrauit deus trinitas hoībus
B excellētiā Christi, videlicet q̄ data ei esset oīs potestas, in cœlo & in terra, & q̄ non eēt in aliq̄ Matth.28
alio salus, ideo obediendū fuit ipsius p̄ceptis. Vel sic: Arguet mundum de iustitia Chr̄i, quā non Actor.10
acceptauerunt iniqui, quia ego ad patrē vado, p̄ quod patet iustitia mea, videlicet q̄ dicta pro-
phetarū verificaui, patri in oībus obediui, irrep̄hensibilr̄ vixi, ideo acceptanda & imitāda fuit iu-
stitia mea, videlicet iusta conuersatio mea. Tertio sic: Arguet mundum de iustitia, credentiū p̄ser
tim apostolorū .i. cōparatione iustitiæ fideliū magis damnabiles erunt, & ideo arguent̄, q̄ iustitiā
credentium non sunt secuti, quia ego ad patrē vado .i. in vestro conspectu ascendo, propterea
imitari debebant iustitiam fidei vestræ. Omnes expositiōes istæ vident̄ satis redire in idem, ⌊&
iam non videbitis me⌋ ad tp̄s, nec eo modo vt nunc .s. in carne mortali, nec tam frequenter & cō
tinuate vt ante, qn̄ conuersatus sum inter vos, ⌊de iudicio autem⌋ discretionis quod abiecerunt, Baruch.3
vel diuinæ discussionis quod non timuerunt, arguet eos, ⌊quia princeps huius mundi⌋ .i. diabo-
lus cum satellitibus suis mundanis hoībus p̄ualens ac dominans, ⌊iam iudicatus est⌋ .i. reproba-
tus atq; damnatus à me, & item de corde fidelium electorū eiectus, & hoc iudicium homines de-
buerunt attendere cum viscera discretione, itemq; diabolo tanq̄ eiecto & victo fortiter reluctari, Matth.12
diuini quoq; iudicij rigorē ac potestatem vereri, eo q̄ deus principem huius mundi tā potentem Marci.3
fortē, armatū, regē filiorū supbiæ, cuius potestati non est potestas aliqua sup terrā cōparabilis, tā Lucæ.11
districte damnauerit, ex quo patet, q̄ fragiles, imbecillesq; homines facillime possit damnare, & Iob.41
C vtiq; si pensemus q̄ horrende & festinanter deus à principio principē dæmonum cum suis fau- Esaiæ.14
toribus deiecit & condemnauit, propter vnum cogitationis tumorem, valde timere debemus di 2.Petri.2
uinæ iustitiæ iudicialem rigorem. Hinc enim Petrus habet: Si deus peccantibus angelis non peper
cit, sed rudētibus inferni detractos, in tartarū tradidit cruciandos, nouit dominus iniquos in diem
iudicij cruciandos seruare. ¶ Denique licet diabolus à principio suæ ruinæ sit iudicatus, & in fine
seculi quodammodo iudicandus specialiter tamen iudicatus fuit à Christo conuersante in mū-
do, qui cum tentaret, dixit diabolo: Vade retro Satana. Et alias: Si fortior illo superuenerit, vniuer- Matth.4
sa vasa eius diripiet. Rursusq;: Nunc princeps huius mundi ejciet̄ foras. ⌊Adhuc multa⌋ de cre Lucæ.4
dendis & obseruandis, de mysterijs Christi & ecclesiæ, de statu seculi futuri, consummationeq; Marc.3
mundi, ⌊habeo vobis⌋ quasi futuris totius mundi doctoribus, ⌊dicere⌋ vt possitis & alios infor Iohan.12
mare, ⌊sed non potestis⌋ omnia illa ⌊portare⌋ in corde .i. capere, intelligere, retinere, ⌊modò⌋
quoniā inquieti, tristes & pauidi estis. Passiones eñ cum fuerint vehementes, actum rationis mul
tum impediunt, vnde anima quiescendo fit prudens. Et Iob ait: Neque possum metuens respon Iob.9
dere. Ideo quoq; non poterant capere, quoniam carnales & rudes fuerunt & imp̄parati. ⌊Cū
autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos oēm veritatem⌋ non simpliciter omnē, sed oēm
de qua nūc loquor, videlicet, omnia quæ habeo vobis dicere ad vestram salutem, atq; ecclesiæ in-
structionem, quō dixi capitulo præcedenti: Omnia quæcūq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Iohan.15
Hoc fuit in die pentecostes impletum, qn̄ sp̄us dñi repleuit primitiuam ecclesiā in oībus ad ipsam Actor.2
spectantibus. ¶ Deinceps Chr̄us ostendit, cur sp̄us sanctus sit ad instruendum tam p̄fecte ido
neus. ⌊Non eñ loquet̄ à semetipso⌋ hoc est, non vos illuminabit per allocutionem internam, vir
tute aut scientia non recepta, sed sibi à patre communicata, ita q̄ locutio eius erit tam vera, sicut
locutio patris, vel potius eadem numero cum locutione patris, eo quod operatio trinitatis sit in-
diuisa. Itaq; spiritus sanctus non loquetur à semetipso, quia non est à semetipso, sed potesta-
tem atq; scientiam, imò quicquid habet & est, recepit à patre & filio, tanquam ab vno principio

⌊sed quæ-

A ⌊Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos⌋ i. intus & foris plangetis illo modico
tpe q̄ non videbor à vobis, tanq̄ dicat: Per id q̄d dixi, modicū & non videbitis me, significo tp̄s
passionis meæ & sepulturæ. ⌊Mūdus aūt gaudebit⌋ i. mūdani, Iudæi, sacerdotes, scribæ ac pha
risæi gloriabunt de mea occisione & sepultura, militūq; custodia, q̄si certi de hoc, ꝙ resurrectu- Psalm.34
rus nō esset, q tanto lapide fuerat clausus, militibusq; vallatus, vñ fertur in psal. Aduersum me læ
tati sunt & conuenerunt, congregata sunt super me flagella. ⌊Vos aūt contristabimini⌋ triduo
mortis meæ, ꝓpter meam occisionem, vestram à me separationem & desolationem, inhone-
stamq; fugam. Hæc tristitia non fuit illicita, q̄uis q̄tum ad aliqd fuerit inordinata, vz qa de cor
porali recessu Christi nimis dolebant, nec eius passionē cōsiderabant, q̄si salutem mūdi atq; in-
troitū vitæ æternæ, ⌊sed tristitia vestra vertetur in gaudium⌋ i. ꝓdicto mœrori succedet con-
solatio magna in die resurrectionis, & deinceps cū appareo vobis. ¶ Gaudium q̄q; infelicium
Iudæoꝝ cito versum est in mœrorē & luctū, qm̄ vehementer doluerunt & erubuerunt, q̄n in
die pentecostes, & postea cœperunt apl'i in noīe Christi tam insuperabilr prędicare, tot millia
Iudæorum conuertere, tanta q̄q; prodigia operari, postea à Romanis deiecti sunt penitus, tan-
demq; in æternam ꝓlapsi sunt pœnam. Deniq; non solū apl'i, sed cuncti electi nunc in hoc mū
do plorant & flent, amore dilecti super oīa Iesu Christi. Item pcæ desiderio existendi cū deo, &
ex glīæ dilatione, ꝓpria insuper & aliena deflent pc̄tā, & ita sunt eis lachrymæ panes die & no Psal.41.
cte, & lauant cum Dauid per singulas noctes lectum suū. Mundus vero, vz reprobi, modo glo Psal.6
riatur cum malefecerit, ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt in infernum, qbus ait Prouer.2.
B saluator: Væ vobis q ridetis, q plorabitis & flebitis. Electoꝝ q̄q; tristia cito in gaudium cōuer Iob.21.
tetur, iuxta q̄d dicunt in Psal. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Luc.6.
Hinc scriptū est: Post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis. Et Psal.65.
Naum.1. Bonus dñs & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Magis ergo op- Tobiæ.3.
temus nunc cū electis vtiliter contristari & plangere q̄ cum mundo inaniter iucundari, intimo Naum.1
eaq; mente ridere. Melius enī est ire ad domū luctus, q̄ ad domum conuiuij. ¶ Præterea addu Eccles.7.
cit Christus exemplum ad hoc q̄d dixit discipulos contristandos, & cito lætificandos. ⌊Mulier
cum parit, tristitiam habet⌋ ex dolore q instat, ⌊cū aūt pepererit pueꝝ, iam non meminit ꝓssu
ræ⌋ i. pœnæ ac tristitiæ præcedentis, qm̄ non attendit nec curat ea, ⌊ꝓpter gaudiū⌋ i. prę gau
dio concepto ex hoc, ⌊q natus est hō⌋ i. filius, ⌊in mundū⌋ Magis enī solet pariens exultare
nato filio, q̄ filia. ⌊Et vos igit̄ nunc qdem tristitiam habetis⌋ de meo recessu & passione, ⌊iteꝝ
aūt⌋ post resurrectionē, ⌊videbo vos⌋ itaꝙ simul à vobis videbor, ⌊& gaudebit cor vr̄m,⌋
mihi congratulando, & de ꝓpria consolatione ac saluatione lætando, quēadmodū infra habet:
Gauisi sunt discipuli viso dño. ¶ Moralr. Mulier est ecclesia, vel aīa fidelis, q̄ cum parit. i. opera
pœniæ facit, vel aliorum conuersioni intendit, tristitiam habet de suis & alienis pc̄tis & ꝓpter
labores & afflictiones vitæ p̄ntis, prout apl'us testat: Nullam requiem habuit caro nostra, sed su Iohan.20
pra modū grauati sumus, ita vt tęderet nos viuere. Cum aūt pepererit puerum. i. aliquē ad Chri
C stum conuerterit, vel ad regnum cœloꝝ ꝓmiserit, vel opus bonū perduxerit ad perfectionem, 2.Cor.1.
vel seipsam perfecte reformauerit ad Christi imitationē, iam non meminit pressuræ præhabitę 2.Cor.7.
propter gaudiū fructus consequuti, qm̄ natus est hō. i. per gratiā reformat⁹, spūalem vitam sor
titus, vel esse gloriæ sempiternæ adeptus, vñ Paulus filijs suis q̄s spūaliter peperit, scribens: Quæ
est (inquit) gloria nostra? Nonne vos. ¶ Potest q̄q; moralitas ista referri ad primitiuā ecclesiā,
collectionem vz apl'orum, q̄ tunc peperit cum tristitia, q̄n de Christi passione ingemuit, postq̄ 1.Thess.2
vero pepererat puerum. i. flendo & eiulando Christi purissimi præsentiā fuit adepta, non me-
minit prioris tristitiæ, propter gaudium q̄d habebat, qa natus est homo in mundū. i. Chr̄us ad
immortalem vitam fuerat suscitatus, & mūdo exhibitus, ⌊& gaudium vestrum⌋ spūale, ⌊ne- Acto.5.
mo tollet à vobis⌋ qa non solum in prosperis, sed etiam in aduersis gaudebitis, sicut in actibus
dicit, ꝙ ibant gaudentes a conspectu consilij, qm̄ digni habiti sunt pro noīe Iesu contumeliam
pati. Et apl'us: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Veruntñ Chr̄us ideo dicit hoc, qm̄ gau- 2.Cor.6
dium apl'orum, oīumq; deuotorum fideliū, licet in hac vita interdum interrumpatur, & mœrori
commisceat, non tñ aufertur oīno, sed cito post hanc vitam perficitur, atq; internam stabilita-
tem sortit. ⌊Et in illo die me non interrogabitis quicq̄⌋ Si ꝑ hoc q̄d ait, in die illo, intelligatur
totū tempus à resurrectione vsq; ad ascensionem, non videtur posse saluari hoc verbum, nam
inter diem resurrectionis & ascensionem dominicam, apostoli interrogauerunt, quia & Petrus
dixit ad Christū de Iohanne: Dñe hic aūt quid, q̄n Christus apparuit eis ad mare Tyberiadis, in Iohan.21.
ascensione q̄q; qui conuenerant, interrogabant dicentes: Dñe si in tēpore hoc restitues regnum
Israel? Si aūt textus dicatur habere. Et in illo die me non rogabitis quicq̄, rursus instantiam pa Acto.1.
titur, quia paulo post dicitur: In illo die in nomine meo petetis, nec dubium, quin inter resurre-
ctionem & ascensionem apostoli deprecati sint patrem in noīe Christi. Si vero q̄d ait, in illo Iohan.16.
die, referatur ad diem determinatū, probabile videri potest, ꝙ aliq̄ certo die, q̄ Christus eis ap-
paruit, vel eū interrogauerūt, nam & Euangelistæ non referunt apl'os interrogasse Christum,

nisi q̃d apud Iohānem legit Petrus interrogasse,& discipuli in actis aplo℞. Secundū hoc sensus D
Iohan.21. eēt, In illo die tantā illuminationē vel certitudinē dabo vobis de mea resurrectione,ꝙ nō erit ne
Acto.1. cesse aliqd interrogare: Quidā vero referūt ad diē æternitatis,in q̃ gaudiū electo℞ consummat,
nec aliqd vltra molestiæ patiť. Tūc em̄ beati nihil interrogant neq; rogant,q̃tū ad ea q̃ ad essen
tiale p̄miū pertinēt,orant tñ pro alijs,& de quibusdā opibus dei,vnus aliū & oēs Christū inter-
Esai.63 rogare possunt,quēadmodū Chr̄o ascendēte,angeli intre se cōquirebant: Quis est iste q̃ venit
Psalm.23. de Edom? Et qs est iste rex gloriæ? Christum q̃q; interrogabant: Quare ergo rubrum est indu
Esa.63. mentum tuum? &c. secundum ꝙ Dionysius & Hieronymus verba Esaiæ exponunt.

¶ Expositio residuæ partis huius cap. Amen amen dico vobis, Si qd petieritis. Art. XL.

AMen amen dico vobis, si quid ⌋ salubre & decens, ⌊ petieritis ⌋ instāter & pro vobis, ⌊ patrē ⌋ cœlestem, ⌊ in noīe meo ⌋ .i. per me dei ac hoīm mediatorem, per virtutem passionis meæ, & merita oīm q̃ pro humana salute assumpsi, feci ac pertuli, per incar nationem, conuersationem, obedientiam, patientiā meā, ⌊ dabit vobis ⌋ & si non sta tim, tñ tp̄e opportuno, vel si non id q̃d petitis, tñ aliquid melius. ¶ Ad exaudibilitatē nēpe ora-
tionis, vt dictū est, hæc tria requirunt atq; sufficiunt. Primo, vt vere salutaria requirantur. Vnde
secundum Damasc. Oratio est petitio decentium à deo. Secundo, vt indesinenter cū plena fidu
1.Thess.5 cia oret quis, dicente aplo: Sine intermissione orate. Et Iacobus: Postulet (inquit) in fide nihil hæ
Iacobi.1 sitans. Tertio, vt oret pro se, q̃d dico non quasi non sit orandum pro alijs, quum Iacobus dicat:
Iacobi.5. Orate pro inuicē, vt saluemini, sed quia oratio etiā iusti, quāuis salutaris atq; assidua, interdū nō
exauditur pro alijs, ꝑpter indignitatem & incapacitatem eo℞, qm̄ indesinenter obicem ponūt E
Hier.15 gratiæ dei, Propter q̃d dn̄s ait ad Hieremiam de populo Iudæo℞ prauissimo: Si steterint Mo-
ses & Samuel coram me, non est aīa mea ad populū istū. Oremus ergo cū omni reuerētia deū
patrem, per vnicum filium eius, certissimi ꝙ exaudiet nos vltra & amplius q̃ meremur, quū sit
nostræ salutis amator. Si consideremus q̃ta pr̄ fecit pro nobis, q̃tum dilexit nos, q̃ta beneficia
contulit, q̃ta promissa spopondit, dubitare nequaq̃ poterimus, quin libentissime preces nr̄as
suscipiat, sed oīno decens & iustū est, vt cū cordis custodia, cū ingenti diligentia, cum puritate
mentis & stabilitate dn̄m maiestatis oremus, ne quē orando mitigare studemus, impie conuer
sando exacerbemus. ¶ Veruntñ hoc implere maximo eget labore ad refrenandum animi euaga
tionem, propter q̃d abbas Agathon dixit: Non est labor sicut orare deū. Itaq; quantūcunq; vi-
demur à deo repelli, nō exaudiri, non aspici, nullatenus desperemus, nec frangat spes nostra, sed
Psal. 93 veritatē scripturæ pensantes, sciamus sperantē in dn̄o non posse repelli. Ideo dicit Psal. Lætet
Psalm.104 cor q̃rentiū dn̄m, q̃rite dn̄m & cōfirmamini, q̃rite faciem eius semper. ⌊ Vsq; mō non petistis
Matt. 21. quicq̃ in noīe meo ⌋ Supra orauit Philippus: Dn̄e ostende nobis patrem & sufficit nobis. Por-
Marci.11 ro (vt in alijs Euangelistis inuenitur) discipuli ante hanc cœnā multa saluberrima deprecati sunt
Lucæ.11 Christū, dicēdo: Adauge nobis fidē. Filij q̃q; Zebedæi petierūt, vt vnus eo℞ ad dexterā Chri-
Iacob.1 sti, aliusq; ad sinistrā sederet in regno. Orationem q̃q; dominicā legerūt frequenter. Q̃uo ergo
Iohā.14 hucusq; nil petierunt in noīe Christi? Dicendū, ꝙ nullus petit in noīe Christi, nisi Christū vere F
Luc.17 cognoscat, eumq; saluatorem eē perpēdat. Apostoli aūt hucusq; nullā fidei stabilitatem habue-
Matth.20. runt de Christi diuinitate, & de cæteris eius mysterijs, p̄terea Chrūs non negat se exoratum ab
Marci.10 apostolis, sed ꝙ nil petierunt patrem in nomine suo, q̄a non recte senserūt de Christo in omni-
bus, præsertim q̃tum ad eius diuinitatem. ⌊ Petite ⌋ in nomine meo indesinēter, ⌊ & accipietis ⌋
Matt. 7 q̃d petitis. Om̄is em̄ qui petit, accipit: & qui q̃rit, inuenit, & pulsanti aperiet. Hinc fertur in psal.
Marc.11 Sperent in te qui nouerunt nomen tuū, qm̄ non dereliquisti q̃rentes te dn̄e. Sic veraciter est, si
Lucæ 11 nosceremus nomen dei nostri .i. formatam, expertam & illuminatam notitiam de eo habere-
Psal. 9. mus, nullatenus diffideremus, nec fatigaremur aut cessaremus, scientes suæ bonitatis abyssum,
suæ misericordiæ pelagus, suæ charitatis ardorem. Hoc itaq; postuletis, ⌊ vt gaudiū vestrum ⌋
spūale, q̃d post resurrectionem habituri estis de me, ⌊ sit plenū ⌋ .i. perficiatur in patria, vt gau-
deatis de me, non solū secundū ꝙ homo sum passus pro vobis, sed insup vt deus creator vester
& beatificator, vt bonitas infinita, deus immēsus, fons totius beatitudinis vestræ. Nunq̃ poterit
gaudiū nostrū esse plenū, nisi primū veritatē per speciem cōtemplemur, atq; diuina bonitate in
seipsa immediate fruamur, ex qua cōtēplatione & fruitione tāta delectatio orit, ꝙ maiorē san-
cti in patria nequeūt affectare. Habēt em̄ & possidēt possessione secura ac sempiterna quicqd
absolute desiderant, quū felicitas sit bonū perfecte cōtentatiuū atq; quietans, vtpote status oīm
bono℞ aggregatione p̄fectus. ⌊ Hæc in prouerbijs loquutus sum vobis ⌋ .i. cū quadā obscuri-
tate & similitudine parabolica. Sic enim Christus loqui solitus fuit ante passionē. Vnde & nūc
similitudinem mulieris parientis induxit. ⌊ Venit hora ⌋ .i. tempus propinquat, ⌊ cū iam nō in
prouerbijs ⌋ .i. obscure hucusq; ⌊ loquar vobis ⌋ Quāuis aūt Christus discipulis loquebat hoc
Matth.13 modo obscure, nihilominus exposuit eis sensum, propter q̃d ait ad eos: Vobis datum est nosse
Luc.8. mysteriū regni dei, cæteris aūt in parabolis. Ideo Marcus testatur: Seorsum discipulis suis dis-
Marc.4 serebat oīa, non tamē tā clare vt post resurrectionē, idcirco nūc subdditur, ⌊ sed palā de patre

meo

A meo annuntiabo vobis⌋.i.clariorē q̃ ante dabo vobis notitiā dei patris,q̄d factū est in die pen-
tecostes,qñ aplī recepto spū sancto,lympida quadā acie mētis cognouerūt de patre, totaq; su- Acto.2
perbeatissima trinitate,q̃ añ audierūt à filio,sed paꝝ vel nihil intellexerunt de eis. ¶Veruntñ q̄d
ait,palam,non est intelligendū de visione clara & immediata per speciem,sed singulariter eui- 2.Coꝛ.3.
denti p̱ speciem,de qua dicit aplus:Nos autē reuelata facie gloriā dñi speculantes. Deniq; ante
diē pentecostes Chrūs proprio ore clare docebat discipulos de diuinis,qñ aperuit illis sensum,
vt intelligerēt scripturas,insufflauitq; in eos,& ait:Accipite spm̄ sanctum. ⌊In illo die in noīe Lucæ.24
meo petetis,⌋.i.patrē p̱ filiū vere ac rite orabitis,qa tunc cognoscetis filiū spūaliter ac syncere, Iohan.20
quō sit dei & hoim mediator,p̱ quē oīa gratiæ dona hōibus impertiuntur à patre seu trinitate.
¶Quidā exponūt hūc locū ab illo verbo,Venit hora cū iam nō in prouerbijs loquar vobis, de 1.Timo.2.
visione & illuminatione sanctoꝝ à Christo in patria,vbi oīa vident in verbo & deū palam cō-
spiciunt,non per speculū in ænigmate,sicut mō,quā expositionē reprobat August.per id quod
adiectū est.In illo die in noīe meo petetis.Sancti aūt in patria non petūt vt dicit, quū petitio sit 1.Coꝛ.13
indigentię q̃ in patria locū non habet.Ad q̄d dici pōt ꝙ orant pro alijs,& pro certis punctis ad
accidentale p̄miū p̱tinentib⁹.⌊Et non dico vobis,qa ego rogabo patrem de⌋.i.pro ⌊vobis.⌋
Qūo intelligendū est hoc,quū supra in hoc ipso sermone dixerit Chrūs aplis:Ego rogabo pa- Iohā.14
trem,& aliū paracletū dabit vobis.Rursus sine mediatore Christo nullus habet accessum ad deū
nec aliq̄d promeremur vel exaudimur,nisi virtute & merito Christi;' Ad hoc quidā rn̄dent ꝙ Iohan.17
Chrūs rogat vt homo & non rogat vt deus.Quamuis aūt hoc veꝝ sit, tñ non videt ad propo- Ibidem
B situm satisfacere,qm̄ Chrūs causam cur non rogabit patrem pro discipulis suis assignans adie-
cit. ⌊Ipse eñ p̄r amat vos, qa vos me amastis.⌋ Insup paulo post in hoc ipso sermone Chrūs
rogat patrem pro aplis:Pater(inquiens)serua eos in noīe tuo.Et:Pater sanctifica eos in verita-
te:Non ergo vult dicere,ꝙ nequaq̃ orabit pro eis,sed ꝙ tantæ p̱fectionis & gratiæ erūt,ꝙ non
indigebunt deo reconciliari,sed ei amantissimi erunt familiares & p̄accepti, tanq̃ confirmati in
gratia,ita q̄d post spūs sancti susceptionē nunq̃ peccabunt mortalr̄, ideo actus & p̄ces ipsorum
erūt deo placentes sine speciali adiutorio intercessionis reconciliatoriæ,non tñ excludit Christi
subsidium,sed insinuat q̃ finaliter & secure possint patrem accedere,ideo addit.Ipse eñ pater
amat vos(amore æterno) quia, cuius causa à posteriori, vel signum est ꝙ vos me amastis,actu
charitatis infusæ.Certū,sępeq; dictū est,q̄d amor dei p̄uenit & causat om̄e meritū nostrum, &
quicq̄d boni habemus,idcirco amor discipuloꝝ ad Christū non est causa à priori q̄d pater di-
ligit eos,sed signū,qm̄ amor eoꝝ ad Christū est effectus amoris dei patris vel trinitatis ad eos.
Propter quod in epistola Iohannis habet:Nos ergo diligamus deū, qm̄ ipse prior dilexit nos. 1.Iohan.4
Quia igit pater nos primo amauit,idcirco amamus vnicū filium eius, ⌊& credidistis⌋fide for- 1.Timot.4
mata,⌊qa à deo exiui⌋.i.à patre æternaliter genitus sum, sicq; exiui ab eo emanatione imma-
nente,sicut egredit notitia à mente,& verbū ab intelligente,vel exiui.i.in mundū directus sum
à deo trinitate,q me hominibus visibilem præbuit ac socium dedit.⌊Exiui à patre⌋ iuxta illud
C Ecclesiastici:Ego ex ore altissimi prodiui,primogenita ante oēm creaturā, ⌊& veni in mūdū⌋ Eccle.24
per humanæ naturæ assumptionem,atq; cū hoibus piam conuersationem.⌊Iteꝝ relinquo mū
dum⌋.i.ab hominibus & loco terrestri recedo,q̃tum ad naturam assumptam p̱ victoriosam as Baruch.3
censionem.Qui eñ descendit,ipse est & q ascendit sup oēs cœlos,⌊& vado ad patrem⌋ per hu Ephe.4
manæ naturæ collocationē in cœlo empyreo,in q̄ pater specialiter eē & cōmorari censetur,qm̄
ibi excellentius operat,& seip̄m clarius manifestat,q̄uis secundū se nullam habeat habitudinem
vel determinationē ad locū,sed in seipso inuariabiliter,æternaliterq; subsistat,tanq̃ ens vere in-
circūscriptum,simpliciterq; & perfectiue infinitum. ⌊Dicūt ei discipuli eius:Ecce nūc palam lo
queris⌋ Dicendo ꝙ pater amet nos,qa dileximus te,&c.⌊& prouerbiū nullū dicis,⌋ loquēdo
de exitu tuo à patre,& aduentu in mundū,sed ipsam veritatem nude sine parabola loqueris.
¶Chrūs nāq; non semp parabolice loquebat discipulis,& licet pauloante iā dixerit:Venit hora
cum iam non in prouerbijs loquar vobis q̄d ad tp̄s post resurrectionem relatum est,non tñ ne
gauit,qm̄ etiam ante passionē loqueret eis quædā de deo sine prouerbijs.⌊Nūc scimus⌋ per fi-
dem & experientiā quandam,⌊qa scis oīa⌋ Hoc ideo asserūt,qm̄ Chrūs præuenit interroga-
tionē eoꝝ & cogitationes eoꝝ cognouit,sicut iam patuit,imò ex diuersis verbis & factis Chri
cognoscere poterant,q̄d nil eū lateret,⌊& non opus est tibi⌋.i.ad hoc q̄d respondeas nō opor
eet nec indiges,⌊vt qs te interroget⌋ quia tu nosti dubitationes atq; proposita cordiū,vnde nō
oportet tibi aliquid notificari,sed vniuersa mentium noscis arcana. ⌊In hoc credimus, quia à
deo existi, ⌋ vt dicis p̱ generationem æternam,ita ꝙ om̄ia scis q̃ scit pater,sisq; deus,qm̄ omnia
noscere modo iam dicto,deo est proprium.¶Secundum Augustinum apostoli non intellexe-
runt verba Christi quibus se dixit exisse à patre,sed putabant se scire q̄d ignorabant. Veruntа-
men certum est,q̄d credebant eū exisse à patre,ita q̄d diuinitus directus seu missus esset in mun
dum,sed an verba p̄inducta de exitu generationis diuinæ acceperint,non est adeo certū.⌊Res
pondit eis Iesus:Modo creditis⌋ clarius & magis explicite q̃ ante,tñ & ante crediderunt. Sed

ne apostoli de sua quasi perfectione gloriari inciperent, quia dixit eis, quod pater ipsos amaret, nec D
ipse pro eis rogaret, eo quod essent deo amabiles, mox de eorum ruina & instabilitate adiecit. ⌊Ecce
venit hora⌋.i. indesinenter propinquat, ⌊& iam venit⌋.i. in proximo est. Vnde quasi præsens repu
tatur, quia quod modicum est non computatur, ⌊vt dispergamini vnusquisque in propria,⌋.i. fugiatis à me,
& quilibet suum latibulum vel commodum quærat, quo possit saluare seipsum de manibus Iudæorum, quod in
Matth.26. comprehensione Christi impletum est, quando discipuli relicto eo omnes fugerunt, quemadmodum per Zacha-
Marci.14 riam fuit prædictum: Percute pastorem, & dispergentur oues gregis, ⌊& me solum relinquatis⌋.i.
Zacha.13 vestro consortio destitutum, atque humana ope priuatum, iuxta illud in psalmo: Longe fecisti notos
Psal. 87 meos à me, & elongasti à me amicum & proximum, ⌊& non sum solus⌋.i. sine consorte seu pari
naturæ, nec sine assistente & adiuuante, ⌊quia pater mecum est.⌋ Pater enim & filius inseparabiles
sunt natura & operatione loquendo de filio secundum diuinam naturam. Sic quoque sunt naturæ
consortes seu pares. Sunt enim non solum vnius essentiæ, sed & vna essentia, vnumque esse. Loquen-
do autem de dei filio secundum naturam assumptam. Sic pater fuit cum filio tempore passionis tanquam adiu
tor & liberator, animam eius in omni virtutum stabilitate conseruans, eumque à morte celeriter ad im-
Esaiæ.50 mortalem vitam resuscitans. Propterea apud Esaiam: Dominus (inquit) deus auxiliator meus. ⌊Hæc⌋
omnia quæ in hoc sermone effatus sum, ⌊loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis⌋.i. veram
Coloss. 3 animæ tranquillitatem, & pacem internam ac spiritualem, de qua dicit apostolus: Pax Christi exultet semper in
cordibus vestris. Hanc pacem habemus in Christo.i. in contemplatione & in dilectione ipsius, quando
Christum eiusque opera & persequutiones, beneficia & promissa pensando, pacem cordis habemus, quan-
Psalm. 118. tumcunque foris turbemur, sed & pax multa diligentibus legem dei. Idcirco dicit Psalmista: Tribu- E
Ibidem. latio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est. Hoc nempe est sanum, optimumque
consilium, vt omni persequutione seu tribulatione demus nos ad considerationem legis diuinæ, & eorum
2.Timo.3. quæ Christus pro nobis sustinuit. ⌊In mundo pressuram habebitis⌋.i. persequutiones, tentatio-
nes, & aduersitates innumeras. Omnes enim qui volunt pie viuere in Christo, persequutionem patiuntur,
Acto.5. quod maxime verum fuit in primitiua ecclesia, præsertim in apostolis, quando omnis qui occidit Christianum, ar-
bitrabatur se obsequium præstare deo. ⌊Sed confidite⌋.i. spem præualendi per gratiam meam habe-
te, nam ⌊ego vici mundum⌋.i. amatores terrenorum, persequutores iustorum, vtpote sacerdotes, scri-
Hiere. 50 bas ac pharisæos, quos verbis & factis confudi & vici, quia nec sapientiæ meæ potuerunt resistere,
nec miracula abnegare, nec me à via æquitatis auertere, sed & per patientiam vici vniuersam eo-
rum malitiam, imo tunc Christus vicit mundum, quum eum mundus occidit, tunc sapientia vicit ma
litiam, & ipse sua morte meruit mundi principatum atque iudiciariam potestatem, deditque suis mili-
tibus fiduciam, formam & potestatem vincendi hunc mundum. Meruit enim per suam persequutionem cun-
ctis fidelibus gratiam superandi ac triumphandi in omnibus, quam deus per Christum nobis largi-
1.Cor.15 tur, dicente apostolo: Gratias agimus deo, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. Itemque in
2.Cor.2 omnibus (ait) triumphat nos in Christo Iesu, & omnia possum in eo qui me confortat. ¶His verbis con-
Philip.4 solatur nos Christus, ne in diuersis pusillanimes aut debiles efficiamur, sed clamemus in cœlum ad
1.Mach.5 eum, qui pro nobis vicit mundum, & miserebitur nostri deus noster, pugnans & expugnans pro no
Iosue.23. bis. Rursus, quando Christus vicit mundum, debilitata est mundi potestas, nec plus potest in nos quam
Christus permiserit. Hinc ergo monemur in omni aduersitate esse constantes, confidendo in Chri- F
sto, & eius persequutiones considerando, quemadmodum ad Hebræos scribitur: Per patientiam
curramus propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum,
Heb.12. qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Et Petrus: Christo inquit passo in carne, & vos ea-
dem cogitatione armamini. Hinc finitus est præclarissimus, admirabilis & prolixus Christi ser
1.Petri.4. mo, factus vel potius inchoatus in cœna. Post hæc Euangelista describit orationem & gra-
tiarum actionem Christi pro suis discipulis & vniuersis fidelibus.

¶Elucidatio Cap. XVII. Hæc loquutus est Iesus & subleuatis oculis. Art. XLI.

CA.XVII.



Ompleto sermone profundissimo, doctrinali atque prophetico, sub-
iungit filius dei orationem sublimem, pro seipsius glorificatione, quantum
ad præmium accidentale, pro dei patris clarificatione in cordibus ho
minum, pro apostolorum, omniumque credentium salute & conseruatione.
Et quia orando debemus dei laudem & gratiarum actionem miscere, ipse
saluator orando ad patris sui laudem, itemque gratiarum actionem sæpe con-
uertitur. Ait itaque sanctissimus Euangelista. ⌊Hæc⌋.i. sermonem in qua-
tuor præcedentibus capitulis iam descriptum, loquutus est Iesus⌋ aposto-
Ioha.13.14 lis partim sedendo vsque ad id: Surgite eamus hinc, partim stando vel
15.16. ambulando vsque ad locum præsentem, quem plane sermonem fecit non
Iohan.14 solum ad apostolorum, sed vniuersorum quoque instructionem fidelium, quamuis hic sermo pro ma-
gna parte ad solos sit referendus apostolos, ⌊& subleuatis oculis⌋ corporalibus, ⌊in cœlum⌋ de
quo in Genesi habetur: In principio creauit deus cœlum & terram. Verum siue hoc intelligatur de
cœlo visibili seu stellato, quod dicitur firmamentum, siue de cœlo empyreo, quod est locus & mansio

theaorum

A beatorū,& vnū de quatuor coæqueuis secundū Strabū & Hedam. ¶Cur Chrūs qui secundum
naturam assumptam vidit indesinēter deū patrem & trinitatem æque perfecte per spēm cla-
rius q̄ omēs electi? Cur inquā oculos corpales leuauit in cœlū? q̄si per hoc oculi sui interiores iu
uarent vel excitarent ad cōtemplatione sublimiorem aut feruentiorē affectionē ad deū? Etrñ
dendum,q̄ fecit hoc non ad suū profectū,necessitatē vel indigentiam,qa quōcunq; corpus eius
fuerat situatū,aīa eius æque pfecte ferebat ad deū,non in vigilantia tm̄,sed & in somno,q̄ con-
templationem,dilectionē'q; aīæ Chr̄i nequaq̄ impediuit,sed ad nostram informationem, vt e-
doceret nos q̄ in orando debemus oculū mentis ad deū dirigere cū magna intentione, atq; vt
hoc pfectius faciamus, debemus & oculos corporales ad cœlū materiale leuare, q̄tenus inspi-
ciendo magnificū opus dei & habitaculum eius,excitemur ad speculationem diuinæ creatricis,
atq; in cœlo habitantis maiestatis,cœlestiū q̄q; gaudiorū memoriam,qa ad mentis nostræ ele-
uationem ad deū,plorimū confert industria exteriorū actuum, situum,applicationū, qm̄ cor-
poralia ad spūalia ordinant,& bonus corporalium vsus spūalibus suffragat. Porro,inter hęc cor
poralia ad internam deuotionem puocantia,sunt oculorū eleuatio,pectoris tonsio. corpis p-
stratio,genuflexio,brachiorū extensio,manuū complicatio,multiformis inclinatio. Propter q̄d Threno.3.
in Threñ.loquit Hieremias:Leuemus corda nr̄a cū manibus ad deū in cœlos. Et Psal. Leuaui Psal.120
oculos meos in montes. Deniq; publicanus pcutiebat pectus suum. Et Salomon in libris Regū Luc.18
fertur orasse genib⁹ flexis,& manibus in cœlum leuatis. Erigamus ergo cū Christo oculos cor 3.Reg.8
dis ad deum vbertim,secundum q̄d scriptum est:Oculi mei semper ad dñm,qa oratio est ascē Psal.24
B sus mentis in deū. Vñ qui orat corde vago,indmorato & dissoluto,non orat veraciter, nec ex- Esa.38.
auditur. Hoc egit Ezechias,qui ait:Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. ⌊Pater,⌋ Ephe.3.
naturalis & consubstantialis,à q̄ ois paternitas in cœlo & in terra nominat,cui nomē & ratio pa
tris propriissime ac verissime competit,⌊venit hora⌋ passionis meæ,vel venit hora.i.tempus
iam imminet faciendi q̄d precor,vc; clarificandi me,quam horam tu ipse & ego ab æterno de-
terminauimus atq; præfiximus,⌊clarifica filium tuum⌋ Tripliciter pater clarificauit Christum Iohan.18
post hanc orationem. Primo,per signa facta in passione,vc; q̄ ad vnam Christi responsionem Matth.27.
oēs aduersarij eius,qui venerant capere eum,abierunt retrorsum,& ceciderunt in terram,itē
per solis obscurationem tam longam & supernaturalem,per terræ motum,veli templi scissionē
& suscitationem multorū sanctorū in die Paschæ,qui venerunt in sanctam ciuitatem, apparue
runt'q; multis. Secundo,per glorificationem corporis Christi, q̄ facta est per resurrectionem,
ascensionē,& q̄tuor dotiū collationem,vc; impassibilitatis,claritatis,subtilitatis & agilitatis. Ter
tio,clarificauit eum in cordibus hoīm q̄s conuertit ad Christum,ita q̄ eius maiestatem cognos-
cere ac venerari cœperunt. Pro oībus clarificationibus istis orauit nunc Christus. ¶Sed cur
ista precatus est Iesus,quum sciret certissime patrem sic decreuisse,vt clarificaret taliter filiū suū.
Dicendum,q̄ non est conueniens ea postulare à deo,q̄ scimus danda esse ab eo,quia & deus sic
prædestinauit,vt daret ea per preces seruorum suorum. Qm̄ vero glorificatio Christi hois or-
C dinatur finaliter ad gloriam patris,subiungitur,⌊vt filius tuus clarificet te,⌋ per prædicationē
apl̄orum clarum te faciat in cordibus hoīm,dando eis notitiam & venerationem nōis tui altis-
simi. Nisi enim pater clarificasset Christum,mundus non credidisset in eum,& per consequens
nec patrem cognouisset,ideo Christus petit se clarificari,q̄tenus hoīes credant euangelio eius,
sic'q; Christus per sui euangelij annuntiationem clarificaret & patrem,⌊sicut dedisti ei⌋ ab in
carnationis principio,⌊potestatem ois carnis⌋.i.virtutem & domioationē super totum gen⁹
humanū. Ponitur ergo pars pro toto,vc; caro pro hoīe, quemadmodum in psalmo:Ad te ois Psalm.63
caro veniet. Atq; in Esaia:Videbit ois caro,q̄d os dñi loquutū est. Deniq;,vt dictum est sæpe, Esaiæ.40.
eo ipso q̄ Christi humanitas vnita est verbo hypostatica vnione, prælata est omni creaturæ,
habuit'q; à principio incarnationis potestatem omnis naturæ creatæ. Potest q̄q; ad Christum
secundum diuinitatem referri,quia per hoc q̄d pater dedit filio diuinā essentiam,dedit etiam ei
oīpotentiam seu potestatem ois carnis,omnis'q; creaturę,hoc est,potestatem per quā ipse vni-
genitus filius vniuersa creauit,gubernat & possidet. Itaq; sicut dedisti ei potestatem ois carnis,
sic clarifica eum,⌊vt omne⌋ genus hominum,⌊q̄d dedisti ei⌋ per prædestinationem æternā,p
temporalem vocationē & fidei synceritatem. Quos em̄ prædestinauit,hos & vocauit secundū Roma.8
apostolū,qui iterum ait:Elegit nos in ipso añ mūdi constitutionem. Nemo q̄ppe venit ad filiū Ephe.1.
nisi pater traxerit eum. Illos ergo pater dat filio,q̄s decreuit saluari per eum, & conuertit ad fi- Iohan.6
dem catholicam viuam & perseuerantem,⌊det eis vitam æternam⌋ pro eorum salute moriat,
eis'q; æternam beatitudinem mereatur vt hō,& largiatur vt deus. ¶Ex hoc innotescit,q̄d Chri
stus nunc loquitur de datione potestatis oīs carnis temporali,q̄ competit sibi secundū naturā
assumptam,qm̄ illa finaliter ordinatur ad redemptionem humanam. Datio vero huius potesta
tis æterna competens Christo secundum diuinam naturam non ordinatur ad aliud creatū, sed
potius finis est omnis creaturæ. ⌊Hæc est autem vita æterna⌋.i. vera atq; cœlestis felicitas cō- 1Cor.13
sistit in hoc,⌊vt cognoscant⌋ clare per speciem q̄d apl̄us dicit,facie ad faciem, ⌊te⌋ patrē,⌊so Deuter.32

lum deũ verum⌋ qui & deus verus, præter quẽ non est alius deus, ita ꝙ dictio illa exclusiua, so- D
lum, determinat deũ, excludens oẽm aliã deitatem, qm̃ non est deitas præter eam q̃ est in patre
& pater q̃ eadem numero est in trib⁹ personis, q̃ sunt vnus solus verus deus, estq; hoc mõ vna-
quæq; earum solus deus verus, ex q̃ elucescit pfidia Arrij atq; Eunomij, arguentium ex hoc lo-
co, ꝙ filius & spũs sanctus sint puræ creaturæ, q̃ñ solus determinaret personam, & personæ ex
cluderet consortium. Sic ergo cognoscant te, ⌊& ⌋item, ⌊quem misisti Iesum Christum ⌋.i. in
claro & fruitiuo aspectu patris & filij, secundum eius diuinitatẽ, haud dubium quin & spũs san-
cti, beatitudo oĩs mentis creatæ essentialiter sita est. Trinitas nanq; superbenedicta est vnũ bea
tificum obiectum oĩm beatorum, in cognitione aũt Christi secundum ipsius humanitatẽ bea-
titudo consistit, q̃tum ad præmium accidentale, & ex consequenti vel secundario. ¶ Ex his con
stat, ꝙ beatitudo consistit in actu intellect⁹ essentialiter ac directe, ita q̃d contemplatio summæ
ac primæ veritatis clara & immediata est essentia beatitudinis, seu ipsa felicitas, tñ in q̃tum contẽ
platio habet fruitionem adiunctam. Non enim cognitio sine dilectione atq; fruitione perfecta
est. Hinc dicit Aug. ꝙ visio est tota merces, in qua vtiq; Iohannes nostrã deiformem & summã
1 Iohã. 3 perfectionem, & per consequens veram felicitatẽ constituit, dicens in prima sua canonica: Cha
rissimi nũc filij dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus quñ apparuerit, similes ei eri-
mus, qa videbimus eum sicuti est. ¶ Præterea omnes sancti dei visionem quasi summũ, finaleq;
Exodi. 33, bonum desiderauerunt. Hinc Moses dño loquens. Si inueni (inquit) gratiã in conspect tuo, ostẽ
Psal. 84 de mihi faciem tuam, vt sciam te. Et Psal. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Sed & Aristote
les naturali ratione inductus. 10. Ethi. felicitatem constituit in speculatione optimi speculabilis E
Ex quibus patet, q̃ rudis sit Sarracænorum, Iudæorũq; cæcitas, q felicitatem ponũt in exterio-
bus bonis, delitijsq; carnalibus. s. in voluptatibus, gustus & tactus atq; similibus. Corporalia eñ
non sunt bona simplr̃ neq; finalia, sed ad spũalia ordinantur. Carnales insuper voluptates no-
bis & bestijs sunt cões, & in se viles sunt. Beatitudo aũt consistit in summis, honestisq; bonis, &
felicitas est bonũ prædignum, spũale, diuinum, vz optima operatio, optimæ potentiæ secundũ
virtutem perfectam. ⌊Ego te clarificaui⌋ sanctum & summũ ostendi ac honoraui, ⌊super ter
Philip. 2 ram⌋.i. inter hoĩs viatores habitantes in terra, quibus manifestaui maiestatem tuam docẽdo,
signa agendo, omne bonũ tibi attribuendo, alios ad cognoscendum ac honorandũ inducẽdo,
Baruch. 3. tibi vsq; ad mortẽ obediendo, item in oĩbus sanctissime conuersando, ⌊opus consummaui q̃d
Acto. 1 dedisti mihi vt faciam⌋.i. quicq̃d ad hũani gñis redẽptionem pcepisti me facere, docẽdo, inter
hoĩes conuersando, persequutiones ferendo, nunc ad effectũ perduxi, & q̃d restat, vz vt mortẽ
Esaiæ. 49 crucis sustineam, nunc tã prope est, vt q̃si factũ reputetur, de q̃ opere ait Chrũs per Esaiã: Op⁹
meũ cum deo meo. Et nunc clarifica me tu pr̃ apud temetipm̃⌋.i. in cõspectu tuo glorifica me,
q̃tum ad præmiũ accidentale, & ad dexteram tuam exalta, & pone me secundũ naturam assum
ptã, ⌊claritate quam habui, priusq̃ mũdus fieret apud te⌋ beatitudinẽ meam seu gloriã sempi-
ternam, q̃ cõpetit mihi scd̃m diuinitatẽ, cõica corpori meo per redundantiã quandam. Vel sic,
clarifica me in cordibus hoĩm apud temetipm̃.i. vere sicut bonũ & iustũ videt in oculis tuis, cla F
Ephe. 1. ritate quã habui priusq̃ mũdus fieret, æternã beatitudinẽ meã reuelando hoĩbus: Vel sic, clarifi-
ca me apud temetipm̃.i. in patria collocando me sup oẽm principatũ, ptãtem, virtutem & dña
tionẽ, claritate quã habui.i. gloria ista accidentali, quam habui scd̃m ꝙ hõ sum añ mundi crea
tionem in tua dispositione inuariabili atq; æterna. Hoc est, fac & da mihi nunc q̃d in æternitate
1. Reg. 2. dare & facere decreuisti. Porro saluator dicendo ad patrem: Ego te clarificaui & opus cõsum-
Psal. 144 maui q̃d dedisti mihi, ostẽdit orationẽ suam exauditiõe cõdignã. Deus eñ glorificantes se glori-
Hiere. 23 ficat, obedientes remunerat, voluntatem istoꝝ faciet, exaudiens deprecationẽ eoꝝ iuxta Psal.
Q̃d vero ait, priusq̃ mundus fieret apud te, sic intelligendũ est, ab æterno anteq̃ totũ vniuersum
crearet, vt eẽt in esse crato seu creatæ ac ꝓpriæ subsistentiæ, vbi tu æternalr̃ es, q cœlũ & terram
imples. ⌊Manifestaui nomẽ tuũ⌋.i. teipm̃, ⌊hoĩbus⌋ p fidẽ, ⌊q̃s dedisti mihi de mũdo⌋ pota
discipulis meis, q̃s de mũdo eduxisti.i. de vita & cõione hoĩm impioꝝ, & cõuertisti eos ad me,
q̃s vtiq; decreuisti saluare p me. Vñ Paulus testat: Eripuit nos de p̃senti seculo nequã, & tran-
Galat. 4 stulit in regnũ filij dilectiõis suæ. Hoꝝ corda Chrs edocuit verbis & signis, atq; opib⁹ de diui-
nis, de trinitate, de patre cęlesti. Et q̃uis apl̃i anteq̃ Chr̃o adhærerẽt habuerũt notitiã aliqualem
de deo patre, secundũ ea q̃ dicunt absolute de ipso, vt ꝙ eẽt ver⁹ deus, creator oĩpotens, &c.
nõ tñ cognouerũt eũ secundũ ꝓprietatẽ relatiuam, p quã dr̃ pr̃ naturalis vnigeniti filij. Primam
q̃q; notitiã patris pfecit in eis Chrũs, sic manifestauit eis patrẽ, secũdũ ea q̃ ei absolute cõueniũt,
Esa. 8 magis clare q̃ antea cognouerunt, de qbus Chrũs ait per Esaiã: Ecce ego & pueri mei q̃s dedit
mihi dñs. ⌊Tui eeãt⌋ p creationẽ, gubernationẽ & p̃destinationẽ, ⌊& mihi eos dedisti⌋ p tem
poralem vocationem seu piã eoꝝ cõuersionẽ, infundendo eis gratiã meritis meis, vt sint mẽbra
mea, fructũq; passiõis meæ finalr̃ sortiant, ⌊& sermonẽ tuũ seruauerũt⌋.i. doctrinã tuam me-
moriter tenuerũt & impleuerũt q̃tum requirit ad salutẽ vel sermonẽ tuũ.i. me verbũ tuũ seruaue-
rũt per fidẽ & charitatẽ. ⌊Et nũc cognouerũt⌋ per fidẽ, q̃uis nõdũ p̃fectam, vel scd̃m August.

Christus

A Christus ponit pteritum ꝑ futuro, dicens tales fuisse & esse Aplos, quales erant futuri recepto spi Iohan.10
ritu sancto, L qa oĩa quæ dedisti mihi J .i. vniuersa quæ habeo, L abs te sunt J .i. mihi à te collata
sunt, ita q non operor arte magica, nec ope diabolica, prout posuerũt mihi Iudæi, sed virtute diui
na, L qa verba q̃ dedisti mihi J .i. q̃ animæ meæ infudisti ac reuelasti à suæ creationis principio,
vel q̃ mihi verbo tuo dedisti ꝑ generationẽ æternã, ꝑ quã dedisti mihi vniuersoꝝ sciam, oĩmq̃
verboꝝ intellectum, & exemplarem rationẽ de oĩbus, quũ sim ars rõnibus plena, L dedi eis J
pdicando eis documenta cœlestia, L & ipsi acceperunt ea J diligenter aduertendo atq̃ credendo
L & cognouerunt vere, qa à te exiui J ꝑ generationẽ æternam, sic tñ q̃ mansi in te, ꝑ substantiæ
Identitatẽ, L & crediderunt J fide formata ac viua, L qa tu me misisti J de cœlo ad hoĩes ꝑ incar-
nationis mysteriũ. L Ego pro eis J tanq̃ charissimis L rogo J tuam paternam bonitatẽ, orõne ex Iohan.11
deliberate rõne procedente, quã semp exaudis ex me, sicut superius dictũ est: Ego sciebam, qm̃ Iaco.4
semp me audis. L Non ꝑ mundo J .i. reprobis amatoribus huius seculi, L rogo J de q̃ mundo di-
cit Iacobus: Quicũq; voluerit amicus huius mũdi fieri, inimicus dei cõstituet. ¶ Si Christus non Lucæ.23
orauit ꝑ mundo, qũo dixit in cruce ꝑ crucifixoribus suis: Pater, ignosce illis. Et in Psal. Pro eo Psalm. 108
vt me diligerent detrahebãt mihi, ego autẽ orabã. Itemq̃ Hierem. Recordare (inqt) q̃ steterim Hier.18
in conspectu tuo, vt loqrer ꝑ eis bonum, & auerterem indignationẽ tuã ab eis. Quod apud Esaiã
legitur ꝓphetatũ. Ipse pctã multoꝝ tulit, & ꝑ transgressoribus rogauit. Iohannes etiã ꝓfitetur in Esaiæ.53
prima sua Canonica: Ipse est ꝓpitiatio ꝑ peccatis nr̃is, non ꝑ nostris tñ, sed & ꝑ totius mũdi. 1.Iohan.2
Dicendum, q̃ Chr̃us non solum vt deus per sciam increatam, sed item vt hõ per sciam inditam,
B nouit distincte & plene q & q̃t essent saluandi, q etiam & q̃t essent dãnandi. Rursus, qm̃ Chr̃us vt
hõ compħensor fuit, q̃ ad superiorem aĩæ partem, voluntas animæ eius superior erat voluntati
diuinæ perfectissimæ conformata. Quẽadmodũ ergo sancti in patria non orant simplr̃ ꝑ eoꝝ
salute, quos deo reuelante sciunt pscitos, imo nec absolute atq; simplr̃ desiderant eoꝝ salutem, sic
Chr̃us non orauit orõne ex deliberata ratione prodeunte pro reprobis. Fecit tñ pro eis q̃d in se
fuit, & ex naturali amore, pietate vel affectioue. Forte vel alio modo orauit ꝑ eis in generali, vel
in speciali, sicut & aliq̃ modo voluit eos saluari, hortans eos ad pœniam, quemadmodum ex na-
turali ac inferiori appetitu, q̃ refugiebat mortem, orauit: Transeat à me calix iste. Et per hanc di- Matth.26
stinctionem, faciliter soluerent authoritates pallegatæ, q̃ & aliter solui possunt. Nam orõ eius fu Marc.14
sa in cruce, prõ quibusdam occisoribus suis per consensum credit exaudita, sed illi non erant fina Lucæ.23
liter pertinentes ad mundum perditionis. Silr̃ orões eius ante passionem pro Iudæis fusæ in aliq
bus illoꝝ sortitæ sunt effectum, qñ post resurrectionem nonnulli conuersi sunt, qui vsq; ad Chri
sti mortem cõtra eum sæuierunt. Insuper quod ait Iohannes in sua epl̃a, veꝝ est, quod Christus 1.Iohan.2
q̃tum in se est, est propitiatio pro totius mundi delictis, q̃uis in multis non adipiscatur effectum,
quoniam ponunt obicem gratiæ saluatoris, L sed pro his quos dedisti mihi J .i. quos per me sal-
saluare disposuisti, atq; per gratiam conuertisti ad me L quia tui sunt J id est, à te ab æterno dile-
cti ac prædestinati, de quibus dicit Apostolus: Nouit dominus qui sunt eius. ¶ Sed si erant sic 2.Timot.2
C patris, & à patre filio dati, ita quod perire non poterant, quid necesse fuit orare pro eis? Et respon
dendum, quod sine præuijs meritis erant prædestinati, sic tamen quod prædestinationis effe-
ctum sine meritis Christi & precibus, obtinere non debuerunt. Prædestinatio nanq; vniuersa
includit, quæ ad salutem prædestinati concurrunt, ideo comprehendit & preces, quæ pro præ-
destinatis funduntur. L Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. J Hoc dupliciter intelligi po-
test. Primo, de increatis & infinitis diuitijs patris & filij. Pater enim se totum communicat filio, Iohan.10
dans ei per generationem æternam diuinitatis plenitudinem. Est itaque sensus: Omnia mea, id
est, quicquid absolutæ perfectionis, quicquid beatitudinis, essentiæ & maiestatis in me est, vel
competit mihi, est in te, & conuenit tibi, quoniam vnum sumus, & indistincti in his, quæ ab-
solute dicuntur, per solam vero relationem distinguimur. Secundo exponitur de bonis crea-
tis, qa oĩa creata, sicut sunt opus & possessio filij, ita & patris, imo pater & filius sunt vnus pos-
sessor, factor & dominus totius entis creatæ. Lyra exponit aliter, dicens, quod propter inse-
parabilem vnionem diuinitatis & humanitatis in Christo, sit idiomatum communicatio, quia
humana ascribenda sunt deo, & diuina homini Christo. Quàmuis autem hoc verum sit, non tñ
videt ad propositum. Chr̃us eñ nunc loquitur patri, certum añt est, quod propter cõicationem
idiomatum ea quę sunt Christi hominis, non conueniunt patri, neq; econtra. Non enim pater est
passus, quàmuis deus sit passus, nec pater est incarnatus, nec filius est innascibilis, L & clarificatus Iohan 16
sum in eis J .i. claritatem meam & dignitatem iam partim cognoscunt, dicẽtes: Nunc scimus, qa
scis oĩa, & credimus quia à deo exiuisti, Post infusionem vero spũs sancti, plenius clarificatus est Acto.4
Christus in discipulis suis, & per eos quando & Petrus dixit de Christo: Hic est omnium domi-
nus, & non est in aliquo alio salus. L Et iam non sum in mundo J Hoc est: Propinquum est val-
de, vt corporalem præsentiam subtraham hominibus. L Et hi J discipuli mei L in mundo
sunt J diutius permansuri, variasq; tribulationes passuri, L & ego ad te venio, J per passionem,

& ascensionem secundum naturam assumptam, ideo indigent tua pia custodia, propter q̄d oro:
⌊Pater sancte⌋ qui es essentialr̃ sanctus, purus, ac suppurissimus, sanctitas infinita, omnisq̃ sancti D
tatis origo causalis indeficiens & fontana, ⌊serua eos in noĩe tuo⌋ .i. in teipso, eos gratiose custo-
Psal.36 di ne pereant, q̃uis ad horã cadãt, fugiẽdo à me. Itaq̃ serua eos in noĩe tuo, in fide & charitate no
minis tui, vt ꝑseuerent in te, & quũ ceciderint, non collidant te manũ supponente ⌊q̃s dedisti mi
Acto.4 hi⌋ cõuertẽdo eos ad me, ⌊vt sint vnum⌋ ꝑ charitatem, sintq̃ vnum mysticũ corpus ꝑ sanctæ
Hiere.23 dilectionis coagulum, quẽadmodũ in actis Apl'oꝝ habet: Multitudinis credentiũ erat cor vnũ &
aĩa vna. Vnde apud Hieremiã dñs ꝓnuntiauit: Dabo eis cor vnum & animã vnã. Sicut eñ inui-
dia coniunctos dissociat, sic charitas disiunctos vnificat ⌊sicut & nos⌋ .i. tu & ego, ⌊vnum sum⌋
in essentia, voluntate & veritate. Itaq̃ dictio illa sicut non denotat iam oĩmodã parilitatem, sed
aliqualem assimilationem, sicut q̄d dici solet: Oĩe sile est dissile. Aliqui vero vt abbas Ioachim,
verba hæc male intelligentes, dixerunt pr̃ & filius & spũs sanctus sicut sunt tres ꝑsonæ, ita & tres
substantię seu essentiæ, vnum per charitatem in voluntate. ⌊Cum essem cum eis⌋ corporali ꝓsen
tia ⌊ego seruabã eos in noĩe tuo⌋ .i. in tua fide & charitate. Chr̃us nempe secundũ naturã assum-
ptam seruauit discipulos q̃si instrumentalr̃, docendo, hortando, exemplariter cõuersando & in-
crepando, secundũ naturam autẽ diuinam seruauit eos efficienter ac principalr̃, operando intus
Psal.114. ꝑ grãm, sed in hac seruatione non differt à pr̃e & spũ sancto, qm̃ tota trinitas est vnus electoꝝ
Iohan.10 custos & conseruator, de q̄ legit: Custodiens paruulos dñs &c. ⌊Quos dedisti mihi ego custodi
ui⌋ .i. discipulos à periculis erui, in bono retinui, atq̃ hucusq̃ perduxi, tanq̃ pastor bonus, pi⁹ ma
Psalm̃.23 gister, & dñs potens, ⌊& nemo ex eis periit, nisi filius perditionis⌋ Loquit Christus, ac si nunc
cum hæc dixit, cum discipulis corporalr̃ non fuisset, eo q̃ mox recessurus fuit ab eis, silr̃ loquens
Matth.26 de Iuda, dicit eum iam perisse, quàmuis adhuc viueret, qm̃ in proximo suspensurus erat seipm̃,
æternalr̃q̃ damnandus, vel iam periit, grãm amittendo, mortem animę incurrendo, atq̃ æternã
pœnam promerendo. ¶ Dicitur autem Iudas proditor filius perditionis, hoc est, æternæ dam E
2.Thessa.2 nationis, quia tam copiose & enormiter fecit digna morte æterna, vnde de Antichr̃o dicit Apl'us:
Nisi reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, ⌊vt scriptura⌋ libri Psalmoꝝ, loquens de
Psalm̃.108 proditore & eius pœna ac maledictionibus ⌊impleatur.⌋ Psalmus enim centesimusoctauus, q
Actoꝝ.1 incipit: Deus laudem meam ne tacueris, de Iuda traditore conscriptus est. Vnde quod ibi habe-
tur: Episcopatum eius accipiat alter, Petrus in actis Apostoꝝ allegat de Iuda. In hoc autem Psal
mo de perditione proditoris multa scribuntur quæ oportebat impleri.

¶ Prosecutio elucidationis præsentis capituli: Nunc autem ad te venio &c.

Articulus quadragesimussecundus.

NVnc autem ad te venio⌋ .i. tp̃s nunc imminet q̄ veniam ad te per corporalem ascen-
sionem, & corporis mei glorificationem, ⌊& hæc⌋ vc3 sermonem ꝓscriptum & ofo-
nem ꝓsentem ⌊loq̄r in mundo⌋ inter discipulos meos ⌊vt habeant gaudium meum
impletum in semetipsis⌋ .i. q̄tenus spũalem lętitiã, veramq̃ beatitudinem, q̄ est gan-
dium consummatũ, adipiscant nunc inchoatiue, atq̃ in patria plene. Hoc quippe est finis doctri
næ Christi, & oĩm q̄ fecit, pertulitq̃ pro nobis. Apl'i autẽ post resurrectionem, & spũs sancti mis
sionem, vbertim experti sunt q̄ndã futuræ beatitudinis ꝓlibationẽ, gustando q̄ dulcis est dñs, sed
gaudium illud non potuit esse cõpletum in vita ꝓsenti, in qua oĩes qui volunt pie viuere in Chri
1.Petr.2 sto persecutionem patiuntur. Ideo consolatio ꝓsens, tribulationibus permiscetur. ⌊Ecce dedi eis
sermonem tuum⌋ .i. Euangelicæ legis doctrinam docui eos, vt & ipsi eam obseruent, ac ꝓdicent
2.Timot.3 aliis. Misit eñ Christus Apl'os ꝓdicare regnum dei añ passionem vt habetur apud Matthæum.
Matth.10 ⌊& mundus odio eos habuit⌋ .i. vitiosi scribæ & pharisæi cum suis amatoribus. Oderant enim
Marci.3 Apl'os ꝓpter Christũ, nam & timore Iudæoꝝ sedebant Apl'i, clausi in conclaui, sed post resurre- F
Acto.1 ctionẽ dñicam, qñ vbiq̃ ꝓdicauerunt euangeliũ Christi, odio habiti sunt à Iudæis ac gentibus se
Marc.16 cundum q̄d Christus apud Matthæum legitur ꝓdixisse: Eritis odio oĩbus hoĩbus propter nomẽ
Matt.24. meum. Propterea dicit Apl'us: Si hoĩbus placerem, Christi seruus non essem, huius odii causam
Gala.1 subiungit: ⌊quia non sunt de mundo⌋ .i. ad sortem & societatem hoĩm mũdanoꝝ non ptinent
Amos.5 nec illoꝝ conuersationi se conformant, imo vitia talium detestantur & arguunt, ideo odiuntur
ab eis. Nam dissimilitudo parit rancorem, & peruersi odio habent eos à quibus veraciter redar-
guuntur. Itaq̃ non sunt de mundo per operꝝ secularium imitationem, quia per gratiæ aspiratio-
nem cor suum auerterent ab istis terrenis, amantes cœlestia, ⌊sicut & ego non sum de mundo⌋
de numero hoĩm mundanoꝝ q terrena cœlestibus ꝓferunt. ⌊Nõ rogo vt tollas eos de mũdo⌋
hoc est, de hac vita mox auferas eos, transferendo eos ad beatoꝝ patriam, statim post resurre-
ctionem meam. Primo enim oportet Christianam fidem prædicari per eos, & gentilitatem cõ-
uerti, ecclesiamq̃ firmari, vnde mors eorum esset in detrimentum ecclesiæ, ipsi quoque multo
amplius promerebuntur manendo in mundo, quousque publicata sit fides. Hinc Apostolus Pau
lus ad Ephesios, primo capitulo: Permanere (dicit) in carne necessarium est propter vos, ⌊sed
vt serues eos à malo,⌋ culpæ secundum ordinem prædestinationis æternæ. Non orauit
Christus

A Christus,vt à malis pœnalibus vitæ huius seruarent, quum hoc saluti eorum non expedierit. Beati enim qui psecutionē patiuntur ppter iustitiā,sed ne per impatientiā,inconstantiā, vel timorem deficerent in aduersis. ⌊De mundo non sunt,sicut & ego non sum de mundo⌋ Hoc Christus resumit,vt nobis commēdet grām dei,qui electos gratiose discernit,ac separatā mundanis. ⌊Sanctifica eos in veritate.⌋ ¶Superius dixit Chrūs Apostolis:Vos mundi estis. Et ipse pater amat vos. Itemq̄:De mundo non sunt,cur ergo nunc depcat patrē,vt eos sanctificet quasi sancti non essent? Et rñdendum,ꝙ mundi erant,carēdo mortalibus,& de mundo non fuerunt p opa scelerata,non tñ sine venialibus erant,nec pfecti in grā,ideo Chrūs petit,vt pater sanctificet eos,hoc est,ab omi im mundicia,defectu & impfectione expurget,in grā quoq̄ perficiat, q̄d post resurrectionem cœpit impleri,qñ Chrūs insufflauit in eos,dicens:Accipite spm̄ sanctum. In die autem Pentecostes penitus & confirmati fuerunt in bono,adeptis primitijs spūs sancti. ¶Deniq̄ quis est in hac vita sic mundus,vt non habeat amplius sanctificari? quum dicit Apostolus: Quæ quidē retro sunt oblit⁹,in anteriora extēdo meipm,idcirco pcat:Qui cœpit in vobis bonū,perficiet vsq̄ in diem Iesu Christi. Itaq̄ sanctifica eos in veritate, veraciter dādo eis puritatē mentalem, veritatemq̄ triplicē,vtpotè vitæ,iustitiæ,& doctrinæ. ⌊Sermo tuus veritas est⌋.i. Prædicatio quam loquor in nomine tuo & ex te,omni caret mendacio,estq̄ tam pura & sancta,vt potius dicenda sit veritas q̄ vera. Vnde dicit Psalmista: Principium verborum tuorum veritas. Increatus etiā sermo dei, videlicet verbum æternum & veritas, iuxta quod ait: Ego sum via,& veritas,& vita. ¶Superius Chrūs orauit:Sanctifica eos in veritate, moxq̄ quasi expositiue adiecit: Sermo tuus veritas est,tanquam dicat:Hoc est sanctificari in veritate,seruare & ope adimplere sermonem dei

Matth. 5 Lucæ. 6 — Matth. 19 Iohan. 15 — Iohan. 20 Actorum. 2 Roma. 8 Philip. 3 Philip. 1 — Psal. 118 Iohan. 14

B seu sacram scripturam. ¶Præterea,sermo dei sacra scriptura,euangelium Christi,in tantū est veritas,vt ad Galatas dicat Aplus: Licet angelus de cœlo euangelizet vobis, pterq̄ euangelizauimus,anathema sit. Nihil igit falsius,nil prorsus detestabilius, q̄ quod fidei dissonat Christianæ. ⌊Sicut tu me misisti in mundū⌋.i.ad populum Iudæorum,qa non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel,⌊& ego misi eos⌋ puta Apostolos ⌊in mundum⌋.i.ad eundē populum instruendum,pcipiēs eis:In viā gentiū ne abieritis,sed ad oues quæ perierunt domus Israel. Quēadmodū ergo pater misit filiū ex charitate & pietate,vt hoībus æternā salutē annūtiaret,sic Chrs pie & charitatiue destinauit Aplos ad pdicandū regnū cœleste. ¶Quidā dicunt,ꝙ Chrūs ponit hic pteritum pro futuro,qm̄ ante passionē non misit Aplos in mundū,sed ad Iudæos dūtaxat. Sed hoc modici ponderis est. Sicut enim Chrūs dicit se missum in mundū, qui tñ perhibet se ad solum populum Israeliticum missum,sic intelligi pt,q̄d asserit se misisse Aplos in mundū,quia ad populum Israeliticum misit eos. Post passionē aūt locutus est eis:Euntes in mūdum vniuersum, pdicate euangelium omni creaturæ. ⌊Et ego pro eis⌋.i.pro salute eorum,⌊sanctifico meipm⌋.i. opa sancta facio,per quæ mereor eis gratiam & gloriam,non mihi,nisi gloriam pmn accidentalis. Omnia enim opa sua,persequutiones & mortem,retulit Chrūs ad nostrum pfectum atq̄ subsidium,nec opera sua auxerunt gratiam vel sanctitatem suæ mentis, sed nobis meritoria erant.

Galat. 1 — Matth. 15 Marc. 10 — Matth. 28 Marc. 16

C Vel sic,pro eis,hoc est ad ædificationem & informationem eorum,sanctifico.i.sanctum ostendo, & fateor meipsum,quia vt credant in me. Dico & factis ostendo ꝙ sim Christus filius dei,sanctus sanctorum & mundi saluator. Sancti enim frequenter suam perfectionem declarant ad dei honorem,vel proximorum instructionem,vel ad propriæ spei subleuationem, secundū quod Paulus ait:Nihil minus me arbitror fecisse ab his,qui sunt supra modum Apostoli. Et Ezechias: Memēto(ait)dñe,qūo ambulauerim coram te in corde perfecto. Tertio sic: ⌊Ego pro eis sanctifico⌋.i. sanctum sacrificium ago & offero,meipsum in ara crucis,quemadmodum scriptum est ad Ephesios:Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis oblationē,& hostiam deo in odorem suauitatis. Cuilibet autem harum expositionum consonant verba sequentia,⌊vt sint & ipsi sanctificati⌋.i.ab omni macula culpæ mundati ⌊in veritate⌋.i.in me,qui veritas sum. Vel,in veritate fidei,quæ est fundamentum totius sanctificationis æternæ. Hanc quippe veram sanctificationem meruit nobis Christus in sua conuersatione & passione,quam per sacramētum ecclesiæ obtinemus,primo omnium in baptismo,deinde in pœnitentia. ¶Deinceps orat Christus,non p Apostolis tantum, sed hucusq̄ ab eo loco: Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi,sed pro omnibus membris seu vniuersis fidelibus. ⌊Non pro eis autem⌋.i.Apostolis ergo tantum, ⌊sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me⌋.i.pro cunctis ad fidem conuertendis,qui vel immediate vel mediate conuertentur,& credent per pdicationem Apostolorum:Qui enim non audierunt immediate ipsos Apostolos,audierunt successores vel discipulos Apostolorum,sicq̄ per verbum Apostolorum crediderunt mediate. ¶Sed si Christus orauit p credituris,ergo non orauit pro cæteris discipulis suis,qui tpe huius orationis defuerunt, & tñ credebant in eum,nec orauit pro Maria Magdalena,Martha,Iohanna &c. Dicendum,ꝙ oīm horum fides in passione deficit. Vnde & postea quasi iterum credere inceperunt,& si non per prædicationē Apostolorum,tamen per verbum fidei quod cōmissum est Apostolis,primo & maxime vt illud euangelizarent,⌊vt omnes⌋ credentes ⌊vnum sint⌋ per fidem catholicam indiuiduā charitatē

Matt. 16 — 2. Corin. 11 4. Reg. 20 — Ephe. 5 — Iohan. 14

p eiusdē

per eiusdem finis appetitionem, sintq́ vnū mysticū corpus, vnum templū, & habitaculum spūs
Philip.2 sancti, quēadmodū ad Philippēses hortatur cū omni affectu sanctus Apl'us: Si qua cōsolatio in Chr̄o, si q̄d solatiū charitatis, implete gaudiū meū, vt idem sapiatis vnanimes, idem sentientes. ⌊sicut tu pater es in me⌋ sicut in naturali imagine, sicut in charissimo ac vnico filio, sicut in ver-
Iohan.1 bo tuo tibi cōsubstātiali, æq̄li & coæterno, ⌊& ego in te⌋ in sinu tuo, in corde paterno, in supersplendidissimo fonte. De q̄ sic emano, vt inuariabilr̄ pseuerē in eo, ⌊vt & ipsi in nobis vnū sint⌋ nō per cōsubstātialitatē, quēadmodū ego & tu vnū consistimus, sed p charitatē & grām, & item
Acto.9 sicut media vniunt in fine. ¶ Ecce, quō magister charitatis & vnitatis, finalr̄ cupit vnitatē san-
1.Cor.1 ctæ dilectiōis inesse suis fidelib'. Propter q̄d ait vas electiōis: Idipm̄ dicatis omēs, & nō sint in vobis schismata, ⌊vt mūdus credat⌋ .i. cæteri q nondū conuersi sunt, quēadmodū isti. Non em̄ oēs simul conuersi sunt per Apl'os, ⌊quia⌋ .i. q̄ ⌊tu me misisti.⌋ hoc est, rogo vt q primo credent, tantā habeāt vnitatē & charitatē in omi perfectione & gr̄a, q̄ cæteri nondū credentes, ex consideratione sanctita-is illoꝝ, conuertant ad fidē. Tanta q ppe debet in Christiano hoie pcipue religioso viro eē̄ perfectio, vt qcunq; siue infidelis, siue iniquus conuersionē illius inspexerit, fateat veram esse fidem catholicā, & sanctam consistere euangelicā legem, q̄ talem edocet vitam. Pro-
1.Petri.2 pter q̄d Petrus in sua monet ep'a: Conuersationē vestram inter gentes habētes bonam, vt in eo q̄d detrectant de vobis, tanq̄ de malefactoribus, ex bonis opibus vos considerantes, glorificent
Acto.2 deū. Hoc q̄ q̄ in Apl'is & primitiua ecclesia adimpletū legitur in actibus Apl'oꝝ: vbi habetur, q̄ habebant grām ad omnē plebē, & beatificabat eos pp'lus. ⌊Et ego claritatem quā dedisti mihi, dedi eis⌋ Quidā per claritatē istam intelligunt immortalitatē, quam Chr̄us iam dedit discipulis suis in spe, vel ponit pteritum p futuro, pp̄ter certitudinem pdestinationis diuinæ. Alij nomine claritatis, intelligunt virtutem miraculoꝝ, per quam clarificatur diuinitas, quam virtute m & gratiam dedit Christus discipulis: Ecce (inquiens) dedi vobis potestatem calcandi super serpentes. i.
Lucæ.10 scorpiones. Videtur aūt per claritatem hanc Christo collatam significari perfectio sciæ, vel dignitas gratiæ inditæ Christo, quam ipse suis iam discipulis cœpit communicare, & plenius fuit com-
Iohan.15 municaturus, quemadmodum dixit superius: Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Cui expositioni magis consonare videntur sequentia, ⌊vt sint vnum⌋ per charitatem ⌊sicut
Ephe.3 & nos vnum sumus⌋ per naturam. ⌊Ego em̄ eis⌋ sicut caput in membris per influentiam vitæ ac motus, q̄a per fidem & gratiam mentes eoꝝ inhabito, ⌊& tu in me⌋ per consubstantialitatē, & circuminsessionē, secundū q̄d deus sum, sed secundum q̄d homo sum, es in me per grām summam & singularem, ⌊vt sint consummati in vnum⌋ .i. ad perfectionē mutuę vnionis, (q̄ habet in
Colosſ.3 patria) pducant, vbi inseparabili charitate connexi sunt, & vbi est deus omnia in omnibus, ⌊vt cognoscat mundus⌋ p fidem in via, atq; p spēm in patria, ⌊q̄a tu me misisti⌋ ex qua cognitiōe ma
1.Iohā.4 xime inflammatur electoꝝ dilectio ad patrem & filiū, eo q̄ pater vnigenitū suū miserit pp̄ter
Philip.2 nos in hunc mundū. Ipseq̄ filius in hoc & in alijs vsq; ad mortem patri consensit, vel obediuit p nobis. ⌊Et dilexisti eos⌋ ab æterno & gratis ⌊sicut & me dilexisti⌋ non tamen in tantū vt me, quem secundum naturam diuinam diligis, amore prorsus immenso, secundum naturam autem assumptam ampliori q̄ vniuersitatem creaturaꝝ. Vel, dilexisti eos, sicut & me, id est, ad eundem finem seu beatificam dei fruitionem ad quam me dilexisti, secundum quod homo sum. Tertio sic: Dilexisti eos sicut me, id est, quemadmodū diligis me vt filium naturalem, sic diligis eos vt filios adoptiuos ⌊Pater quos dedisti mihi⌋ .i. electos meos quos meritis meis decreuisti saluari, ⌊volo⌋ imperialr̄ secundū q̄ deus & vt homo, volo deprecor atq; desidero, ⌊vt vbi sum ego⌋ .i. in patria, in qua nunc actualr̄ sum, quantum ad naturam atq; hypostasim verbi, put testatus sum
Iohan.3 Nicodemo, Filius hominis q est in cœlo. Sic enim Christus omnia vere ac substantialiter implet
Hier.23 iuxta illud in Hieremia: Nunquid non cœlum & terram ego impleo, vel vbi sum ego .i. in regno cœlesti, quo statim per ascensionem futurus sum, secundum naturam humanam, aut certe vbi sum ego, hoc est, in beatifica visione seu vera beatitudine, in qua anima mea nunc actualiter est,
Matth.28 ⌊& illi sint mecum⌋ post vitæ huius curriculum. Quāmuis enim fideles sint iam in Christo p fi
2.Cor.5 dem & gratiam, quum ipse pmiserit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi, nihilominus aliquo modo nunc distant ab eo, dicente Apostolo: Dum sumus in hoc corpore peregrinamur à dn̄o. Per fidē enim ambulamus & non per speciem, ⌊vt videant⌋ oculis cordis ⌊claritatem⌋ .i. gloriam ⌊meam⌋ videlicet increatam beatitudinē, veram diuinitatem, vel gloriam meam .i. creatam felicitatē animæ meæ, & corporis mei glorificationē, quæ corporalibus oculis conspicietur, ⌊quam⌋ claritatē increatam ⌊dedisti mihi⌋ ab æterno per generationē diuinam, claritatē vero creatam. Dedisti mihi in spe, vtpotē beatitudinem animæ in incarnatione glorificationē corporis in resurrectione, ⌊quia dilexisti me ante constitutionem mundi⌋ secundum naturam diuinam, tanquam tibi æternaliter subsistenter ptæsentē atq; simillimum, secundum naturam vero humanam pater dilexit filium ab æterno, non quasi vtiq; existētem, sed quia naturam eius humanam ad tantam beatitudinem præordinauit, volens et tantum bonum, vt verbo vniretur ac frueretur à suæ creationis principio.

¶ Porrò

A ¶Porro, si hoc quod ait, quia dilexisti me, accipiatur vt causa proprie dicta, eius quod dixit, quã de-
disti mihi, tunc verba prẽinducta, videlicet vt videant claritatem meam, non erunt intelligenda de
increata claritate Christi. Hinc enim pater non dedit filio ob hoc, quia dilexit eum ante constitutio
nem mundi, quia non ex præuia dilectione, sed naturali emanatione generat filium. Si vero acci-
piatur vt signũ, intelligi possunt verba prẽhabita de claritate filij increata. ⌊Pater iuste⌋ fons vni-
uersæ iustitiæ, regula æquitatis, atque mensura totius rectitudinis. Iustus enim dñs, & iustitias dilexit. Psalmo.10
Vnde in Sapiente scriptum est: Cum sis iustus, omnia iuste disponis. Virtus enim tua iustitiæ initi- Sapiæ.12
um ẽ. ⌊Mundus te nõ cognouit⌋ notitia salutari formata. Euangelista Iohannes accipit mundũ
nunc pro reprobis ac mundanis hominibus. Vnde & apud Matthæum dicitur: Væ mundo ab Matth.18
scandalis. Hic mundus in maligno positus est. Interdum vero pro electis in hoc mundo versanti- 1.Iohan.5
bus, de quibus nunc dixit, vt cognoscat mundus, quia tu me misisti. ¶Denique licet philophi per
naturalem rationem, Iudæi quoque per scripturas, & mali Christiani per fidem informem agnoue
runt deũ, tñ philosophi non cognouerunt patrem secundum proprietatem paternitatis, & rela-
tionem realem, neque Iudæi nisi forte per fidem implicitã, tamen & dictum est: Prophetæ & ali-
qui eruditiores in lege, habuerunt notitiam trinitatis. Mali quoque Christiani licet agnoscant pa-
trem & trinitatem per fidem informem, non tamen habent de eo cognitionem formatam, quæ Matth.11
requiritur ad salutem. ⌊Ego autem cognoui te⌋ cõprẽhensiue secundum quod deus sum. Nemo
enim nouit filium nisi pr̃, neque patrẽ nisi filius. Cognoui etiã te secundum naturã assumptã, beatifica vi
sione ab initio incarnationis. ⌊Et hi⌋ Apostoli cognouerunt ⌋ iam ⌊quia tu me misisti⌋ .i. in hũc Iohan.20
B mundũ direxisti, ⌊& notum feci eis nomen tuum⌋ per fidem, docendo eos, quod tu sis pater æter- Acto.2
nus à quo exiui, ⌊& notũ faciã eis⌋ nomen tuũ post resurrectionem, cum per insufflationẽ & ignea
rum linguarum apparitionẽ infudero eis spiritum sanctum, ad intelligendum scripturas ac myste-
rium trinitatis, clarissime vero seu per speciẽ notificabo te eis, quum ad prĩam perducentur, vbi oĩa
intuebuntur in verbo. Ibi enim quælibet diuina persona seipsam & singulas notificat faciem ad fa
ciem cuilibet beatorum. Nihilominus notificatio illa appropriatur filio quum ipse sit veritas & sapiã 1.Cor.1.
patris. Vnde beati asseruntur cuncta videre in verbo, quum immediate conspiciant supergloriosissimam trinitatem quasi vnum simplicissimũ beatificumque obiectum, ⌊vt dilectio quasi dilexi-
sti me⌋ Certum est, quod dilectio dei sit ipsemet deus diligens. Veruntamen pater dicitur diligere fi
lium spũ sancto, secundum sensum quem hoc exponendum est. Potest itaque sic exponi, vt dilectio qua dile-
xisti me .i. tu ipse me diligens, vel spũs sanctus quo diligis me, ⌊in ipsis sit⌋ per lumen gratiæ in prẽ-
senti, & item per lumen gloriæ in futuro. Sic aũt sit in eis, vt & ipsi diligantur à te & tu seu amor tu
us ad me, diligatur ab eis. Ad hoc ordinatur cognitio, vt amemur a deo, eumque amemus, ⌊& ego in
ipsis sim⌋ quasi in templo inhabitando corda eorum, vt vniti suo capiti, vitam gloriæ sortiantur.

¶Expositio capiti. XVIII. in quo incipit passio Christi Iesu &c.

Articulus quadragesimustertius.

C Hac cum dixisset Iesus, egressus cum discipulis suis trans torrentẽ Cedron⌋ Passio- CA.XVIII
nem saluatoris per quam viuificatus est mundus, singuli Euangelistarum describunt
tanquam vnum inter præcipua opera Christi. Mori nanque & ab impijs crucifigi dignatus
est Iesus, vt merito obedientiæ suæ ac mortis totũ genus humanũ ab originali peccatõ Esaie.53
per inobedientiam cõtingenti, & à morte æterna hinc consecuta eriperet, imo ab
omni peccatõ saluaret, ab omni liberaret pœna atque miseria, tandemque plenariã aĩæ &
corporis glorificationem præstaret, item vt suæ dilectionis feruorẽ & immensitatẽ nobis insinua-
ret, vt formam daret vincendi aduersa, & ab inordinata mortis curaret formidine, vt patientiam
demonstraret. Rursus, vt innotescat quam enorme & graue sit peccatum, pro cuius expiatione, oportuit
pati vnicum filium dei, vt iustitia dei appareat, qui maluit occidi filium suum dilectum & innocẽ
tem, quam peccatum manere inultum, aut inexpiatum, vt misericordia dei resplendeat, qui sic cõpassus est
suæ creaturæ, quod pro eius saluatione proprio filio non pepercit. Vt demũ magnitudo diuini
amoris ad nos elucescat, dum propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, filiũ suum sic af Romano.8
fligi, sic turpissima atque pœnalissima morte permisit occidi, vt nos sempiternam obtineamus læ- Ephe.2
titiam. Ait igitur felix Euangelista: ⌊Hæc⌋ .i. sermonem & orationem præscriptos, & etiam alia Sapiæ.2
multa quæ ab alijs Euangelistis describuntur, ⌊quum dixisset Iesus⌋ partim in cœnaculo, ad mi-
nus vsque ad illud: Surgite eamus hinc, & partim (vt aliqui dicunt) in via locum versus captionis, Iohan.14
quibusdam vere apparet, quod omnia hæc dixerit in cœnaculo, quia subiungitur: ⌊Egressus est
cum discipulis suis⌋ vndecim Apostolis, quibus & dixit in cœna: Vos estis qui permansistis me-
cum in tentationibus meis. Iudas vero iam abijt, ⌊trans torrentem Cedron⌋ vltra flumen sic di Lucæ.22
ctum. Et dicitur torrens Cedron, id est, Cedrorum ibi crescentium, currensque per vallem Iosa-
phat inter Hierusalẽ & montem Oliueti, ⌊vbi⌋ id est, vltra quem torrentẽ, ⌊erat hortus, in quẽ
introiuit ipse & discipuli eius⌋ Hortus iste fuit in villa Gethsemani situs ad radices montis oliua Matth.26
rum. Vnde Matthæus dicit Iesum venisse in villam Gethsemani. Lucas vero, quod exiuit in mõ Lucæ.22
tem oliuarum, quæ omnia simul stant, quia per montem istum venit ad hortum.

¶Conue-

¶Conuenienter autem dñs Iesus oĩm virtutum floribus adornatus, vigore & viriditate sapien-
tiæ atq; scientiæ, decoratus, cuius anima à suo vigore & viriditate nunq̃ aruit, ingressus est hortũ D
Cant.1 vbertatisq; locũ. Vtinam & cor nostrum sit hortus deliciosus, virtutum scientiarumq; gramini-
2.Cor.2 bus plenus, redolens quasi Christi odor bonus, in quem Christus intrare dignetur, quemadmo-
Canti.5 dum sponsa orat in Canticis: Veniat dilectus meus in hortum suum. ⌊Sciebat autem & Iudas q
tradebat⌋ & tunc traditurus fuit ⌊eum⌋ vtpote Iesum ⌊locum istum⌋ videlicet hortum, nec la
Matth.26 tuit Iudam quod Iesus iam illuc fuisset profectus, cuius causa subiungitur, ⌊quia frequenter Iesus
Marc.14 conuenerat illuc cum discipulis suis⌋ etiam tempore nocturno, quoniam erat locus quietus ora-
Luc.22 tioni contemplationiq; aptus. Ideo apud Lucam scriptum est, quod exiuit secundum consuetu-
Luc.22 dinem suam in montem Oliuarum. Ex quo patet, quod Iesus tempus nocturnum in oratione,
& actibus sanctis expendit, locumq; solitarium & quietum à ciuitate competẽter distantem ex-
petijt, non quod indigeret adminiculo loci, quem nil ab actibus intellectiuæ partis animæ potuit
impedire, vel ad eorum exercitium promouere, quoniam iugiter fuit in eadem perfectissima mẽ
tis dispositione subsistens, sed vt daret nobis exẽplum sic faciendi, quatenus à strepitu hominum
Ibidem. elongati, deum libere & attente cum cordis stabilitate precemur. ¶ Porro, in hoc horto fecit
Iesus trinam orationem, factusq; in agonia sudorem emanauit sanguineum, vbi & angelus ei ap
paruit, ipsum confortans. ⌊Iudas ergo cum accepisset cohortem⌋ hoc est, multitudinem militũ
Romanorum sub tribuno consistentium. ⌊& à pontificibus⌋ .i. principibus sacerdotũ, ⌋& pha
risæis⌋ haud dubium quin & à scribis ⌊ministros⌋ qui erant Iudæi. Muniuit enim se proditor sa
Matth.26 milia vtriusq; curiæ, ne quis auderet vel posset defendere Iesum. Cohortem autem cum tribuno
Marc.14 misit Pilatus præses ad instantiam Iudæorum, ⌊venit illuc cum laternis & facibus, & armis⌋ vi-
delicet lignis, gladijs, & fustibus. Erat enim profunda nox, ideo ne errarent in persona, & ne Ie-
Iohã.14 sus latenter diffugeret, venerunt cum lumine. Iesus itaq; sciens omnia, quæ vẽtura erant sup eũ⌋
Matth.26 id est, iniurias & tormenta sibi mox inferenda, ⌊processit⌋ obuiam eis intrepidus. Finita enim tri- E
na oratione dixit discipulis: Surgite, eamus. Ecce appropinquabit q me tradet, ⌊& dicit ad eos:
Quem quæritis?⌋ Non quærit quasi ignorans, sed vt ostẽdat se capi ac mori paratum, & ex illorũ
responsione conuenienter respondeat, ordinateq; veniat ad sequentem effectum. ⌊Responde-
runt ei: Iesum Nazarenum⌋ Non enim cognouerunt Iesum, quàmuis lumen adesset, & ante eũ
Lucæ.4 nouissent, imò, nec Iudas eum cognouit, quousque placuit Christo. Quemadmodum enim
Iohan.10 diuina virtute fecit se sæpe inuisibilem hostibus suis, quando voluerunt eum præcipitare & lapi-
dare, sic nunc fecit se eis incognoscibilem donec punctum suæ captionis instaret ⌊Dixit eis Iesus
Exod.3 Ego sum⌋ Iesus Nazarenus imò & verus deus, qui olim locutus sum Mosi: Ego sum qui sum.
Hæc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. ⌊Stabat autem & qui Iudas tradebat eum cum
ipsis⌋ in acie, quia dux fuit, atq; præcessit vt primitus accedendo & osculando, ostenderet virum
quem quærebant. ⌊Vt ergo eis dixit Iesus: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã⌋
nec surrexerunt, nisi dño Iesu annuente. ¶Ecce quanta est virtus Christi, qui vno verbo omes
illos ita prostrauit quod vtiq; miraculose factum est diuina virtute, mediante verbo quod dixit:
Ego sum, quod terribiliter auribus illorum insonuit. Tanta namq; fuit vis verbi illius, quantã vo
luit Christus eam esse. Item mediante sui vultus apparatu, quem eis ostendit in timore & maie-
Matth.21 state. Quemadmodum enĩ eiecit de templo omnes ementes & vendentes, qñ terruit eos egrediẽ
Marci.11 tibus igneis radijs ex oculis eius, atq; diuino quodam fulgore in eius facie radiante, sic nunc istos
Lucæ.19 deiecit in terram. Et si illa eiectio secundum Origenem & Hieronymum tam mira fuit, q̃ susci- F
Iohan.11 tatio Lazari ei vix præferatur, multo vtiq; mirabilior exstitit ista armatorum, pugnatorum, atq;
turbarũ tantarũ deiectio. Merito quoq; cadebant retrorsum, qui stabant ex aduerso Christi, & vt
miserabiliores apparerent, ac penitus victi, tamq; qui filio dei se opponere præsumpserũt. ⌊Iterũ
Eccl.7 interrogauit eos: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum⌋ Non enim pœnitue-
runt viso tam insigni miraculo Christi, propriamq; infirmitatem experti, quoniã obstinati erãt,
& quem deus contempsit, nemo corrigere potest. ⌊Respondit ei Iesus: Dixi vobis, quia ego sum.
Si⌋ pro quia ⌊ergo me quæritis⌋ ad capiendum & occidendum, non ad contemplandum, dili-
gendum & perfruendũ, quo me quærunt electi, ⌊sinite hos⌋ discipulos meos ⌊abire⌋ Omnia
hæc operatus est Christus. Primo ad maiestatis suæ declarationem. Secũdo, ad infidelium illorũ
Matth.26. commonitionem, videlicet vt suam infirmitatem, & Christi virtutem attenderent. Voluit enim
Marc.14 Chrs eos quantum in se erat, commonere, vnde & auriculam amputatã restituit proprio loco.
Roma.1 Tertio, vt penitus inexcusabiles fierent, persistẽtes in malo. ¶Deniq; Chrũs dicẽdo: Si me quæ
ritis, sinite hos abire, dedit hostibus suis licentiã quandã, i. non prohibitionẽ, sed permissionẽ ca-
piendi se, non tñ dedit eis admonitionem vel iussionem faciendi tm̃ piaculũ. Iussit vero vt deus,
ne caperent suos discipulos, & necessario obedierunt, non valentes voluntati iubentis resistere,
Marc.14 alias mirum esset, q̃ non cõprehenderunt Apostolos, maxime Petrũ, qui Malchum tã grauiter
Lucæ.22 vulnerauit. Cur aũt Chrũs iussit, ne discipulos tangerẽt, subdit Euangelista: ⌊vt impleretur ser-
Iohan.17 mo quem dixit⌋ Iesus cap. 17 p̃cedenti ⌊q̃a quos dedisti mihi⌋ o pater ⌊non p̃didi ex eis quẽq̃⌋

nullum

nullū electoꝝ apl'oꝝ pire ꝑmisi. Hoc dixerat Chrs his verbis, q̃s dedisti mihi ego custodiui.
¶ Possunt aūt hæc verba exponi dupliciter. Primo de corpali cōseruatione, eritq; sensus: Nō
A ꝑdidi ex eis quēq̄.i.nullū apl'oꝝ mecū occidi ꝑmisi, sed de manu hostiū illos eripui. Secundo
sic. Non perdidi ex eis quemq̄.i.nullū illoꝝ dānari permisi. Si aūt Christus permisisset aposto
los hac vice capi, perissent secundum Augustinum, qa infirmi erant, & ad moriendū pro Chri
sto imparati. Nam & princeps eorum sola interrogatione concussus, ter negauit. Dilata ē er- Matt.26
go eorum occisio, quousq; cōfirmati fuerunt in fide, & euangelicā legē disseminauerunt, tūcq;
moriendo pro Christo non perierunt, nec perdidit eos Christus, sed amplioꝝ sunt cōsequuti
salutē. ⌊Symon ergo Petrus habens gladium.⌋ Apud Lucā legit Christus dixisse apostolis: Luc.22
Qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladiū. Cui responderunt: Dñe ecce duo gladij
hic. Hoꝝ duoꝝ gladioꝝ vnū detulit Petrus. Porro gladij isti secundū quosdam fuerunt ma-
gni cultelli, qbus vti solent piscatores, alij dicunt, ꝙ erant gladij ꝓprie dicti, ⌊eduxit eū (de va
gina) & percussit pontificis seruū,⌋ ex magno amoris feruore, quo Iesum dilexit præ cæteris,
volens vlcisci filium dei bono zelo, sed indiscreto, ⌊& abscidit auriculam eius dexteram.⌋ For
te putauit eū occidere, imo secundū Chrysostomū intendebat ei caput amputare. ⌊Erat autē
nomen seruo Malchus,⌋ quē Petrus stans iuxta Iesum nō magis læsisset q̄ aliū, nisi illi primo
cœpisset mittere manū sacrilegā in filiū dei. Hoc eqdem fecit Petrus qñ cœperunt cōprehen
dere Christum, q secundū Lucam tetigit locum vulneris, & restituit aurē atq; sanauit. ⌊Dixit Luc.22
ergo Iesus Petro: Mitte gladium in vaginam.⌋ Christus patientiæ doctor, q docuit & ꝑcepit
aduersarios diligi, & persequutoribus bona impendi, impleuit quod docuit, per quod damnat
ira & impatientia nostra, q̄ nec vnum verbum durius prolatum possum⁹, vel potius nolumus Matt.5.
sustinere, & interdum nec contenti sumus æq̄le damnū rependere, sed modice læsi volumus of Luc.6.
fensorem nostrū prorsus deprimere, quo contra dicit aplus: Noli vinci a malo, sed vince in bo
no malū. Et Psal. Si reddidi (inqt) retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis Roma.12
inanis. ⌊Calicem quem dedit mihi pater⌋.i. mortem quā pater vult me sustinere ꝓ mūdi salu Psalm 7.
B te, ⌊nō vis vt bibā illū?⌋.i. mortē hāc gustē, tanquā dicat: Erras hoc volendo. Vñ & alio loco Matt.16.
quū Chrs passionē suā ꝑdixisset, cœpissetq; Petrus increpare eū, dicens: Dñe ꝓpicius esto tibi Marci,8.
nā hoc nō erit. Rñdit ei Iesus: Vade retro me Satana, qa nō sapis ea q̄ dei sunt, sed q̄ hominū.
¶ Quæritur si pater dedit Christo hunc calicem, qd peccauerunt Iudæi, q eum Christo dede-
runt, intulerunt & ꝓpinauerunt? Dicendum ꝙ pater ideo dicitur calicem Christo dedisse, qa
per eius passionem decreuit humanum genus redimere, & qa permisit eum occidi. Voluit er-
go Christum mortem patienter & charitatiue sufferre, non tñ voluit Iudæos tm̄ crimen com
mittere, vñ nec excusant, qa nec ea intentio Christum occiderunt q̄ pater voluit eum mori.
Hinc in actis Petrus testatur: Deus q ꝑnunciauit per os omnium prophetarum pati Christū Acto.3.
suū, impleuit sic. ⌊Cohors ergo & tribunus⌋ princeps cohortis q erant gentiles a Pilato trās
missi, & ministri Iudæorum,⌋ præsertim pontificum, ⌊comprehenderunt Iesum,⌋ violenti
am inferentes ei, q non habebat peccatum. ¶ Est autem & alia comprehēsio Christi bona ac Esaie.53
spūalis per amorem & contemplationem, de q̄ dicit apostolus. Sequor autem, si quo mō com philip.3.
prehendam, in quo & comprehensus sum. Sponsa quoq; in Cantic. Apprehendam (ait) te & Cant.8
ducam in domum matris meæ, ⌊& ligauerunt eum⌋ in manibus. Fertur quoq; ꝙ ferream ca- Matt.26.
tenam miserūt in collū eius. Dixerat em̄ eis Iudas: Ducite eū caute, ⌊& adduxerunt eū ad An- Marci.14
nam, primū⌋.i. priusquā ducerent eū ad Caiphā, nā primo occurrit eis ab extra venientibus Luc.22.
domus Annæ. Voluerūt ergo eū lætificare, ꝑsentādo ei ligatū quē oderat, itē vt ei reuerentiam
exhiberēt tāquā affini Caiphę, quēadmodū subdit. ⌊Erat aūt socer (ipse Annas) Caiphę,⌋ qa
habuit filiā Annæ, ⌊q (Caiphas) erat pontifex anni illius.⌋ Quāuis em̄ scd'm legem debuit eē Num,35.
vnus summus sacerdos vsq; ad finē vitæ suæ, cui succederet filius eius, iā tñ ꝑ ambitionē Iudęo
rū, q̄ licet pene anno mutabant pontifices. Annas vero & Caiphas tanquā pecuniosiores, fre-
quentius ꝑsidebant vicibus alternatis. ⌊Erat aūt Caiphas q cōsiliū dederat Iudæis, qa expedit
C vnū hominē mori pro populo.⌋ Hoc dictum est supra. Hoc ideo puto repetere Euangelistā
vt Christi occasionē retorqueat maxime in principes sacerdotum, q secundū Augustinū, vo- Iohan.11.
luerunt q̄si immunes videri a morte Christi, ꝓpter quod in actis apostoloꝝ dixerūt aposto-
lis: Impleftis Hierusalē doctrina vestra, & vultis sup nos inducere sanguinē hoīs isti⁹. ⌊Seque Actor.4.
batur aūt Iesum Symon Petrus, & alius discipulus,⌋ q communiter fert fuisse Iohānes. Sed si
ita est, cur more solito nō adiecit, quem diligebat Iesus? Forsitan ideo, qa nunc recitat factū in
quo infideliter egit. Primo fugiendo a Christo, deinde a longe sequendo, propterea reputat
se indignum solito titulo. Hi ergo præ cæteris sequuti sunt Christum, qa in eius amore magis
arserunt, concupieruntq; videre quem exitum res ipsa haberet. Quamuis itaq; primo cum a-
lijs apostolis aufugissent, tamen resumpta quandam fiducia, rursus sequuti sunt Iesum. Marcus Matt.26
Euangelista de sequela Petri nil refert, sed ait, quod adolescens quidam amicus sindone sequu Luc.22.
tus sit Christum, quem adolescentem aliqui asserunt fuisse Iohannem, quamuis postea de solo Marc.14.

Petro dicat, ꝙ a longe sequutus sit eum. ⌞Discipulus aūt ille erat notus pōtifici.⌟ Causam n
titiæ diuersi diuersimode tradunt. Quidam ꝙ frequēter portauit pisces ad domum Annæ, a
ꝙ propter nobilitatem suæ prosapiæ fuerat ei not⁹, q̄a de tribu Iuda & semine Dauid, ⌞& i
Matt.26 troiuit cum Iesu in atrium pontificis, ⌟ Annam vocat pontificem, non q̄a tunc erat, sed quo
Marc.14. niam & añ & postea fuit. ⌞Petrus autem stabat ad ostium (atrii) foris, ⌟ non audens, vel non
Lucæ.22. missus intrare. ⌞Exiuit ergo ille alius discipulus q̄ erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, ⌟ rogā
eam intromitteret Petrum, ⌞& introduxit Petrum, ⌟ annuente precibus suis ostiaria. Disci
pulus iste q̄n intrauit cum aliis putauit ꝙ Petrus sese sequeretur, quem quū videret deesse, egre
sus est vt introduceret eum, ⌞Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunqd & tu ex discipulis es ho
minis istius? ⌟ Hoc mulier suspicabatur, q̄m vidit Petrum timide introeuntem, & forte ex dis
positione habitus sui notauit, ꝙ esset de consortio Iesu. Videtur autem hæc mulier quasi com
passiue loquuta, dicendo, hominis istius, quod nihilominus intelligi potest quasi despectiue di
ctum. ⌞Dixit ille: Non sum, ⌟ in quo patet infirmitas Petri, & verum esse quod dixerat Chri-
stus. Sine me nihil potestis facere. Vbi enī o Petre, vbi iam verba tua quæ paulo ante tam secu
re dixisti. Quare non possum te seq modo? Animam meam pro te ponam. Et si omnes scan
dalizati fuerunt, ego nunquam scandalizabor. Itemq;: Paratus sum tecum & in mortem & in
Matt.26. carcerem ire, & ecce vna voce ancillæ deiectus es? Nemo ergo se iactet, nullus præsumat, nul
Lucæ.22. lus propriis viribus innitatur. ⌞Stabant autem serui & ministri. ⌟ Hoc forsitan dicit, q̄a & q̄dā
de seruis tribuni affuerunt, & forte cum seruis Iudæorū steterunt, ⌞ad prunas, q̄a frigus erat, ⌟
quemadmodum sæpe est vernali in æquinoctio, ⌞& calefaciebant se, ⌟ quia post mediam no
ctem tempus est magis frigidum. ⌞Erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciēs se, ⌟ cui
interior ignis sacræ dilectionis extinguebatur. Stetit autem inter ministros quasi audacter, ne
notaretur. ⌞Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis. ⌟ Cur vel quomodo eos col-
legisset, & vbi iam mansissent, qui & quales essent, ⌞& de doctrina eius ⌟ examinauit itaq; An-
nas Iesum de duobus, videlicet de discipulis suis, ac documentis, vt aliquid calumniæ inueniret
in Christi respōsis. Quærebat igitur Iesum quid docuisset. ⌞Respondit Iesus: Ego palam lo-
quutus sum mundo. ⌟ Ad primam quæstionem nihil respondit, quia discipuli eius laude pro E
nunc digni non erāt, ad secundam veram respondet, ego palam, id est, in locis publicis voce
expressa, in communi audientia loquutus sum mundo, videlicet bonis & malis, doctis, atq; in-
doctis, Non tamen loquebatur Christus semper palam, id est, plane ad intelligendum turbis,
quemadmodum ait discipulis: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in
Matth.13 parabolis, omnia fiunt, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, ⌞ego semper do
Marci.4. cui in synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt. ⌟ His videtur contrarium quod
Lucæ. 8. secundum alios Euangelistas Christus frequēter docuit alibi q̄ in synagoga & templo, puta in
monte, in naui, in domo Marthæ, aliisq; locis diuersis. Et r̄ndendū, ꝙ p̄ synagogā intelligere
possumus congregationē Iudæorum. Christus autem raro vel nunq̄ legitur docuisse aliquem
Matt.24. solum priuate, quamuis interdum hoc fecerit, vt quando loquutus est mulieri Samaritanæ ad
Lucæ.24. puteum. Dum ergo p̄dicauit discipulis, docuit in synagoga. Secundo, nomine synagogæ in-
Iohan.4. telligi potest quælibet domus Iudæorum, ordinata ad cultum diuinum, non ad sacrificia, in q̄
conuenerunt ad orandum ac audiendum lectionem legis & prophetarum. Et quamuis nō ha
buerunt nisi vnum templum, in quo licuit sacrificia immolare, habuerunt tñ in singulis vrbib⁹
synagogas, in quibus legitur Christus frequenter prædicasse. Sit igitur sensus. Ego semper, tē
poribus aptis, quomodo alibi dicitur: Oportet semper orare. i. omni tempore deputato vel
debito docui, loquendo de p̄dicationibus magis solennibus & protractis, in synagoga i. mate
riali vel congregatione populi, & in templo Hierusalem, q̄ oēs Iudæi cōueniunt, certis tempo-
ribus secundū legem, ⌞& in occulto loquutus sum nihil. ⌟ Quomodo verum est hoc, cum apud
Marcū dicat: Cū esset in domo singularis, interrogauerūt eū discipuli? Dicendū ꝙ sic intus ver-
borū est ille, In occulto. i. susurratorie seu latenter, animo occultandi, quasi nō audens appare-
re, & a communitate audiri, loquutus sum. i. p̄dicaui nihil. Hinc enim dicit apostolis: Quæ di-
Lucæ 12 co vobis in tenebris, dicite in lumine, & q̄ audis in aure, prædicate super tecta. ¶ Sed his rursus F
Matt.10. obuiare videtur, quod apud Esaiam de Christo p̄dictū est. Non clamabit, nec audiet foris vox
eius. Respondendum, ꝙ verbis illis aufertur a Christo inordinata eleuatio vocis, & vana ad ple
bem vociferatio, de quo clamore ait apostolus: Omnis ira & indignatio & clamor tollatur a
vobis. Fuit ergo sermocinatio Christi modesta, non ex impetu passionis clamorosa. His ver-
bis Christus ostendit veram esse suam doctrinā. Suspecta namq; & falsa documenta, p̄dicatur in
angelis, latibulis, vn̄ supra dictum est: Omnis qui male agit, odit lucem, & nō venit ad lucē, ne
Iohan. 3 manifestētur opera eius. Qui aūt facit veritatē, venit ad lucem, vt manifestent opera eius, quia
in deo sunt facta. ⌞Quid me interrogas? ⌟ animo reprehendendi, non proficiendi, cui necesse
dis. ⌞Interroga eos q̄ audierunt, q̄d loquutus sum ipsis, ⌟ quasi dicat, Illorum testimonio vo-
lo stare, quod non faciunt seductores, sed negant in manifesto, p̄sertim corā iudicibus quod p̄
dicaue

dicant in secreto. Ecce hi sciunt quae dixerim ego, & ideo debes ab eis inquirere, qa plus credis
A eis quam mihi. Non erat hic Annas dignus veritatem praedicatam ab ore Christi audire, quoniam ad calū
niandum quaesiuit. Haec quum dixisset (Iesus) vnus assistens ministrorum pontificis volēs pla
cere domino suo, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici. i. quō audes tam prae
sumptuose & reprehensiue rńdere tanto patri ac principi, nō praemittendo verba reuerentiae. Vi
detur huic facinorosissimo seruo, quod Christus nimis audacter respōdisset summo sacerdoti, eūq
de imperita interrogatione reprehendisset. Respondit Iesus: Si male loquutus sum. i. false
& indiscrete. Quandoque enim aliquis loquitur male, nec loquens malū aut falsum, sed verum & bonum, qa
quod bonum & verum est, non loquitur cum debitis circunstantiis actus virtutū, testimoniū phi
be de malo. i. ostende in quo male dixi. Si aūt bene. i. prudenter & iuste respōdi, quid me
caedis? quasi temerarium, quum poena infligatur pro culpa. Ex hoc patet, qa quod alibi docet sal
uator: Si quis te percusserit in vnam maxillam, praebe ei & alteram, intelligendum sit secūdum — Matt. 5.
animi praeparationem, quasi videlicet expedit vel oportet ad dei honorem vel proximorum aedifi — Lucae. 6.
cationem, vel aliam piam causam, nō secundū operis exhibitionem, nisi pro tempore, loco & causa.

¶ Prosequutio expositionis huius capituli. Et misit eum Annas ligatum. Art. XLIIII.

POstquam Iohannes narrauit quod alii Euangelistae omiserunt, videlicet quid passus sit Ie
sus in domo Annae, procedit ad ea quae alii quoque descripserunt, quae pro magna par
te omittit Iohannes, tanquam sufficienter recitata per illos. Et misit eum (i. Iesum)
Annas ligatum ad Caipham pontificem. Praesentatus enim fuit Christus Annae liga
tus, vnde & Annas iudicans eum vinculis dignum, misit eum sic ad Caipham, tanquam ad prī
cipalem, in cuius domo erant collecti sacerdotes, scribae ac pharisaei ac seniores, vt Christus a
Caipha in audientia talium examinaretur. Erat aūt Petrus stans & calefaciens se. Secun
dum Augustinum & eius imitatores qui dicunt trinam negationem Petri in domo Annae cō
B pletam, Euangelista nunc redit ad describendum, quod coepit narrare de Petri negatiōe, propter
quod verba paulo ante inducta resumit, dicendo. Erat aūt Petrus. Alii dicunt trinam negati
onem Petri factam in domo Caiphae, & per anticipationem esse intelligenda, quae scribit Iohā
nes de negatione praefata, quorum assertioni videntur alii tres Euangelistae fauere, qui nil scribunt de pro
ductione Christi ad Annam, sed quod Petrus sequutus sit Christum vsque in atrium Caiphae, &
ibi ter Christum negauerit. Quidam vero affirmant, quod Petrus negauit semel in domo Annae,
bisque in habitaculo Caiphae, & ita quod nunc ait Euangelista, referendum esset ad stationem Pe
tri in domo Caiphae. Dixerunt ergo ei ministri qui stabant ad ignem. Nunquid & tu disci — Matt. 26.
pulus eius es? huius videlicet deceptoris quod coniiciebant forte ex dispositione ac habitu — Marc. 14.
Petri, & qa cum verecundia timore & cōpassione sedebat. Negauit ille & dixit: Non sum.
Christus praedixit Petro, quod ter negaturus se esset, nūc aūt asserit Euangelista, quod Petrus negaue
rit se esse discipulum Iesu, sed hoc negando, negauit & Christum. Dixit vnus ex seruis pon
tificis, cognatus cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne te vidi in horto, quo cepimus Iesum
cū illo? quasi dicat. Facialiter te cognosco, quoniam recolo quod vidi te in horto cum illo. Iterum ergo
negauit Petrus. Postremo quō in descriptione negationis Petri differant inter se Euange — Matt. 26.
listae dixi super Matthaeum, idcirco nunc pertranseo. Et statim gallus cantauit secunda vi — Marci. 14.
ce, qa secundum Marcum Christus praedixerat Petro. In hac nocte antequam gallus bis vocem de
derit, ter me es negaturus. Adducunt ergo (Iudaei) Iesum a Caipha in praetorium. Praetoriū
appellatur sedes vel domus in qua residebant ad discernendas populi causas ipsi praetores qui dicun — Matt. 26
tur quasi praeceptores, qa praecepta dabant subiectis. Hoc loco multa omittit Iohannes, quae alii Euāge — Marci. 14
listae scripserunt, videlicet quō Caiphas Christum discussit blasphemum, mortéque dignum iu — Lucae. 22.
dicauit. Erat aūt mane. Nam hora prima dñm Iesum ducebant ad Pilatum. Ex auiditate
enim suae occisionis, tam mane obtulerunt eum Pilato vinctum, quoniam consuetudo eis fuit illos of
ferri praesidi vinctos, quos iudicabunt morti obnoxios. Et ipsi non introierunt in praetorium
Zacha. 12 hannes aũt sensum magis q̃ formam verbo℞ allegat. Quod aũt Zacharias dixerit verba illa nõ
de se, sed Christo, patet per id quod protinus addit. Et plangẽt eum planctu q̃si super vnige-
nitũ. ¶Quæritur qd allegatio huius authoritatis spectat ad id quod immediate pmisit, ꝙ non
fregerunt crura Chri. Dicit ꝙ ista authoritas introducit ad apprubandum quod dixit superi⁹
Vnus militũ lancea lat⁹ eius apuit & ꝙ crucifixerũt eũ. Propheta nãq; dicẽdo: Videbũt in quẽ
trãsfixerũt innuebat ꝙ trãsfigerẽt Chrm, & hoc Euangelista oñdit impletũ. Videbũt ergo i-
fideles Iudæi in die iudicij Chrm i quẽ trãsfixerũt, nõ p se, sed p milites pfidis, & eũ q lat⁹ Chri
apuit, q̃s induxerũt ad hoc. Ipsi q̃q; q hoc fecerũt, cõspiciẽt Chrm, q cicatrices vulne℞ cõser-
uauit in corpe, ad inflãmationẽ electo℞, & confusionẽ reprobo℞. Videbũt igit Chrm in die
Apocal. 1. nouissimo, iuxta illud Apoc. Ecce venit cũ nubibus, & videbit eũ oĩs oculus, & q eũ pupugerũt
¶Insuper tractat Euangelista de Christi sepultura, quã voluit Christus honorifice fieri. Prio
qm decuit. Ipso eñ occiso, satisfactũ fuit plenissime p totius gñis humani pctõ, ideo dicẽs fu
Esaiæ 11. it, vt ex tũc inciperet glorificatio Christi, haberetq; post ignominiosam mortẽ, venerabilem
sepulturã. Secundo, vt impleret, ꝙ p Esaiã erat pdictũ. Erit sepulchrũ eius gloriosum. ⌊Post
hæc aũt (Christo iã mortuo) rogauit Pilatũ⌋ sine cuius licẽtia, dãnati & crucifixi non poterant
1. Reg. 20 sepeliri, ⌋Ioseph (oriundus) ab Arimathia⌋ ciuitate Iudææ. Arimathia scdm Bedã ipsa est Ra
matha de q̃ fuit Samuel natus, vt legit in libris Regũ: Rogauit aũt Pilatũ ⌊eo ꝙ esset discipul⁹
Iesu⌋ credens & partim obediens verbis eius, nõ tñ fuit pfectus discipulus, subdit eñ ⌊occul-
Matt. 10. tus aũt ppter metũ Iudæo℞⌋ videlicet ne de synagoga expelleret. Nõdum ergo impleuit qd
Lucæ. 23. docuit Christus: Nolite timere eos q corpus occidũt. Nihilominus Lucas Euãgelista appel-
lat eũ iustũ & bonũ, Nõdũ eñ regrebatur ab eo tota euãgelicæ legis pfectio ⌊vt tolleret crucẽ
Iesu⌋ de cruce, & sepeliret illud, nõ ipse solus, sed adiuuantib⁹ eũ iustis q aderãt. ⌊Et permisit E
Pilatus⌋ hoc fieri, qm Ioseph iste notus fuit Pilato, & vir potens, diues ac nobilis, ppter q̃d in
Matth. 15 Marco scriptũ est, quod fuit nobilis decurio, idq; ppter reuerentiã ei⁹, & ppter innocentiam
Lucæ. 23. Christi, itẽq; ppter rumorẽ redeuntiũ de loco dñicæ passiõis pcutientiũ pectora sua atq; dicẽ-
tiũ, quod mirabilia illa facta fuerunt ppter iniustã Iesu occisionẽ, pserrim cũ & Cẽturio ipi-
sum testat⁹ fit, dedit Pilat⁹ cõsensum. ⌊Venit ergo Ioseph, & tulit (.i. de cruce deposuit.) cor-
Iohan. 3 p⁹ Iesu. Venit aũt & Nicodemus (princeps Iudæo℞ & Pharisæus) q venerat ad Iesum nocte,
primũ (.i. tpe iã elapso, videlicet circa principiũ pdicationis Christi) ferẽs mixturã myrrhæ &
aloes q̃si libras cẽtũ⌋ .i. vnguentũ ex tabus specieb⁹ factũ, quo corpa defuncto℞ cõdiebãt ne
putrefierẽt ⌊Acceperũt ergo (Ioseph & Nicodemus) corp⁹ Iesu, & ligauerũt eũ lintheis⌋ .i. pã
nis corpus eius inuoluerũt .i. lintheamine & sudario &c. ⌊cũ aromatibus⌋ iã pdictis. Vñ videt
psalm. 15 tur nõ habuisse plenã fidẽ de Christi resurrectiõe, adhibentes ei⁹, sanctã vnctionẽ cõtra putre-
factionẽ, ignorãtes illud ppheticum in Iesu cõplendũ. Nõ dabis scm̃ tuum videre corrupti-
onem. Ioseph ergo & Nicodem⁹, q̃uis vsq; ad passionem Christi fuerunt occulti ei⁹ discipuli,
tñ in passiõe visis mirabilibus q̃ fiebãt, aĩati fuerũt ad exhibendũ corporis ei⁹ sepulturę obseq
um ⌊sicut moris est Iudæis sepelire⌋ q corpora defuncto℞ aromatib⁹ cõdiunt, & sumptuosis
Matt. 27. simas sepulturas efficiunt, vñ patet quod in sepiliendis mortuis obseruãda est priæ cõsuetudo
dũmõ nõ fit cõtra fidem & æquitatem. ⌊Erat aũt in loco (.i. ppe Caluariæ locũ) vbi crucifix⁹ est
(Iesus) hortus, & in horto monumentũ nouũ (quod Ioseph exciderat sibi ĩ petra secundũ Mat
thæũ) in quo nõdũ qsq̃ posit⁹ fuerat⌋ In tali eñ sepulchro voluit Chrs poni, qa si alij ĩ ei⁹ mo
numento iã sepulti fuissent, dixissent forsitã Iudæi, ꝙ cadauer alteri⁹ esset sublatũ aut suscitatũ.
Exod. 39 ⌊Ibi ergo ppter parasceuen Iudæo℞⌋ .i. ppter exigentiam sextæ feriæ, in qua ĩchoabatur se
quẽtis diei solennitas, durans vsq; ad vesperam subsequentem ⌊quia iuxta erat monumentum
(id est, proximum locum passionis) posuerunt Iesum⌋ .i. corpus eius. Iam eñ dies cœpit oc- F
cumbere, propter quod non poterant corpus Christi longe portare, vel eius sepulturam dif-
ferre, sed accelerauerunt, alias oportuisset expectare vsq; ad finem festiuitatis instantis. ¶Po-
stremo ex his elucescit, quam deuote & reuerenter Ioseph & Nicodemus sepelierunt Christũ
sumptui non parcentes, & quia in monumẽto quod Ioseph sibiipsi iussit parari, posuit Iesum
Debemus autem & nos cum venerabilibus viris his Christum de cruce deponere, id est, de fi-
ne suæ passionis gaudere. Quemadmodum enim in meditatione dominicæ passionis contri-
stari & compati debemus domino saluatori, sic in meditatione finis huius passionis, vel de
hoc quod terminata est passio Christi, & eius humanitas a tanta afflictione erepta, lætari habe
mus & hoc est Christũ a cruce deponere. Insuper debem⁹ eũ mixtura myrrhæ & aloes cõdire
.i. mortificatione vitio℞, & bono sancto conuersationis odore venerari & vngere, & intra nos
sepelire

A sepelire, imprimendo eum nostris p̃cordijs per beneficiorum suorum amorem iugem memoriam,
per suæ diuinitatis contemplationē, p suæ bonitatis feruentem amorem, per suæ cōuersationis
crucisormem imitationē, quēadmodū ait in Canticis: Pone me vt signaculū super cor tuū. De- Canti. 8
bemus quoque eum inuoluere lintheis, i. synceritate consciētiæ & animi puritate, cordisque diligenti
custodia, vt perseueret in nobis, sicut moris est Iudæis, i. veris confessoribus, q corde credunt ad
iustitiam, & ore confitentur ad salutem, sepelire dñm Iesum. Hæc autem maxime spectant ad Romañ. 10
sacerdotes, qui corpus & sanguinem Christi quotidie consecrant, tractant, manducant, & sint
purificati actu, ore & corde. Sed heu multi impudentissimi, ingrati, intimorati, irreuerenter ni-
mis accipiunt filium dei ac virginis, non solum sp̃ualibus vitijs implicati, sed turpissimis quoque
gulæ atque luxuriæ culpis inquinantes corpus suum & animam, non attendentes nec formidan-
tes verbum apostoli: Quicunque mãducauerit panem hunc vel biberit calicem domini indigne, 1. Cor. 1
reus erit corporis & sanguinis domini.

¶Explanatio Cap. XX. Vna autem sabbati. Art. XLVII.



Escripta dñica passione, stylum conuertit Euangelista ad describendum resurre
ctionem illius. ⌊Vna autē sabbati⌋ i. prima die post sabbatū, seu septimū diem Matth. 18.
solennem apud Iudæos, puta die dominico. Vnum enī in scripturis quandoque Marci. 16.
pro primo accipitur, sicut in Genesi: Factum est vespere & mane dies vnus, i. Lucæ. 24.
primus. Quemadmodum autem pagani nominant dies hebdomadæ nomini- Gen. 1.
bus planetarum. Latini vero & Christiani nomine feriæ. Sic Iudæi nuncupant
B eas à sabbato, tanq̃ à die principaliori, ita q̃d prima dies post sabbatum appellet prima sabbati,
secunda dies secunda sabbati secundi, sicque deinceps. ⌊Maria Magdalene⌋ soror Marthæ ac
Lazari, ⌊venit mane, quum adhuc essent tenebræ ad monumentū.⌋ ¶Occurrūt hic duo du- Marc. 16
bia. Primum, cur de sola Magdalena faciat mentionem Iohannes? Secundū, quō hic dicit, quū
adhuc tenebræ essent, quum apud Marcū sit scriptum, quod venerunt orto iam sole? Ad primum Ibidem
dicendum, quod ideo, quia Maria Magdalena feruentior erat atque instantior, magisque operosa in Lucæ. 24.
isto negotio, ei quoque inprimis apparuit Christus. Ad aliud respondeetur, quod secundū Lucā Maria
Magdalena cum alijs beatissimis fœminis venit ad monumentū summo diluculo, vtpote in au
roræ initio, in q̃ certum est aliquid lucis esse, & apparere in altioribus partibus terræ, aliqd quoque
caliginis, præsertim in bassioribus locis. Sic ergo ortus fuerat sol q̃tum ad apices montium, non
tamen visui hominum apparebat, propter quod tenebræ erant paucæ & tenues, ⌊& vidit lapi-
dem reuolutum à monumento⌋ i. à loco in quo iacuit corpus Christi amotum. Monumentū
autem quandoque accipitur pro domuncula illa in qua fuit petra, in qua excisum erat Christi se-
pulchrum, interdū vero pro solo sepulchro, sic modo accipitur, vidit nanque reuolutū lapidē non
à prædicta domuncula, imo adhuc erat intra domunculam. ⌊Cucurrit ergo⌋ recedens à mo-
numento, ⌊& venit ad Simonem Petrum⌋ tanq̃ ad principaliorem inter ap̃los. Cucurrit aūt
ex magna admiratione & desiderio, cupiens aliquid certius de reipsa cognoscere. Secundum di
C uersas quippe affectiones, passionesque aīæ, corpus diuersimode mouet, ⌊& ad alium discipulum
quem diligebat Iesus⌋ puta Iohannē præsentis euangelij descriptorem. Hi enī duo ap̃li inuicē Iohan. 18
familiariores fuerunt, & frequentius coniuncti & cōbinati fuisse legunt, vnde & Christum com Acto. 5
prehensum simul sequuti sunt, simul quoque principibus sacerdotum responderunt: Obedire opor Acto. 5.
tet deo magis q̃ hoībus, simul ascenderunt in templum ad horam orationis nonam, simul missi Actorum. 8
sunt ad Samaritanos orare pro eis vt acciperent spm̃ sanctum. Denique secundum aliorum Euan- Matth. 28
gelistarum doctrinam, etiam aliæ mulieres venerunt cum Maria Magdalena ad monumentum, Marci. 1
videlicet Maria Iacobi & Salome, itemque Iohanna secundū Lucam, q̃ om̃es secundum Lucam Lucę. 24
duos angelos conspexerunt, à quibus & didicerunt Christū resurrexisse, atque ex præcepto ange
lorum venerunt & nuntiauerunt vndecim ap̃lis quod audierunt ab angelo, s. q̃d Christus resurre-
xisset. Iohānes aūt nunc solum exprimit Petrum & seipsum sub solita circumloquutione. Hæc
enī nunciatio Mariæ Magdalenæ videt alia ab illa quā alij Euangelistæ describūt, & prior illa
tn̄ quo ordine facta sint oīa, q̃ quatuor Euangelistæ enarrant, & consonantiam habeant, non
est facile declarare, propter q̃d expositores varios modos assignant circa hæc, quorum iudicium alijs
committo, vt teneat vnusquisque q̃d euangelio magis cōcordat, ⌊& dicit eis: Tulerunt dñm de
monumento⌋ Putauit hæc Christi prædilecta discipula, quod milites præsidis, vel Iudæi, abstu-
lissent Christi corpus de tumulo, & alibi posuissent illud, & forsitan formidauit, ne contumeliā
aliquam corpori irrogarent, ⌊& nescimus vbi posuerunt eum⌋ i. corpus ipsius, ⌊Exijt ergo
Petrus⌋ à loco quo se propter Iudæos abscondit, ⌊& ille alius discipulus, & venerunt ad monu
mentum.⌋ Iam enī milites recessisse videntur, vel Maria nunciauit ap̃lis, quod iacuerunt vt mor
tui. Isti duo præ cæteris ap̃lis profecti sunt ad sepulchrū ex præcipua dilectione ad Christum
ardentissime cupientes agnoscere quid accidisset eorum magistro. Porro quod ait Iohannes: Vene-
runt ad monumentum, dicit per anticipationem, vnde mox subdit, quō venerunt. ⌊Currebāt
autem duo simul, & ille alius discipulus, præcucurrit citius Petro⌋ Erat nanque iunior atque agilior,

 & forsi-

&forsitan Petrus magis timuit notari q̃ Iohannes,q̃a iam ante negauit se esse Christi discipulū, D
Matth.26 ⌊& venit prius ad monumētum.Et quum se inclinasset⌋ vt per ostium speluncæ in qua fuit se
Marci.14. pulchrum introspiceret,& quid contigisset,intueretur,⌊vidit lintheamina posita⌋.i. pannos li
Lucæ.22. neos quibus inuolutum fuit corpus dominicum,ordinate repositos & plicatos, ad ostendēdum
Iohan.18. ꝙ corpus domini non fuit furtim sublatum,vel ab aduersarijs asportatum, q̃a secum tulisseot
hm̄oi pannos,sed diuina virtute resuscitatum.Angelus etenim dn̄i qui descendit, lapidemq́ʒ re-
uoluit,etiam pannos præfatos disposuit,q̃s Christus à suo corpore resurgens,potestatiue amo-
uit.⌊Non tamen introiuit⌋ domunculam In qua erat sepulchrum,nolens ingredi ante Petrum
ætate & dignitate maiorem,forte propter reuerentiam Petri,& vt ei nuntiaret q̃d vidit. ⌊Ve-
nit ergo Simon Petrus sequens eum,& introiuit in monumentum⌋.i. præmemoratum domū-
culam.Non enim suffecit ei à longe prospexisse,sed veritatem voluit certiꝰ perscrutari,locūq́ʒ
sepulchri intueri vacuum. Cum enim noua ac mira contigisse audimus, licet credamus sic esse,
nihilominus accurrimus,idq́ʒ q̃d gestū est,intueri satagimus, ⌊& vidit lintheamina posita⌋.i.
ordinate composita,quemadmodum dictum est de Iohanne,⌊& sudarium quod erat sup̄ ca-
put eius⌋.s.Christi,⌊non cum lintheaminibus positum,sed separatim inuolutū in vnū locū,⌋
quod totum factum est dispositione diuina,angelico famulatu ad declarandū ꝙ corpus Chri-
sti non esset furtiue ab eius discipulis de monumēto sublatum,prout deus nouit Iudæos dictu-
ros.Discipuli enim vel quicunq́ʒ alij totis viribus festinassent infurando corpus propter custo-
dum præsentiam,vnde non occupassent se tam diu & curiose in remouendo & componendo
lintheos,quibus ligatum fuit corpus dominicum.⌊Tunc ergo introiuit⌋ domunculam tumu- E
li,⌊& ille discipulus qui venerat primus ad monumentum⌋ animatus exemplo Petri, & confor
mans se maiori.Inferior em̄ facilem imitatur actū superioris, vnusq́ʒ amicorū & familiarium
alium in suis operibus sequitur celeritee & frequenter,⌊& vidit⌋ q̃ dicta sunt de positione lin-
theaminū atq́ʒ sudarij,& credidit.⌊Nondum em̄ sciebat scripturas.⌋ Hoc Chrysostomus ex-
ponit dupliciter.Primo sic:Credidit Christū resurrexisse,cuius ratio subditur. Nondū em̄,&c.
quasi dicat,Ideo tunc credidit Christum resurrexisse visis his q̃ dicta sunt,& non ante credidit,
hoc authoritate scripturæ,q̃m nondū sciebat scripturas prophetarū,q̃a oporteret eum à mor-
Lucæ.24. tuis resurgere,quas si sciuisset,non tunc primo credidisset propter visa,sed ante propter scriptu-
Psalm.40. ras.¶De Christi autē resurrectione habetur in psalmo:Tu aūt dn̄e miserere mei,& resuscita me
Psal.15. & retribuam eis.Et itē:Non derelinques animā meam in inferno,nec dabis sanctū tuū vide-
Sopho.3 re corruptionem. Et Sophonias:Expecta me (inquit)in die resurrectionis meæ in futurum.
Osee.6 Oseas q̃ʒ:Viuificabit nos post duos dies,in die tertia suscitabit nos. Hanc expositionē Augu-
stinus,Gregorius & Beda non acceptant,vnde aliter exponunt, quā expositionē etiam tangit
Chrysostomus:Credidit q̃d à Maria Magdalena audiuit,vcʒ ꝙ corpus dn̄i esset sublatū, id-
circo aūt hoc credidit.Nondū enim sciebat scripturas,quia oporteret eum à mortuis resurge-
re,in q̃ vtiq́ʒ patet grandis discipuli huius simplicitas,q̃ cum alijs ap̄lis tam frequenter audiuit à
Matth.20. Christo,ꝙ consummarent iam om̄ia q̃ scripta erant de filio hoīs,quia tradendus eēt gentibus
Marc.10. ad illudendū,flagellandū,crucifigendum,& tertia die resurgeret,in cœna q́ʒ asseruit:Postq̃ re-
Lucæ18. surrexero,præcedam vos in Galilæam,& em̄ frequenter prætactum est:Magna erat ap̄lorū he F
Iohan.13. betudo & ignorantia ante Sp̄ūs sancti illustrationē.Quāuis ergo nequaq̃ putauerint Iesum fal-
Matth.26 sa dixisse,non tñ attenderunt verba ipsius,imo nec certā eorū cognitionem habebant. Ista ex-
positio melior est,textui q́ʒ conformior.Deniq́ʒ Iohannes non videt prius credidisse, q̃ Ma-
ria Magdalena,imo si ipsa vidisset Petrum & Iohannē credere, ꝙ Iesus resurrexisset protinus
illorū fidē fuisset sequuta,sed immediate dicet,ꝙ Maria hæc necdum credebat,quin potius Ie-
Luc.24 su sibi apparēti:Dn̄e(inquit)si tu sustulisti eū,&c.sed & in Luca scribit, ꝙ Petrus visis q̃ dicta
sunt abijt,secū mirans q̃d factū est,vnde videt non credidisse. ⌊Abierunt ergo iterum discipu-
li⌋ Petrus & Iohannes,⌊ad semetipsos⌋.i.ad sua latibula,de q̃bus ad monumentū venerūt,vel
ad condiscipulos,q̃ erant vnū cum eis in dn̄o.¶Porro,de moralitate huius scripturæ, q̃o per
Petrum ecclesia ex gētibus cōgregata designet.Per Iohannē vero synagoga, multa iam dicta
sunt,quæ quum sint notissima nūc relinq̄,aliā moralitatē breuiter tangēs.Per Mariā itaq́ʒ,quæ
interpretat amarū mare,exprimit peccatrix & pœnitens aīa, quæ quum fuerit gratiosa ac dulci
Christi p̄sentia spoliata,seipsam affligit amaritudine cōpunctionis & pœniæ lachrymis, dicēs
Psal.118. cum psalmista:Exitus aquarum deduxerunt oculi mei,quia non custodierunt legem tuam. Per
monumentum figuratur mortificatio carnis,vel absconsio hominis, qua se retrahit & abscōdit
Psalm.54. ab his quæ mundi sunt,iuxta illud Psalmistæ in psalmo quinquagesimoquarto:Ecce elongaui
fugiens,& mansi in solitudine.Igitur aīa nostra quæ deum frequenter offendit, quærat Iesum
in monumento.i.in vitiorū mortificatione.& sursus sepelitione à seculo isto,quamadmodū
Galat 6 dicit ap̄lus:Ergo stigmata domini Iesu in corpe meo porto. Rursusq́ʒ:Mortificate membra
Coloss.3. vestra q̃ sunt sup terrā.Qui em̄ sunt Christi,carnē suā crucifixerūt cū vitijs & cōcupiscentijs.
Galat.5 Cum vero anima non inuenerit Iesum in tumulo isto,hoc est ,quādo in corporali afflictiōe &
actibus

A actibus pœnitentiæ non inuenit conſolationem & gratiam experimentalem, currat & nunciet
Petro, q interpretaꝛ firmus, agnoſcens vel principalis. i. viro forti in fide, docto, & ad alioꝝ gu
bernationem idoneo, atq; Iohanni q interpretaꝛ gratia dei. i. ei qui veram ſortitus eſt experiē-
tiam inter bonū & malum per gratiam ſpecialem ac deuotionē frequentem. His igitur dicat:
Tulerunt dn̄m de monumento. i. in pœniæ actibus ac lamentis Ieſum non inuenio modo iam
tacto. Tunc iſti hoc audito admirantes, current curſu mentali ad monumentum, conſiderando
qualitatem opeꝝ aīæ talis, & non inuento illic Ieſu, videbūt lintheamina poſita & ſudariū inuo
lutum. i. habitus gratiæ & donoꝝ, cum laborioſis vitæ actiuæ operibus, q̄uis præſentia dn̄i Ieſu
non percipiatur per deuotionē experimentalem, & conſolationem internam. Solet nēpe ſæpe
hmōi præſentiam ſuam abſtrahere, animamq; in afflictionibus magnis, in cordis ariditate mē-
tis q̄q; duritia quadam relinquere, abſcondens ad tp̄s faciem ſuam, vt q̄ratur auidius, inueniaꝛ
affluentius, teneatur ſtabilius, poſſideaꝛ felicius. Veruntamen adeſt indefinenter per occultum
gratiæ habitum, per dona & opera q̄ neceſſaria ſunt ad ſalutem, q̄uis putetur abeſſe & indigna-
tus abijſſe. Interdum q̄q; aīa ſe affligens non inuenit Ieſum, vel magnū profectum in corporali
exercitatione, in pœnitentiali labore, in via rigoris, quia non quærit Ieſum cū vera diſcretiōe, &
ſancta humilitate, quando videlicet non eſt rationabile obſequiū eius, vel proprijs viribus & la Roma.12
boribus plus iuſto innititur, non ponens totā ſpem ſuam in deo & meritis Chriſti, ſed putans ſe
aliq̄d feciſſe aut eſſe, quum ita non ſit. ¶ Præterea per curſum Petri & Iohannis deſignātur affe Pſal. 77
ctuoſus acceſſus, viri actiui ac contemplatiui ad Ieſum, vt videāt eū, qui eſt omniū finis. Cur-
B rit aūt Iohannes ſeu contemplatiuus, citius Petro ſeu actiuo, q̄a feruentior ſolet eē atq; ſtabilior
in diuinis, ſed non intrat in primis, donec Petrus ingrediatur, quia frequenter ante contempla-
tiuos pertingunt ad finem. Abierunt ergo diſcipuli, non audentes diutius pſeuerare iuxta ſepul-
chrum propter Iudæos. ⌊Maria aūt⌋ Magdalena, ⌊ſtabat ad monumentum foris, ⌋ i. in hor-
to prope domunculam, in qua erat ſepulchrum, ⌊plorans⌋ inconſolabiliter, quia non ſolum vi
uente magiſtro fuit priuata, ſed & corporis eius ſolatio deſtituta, nec vidit modū recuperandi
hoc damnum, & eſſe aut viuere ſine Ieſu, in quem totaliter fuerat transformata per charitatem,
erat ei tormentum. Stabat ergo ad monumentum, in quo elucefcit eius conſtantia, ardensq; di-
lectio, quia apoſtolis abeuntibus non receſſit. Erat autē vnicum ei ſolatium, quod vel in loco eē
potuit, in quo dominum ſuum reliquit, non valens ei amplius approximare. Hinc igitur manſit
in loco dominicæ ſepulturæ, beatam ſe reputās, ſi vel in tumulo illo mereretur ſepeliri. ¶ Sed cur
ſtetit foris, & non potius intus? Dicendū, vt oculos ſuos hincinde circūduceret, ſi forte vidēdo
aliquid de ſuo dilecto magiſtro perciperet, quēadmodum moris eſt his qui quærunt amiſſum.
⌊Dum ergo fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentum⌋ Iam ante vidit monumentum
dominici corporis ſpoliatū theſauro, idq; intimauit diſcipulis, nunc ruſus inclinat ſe, vt p oſtiū
domunculæ monumentum inſpiciat. Exceſſiua nāq; dilectio rationem non penſat, ſed impetū
ſequitur affectionis impellentis, nec quieſcentis. Ideo ſæpe quærit amiſſum in loco vbi certiſſime
C vidit ipſum non eē, habens ſpem contra ſpem, & ſæpe formidans, ne viſus in præcedētibus in-
quiſitionibus ſit deceptus, ⌊& vidit duos angelos in albis ſedentes, ⌋ q̄s Lucas nominat viros,
dicens, ꝙ apparuerunt in veſte fulgenti, videlicet alba & candida. Vnde quibuſdam videtur, ꝙ Lucæ.24
Maria primo aſpectu non ſciuit q̄d eſſent angeli. Apparuerunt ergo in ſplendidis ſtolis, q̄m glo
riam reſurgentis, claritatem ſupernæ ſolennitatis, & gaudium magnum nuntiauerunt. Huiuſmo
di q̄q; veſtis puritati naturæ angelicæ ſanctitatiq; mentis, ſupernoꝝ ſpirituum correſpondet.
Sunt eīm eſſentiæ ſimplices, in quibus nulla eſt labes peccati ⌊vnum ad caput, ⌋ i. ad ſuperiorē
partem ſepulchri dominici, ⌊& vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu⌋ Sic angeli ſan
cti ſederunt propter reuerentiam loci, & q̄m illum nuntiauerunt, in quo eſt duplex natura, vna
ſumma, & alia baſſa, imo & infima in intellectualium ordine naturaꝝ. Matthæus vero & Mar- Matth.28
cus loquuntur de vno angelo, vnde ſecundū Auguſtinū, apparuerunt ibi tres angeli. Vnus ex- Marci.16
tra ſepulchrum, & duo intra illud. ⌊Dicunt ei illi⌋ duo angeli, vel vnus ex perſona amborum.
⌊Mulier quid ploras?⌋ Non ex ignorantia q̄runt, ſed vt conſolentur Mariam, q. d. Potius gau
dere te docet q̄ flere, cum dn̄s tuus glorificatus ſurrexerit, & tibi mox apparebit. Fletus autem
Mariæ partim increpabilis extitit, quia proceſſit ex fidei defectu atq; amore, ſicut ſubiungitur:
⌊dicit eis: Quia tulerunt dn̄m meum⌋ i. Iudæi vel milites corpus domini mei hinc portauerūt,
⌊& neſcio vbi poſuerunt eum, ⌋ tanquam dicat. Si hoc ſcirem, aliqualiter conſolarer, q̄a affer-
rem corpus domini mei, & illud mecum iugiter conſeruarem. ⌊Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt
retrorſum⌋ i. retroſpexit, vel quia ſplendorem angelicorum vultuum atq; veſtituum diu ferre
non poterat, vel vt ex impatiente amore hinc inde proſpiceret, ſi quid de ſuo chariſſimo dn̄o
ac magiſtro poſſet percipere, vel quod potius credendum eſt ſecundum Chryſoſtomum, ideo
intro ſpexit, quoniam angelos quorum colloquio fruebatur, vidit aſſurgere ſeu magnam reue-
rentiā & inclinationem exhibere cuidam retro eam, videlicet Chriſto, qui retro acceſſit, & an-
gelis in ſpecie dominatoris apparuit, Volens igitur Magdalena agnoſcere quiſnam ille eēt, cō-

uersa est retrorsum,⌊& vidit Iesum stantem.⌋ Quoniam etenim perseuerauit, nullamq; indignã D
consolationem admisit,meruit consolatorẽ & desideratum cordis sui inuenire ac cernere. Per-
Matth. 24 seuerandum est ergo in opere bono vsq; in finem,estq; implendum quod ait psalmista: Renuit
Psalm. 76. consolari anima mea,⌊& nesciebat quia Iesus eẽt.⌋ Quia enim affectuose quærebat Iesum,me-
ruit eum aspicere,sed quia minus bene de eo sensit,meruit eius cognitione priuari. Fidem nanq;
Hiere. 10 resurrectionis illius non habuit,idcirco nec eum cognouit,quia veraciter scriptum est: Nisi cre-
Marci. 4. dideritis,non intelligetis.⌊Dicit ei Iesus: Mulier.⌋ Consuetudo est hebraici idiomatis, quam-
Lucæ. 8 cunq; fœminei sexus,mulierem vocari,vnde de virgine sancta dicit apostolus: Misit deus filiũ
Galat. 4 suum natũ ex muliere,⌊quid ploras? quid quæris?⌋ Idcirco Christus interrogauit, vt sui amo-
rem in corde Mariæ accenderet,renouaret, augeret, sicq; illa sui dilecti efficeretur capacior,q̃-
niam amor aperit cor amantis ad susceptionẽ amata.⌊Illa existimans quia hortulanus esset.⌋
In specie enim tali apparuit ei Christus,vel ideo hoc æstimauit Maria,quoniam Iesus appar-
uit ei in horto,ad quem putauit neminem aduenisse,nisi horti cultorem vt illum excoleret. Spiri-
tualiter quoque erat Iesus hortulanus cordi Mariæ,de ea eradicans germina mala, dubitationis
& ignorantiæ atque peccati, & inserens ei semen virtutum,fidei lumen,& cæteros fructus spi-
Lucę. 24 ritus sancti. Quemadmodum itaque Iesus apparuit duobus discipulis in specie peregrini, ita ap
paruit Magdalene in specie hortulani. Habet enim glorificatus in corpore potestatem exhibẽ-
di se visibilem & inuisibilem,cognoscibilem & incognoscibilem,vel in forma qua placet. Ve-
rum de modo qualiter fiat hoc,& in quo subiectiue consistat huiuscemodi alia effigies,longa est
disputatio,quam relinquo. Hoc tamen certum est,quòd corpus glorificatum perfecte subiectũ E
est imperio animæ,manetq; iugiter glorificatum,quomodocunq; appareat, visus autem intuẽ-
tis diuersimode immutatur. Potuit autem Christus similitudinem sibi placentem formare in
aspicientium oculis,non tamen decepit eos,nec fuit ex parte eius illusio, sed nondum credẽtes,
meruerunt eum sub alia intueri effigie, sicq; à propria incredulitate oriebatur eorum deceptio.
Christus vero talem se eis exhibuit,qualis fuit in corde ipsorum,vtpote alterius dispositiõis,sed
ista alteritas ad veritatem ordinabatur,vt gradatim atque paulatim manifestam veritatis sorti-
rentur notitiam,idcirco non fuit ex parte Christi deceptio. ⌊Dicit ei⌋ puta Maria Christo,
quem hortulanum materialis horti putauit,errans in hoc, ⌊domine.⌋ Puto ꝙ licet Iesus appa
Iohan. 11. ruit in similitudine hortulani,nihilominus in veneranda quadam effigie se præsentauit Marię,
idcirco q̃uis ipsa esset diues ac nobilis,tamen appellauit eum dominum, præsertim,quum vere
humilis fuerit,cuius humilitas in hoc ipso commendatur,ꝙ hunc quem putauit horticolam ap
pellauerat dominum.⌊Si tu sustulisti eum.⌋ .i. si corpus Iesu hinc deportasti. ¶Cur æstimauit
hoc. Dicendum ꝙ ideo,quoniã Iesus in forma hortulani apparuit,forsitan habens palam in ma
nu. Quoniam ergo putauit curam illius horti pertinere ad eum, suspicata est ꝙ corpus domini
asportasset,saltem cum adiutorio. Rursus inuestigatur cur de eo cuius nomen non expressit,lo-
quitur indistincte,si tu sustulisti eum? Respondendum secundum Gregorium, quoniam con-
suetudo est feruenter amantiũ,& nullum putent ignorare ꝙ ipsi indesinenter reuoluunt in cor-
de. Aliter respondetur,ꝙ ideo nomen Iesu non exprimit,quia putauit illũ cui loquebatur ex cir-
cũstantia loci,temporis,causæ,& aliorum signorum facillime posse conijcere quem ipsa notauit,& F
forte docendo eum,direxit oculos suos ad tumulum ,quasi dicat. Illum noto quem scis ibi fuisse
sepultum. Deniq; sicut Chrũs suscitauit seipsum,sic sustulit se de monumento,quia per diuinita-
tis naturam,excitauit & abstulit se de morte ac monumento quoad naturã assumptam, ⌊dicito
mihi vbi posuisti eum,& ego eum tollam⌋ portando corpus eius ad domũ meam,vt ibi in loco
securo illud reponam. Maria hæc loquitur secundum feruentium amatorum morem,quo rationẽ
& possibilitatem parum attendunt, æstimantes suam potestatem parificari dilectionis feruori.
Si eñ positum fuisset corpus Iesu in atrio principis sacerdotum,vel in medio Iudæorum, quomo-
do illud tulisset Maria? Et si alibi,quomodo illud per se solã baiulasset? sed forte dicere voluit.
ego eum tollam auxilio aliorum. Loquitur tamẽ hæc beatissima Magdalena quasi paratissima
se exponere mortis periculo,vt corpus domini sui possit acquirere.⌊Dicit ei Iesus. Maria; Cõ
uersa illa dicit ei. Rabboni,quod dicitur magister.⌋ Statim vt Iesus dixit Maria,cognouit ma-
gistrum discipula. Sic nãq; consueuerat eam vocare,& in ipso nominis sono sensit Maria vim
occultam,solitamq; dulcedinem,quas experiri solebat ante passionem dum Iesus dixit ad eam
Maria. Sensit ergo Maria q̃ affectuose ac dulciter Iesus dixit ad eam Maria,moxq; audito hoc
nomine,& magistro cognito, immutata sunt omnia viscera eius, liquefacta est quoque anima
Canti. 5 eius vt dilectus loquutus est,& maximus dolor,in ineffabile gaudium repẽte mutatus est. Quã-
tum enim doluit de sui amantissimi magistri ac domini occisione & sublatione, tantum glorie-
batur de eius apparitione,resuscitatione,glorificatione. Conuersa illa spiritualiter à mœrore ad
gaudium,ab infidelitate quadam & dubitatione ad fidem ac certitudinem. Chrysostomus ve-
ro imaginatur, ꝙ Maria putans Iesum hortulanum,viso eo mirabatur cur angeli ei tantam re-
uerentiam exhibuissent,idcirco conuertit se ad illos, interrogare volens de hoc. Quod cum fa-
cere or-

A cere ordiretur, Christus dixit ad eam: Maria, quo audito agnoscens magistrum in voce, sicut di Luc. 24
scipuli in panis fractione, rursus conuertit se ad eum & dixit Rabboni: Sic quippe consueuerat eũ
vocare, ad cuius pedes tam libenter sedere, cuiusq́; verba tam diligenter audire solebat. Hoc di- Luc. 10
cto Maria ex vehementi amore, qui intime & immediate cœpit vniri amato, voluit pedes Chri-
sti amplecti & osculari, procidens ante eum, quemadmodum ante passionẽ solita fuit, ideo subdit
Dicit ei Iesus: Noli me tangere, tactu corporeo, nec spũali indigno. i. noli de me sentire nunc si-
cut hucusq;, noli mihi vniri, solum aut finalr̃ quoad naturam hãc meã visibilem. ⌊Nondum em̃
ascendi ad patrem meum⌋. i. ad patris æqualitatem me peruenisse non credis, sed hoiem purũ
existimas, idcirco non debes me tangere, sentiendo de me minus digne, amãdoq́; me vt hoiem
tantum. ¶ Prohibuit ergo Chrũs à Maria se tangi, non q͂ post resurrectionẽ tactum mulierũ Matth. 28
vitauit, quum de duabus scriptum sit: Accesserunt & tenuerunt pedes eius, sed ꝓpter mysticam
rationem, videlicet, q͂ nemo debet eum spũaliter tangere, nisi habeat veram fidem de ipo, quam
nullus habet, nisi qui credit eum patri æqualem. ⌊Vade aũt ad fratres meos⌋. i. Apostolos qui
fratres Christi dicuntur ꝓpter naturæ assumptæ specificam conuenientiam, conuersationis mu-
tationem, amicitiæ singularitatem, æternæq́; gloriæ hæreditatem, de quibus ait in psalmo: Nar- Psal. 21
rabo nomen tuum fratribus meis. Vnde ad Hebrȩos ait Apostolus: Non confunditur frẽs eos vo Hebræo. 2
care. ¶ Præterea, multas ob causas nominat eos fratres. Primo, vt ostendat se veram carnem,
integram, totamq́; humanã naturã habere post resurrectionẽ sicut & ante. Secundo, vt det illis fi
duciam redeundi ad ipm, qui ꝓpter fugam ab ipo poterant nimiũ formidare. Tertio, ꝓpter no-
stram instructionẽ, ne exaltati, despiciamus eos cũ quibus tẽpore paruitatis nostræ conuersaba-
B mur, ⌊& dic eis: Ascendo⌋ post dies paucos secundũ naturã assumptã, cui competebat ascende
re, nõ diuinæ, ⌊ad patrẽ meũ & patrem vestrũ⌋ Distincte ait, patrẽ meũ & patrẽ vestrũ, qm̃ pa-
ter æternus est pater Christi p naturã, aliorũ vero p grãm, ⌊deum meum⌋ scd̃m q͂ homo sum,
⌊& deum vestrũ⌋ scd̃m q͂ per incarnationẽ & passionẽ reducti estis ad eũ. ¶ Deus autem qui
vtiq; oĩm deus est, dicitur specialr̃ deus illius cui specialr̃ ꝓhibet, adest, cõicat, & à q̃ specialr̃ ama Apoc. 3
tur & honorat, q toto corde ad ipm cõuersus est, omnemq́; spem suam in ipo fundauit. Hinc san Psal. 77
cti hoĩes dicere consueuerunt: Deus meus, vt patet de Helia, q̃d imperfectis non cõpetit, ꝓpter 3. Reg. 17
quod beatus Dionysius ex humilitate ꝑcipua loquitur: Deus & si fas est dicere meus. Deus ergo Dionysius
pater vel trinitas specialissime fuit deus Christi secundũ naturam assumptam, qm̃ gratiosissime
eum ꝑuenit, eiq; in oĩbus affuit, cooperabatur, & incõparabilia dona ꝑstabat, maxime q̃q; dilige
batur ac honorabat à Christo hoĩe, quemadmodũ ait superius: Ego, quȩ placita sunt ei, facio sp. Iohan. 8
Ascendit aũt Christus ad patrem motu locali, nõ q͂ pater loco distabat ab eo, vel eius humanitate
qm̃ sit vere vbiq;, sed q̃a localr̃ ascẽdebat ad cœlũ empyreũ, in q̃ pr̃ specialr̃ eẽ & habitare censet,
qm̃ excellentius ibi operatur, seq; euidentius manifestat. Hac cõmissione fecit Christus Mariam,
Aplorũ apostolam, mittens eam ad illos nuntiare resurrectionẽ dñicam. Decuit em̃, vt sicut per Gene. 3
fœminã oblata est viro mortis occasio, sic p fœminam nuntiaret viris, facta redemptio. Venit
C Maria iussioni Christi obediens, ⌊annuntians discipulis, q̃a vidi dñm, & hæc dixit mihi⌋ Iohã-
ni q recedendo à monumento añ eam nõ merui simul cũ ea, vel primus videre Chr̃m resuscitatũ
¶ Denique in expositione huius euangelij pulchre atq; dulcissime, multumq́; deuote & affectuose
loquitur Origenes, & in fine sic exhortat. Sequamur huius mulieris affectum, vt perueniamus ad
effectum, ploret vnusquisq; ad Iesum, & quærat fidelr̃ Iesum, apparebitq́; ei, quia non celauit se
quærenti peccatrici. Disce peccator à peccatrice plorare ꝓpter dei absentiam, desiderare eius
ꝑsentiam, nullam consolationem extra Iesum recipere, nulla aduersa timere, & oĩa mundi pro-
spera propter Christum contemnere. Audeo tibi confidenter promittere, si in his perseueraue-
ris, Iesum quem quærebas inuenies & cognosces.

¶ Prosecutio expositionis ꝑsentis capituli: Cum esset sero die illa vna sabbatorum
Articulus quadragesimusoctauus.

HOc loco describit Euangelista quintam Christi apparitionem factam in die Paschæ, &
etiam sextam, quæ facta est præsente Thoma in octaua Paschæ. Quinquies enim appa Matt. 16
ruit Christus in die Paschæ. Primo Magdalenæ, quẽadmodum in Marco legitur: Sur-
gens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene. Secundo, mulieri- Matth. 28
bus redeuntibus à sepulchro, iuxta illud Matthæi: Ecce Iesus occurrit illis dicens: Auete. Tertio,
Petro, quãmuis locus ignoretur creditur, tamen quod redeunti à monumento. Quarto, duobus
discipulis euntibus in Emaus, secundum quod recitat Lucas. Quinto, vndecim Apostolis in con Lucæ. 24
claui, sicut nunc contestatur Iohannes: ⌊Cum sero esset,⌋ id est, hora vespertina, & nocte inci-
piente, ⌊die illa⌋ in qua apparuit Magdalenæ ⌊vna sabbatorum⌋ id est, quæ dies fuit vna dierũ Iohan. 20
illius hebdomadæ qui omnes dicebantur sabbata, quia festiui, ⌊& fores,⌋ hoc est, ianuæ, ⌊essent
clausæ, vbi erant discipuli⌋ id est, Apostoli, & etiam alij secundum Lucam, ⌊congregati propter Lucæ. 24
metum Iudæorũ.⌋ In quo patet eorũ infirmitas, qui timebant eos, q corpus potuerunt occidere.
¶ Dicant quidam q͂ Apostoli erant dispersi in die ꝓpter metum Iudæorũ, sed de sero conuenie-

 bant ad

bant ad locum. Euangelista vero nunc dicit, ꝙ erant congregati propter metum prædictum.
Lucæ.22 Lucas quoq; habet, quod mulieres regressæ à monumento, nuntiauerunt quæ audierunt illis vn D
decim, quod fuit clara die, quia post hoc Petrus & Iohãnes cucurrerunt ad monumentum. Ex q
bus patet, ꝙ discipuli etiam in die sederunt collecti ianuis clausis propter metum Iudæoꝝ, imò
minus audebãt exire diebus q̃ noctibus, ⌞venit Iesus⌟ ostio clauso, p penetrationẽ, dimensionẽ.
Corpora enĩ glorificata oĩa penetrant per dotem subtilitatis secũdũ quosdã, non tñ sine grandi
miraculo, prout Thomas super quartũ sniarum satis demõstrat. Quemadmodũ igitur Iesus exi-
uit vteꝝ matris, ea integra remanente, sic intrauit & exijt domũ non apertam, diuina oĩpotente
1.Timot.2 virtute, ⌞& stetit in medio discipulorum⌟ Ipse nanq; est mediator, doctor, reconciliatorq; no-
Lucæ.22. ster, ideo competebat ei esse in medio, sicut & ante passionem locutus est. Ego in medio ve-
strum sum. Magister quippe virtutum medium semper elegit, quia in medio virtus consistit.
Lucæ.22 Quomodo autem factum sit, quod nunc refert Iohannes, Lucas plenius edocet, quo legitur, ꝙ
quum Iesus cognitus fuisset à duobus discipulis in fractione panis, & disparuisset, illi surgentes re-
gressi sunt in Hierusalem eadem hora, inueneruntq; vndecim congregatos, & eos qui cum illis
erant, quibus dixerunt, quomodo Iesus apparuisset eis in via, & qualiter eum cognouerunt, qui-
Matth.10 bus ista narrantibus: Venit Iesus, & stetit in medio discipuloꝝ, ⌞& dicit eis: Pax vobis.⌟ Quod
Lucæ.10 docuit Christus hoc fecit. Præcipit aũt discipulis, In quãcũq; domũ ĩtraueritis, primũ dicite: Pax
huic domui, hinc ipse domum ingrediens, in qua erant charissimi sui, electissimiq; discipuli, ait:
Iohan.14 Pax vobis. Rursus sic eos salutauit, quoniam paulo ante in qua nocte tradebatur, disseruit: Pa-
cem relinquo vobis. Quod igitur tunc reliquit, nunc attulit, dedit, & auxit. Discipuli quoq;
pace maxime indigebant, quoniam multipliciter conturbati erant, ac territi, videlicet propter
pteritam Christi passionem, propter Iudæoꝝ crudelitatẽ, & proprij cordis quandam hæsitatio-
Matth.5 nem, de Christi resurrectione, de cuius veritate nondum fuerant roborati. ¶Insuper, sic salu-
tauit discipulos, quoniam pax est maximum bonum, omniq; Christiano pcipue appetendum, E
per quam homines fiũt filij dei, quemadmodum scriptum est: Beati pacifici, quoniam filij dei vo
cabuntur. Propter quod ait Dionysius, ꝙ omnia appetunt pacem, & ppter hanc agunt omne q̃d
agunt, ex quo concluditur, quòd pax est vel ipsa beatitudo, vel proxima ad beatitudinem disposi-
tio. Christus aũt psertim nunc loquitur de pace interna, quæ est tranquillitas animi, vtpote quies
à motibus pprijs inordinatis, videlicet à timore immoderato, à tristitia seculi, quæ secundũ Apo-
2.Cor.7 stolum mortem operatur, dolore rationem impediente. Non enim optauit discipulis quietem ab
exterioribus persecutionibus ad tempus, quos in medio lupoꝝ erat missurus, sed vt in omni turba
Matt.10 tione extrinseca conseruarent pacem internam, Propterea ad Hebræos monet Apostolus: Pa-
Lucę.10 cẽ sequimini, & sanctimoniam qua eum nemo deum videbit. ⌞Et quum hæc dixisset, ostendit eis
Hebræ.12 manus & latus⌟ Forte & pedes, imò & pedes, vt infra ex verbis Lucæ euangelistę patebit. In his
Lucæ.24 enim quinq; vulneꝝ remanserunt cicatrices, hi testimonium identitatis corporis passi, resuscita-
ti, & glorificati, itemq; in signum victoriæ saluatoris: Ostendit ergo discipulis manus perfossas,
Matth.27. & latus lancea perforatum, vt scirent, ꝙ ipse esset qui pauloante pendebant in ligno, & idem nume
Marc.15 ro corpus resumpsisset. ¶Multa hoc loco omittit Iohannes, quæ recitat Lucas, ea quoq; quæ
Lucæ 23 Lucas omisit, suppleuit Iohannes. Itaq; Luca testante: Christus discipulis dixit: Videte manus
Iohan.19 meas & pedes meos, palpate & videte, quoniam spũs carnem & ossa non habet, sicut me videtis
Luc.24 habere, & alia multa in hac apparitione dicta & facta recitat Lucas. ⌞Gauisi sunt ergo discipuli,
Apo.19 viso domino⌟ dominoꝝ, qui in fœmore suo scriptum habet. Rex regum & dominus dominan F
tium. Gaudium nempe est diffusio animi in conceptione boni, oriturq; ex vnione potentię cum
bono conuenienti. Quoniam ergo discipuli viderunt Iesum summum & conuenientissimum bo
num, quem maxime diligebant, de cuius passione vehementer dolebant, cuius beatitudini cor-
dialiter congratulabantur, ideo viso eo vltra quàm ęstimari posset aut exprimi lætabantur. Gau
uisi sunt autem ppter Iesum, & ppter seipsos, quia magistro suo intime congaudebant, & de suo
profectu exhilarati sunt, videntes se non esse deceptos sequendo Iesum ppter quem omnia sua
Lucę.24 reliquerunt, & multa perpessi fuerunt ac patiebantur. ⌞Dicit ergo eis iteꝝ: Pax vobis⌟ Siquidem
viso dño Iesu conturbati fuerunt atq; conterriti, iuxta Lucam, ideo repetit: Pax vobis, quæ etiam
repetitio, confirmatiõis indicium est, dilectionisq; signum, & admonitio discipuloꝝ, & pacem iu
giter appetant, pcipueq; exquirant. Vel ideo bis ait: Pax vobis, quia optauit eis pacem gratiæ in
psenti, & pacem gloriæ in futuro. ⌞Sicut misit me pater & ego mitto vos⌟ Quemadmodum pa
ter misit me ex vera charitate & pietate, ad pdicandum euangelium vitæ Iudæis, à quibus multas
Sapiæ.2 persecutiones, & tandem amarissimam perpessus sum mortem, quoꝝ tamen hominum nonnul
los conuerti, sic ergo nunc ego mittam vos ad prædicandum euangelicam legem Iudæis ac Gen
tibus ex charitate & pietate ad vos, & item ad illos, à quibus multa aduersa & mortem sustinebi-
tis, quosdam vero eoꝝ conuertetis. ⌞Hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite spm̃ san
ctum.⌟ Postquàm saluator dixit discipulis: Sicut misit me pater, & ego mitto vos, infudit disci-
pulis spiritum sanctum, quia officium prædicationis quod eis commisit, sine speciali gra-
tia spũs

A tia spiritus sancti expleri non valuit. Oportet enim vt prædicator verbi cœlestis, in seipso abundet charitatis feruore, & sapientia diuinorum, quatenus ignita proferat verba motiua & penetratiua sitq; sententiosus, discretus & instructiuus in sermonibus suis. ¶ Denique per corporalem illam insufflationem & inspirationem, euidenter signauit superintellectualem atque æternam processionem seu spirationem, quia spiritus sanctus ab ipso procedit, prout plenius probat Anselmus in libro de processione spiritus sancti. Rursus dicendo: Accipite spm sanctum, insinuauit se p authoritatem dare spm sanctum, quod nequaquam sic esset, nisi spus sanctus ab ipso pcederet. Sed nonne Apostoli ante hanc horam habuerunt spm sanctum? Habuerunt vtique, non autem tam copiose & efficaciter, seu ad tot tantosq; effectus vt ex hac hora, quia & nunc data est omnibus eis potestas ligandi atque soluendi, sicut mox introducetur. ¶ Augustinus facit hic grandem quæstionem cuius se solutionem nescire fatetur. Quærit ergo, cur Christus bis dedit spm sanctum, semel in terra ante ascensionem, & semel de cœlo post ascensionem. Tangit autem Augustinus quandam solutionem sub dubio, puto quod ideo, quoniam duo sunt præcepta charitatis, quam rationem Gregorius & Beda affirmant, esse huius rei causam, videlicet quod in terra dedit, vt diligatur proximus, deinde de cœlo vt diligatur deus. Sed quia p eandem gratiam vtrunq; præceptum impletur, nec vnum sine alio valet impleri, imò & vnus est habitus charitatis qua deus proximusq; diligitur, ideo potest alia ratio assignari. Vt enim Dionysius docet: Natura non pcedit à distanti in distans, nisi p medium, quem pcessum author naturæ deus sublimis & benedictus obseruat frequenter, præsertim cum teste Apostolo: Quæ à deo sunt, ordinata sunt, vnde & admonet: Omnia decenter & secundum ordinem fiant in vobis. Hinc ergo Christus sapientia patris, disponens vniuersa suauiter, suos discipulos paula

Matth.10 Matth.12 Marc.12 Lucæ.12 Roma.13 1.Cor.14 1.Cor.1

B tim ad sublimiora attollens, ac pedetentim ad perfectionem perducens. Primo, dedit eis spm sanctum in terra per insufflationem, non in tanta plenitudine, nec in signo tam euidenti vt postea, quatenus per istam ad illam exuberantissimam spus sancti susceptionem, quæ facta est in die sancto pentecostes, disponerentur. ⌊Quorum remiseritis peccata⌋ eos legitime absoluendo, & diuinæ virtuti (quæ sola dimittit) peccata vt causa principalis, instrumentaliter vi clauium cooperando, ⌊remittuntur eis⌋ à deo, saltem quoad culpam, non tamen semp aut totaliter, quantum ad pœnam. Tamen per orationem sacerdotis virtutemq; clauium, & per pudorem ac contritionem confitentis, aliquid pœnæ dimittitur, tanto vtique amplius, quanto pudor & contritio fuerint fortiores. Possent enim esse tam magni, quod tota pœna dimitteretur, ⌊& quorum⌋ peccata ⌊retinueritis⌋ .i. non dimiseritis, sed retinenda iudicaueritis, eo quod non vere pœniteant, nec dignos se præbeant ad indulgentiam obtinendam, ⌊retenta sunt⌋ .i. deus illa imputabit hominibus talibus. ¶ Oportet itaque vt iudicium ecclesię conformetur diuino iudicio, seruando videlicet rectum processum, & debitum clauium vsum, vnde vltimo ecclesiasticæ hierarchię capitulo ait theologus: Sacerdotes hierarchicis sibi collatis virtutibus vti oportet, prout deitas mouerit eos. Agens enim instrumentale non sortitur efficaciam, nisi secundum quod à principali causa mouetur. Propter quod profitetur Apostolus. Secundum potestatem quæ data est mihi in ædificationem & non in destructionem. Itaque Christus nunc

Sapiæ.8 Acto.2 Dionysius 2.Cor.13

C ait, & confert vniuersis Apostolis, quod ante passionem Petro singulariter dixit: Quodcunque (inquiens) ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Ideo autem Petro tanquam principaliori inter Apostolos & capiti vniuersalis ecclesiæ hoc dictum est singulariter, vt cum sit ordo in ecclesia, hęc potestas credatur, primo ac principaliter residere in summo pontifice sancti Petri vicario, atque ab ipso deriuari in archiepiscopos & episcopos & ab ipsis tanquàm à medijs in simplices sacerdotes. ¶ Veruntamen, quamuis omnis sacerdos sua ordinatione ligandi ac soluendi potestatem recipiat, cum secundum Thomam realiter idem sint character sacerdotalis, & potestas prædicta, quæ etiam clauis vocatur, non tamen habet huius potestatis executionem, nisi ei subijciatur materia. s. homines super quos sibi iurisdictio detur seu cura animorum committatur à superiore, qui sicut dat eam inferiori, sic potest eam ei auferre in toto vel parte, legitima causa occurrente. ¶ Præterea. Christus dicendo discipulis: Quorum remiseritis peccata, &c. manifeste ostendit se esse verum deum, qui solum potest tantam conferre potestatem hominibus, quæ nec angelis data est. Decuit autem, & postquam deus assumpsit humanam naturam, homines ab illo acciperent diuinam virtutem, & supernaturalem quandam deificationem, quod maxime datum est sacerdotibus, per hoc quod fuit dispensatores sacramentorum nouæ legis, in quibus gratia continetur & datur. Omnibus quoque fidelibus datur deificatio talis, per diuersa dona & gratia spus sancti, secundum quod in epistola canonica Petri inducitur: Maxima & pretiosa nobis pmissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ. ¶ Postremo de hac materia, & quid sit clauis, & quomodo sacerdos euangelicæ legis dicatur peccata dimittere, an scilicet aliquid cooperando, vel dumtaxat ostendendo, de verbis quoque Hieronymi circa hoc plurima dixi super Matthæum, quæ non sunt hoc loco repetenda, quàmuis ista sine illis plene intelligi nequeant. Dedit itaque Christus Apostolis eorumq; successoribus diuinam & admirabilem potestatem, qua alios possunt soluere & ligare, à regno excludere, & in illud inducere. Sed videant ministri ecclesiæ, vt tanta virtute digne vtantur existendo in gratia, causasq; confitentium sapienter pensando ac discernendo, & priuatum amorem ac odium, cæterasq; inordinatas

Matth.16 1.Cor.4 2.Petr.1 Matth.16

natas affectiones penitus repellendo, quoniam si indignos absoluunt, vel dignos ligant, dicetur D
Ezech.13 de eis Ezechielis: Interfecerunt animas quæ non moriuntur & viuificabant animas quæ non viuunt. ⌊Thomas autem vnus ex duodecim.⌋ Hoc est, vnus Apostolorum, qui ante passionem Christi erant duodecim, quando Iudas fuit vnus illorum, vel vnus ex duodecim, quia dum Io-
Acto.1 hannes euangelium præsens descripsit, successit Matthias in locum Iudæ, sicq; Thomas fuit vnus Apostolorum qui Matthia electo fuerunt duodecim, ⌊qui dicitur Didymus⌋ quod interpretatum est dubius, quia de Christi resurrectione præ cæteris fuit incredulus, ⌊non erat cum
Lucæ.24 eis, quando venit Iesus.⌋ Hinc videtur contrarium, quod Lucas habet, duos discipulos regressos à castello Emaus, inuenisse congregatos, quorum vnus extitit Thomas. Respondet Augustinus, quòd Thomas affuit redeuntibus illis duobus, quibus loquẽtibus Thomas propter aliquam causam exiuit, & interim apparuit Christus. Potest etiam etiam dici, quòd iste sit sensus verborum Lucæ, inuenerunt congregatos vndecim, id est, Apostolos, qui pro tunc vndecim erant, quàmuis non fuerunt omnes collecti. Est quoque consuetudo scripturæ, vt aliquid attribuatur toti communitati, quia maiori vel principaliori eius competit parti. ¶ Quæritur, quum Thomas defuerit quando Iesus venit, insufflauit, spiritum sanctum largitus est, & dicebat: Quorum remiseritis peccata &c. an ipse spiritum sanctum bis recepit, & potestatem ligandi ac soluendi sortitus est? Dici potest, quod post octo dies apparuit Iesu Thomas, recuperauit quod in die Paschæ per absentiem suam non accepit. ¶ Insuper, teste Gregorio, diuina dispensatione factum est, vt Thomas tunc deesset, videlicet, ad nostram informationem, quatenus Thoma dubitante propter suam absentiam, Christus appareret frequentius, suamq; resurre- E
ctionem probaret lucidius. ⌊Dixerunt ergo ei⌋ in domum regresso, ⌊alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum⌋ id est, in partes manuum clauis fixas, ⌊& mittam digitum meum in latus eius⌋ tangendo lateris aperturam, ⌊non credam.⌋ Tam durus ad fidem, & grossus fuerat Thomas, quòd nec tot tantisq; testibus credidit, nec videre satis putauit, sed voluit etiam corpus manu tractare seu tangere. Non enim considerauit omnipotentiam dei, nec recor-
Matth.26. dabatur verborum Christi, quibus prænuntiauit se resurrecturum tertia die, sed quàm impossibile esset naturaliter hominem taliter passum resurgere. ⌊Et post dies octo⌋ Id est, die octaua inclusiue, ⌊iterum erant discipuli eius intus,⌋ id est, in domo prædicta propter metum Iudæorum, vt ante, ⌊& Thomas cum eis.⌋ puto quòd Thomas post præscriptam apparitionem magis quàm ante mansit cum Apostolis, timens ne Iesus denuo illis appareret, se absente, ⌊venit Iesus ianuis clausis,⌋ propter quod dixit Manichæus, quod Iesus habuit corpus phantasticum, non attendens omnipotentiam dei, quæ potest vnum corpus per aliud ducere, ambobus integris permanentibus, ⌊& stetit in medio⌋ discipulorum, ⌊& dixit: Pax vobis.⌋ Ista iam semel exposita sunt. ⌊Deinde dicit Thomæ:⌋ Ostendens se verba illius agnoscere. ⌊Infer digitum tuum huc,⌋ in locum clauorum manuum mearum, & palpa fixuras earum, ⌊& vide manus meas⌋ clauis perforatas, ⌊& affer manum tuam, & mitte in latus meũ.⌋ Tangendo aperturam illius, & noli esse incredulus, sed fidelis.⌋ quia dixisti te non crediturum, nisi videris ac tetigeris ista. ¶ Ecce, quanta fecit Christus pro conuersione vnius, quàm pie & charitatiue F
seipsum exhibuit Thomæ discredenti, nam & si Thomas plura aut certiora resurrectionis ar-
Roma.10 gumenta petisset, non denegasset ipsi ea Saluator. ⌊Respondit Thomas, & dixit ei: Domi-
Iohan.10 nus meus & deus meus⌋ es tu, in quo diuinitatem Christi fatetur. Tanta enim euidentia, veritatis conuictus corde credidit, & ore confessus est, quod Iesus cuius humanitatem vidit, esset verus deus, quemadmodum ante passionem ab ipso audiuit: Ego & pater vnum sumus.

¶ Præterea, an Thomas tetigerit latus & manus Christi, an ex reuerentia id omisit, non est certum, nec potest ex textu præsenti determinari, vnde diuersi de hoc diuersimode opinantur. ⌊Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma,⌋ oculis carnis, quantum ad naturam meam assumptam, ⌊credidisti.⌋ quod non vidisti, videlicet, quod sim deus. Aliud itaque vidit, & aliud credidit, vidit hominem, & credidit deum. ⌊Beati qui non viderunt, & crediderunt.⌋ Hoc aliqui asserunt dictum de alijs discipulis, sed non apparet, nam discipuli qui aderant omnes iam
1.Petri.1 viderant Christum. Propterea Augustinus dicit hoc dictum de nobis, ac cæteris qui crediderunt, credunt, & credent in Christum fide formata, quem non viderunt oculo corporali, quemadmodum Petrus habet: In quem nunc non videntes, creditis. Actus enim fidei meritorius est, eo quod ex naturali ratione non habeat certitudinem, sed diuinæ authoritati innititur, cui intellectus se subiecit. Qui autem Iesum oculo corporali non viderunt, & tamen credunt magis innituntur authoritati diuinæ atque scripturis, quàm qui oculo carnis eum intuiti sunt, ideo sunt nunc beatiores in spe cæteris paribus, quod addo, quia non est arbitrandum, quod aliquis præter Apostolos, qui Christum non vidit, & credidit, sit simpliciter beatior Thoma, quàmuis quantum aliquid ei præferatur. ⌊Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.⌋ Hoc intelligi potest, tam de signis,

quibus

A quibus Christus se resurrexisse probauit, quorum multa omisit Iohannes, & aliqua illorum alij Euangelistæ scripserunt, q̃ de cæteris miraculis quæ operatus est ante passionem coram discipulis, quorum pauca scribit Iohannes, alij autem Euangelistæ multa illorum describunt signorũ, singuli tamen & omnes aliqua omiserunt, tam de doctrina q̃ de miraculis saluatoris, in quo patet insufficientia scripturæ Euangelistarum per comparationem ad eminentiam operum, documentorumq́ꝫ Christi, quæ à nullo mortalium plene possunt describi secũdum doctores. ⌊Hæc autem scripta sunt, vt credatis⌋ fide per dilectionem operante, ⌊quia Iesus est Christus filius dei⌋ naturalis ac vnicus. Per supernaturalia enim opera sua ostendit Iesus se esse filium dei, ideo talia scripta sunt, vt quia ea non vidimus, audiendo seu legendo, credamus quod Iesus sit filius dei. Potius quoqꝫ ait Euangelista vt credatis, quia Iesus est filius dei q̃ filius virginis, quoniam principalis sua intentio in descriptione huius euangelij fuit, ostendere Christi diuinitatem atqꝫ diuinam generationem, quia de Christi humanitate & generatione eius materna, alij Euangelistæ satis scripserunt, ⌊& vt credentes vitam habeatis⌋ gratiæ in præsenti, & vitam gloriæ in futuro. Cognitio em̃ fidei ordinat̃ finaliter ad vitã æternam, quæ est visio dei p̃ speciem. Vnde Petrus: Vidẽtes (inq̃t) exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finẽ fidei vestræ salutem, fructum animarum vestrarũ. Itaqꝫ vitam habeatis, ⌊in nomine eius⌋ .i. virtute & gratia Christi, vel in ipso Christo, tanquam in causa & obiecto beatitudinis nostræ, quia non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oportet nos saluos fieri. 1.Petr. 1 / Acto.4

¶Expositio Cap. vlt. Postea manifestauit se iterum Iesus. Art. XLIX.

B 

Ost hæc Euãgelista describit aliam Christi apparitionem factam in Galilæa. ⌊Postea⌋ scilicet post aliquantulum tempus à præmemoratis apparitionibus in Hierusalem factis, ⌊manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis⌋ .i. iuxta littus maris situati prope vrbem, cui nomẽ Tyberias, quæ in honorem Tyberij Cæsaris sic vocata ẽ, quod mare alio nomine appellatur stagnum Genezareth & mare Galilææ, quia in prouintia Galilææ habet̃. Patet ergo quod ista apparitio facta fit in Galilæa. Vt enim in Matthæo legitur: Iesus in die resurrectionis dixit mulieribus: Nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Discipuli igitur ex præcedentibus apparitionibus confortati in fide & animati, exierunt in publicum, & Galilæam ingressi sunt, vbi cum paucis diebus demorarentur, contigit quod nunc attestatur Iohannes. Primo autem refert rem gestam summarim, deinde refert ordinem quo fiebat, secundum quod subditur. Lucæ.5. / Matth.28

⌊Manifestauit autem se sic⌋ id est, modo qui sequitur. Christus nempe dum volebat repente disparuit, & dum volebat subito rursus apparuit, nec erat continuo cum discipulis, sed certis locis atqꝫ temporibus secundum præordinationem diuinam, prout vtile vel necesse fuit ad informationem & consolationem primitiuæ ecclesiæ. ⌊Erant simul Simon Petrus,⌋ qui à natiuitate vel circũcisione dictus est Simon, & à Christo nominatus est Petrus, vt patuit primo capitulo,

C ⌊& Thomas, qui⌋ cognomento, ⌊dicitur Dydimus,⌋ id est, dubius, vt dictum est in præcedenti capitulo, ⌊& Nathanael,⌋ legis doctor, frater Philippi apostoli, ⌊q.⌋ Nathanael, ⌋ erat oriundus, ⌊à Chana⌋ villa, ⌊Galilææ⌋ vbi Chrũs conuertit aquam in vinũ. Huic Nathanaeli perhibuit Christus testimonium tale. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est, ⌊& filij Zebedæi⌋ Iohannes & Iacobus, ⌊& alij ex discipulis eius duo⌋ quorum nomina reticentur. Omnes ergo simul septem fuerunt. ⌊Dicit eis Simon Petrus⌋ qui in omnibus operosior atqꝫ feruentior comprobatur. ⌊Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum⌋ Licuit autem discipulis ad tale officium reuerti propter victus necessitatẽ, quia in se licitũ erat. Matthæus vero ad teloneum non redijt, quia huiusmodi opus raro vel nunquam exercetur sine peccato secundũ Gregorium. Hi ergo discipuli quoniam pauperes erant, & Iesus prouisor eorum recessit ab eis, ad piscandum profecti sunt, in quo patet Nathanaelis magna humilitas, quia vir tantus ad humile opus accessit. ⌊Et ascenderunt in nauim⌋ forsitan accommodatam, locatam, communem siue vacantem. Proprias enim naues & cætera omnia reliquerunt, ⌊& illa nocte nihil prendiderunt⌋ hoc est, nullum piscem cæperunt, quod licet ex naturali causa accidisse potuerit, tamẽ diuina factũ est dispensatione, & mox futura captio miraculosior appareret, atque ad Christum declarandum efficacior. ⌊Mane autem facto, stetit Iesus in littore⌋ Tota igitur nocte p̃misit discipulos infructuose laborare, & fatigari, vt postea viso Iesu & piscibus copiosissimis cõprehensis, cordialius exultarent. Matth.4 / Marci.3. / Iohan.1. / Iohan.20 / Ibidem. / Iohan.1. / Matth.26 / Marci.1. / Lucæ.5

¶Permittit nanque electos suos in nocte seculi huius .i. in tempore præsentis vitæ, quæ tribulationibus, culpis atque miserijs plena est, multipliciter tribulari, affligi, sudare, vt tandem quietem sortiti plenius iucundentur, iuxta illud in psalmo: Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Porro mane facto apparet Iesus taliter laborantibus .i. cõsummato cursu temporis huius tenebrosi, quãdo traducit eos de hoc mari magno, turbulẽto- Psal.89. / Psalm.103

que seculo ad portum securitatis æternæ seu patriam electorum, vbi sol intelligentiæ incessa D
biliter oritur, nec dies tendit ad occasum aliquando. Potest quoque per mane istud intelli-
gi finis tentationis & persecutionis cuiuscunq; in quo splendor gratiæ menti gignitur, spiri-
tualis cõsolatio datur, & omnia interiora animæ renouantur. Tunc Iesus apparet his quibus tale
Psalm. 90. mane conceditur, statq; in littore, hoc est in loco tranquillo, vbi flagellũ non appropinquat ta
bernaculo suo, videlicet extra & supra hunc mundum inquietudinibus plenũ, inuitans suos mi
nistros vt festinent venire ad ipsum, aspiciando indesinenter ad patriã. Deniq; ad literã stetit
Christus in littore maris, nõ supra aquæ fluenta, quia volebat discipulos suos paulatim ad suam
Matth. 14. cognitionem perducere, si aũt stetisset supra aquam, obstupefacti fuissent & territi arbitrãtes
Marci. 6. fantasma esse vel spiritũ, quẽadmodũ ante passionẽ, quando ambulauit sup mare. Tunc enim
prætimoris magnitudine clamauerũt. ¶ Mystice vero stetit in littore, ad insinuandum quod am-
plius cum eis nõ erat in aquis tribulationum, & fluctibus vitæ mortalis, sed ad impassibilẽ, trã-
Luc. 24 quillissimãq; vitam resuscitatus consisteret, vnde ad innuendum quod hoc modo cum illis nõ eẽt,
quibus tamen præsens loquebatur, ait apud Lucam: Hæc sunt verba quę loquutus sum vobis,
quum adhuc essem vobiscum. ⌊ non tamen cognouerũt discipuli, quia Iesus est. ⌋ In alia nanq;
Iohan. 20. effigie apparuit eis, quẽadmodũ Magdalene, vt dictũ est præcedenti capitulo, vbi & declara-
tum est, qualiter factum sit hoc. Apparuit aũt discipulis secundũ Chrysostomum in specie viri
volentis emere pisces, quod conuincitur ex eo quod subditur. ⌊ Dixit ergo Iesus: pueri. ⌋ Pue
ros vocat discipulos non ætate vel indiscretione, sed simplicitate, puritate & innocentia, p quẽ E
Psal. 68 modũ Christus ait in psalmo de seipso: Ne auertas faciẽ tuã à puero tuo. Et de ipso dixit pri-
Actorũ. 4 mitiua ecclesia: Conuenerũt aduersus sanctũ puerũ tuũ Iesum, Pontius Pilatus & Herodes. De
Esaiæ. 8 prædictis pueris suis atq; discipulis ait Christus per Esaiam: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi
dñs. ⌊ nunquid pulmentarium ⌋ .i. aliquid cibi quod decoctum apponatur ac manducetur cũ
pane vt sapidus sit, habetis? ⌋ quasi dicat, habetis aliquos pisces? Quærit, vt ex illorũ responsio
ne cõuenienter consulat atq; subinferat. ⌊ Responderũt ei, nõ. Dixit eis: Mittite in dexteram
nauigij rethe, ⌋ .i. rethe vestrũ proijcite aliquã ad dexteram partem nauiculæ ⌊ & inuenietis ⌋
quod quæritis, scilicet pisces in copia. Prædicit effectũ futurũ in se penitus contingentem, vt
quũ factũ viderẽt quod prædixit, scirẽt eũ esse Christũ. ⌊ Miserũt ergo rethe i aquam (designatã) &
iam nõ valebãt illud trahere prę multitudine piscium. ⌋ Ex quo elici potest, quod diuino nutu pisces
subito illuc adducti atq; collecti sunt, vel fortassis diuina virtute producti. Nõ enim paulo ante
ibi fuerunt, quia discipuli tota nocte circa locũ illũ erant piscati. ⌊ Dicit ergo discipulus ille quẽ
Iohan. 13. diligebat Iesus Petro: Dominus est. ⌋ Quemadmodum discipuli ante passionem vocabãt Ie
Psal. 88. sum, nunc magistrũ, nunc dominum, iuxta illud: Vos vocatis me magister & domine, ita &
post passionem. ¶ Deniq; Iesus est ille dominus, de quo ait Psalmista: Tu dominaris potestati
maris, qui in exordio mundi quinto die fecit pisces maris. Loquitur autem Iohannes speciali-
ter Petro tanq̃ familiariori ac principaliori. Iohãnes vero cognouit Iesum per miraculosam
piscium captionem, & quia vidit verbum eius tam copiose impletũ. Vel Iesus primo ostẽdit
ei speciem sui cognoscibilem. ⌊ Simon Petrus, vt audiuit quia dominus est, tunica succinxit se. F
Erat enim nudus. ⌋ Quod Petrus dicitur se tunica succinxisse, quia nudus erat, intelligi potest du
pliciter. Primo, quod super simplicem vestẽ qua erat indutus succinxit se, quia discinctus fuit. Era
enim nudus, hoc est parum vestitus, ita quod cõparatione solitæ vestitionis dicit nudus, quẽadmo
dum ei qui parum indutus est dicimus, cur vadis nudus. Secundo, quod erat simpliciter nudus sa
tem vsq; ad lineas vestes, & ergo tunica se succinxit illam induendo atq; cingendo, erat q; nu-
dus secundum cõsuetudinẽ piscatorum, vt expeditior esset ad opus. Porro succinxit se pro
pter reuerentiã Christi, vt ad eum honeste veniret, dicitq; Beda, quod venit, non ambulando su
Matth. 14. per vndas maris, vt ante Christi passionem, sed natando vel peditando, quod improbat Lyra,
Marci. 6. quia si voluisset natare non succinxisset se tunica, nec poterat peditare propter profunditatem
aquæ. Distabat nãq; à littore quasi ducentis cubitis, & potuit ibi currere nauis. Videtur autem
quod Lyra sufficienter probet quod Petrus non accessit natando, nihilominus puto cum Beda di
cendum, quod non ambulauit super aquas, sed peditauit. Primo, quia hoc videtur euãgelicę
veritati amplius concordare, sequitur enim in textu. ⌊ Et misit se in mare, ⌋ Ex hoc apparet quod
Gene. 1. aquam intrauit vsque ad magnam corporis partem. Secũdo, quia non est verisimile, quod euan
gelista tantum miraculũ tacuisset. Pro eo enim quod ait: Misit se in mare poterat dicere am-
bulauit super mare. Quod vero arguitur de aquę profunditate nõ cogit. Quàmuis enim euã
gelista appellet hanc aquam mare, nõ tamen proprie fuit mare, sed stagnum. Loquitur quippe
secundum consuetudinem sermonis Hebraici, qui quamlibet congregationẽ aquarum nota
biliter magnam nominat mare, iuxta illud Genesis. Congregationes aquarum appellauit deus
maria. Non ergo oportet asserere aquam tam profundam fuisse. Misit se ergo Petrus in ma
re ex feruore & gaudio, cupiens celerrime venire ad supercharissimum suum magistrũ ac do
minum, quem nunc totiens vidit, nec dubium, quin multa ab eo audiuit, quæ nõ sunt conscri
pta,

A pta.⌊Alij autem diſcipuli nauigia venerunt,⌋quia non adeo feruidi erant vt Petrus, nec indigebant ſe in aquam deponere.⌊Non enim longe erat à terra⌋.i.littore in quo ſtetit Ieſus, vel de prope,ideo poterant quaſi tam cito venire ad Ieſum vt Petrus,⌊trahentes rete piſcium,⌋p aquam vt moris eſt piſcatoribus,⌊vt ergo deſcenderunt in terram,⌋de aqua vel naui,⌊viderunt prunas poſitas,⌋ſcilicet ignem carbonum,⌊& piſcem ſuperpoſitum⌋prunis,qui aſſabatur vt eſſet eſui aptus,⌊& panem,⌋iuxta prunas. Viderunt ergo neceſſaria victui.Chryſoſtomus aſſerit,quod Chriſtus hæc tria creauit ibidem de nouo, videlicet piſcem,panem & prunas, alij q̃ de nouo formata ſunt ex præiacenti materia. Voluit autem Chriſtus ſuæ reſurrectionis veritatem rurſus oſtendere, per manducationem,ideo tria hæc pręparauit,ſciens etiam diſcipulos fame confectos,vtpote qui tota nocte laborauerunt.⌊Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos preodidiſtis nunc,⌋Quamuis enim Chriſtus potuit omnes ſatiare de piſce ſuperpoſito prunis,voluit tamen vt de piſcibus captis afferrent,quia dum aliunde habemus, nos debemus ad miracula perpetranda confugere,nec ſupernaturalia efflagitare præſidia,dum naturaliter habemus quod opus eſt. Hoc enim eſſet deum tentare.⌊Aſcendit Symon Petrus⌋ præ alijs ſemper promptior atq; ardentior,⌊& traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquagintatribus,⌋Magnitudinem & multitudinem piſcium exprimit Euangeliſta, ad oſtendendum excellentiam tanti miraculi,propter quod ſubditur.⌊Et quum tanti eſſent,nõ eſt ſciſſum rete,⌋quod naturaliter vix triginta piſces poterat ſuſtinere, vt putatur.

¶ Multa mirabilia in iſta apparitione peracta ſunt. Primo,quod Ieſus oſtendit ſe in alia forma, qua cognoſci non poterat.Secundo,quod tot piſces repente collecti & capti ſunt. Tertio,quod prunæ & piſces & panis de nouo formata ſunt.Quarto,quod rete tot piſcibus repletum, manſerit integrum.⌋Dicit ei Ieſus. Venite prandete.⌋Comedit autem Chriſtus cum eis de piſce

B aſſo nunc,quemadmodum ante in conclaui,quamuis Iohannes nõ exprimat.⌊Et nemo audebat interrogare eum diſcumbentium: Tu quis es,ſcientes quia dominus eſt.⌋ Quoniam ergo id nouerant,non audebant inaniter interrogare. Fruſtra enim petiſſent quod certitudinaliter agnoſcebant.⌊Et venit Ieſus,⌋non à longinquo tunc,ſed tñt ad panem pro tunc,ſicut ſubiũgitur,⌊& accepit panem & dabat eis,& piſcem ſimiliter,⌋id eſt cibos iſtos diſtribuit eis,vel ante poſuit,& forte diuiſit,quemadmodum duobus diſcipulis,qui cognouerunt eum in fractione panis.⌊Hoc(tempore)iam tertio⌋id eſt tertia vice,⌊manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis,cum reſurrexiſſet à mortuis,⌋loquendo de apparitionibus in hoc libro deſcriptis & veris exhibitis, ſępius tñ apparuit diſcipulis ſuis ante hoc temp⁹ quam ter, vt patet ex dictis. Iohannes quoque iam ſupra deſcripſit tres manifeſtationes Chriſti poſt reſurectionem præter iſtam,ſed prima illarum exhibita eſt,non ipſis diſcipulis,ſed Mariæ Magdalenæ. Luce 24

¶Explanatio ſequẽtis partis hui⁹ capituli. Cũ ergo prandiſſent.
Articulus quinquageſimus.

FActo itaq; prandio Chriſti cum ſeptem diſcipulis.⌊Dicit Symoni Petro Ieſus: Symon Iohannis.⌊Sic dicitur Petrus,quoniam pater eius vocabatur Iohannes,⌊diligis me plus his?⌋Cum Salomone teſtante,nemo ſciat an amore vel odio dignus ſit,cur Chriſtus interrogat Petrum an ſe diligat,quod eſſe non potuit ſine gratia gratum faciente,quæ facit dignum amore? Rurſus cum teſte apoſtolo,nemo ſciat quid agatur in homine,niſi ſpiritus eius,cur Chriſtus ſciſcitatus eſt Petrum an diligeret eum plus his,id eſt ardentius quam alij diſcipuli qui aderant,quaſi Petrus ſcire poſſet quantum alij afficerentur ad Chriſtum? Et reſpondendum,quod Chriſtus interrogat non quaſi ignorans aut diſcens,ſed docere intendens. Quærit ergo an Petrus diligat eum plus quam alij diſcipuli,non quod Petrus certitudinaliter ſcire potuit ſine reuelatione diuina,quod amaret Chriſtum per charitatem infuſam,quæ eſt virtus theologica, vel quod amaret eum plus quam alij,ſed vt doceret,quod aliorum prælatus debet non ſolum diligere Chriſtum,ſed etiam debet eum diligere magis feruen- Eccleſi 9

C ter,quam alij,imo in omni perfectione & gratia debet abundare atque excellere, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi ſubditi ſui,poſſitque inſtar angelici hierarchæ gregem ſibi commiſſum & vnumquemque ſubditorum ſuorum ſecundum ſuam capacitatem, proportionem, & indigentiam purgare,illuminare, perficere, vnde quamuis ſecundum iura ſufficiat eligere ſufficientem,bonum ſiue idoneum,nec oporteat eligere meliorem vel ſufficientiorem in foro contentioſo ſecundum Thomam,aliter electio poſſet pene ſemper caſſari & irrita fieri, ꝓpter q̃d in foro contentioſo,iudicioque humano ſufficit eligere perſonam idoneam,tamen in foro conſcientiæ tenetur eligens meliorem eligere,eum videlicet,qui omnibus ponderandis penſatis melior æſtimatur pro honore dei & vtilitate eccleſiæ. ⌊Dicit ei (Petrus) Etiam domine, tu ſcis, quia amo te.⌋ Paulo ante dixerat Petrus incaute ſe præferens alijs. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint,ego nunquã ſcandalizabor, nunc autem propriam fragilitatem expertus,ampliorīq; diſcretione & gr̃a decoratus,nõ audet reſpõdere,q̃ pl⁹ amet Ieſum q̃ cõdiſcipuli,ſed hoc q̃d ſibi 1 Petr 4 Mat. 26 Marci 14.

constabat asseruit dicens: Tu scis quia amo te, quasi dicat, Tu melius scis interiora mea quam
egoipse, idcirco tuo iudicio sto, quod autem ignoro, non dico neque determino, per quod do D
cemur non præferre nos alijs, nec de illorum interioribus temere iudicare, sed in dubijs, suspē
sum dare responsum. Dulcis certe & moderata sancti Petri responsio. ⌊ Dicit ei Iesus: Pasce
agnos meos. ⌋ tanquā dicat saluator, In hoc apparebit q̄ diligas me, si digne paueris seruulos
meos, homines pios, & innocentes. Vel sic, Pasce agnos meos, quia me diligis, aptus es pascere
gregem populi mei, nec aliqd maius requiro mihi dari à te ex dilectione tua ad me, nisi vt spūa
liter foueas plebem credētem. Zelus enī animaꝶ est sacrificiū deo gratissimū. ¶ Debet autem
prælatus pascere subditos suos verbo instructionis, exēplo sanctę cōuersationis, temporaliꝶq̄
subsidio dum ratio exigit. Porro de hac materia .s. quo modo prælatus pascere debet grege
Christi sanguine liberatū, dicta sunt multa capitulo decimo. Possumus aūt per agnos intellige
Iohan.10 re non solum innocentes, pios & puros, sed quoscūq; quos deus prædestinauit ad gratiā talē,
qui finaliter agni erunt & pascua vitæ possidebunt æternæ. ⌊ Dicit ei iterum: Symon Iohānis di
ligis me? ⌋ ¶ Quæritur, an Petrus certitudinaliter sciuit se diligere Christū. Dicendum, q̄ apo
Acto. 2 stoli plus post receptionē illam plenariam spūs sancti factam in die pentecostes sciuerūt se pri
Roma 8 mitias spūs esse sortitos atq; in bono cōfirmatos, ideo certitudinaliter sciebat se Chr̄m amare,
Roma, 8 ideo Paulꝰ certissime loq̄. Quis nos separabit à charitate dei. An vero post receptionē spūs
Iohan.20 sancti p̄ insufflationē Chr̄i, q̄ hac interrogationē p̄cessit, apl̄i certitudinaliter sciuerit se eē in cha
ritate & gr̄a indesinenter, quousq; spm̄ sanctū plenius acceperūt, nō est adeo certū. Si aūt Pe
trus hac vice sciuit certitudinaliter se Christum diligere, dilectione meritoria & infusa, hoc fuit
reuelationem. Veruntamē palā ē, q̄ Petrus certissime nouit, & vehementer experiebatur seu
sensit q̄ amauit Christū, saltē amore naturali & acquisito. Sensit enī se æstuare in Chr̄i affectu
atq; memoria, præsertim in eius aspectu. ⌊ Ait illi: Etiam domine, tu scis, q̄a amo te. Dicit ei (Ie
sus) Pasce agnos meos. ⌋ Ista iam semel dicta sunt atq; exposita. ⌊ Dicit ei tertio: Simon Iohā E
nis amas me? ⌋ Ter Chr̄us interrogat, & examinat Petrū de sua dilexione, quia prælatus di
ligere debet deum cordiali affectu, affectuosis sermonibus, charitatiuis operibus, & iterū, vt Pe
Mat.26 trus trina diuini amoris cōfessione, recōpēsam faciat pro trina Christi timorosa negatiōe. Vel
Marci 14. ad insinuandum quod promouendi ad prælationem, sæpe ac diligenter discutiendi, seu consi
Lucæ.22, derandi sunt an sint vere idonei, itemq; in charitate præcipui. ⌊ Contristatus est Petrus, q̄a di
Iohan.18 cit ei tertio, amas me. ⌋ Videbatur enī quasi Chr̄s responsionē suā nō approbaret, nec crede
Iohan,13 ret verbis ipsius, & forte timuit q̄ ideo Christus toties verba sua replicauit, quia vellet ei aliqd
Mat.26. prænunciare in quo ostenderetur nō diligere Christum, sicut cum fiducialiter dixit. Animam
Marci.14 meam pro te ponam, audiuit; Non cantabit gallus, donec ter me negēs. ⌊ Et dicit ei: Domine
Lucæ.22 tu omnia, ⌋ cordis archana, & quicqd fuit, est vel erit, ⌊ scis ⌋ non solum per naturam diuinā
Iohan 13 sed insuper secundum naturam assumptam, per scientiam cōcreatam seu inditam, ⌊ tu scis q̄a
amo te. ⌋ ideo non oportet te amplius interrogare, & me famulū tuū affligere. ⌊ Dicit ei: Pas
ce oues meas. ⌋ Superius dixit bis, pasce agnos meos, nūc ait: Pasce oues meas. Vnde p agnos
Hebræ.5. intelligendi sunt incipientes & proficientes, qui solidum cibum capere nequeunt, quibus loq
1.Corin 3 tur Paulus ad Chorinthios: Tanquam paruulis in Christo lac vobis, potum dedi, non escā. Iā
autem per oues designantur perfecti, qui pro consuetudine exercitatos habēt sensus, & quasi
aliorum extant parentes. ¶ Præterea Christus commisit Petro ter gregem suum, ad insinuan
dum quod prælatus pascere debet sibi commissos prece mentali, instructiōe vocali, operatio
ne vitali, tripliciq; cibo vt dictum est. Vel ideo, vt paulatim agnoscāt, quantam habeat Chr̄s
diligentiam, dilectionem & curam pro suis fidelibus, quam solicite velit eos custodiri, quam di
stricte requirerà pastoribus rationem de eis. Et quia prælati debent esse parati ad moriendum
Eccles 4 pro fide, pro iustitia, pro Christo, pro grege commisso, ideo consequenter Christus prædicit
Petro de qualitate sui martyrij. ⌊ Amen amen dico tibi, cum esses iunior, ⌋ annis quam nunc
quando etiam moribus iunior eras quàm modo, ⌊ cingebas te ⌋ cingulo materiali ad lumbos,
cingebas te quoq; cingulo continentiæ quantum ad appetitum concupiscibilem, & ab illicitis
te restringebas, vnde in actibꝰ apostolorum Petrus testatur; Nūquam comedi commune qd F
Acto. 8. aut immundū, ⌊ & ambulabas vbi volebas ⌋ pergendo de loco ad locum ad libitum tuū, tan
quam non ligatus ab aliquo, itemq; prædicta faciendo, propria libertate sine violentia & com
pulsione. ⌊ Cum autem senueris ⌋ ætate & gratia, scilicet morte tua instante quando dicturus
2.Petr 2 es. Velox est depositio tabernaculi mei, ⌊ extendens manus tuas, ⌋ ad brachia crucis cui appē
deris, quod vtiq; Petrus promptissime fecit secundum rationem & appetitum superiorē, ⌊ &
alius te cinget ⌋ hoc est apparitor imperatoris Neronis manus tuas cruci alligabit, non enī cla
uis affixis, sed funibus alligatus fuit patibulo crucis. Ligauit etiam Petrum in vrbe Roma an
tequam educeretur ad mortem, ⌊ & ducet te quo non vis, ⌋ hoc est ad locum passionis & ad
amaritudinem mortis quam secundum naturalem, ac sensitiuum appetitum abhorrebis atq; re
Phili 1, fugies, quamuis secundum appetitum intellectiuum eam libētissime patieris cupiēs dissolui &
esse

A esse mecum in regno. Veruntamē appetitus iste inferior refugiēs mortem fuit in Petro fina
liter subditus rationis iudicio atq; imperio, ita quod non timuit immoderate eos qui corpus Matt. 10
occiderunt. Sancti etenim & pfecti viri appetunt, & non appetunt mortem siue martyrium
quemadmodum æger vult & non vult potum amarum, Æger nanq; secūdum sensitiuum in
tellectum refugit potionem amaram, præsertim si cōsideretur potio amara secundum se, in
quantum est afflictiua. Porro secundum rationem & volūtatē intellectiuam vult eā maxime
prout est valetudinis inductiua, sic virtuosi appetunt mortem siue martyrium secūdū ratio
nem inquantum est ianua quædam ad vitam beatam, secūdum appetitum vero sensitiuū re-
fugiunt eam, prout est vltimum, maximumq; terribilium secundum philosophum. Vnde hoc Matt. 26.
modo & Christus refugiens mortem, Pater (inquit) transeat à me calix iste, sed in Christo ra-
tio præuenit & imperauit hunc mortis timorem, in cæteris autem motus huiusmodi præueni-
unt rationem, quia & primi motus nō sunt in potestate nostra, propter quod Paulus decollā-
dus fecit sibi oculos circumligari ne ensem cernens venientem, pateretur subitum motum na
turalis timoris. Deinde sequuntur verba Euangelistæ exponentis verba Christi prehabita.
⌊Hoc autem⌋ id est, præinductum sermonem parabolicum de Petri martyrio, ⌊dixit Iesus,
significans qua morte esset clarificaturus deum.⌋ i. per verba illa Chrs insinuauit quali marty
rio petro honoraret deum moriendo pro fide & æquitate ipsius. Quemadmodum enim iu-
sti clarificant deum recte conuersando, quia in sua conuersatione testantur & pandunt quod
deus sit sanctus, sublimis & iustus, sic pro iustitia moriendo ipsum clarificant, quia testātur de
um tantæ esse veritatis, æquitatis, dignitatis amabilitatis, vt potius sit moriendum quam ab Ephe. 1.
illo aliqualiter recedendum, Propter quod ad Ephesios primo apostolus loquitur: In omni fi
ducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue p mortem. Mihi enim vi
B uere Christus est & mori lucrum. ⌊Et cum hoc dixisset,⌋ hoc est, post quam Iesus prædixit
Petro qua morte clarificaret deum, ⌊dicit ei: Sequere me,⌋ Postquam enim Iesus præmemo
rata disseruit, surrexit de loco conuiuij, cœpitq; abire, & dixit petro hortās eum ad corpora
lem sui imitationem propter mysticam significationem. Iam enī verbis reserauit Petro q̄d
crucifigendus esset, volens ergo idipsum facto præsignare loquutus est ei, sequere me, tanq̄ di
cat per hanc materialem sequelam ad quam te moneo hoc designo quod spiritualiter imitatu
rus es me sustinendo mortem crucis propter iustitiam sicut & ego. Iam nempe sæpe prædixi
quod sicut prophetæ interdum prophetauerūt verbis, aliquando factis, partiformiter Chri-
stus nunc verbis nunc factis aliqua prænunciauit, Ideo quoq; ait sequere me, quatenus Petrus
exemplo Christi confortaretur ad sustinendum crucis suppliciū. ⌊Conuersus Petrus⌋ Chri-
sto enim dicēte sequere me, orsus est Petrus ambulare corporali gressu post eum, quod cum
faceret, sensit alium quendam venire post se, propterea retro aspiciens vidit quis esset, sic er-
go conuersus, ⌊vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem,⌋ motu progressiuo,
quia vt innuit Augustinus, nec Petrus, neque Iohannes cognouit propter quid dixerat Iesus,
sequere me, ⌊qui & recubuit in cœna super pectus eius & dixit: Domine quis est qui tradet te.⌋
Per hanc circumloquutionem significat beatissimus Euangelista seipsum, nō enim ad supfi
us iactantiam totiens commemorat se specialiter dilectum à Iesu, sed vt tanto beneficio gra-
tus consistat, & quia dulcissimum sibi fuit recolere quam affectuose ac familiariter se habuit Ie
sus ad eum. Inferioribus quippe magnum est à superiori specialiter diligi. ⌊Hunc ego cum
vidisset Petrus dicit ad Iesum: Domine hic autem quid,⌋ aget vel patietur pro te, quid ei con-
tinuit, qua morte clarificaturus est deum. Solicitus fuit Petrus pro condiscipulo familiari ac
prædilecto, nec dubium quin in bonis gratiæ sibi collatis & conferendis desiderauit eum ha-
bere consortem, videlicet in cura pastorali atque martyrio. ⌊Dicit ei Iesus: Sic eum volo ma-
nere,⌋ hoc est, in carne mortali volo Iohannem perseuerare sine martyrio, vtpote in pace,
⌊donec veniam,⌋ ad eum in hora mortis eius, vocaturus & educturus eum de præsentis pere
grinationis exilio ad æternæ beatitudinis regnum. ⌊Quid ad te,⌋ interrogare de tali secre-
C to futuro. Quamuis enim vt in Ecclesiastico legitur: Vnicuique mandauit deus de proximo Ecclesi. 17
suo, & iuxta Pauli doctrinam debemus singuli quærere nō quæ nostra sunt, sed quæ aliorum, 1. Cor. 10
non tamen debemus anxiari, curiose scrutari vel sciscitari quid de⁹ ordinauit de proximis no
stris, quantum ad genus mortis eorum, & quo ad occulta futura. Vnde apostolis de tali nego
cio quærentibus Christus respondit: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pa- Acto. 1
ter posuit, in sua potestate. Quidam præterea hæc verba Christi sic intellexerunt quod insi-
nuauerit Iohannem non moriturum ante diem finalis iudicij quādo venturus est Christus i
maiestate & gloria, vnde quidam dixerunt eum translatum in paradisum terrestrem cum He Matt. 25
lia & Enoch, cū quibus aliq dicūt eū rediturū & pdicaturū cōtra Antichristū atq; ab illo occidēdū
quatenus sicut viuus trāslat⁹ est in paradisum ante legē videlicet Enoch, q fuit añ diluuiū, & al
ter sub lege puta Helias, sic vnus sub grā trāslat⁹ credat, ac p hoc tres vtpote de q̄libet tpe vn⁹

 venturi

venturi sint contra Antichristum, quibus repugnare videtur, quod in Apocalypsi multa di-
cuntur de his qui prædicaturi sunt contra Antichristum, q non asseruntur nisi duo, de quibus D
Apocal 1 in Apocalypsi dominus loquitur: Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille
ducentis sexaginta, & cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso, occidet
eos. Alij vero dixerunt Iohannem dormientem iacere in monumento eius apud Ephesum,
qa & in loco sepulchri scaturitio quædam percipitur & ebullitio terræ, quod dicunt causari ex
Psal.88, eius anhelitu. Dicunt quoq; q in fine mundi morietur pro Christo, qa vt ait Psalmista: Quis
Hebre.9 est homo qui viuet & non videbit mortem. Itemq; Apostolus ad Hebræos: statutum est ho-
minibus semel mori, post hoc autem iudicium. Has opiniones non approbat Augustinus, nõ
enim videt q Christus prædilectum discipulum tam diu retardauit a gloria, maxime quod ia
ceat in sepulchro vt dormiens, communiter ergo tenet, quod mortuus sit, & asserunt quidam
quod in anima & corpore sit glorificatus in cœlo, hoc tamen incertum est. ⌊Exiuit ergo ser
mo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur.⌋ Ista sunt verba Euangelistæ narran-
tis qualiter discipuli tunc præsentes intellexerunt verba Christi, putabant enim quod Iesus si-
gnificaret Iohannem non esse moriturum, & quia errauerunt in hoc, idcirco excludit Iohan
nes hunc sensum. ⌊Et non dixit Iesus, quia non moritur.⌋ id est, per verba sua non significa-
uit q Iohannes moriturus non esset, ⌊sed (dixit) sic eum volo manere, donec veniam,⌋ secun
dum sensum prætactum ⌊quid ad te.⌋ Hæc enim fuerunt verba Christi quæ modo exposita
sunt. Legit aũt in vita beati Iohannis Euangelistæ, q imminente obitu eius, venit ad eum domi
nus Iesus cum Apostolis inuitans eum ad felicissimam epulationem electorum in patria, ideo
Christus dixit: Sic eum volo manere donec veniam. ⌊Hic⌋ de quo Christus ista disseruit, ⌊ẽ
discipulus ille qui testimonium perhibet⌋ de his quæ in isto capitulo seu in toto volumine isto
contenta sunt. Perhibuit autem Iohannes testimonium de his quæ ad Euangelicam pertinẽt
legem, prædicando, docendo, miracula faciendo, irreprehensibiliter conuersando. Alios quo- E
que magnos suos discipulos ad prædicandum mittendo, videlicet sanctum Ignatium, beatũ
Polycarpum &c. Vnde in Apocalypsi asserit de seipso: Qui testimonium perhibuit ver-
Apoca, 1, bo dei & testimonium Iesu Christi quæcunque vidit, ⌊& scripsit hæc⌋ post reditum ab insu
la Pathmos. ⌊Et scimus quia verum est testimonium eius.⌋ Loquitur sanctus Iohannes de
seipso in tertia persona quasi de alio, & quod ait scimus & cætera, loquitur in persona sui omni
umq; perfectorum fidelium. ¶ Deniq; Iohannes scripsit quæ audiuit, & vidit propriis sensi-
bus immediate a Christo, saltem pro maxima parte, cætera audiuit a fidedignis, imo omnia
1, Iohan, 1 scripsit inspirante ac dirigente spiritu sancto, propter quod ait circa exordium primæ suæ epi
stolæ: Quod audiuimus & vidimus, annuntiamus vobis, ideo testimonium eius certum ido-
neumq; consistit, quoniam visa & audita certissime recitantur. ⌊Sunt autem,⌋ hoc est, fuerũt
⌊& alia multa quæ fecit Iesus,⌋ id est, signa & opera omni memoria ac descriptione dignissi
ma, quæ Iesus a principio incarnationis & natiuitatis fecit per se & per suos vsque ad ea quæ
hic dicuntur, vel vsq; ad missionem paracleti, ⌊quæ si scribantur per singula,⌋ hoc est, singu-
latim particulariter & seorsum ⌊nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt li
bros.⌋ si omnia illa taliter describerentur per singula, hoc est, omnium hominum in mũdo hoc
inferiori viuentium capacitatem transcenderent, si autem intelligatur de mundo & captione
quantum ad spacium loci, videlicet quod mundus continere non posset tot libros, tunc accipi
enda sunt verba ista per hyperbolen seu excessum. Interdum enim homo aliqua dicit per ex-
cessum ad designandum magnitudinem rei quę recitatur, vt dum in libro Iudicum scribitur,
Iudic, 20, quod filij Beniamin sic & certum iactabant funda lapidem quod capillum tan-
gere potuerunt. Itemq; in Genesi Pharao ad Ioseph: Absque tui iussi-
Gene, 41, quis oris imperio nemo mouebit manum aut pedem in
tota terra Aegypti. Talia autem sine menda
cio asseruntur, quoniam narrans
agnoscit quousque
credatur F
nec intendit decipere, sed veritatem ipsam euidentius referare, quod
fieri nequit, nisi per sermonem figuralem & hyperbo
licum. ¶ Porro quoniam Christus erat deus
& homo, virtus omnipotens, &
sapientia increata ope
1 Corin, 1 rans per
humanitatem assumptam, sicut per instrumentum coniun
ctum, animatum ac proprium, elucescit, quod
documenta & opera eius excellen
tissima erant.
Finis.



B B.

¶ERRATA.

¶Folio.1.b.facie.2.linea.1.qũo virgo.Ibi.22.merces tua.Ibi.40.ac alios.Ibi.52.semẽ fratrum Ibi.58.asserit tres.3.b.35.q̃d dicat.5.b.2.deposuerat eã.7.a.11.supra⌋ domũ ⌊vbi⌋.i.in qua domo,vł supra caput.Ibi.21.amplius reuereret.Ibi.46.famę suauitas.9.a.11. est eñ de q̃ dictũ.1.pnũtiatũ.Ib.40.eratq;.10.a.47.euellat.Ibi.b.3.quæ nõ.Ibi,46.itelligit.11.a.4.ei.⌊&,ibi.21.ardẽti igni.Ibi.22.saperet.Ibi.b.9.aptio eẽ.Ibi.18.itonuit.Ibi.44.simplicitas fuit.Tertio ad denotãdũ 12.a.43.vñ.14.a.20.habitauit.15.a.45.dictũ ẽ ibi.b.1.& emiuẽtis.16.a.24.multitudine.Ibi.b.12 vnicuiq; q̃q;.Ibi.25.aliqs magis.17.a.43.ppter cãm.17.b.4.varia.Ibid.50.cibo saporẽ.18.a.1.atq; subesse.Propterea.Ibi.9.cœlesti hierarchæ.Ibi.25.ecclesiæ p̃lati.Ib,b.44.inobediẽter.19.b 16.moralis q̃.20.a.11.Si eñ Ib.13.tñ nõ.Ibi.19.p̃urniat.Ibi.53.titillari.21.a.12.neq; p.Ibi.19.Hæc dicit.Ibi.b.58.eius amore.22.a.35.crudelitatẽ.Ibi.b.6.pctm̃ eorũ nõ deleat.Ibi.8.dicunt.Ibid.15.exultaui.Ibi.14.excludẽs.Ib.45.vnũ hoiem.23.a.2.perfect⁹est.Ibd.b.27.nos colligere.24.i.7.labia mouebant.Ibi.47.extra.oĩa.Ibi.b.38.cũcti itineris.5.a.57.diuisiuim & cõiunctim.Diuisim.Ibi.47.vt sunt.26.a.30.ornatũ.Ib.b.53.purpura regũ.28.a.14.in inlqtatc.Ibi.34.& icũbat Ibi.48.suæ stultitiæ.29.b.b.27.affectũ peccãdi.Ibi.34.de ip̃is.Ibi.48.tẽtãdo ĩpugnauerũt.Ib.59.viro,imo & sapiẽ.30.a.41.Si credidit.Ibi.58.operat⁹est.Ibi.b.35.Et post.31.a.57.cõersione.Ibi.b.6.perq̃.Ibi.42.cõuersionẽ.32.b.46.trãsfretauit.33,b.44.vel existẽtes.35.b.20.legit defunctus qdã suscitatus.Ib.29.p̃mittit.37.b.45.missum.Ib.57.regnũ cœlorũ.38.a.5.eorũ ⌊dęmones eijcite⌋.41.b.52.si ali⁹.42.a.1.nõ tenet.Ib.Iohãnes ei.Ib.b.26.ipsi meliores.48.6.38.alter cõiugiũ.55.a.1.iexpẽderetis.Ib.49.sat⁹.56.b.5.fontali pĩcipio.Ibi.54.& cęteri.59.a.11.g q̃tũ.Ibi.41 quo ad se totã.61.a.37.eminẽtiã.Ib.b.3.Quare.Ibi.22.eñ de.Ib.35.hic aũt.Ibi.44.ab oĩni.Ib.51 adducti.63.a.58.veniat.Ib.b.38.abscindẽdo.Ib.46.abscidit.64.b.13.in se est.Ib.35.solueritis⌋.i.dimiseritis.65.a.20.efficeris,Ibi.29.sunt nisi de.Ibi.b.56.displicet.68.a.19.in aĩa.Ibi.45.viatorũ.&.69.a.45.remuneratiõis.Ibi.56.duri⁹.Ibi.b.5.tẽtationũ.70.a.38.magnis p̃latis.Ibi.b.6.ambitiosorũ.Ibi.7.p̃poni.Ibi.13.& sua.Ibi.19.cupiat.71.a.37.super caput.Ibi.43.Trãseam⁹.Ib.b.22 ita q̃.Ibi.44.asinã suã.Ibi.52.offendat.Ibi.53.ne calcet in spinã,ne cadat.72.a.1.sumptũ ẽ ex psalmo.117.q de Chr̃i aduẽtu cõscript⁹est,vbi sic legit.Ibi.40.per supernaturalia.Ibi.46.vt quãto Ib.57.legistis ergo.Ibi.58.ac ĩnocẽtes.Ibi.60.Erãt tñ.73.b.22.munitiõe.Ib.30.ĩdicaui.74.a.46 nõ festinet.Ibi.b.21.nõ dignant.75.a.45.nõ iudicauit.Ibi.b.2.Cũ fureres.Ibi.affectũ.76.a.49.Nõ eñ.Ib.50.deciperẽt.77.a.6.sibi possibili.Ib.b.26.cõtinent.Ib.39.collegis.78.a.17.& sic.Ib.b.6.vocare.80.a.3.in oẽm.Ibi.21.Iterfectũ.Ibi..55.excepto tempore.85.a.31.ista agendi.Ibi.39.aditus.Ib.b.32abscõdatis.86.b.2.ad accusationem.87.a.17.q̃ fine.99.a.50.içipit.100.b.15.& cõfundent.Ibi.27.spũs sc̃tũs.Ibi.38.offendat.274.b.24.secundũ se.275.b.53.Declarato.276.a.56.oĩa cognoscente.Ibi.b.14.habet rõnem Idææ,& nũcupatur idęa rei creatæ,q̃ per eã cognoscitur & causatur.Sũt igitur multæ & distinctæ idææ,nõ q̃.Ibid.19.(vt vtiq; est)pulchritudine.277.a.17.per fidem.Ib.61.claritatis æternæ.278.a.47.q̃dã p̃fessio.Ib.b.60.recipientibus.279.a.51.dignissime.Ibi.54.subsistentiã.Ibi.b.7.counivit.Ibi.48.mutatũ est,& q̃ in Chr̃o nõ fuit aĩa rõnalis.280.a.1.erãt.Ibi.9.exinanitiõis.281.a.36.pure gratis.Ibi.55.fit accidens.282.b.22.legationem Ibi.50.Multa.284.a.15.Primo simpl'r.Sic.Ib.26.decliuior.287.b.28.sed obuiat.Ibi.40.patrata ac dicta.Ib.55.pudicissima ac prudentissima.188.a.13.& verecũdia.Ibi.28.a dilecto austeritatis,vel repulsæ.Ibi.45.sublimata secundũ Bedã in trino.305.a.55.curauit eadem.Ibi.59.effect⁹.Ibi.b.39.maior:his.306.a.2.insolubilis.Ibi.b.19.secundũ.Ibi.44.habebat.307.a.5.magnus cõsilio.Ib.49.Itaq; ⌊q verbũ meũ audit⌋.1.sermõib⁹ meis cõsentit,⌊& credit ei q misit me⌋.i.p̃ticęlesti recipiẽdo testimoniũ.308.a.22.fontalem.Ib.26.terribilis.Ib.35.se oĩa.Ib.39.Nõ possum.Ibi.48.voluntate.309.a.29.quã de.Ibi.45.q verba.325.a.29.pater sit principiũ filij.Ibi.58.erexeritis.Ibi.61.cõfitebantur Iesum.Eodem b.11.ad intra.Ibi.20.p̃cessio entis.Ibi.26.ad extra.Ibi.46.sed etiã.Ib.51.credideritis,sperauerititis.329.a.7.per spiritalem.Ib.b.4.Est g.330.a.16.mysteria.535.a 30.cõdescendendo.Ibi.15.fit medicus.Ibi.43.ouiumq;.Ibi.45,iudicũ & regũ.Ibid.b.59.oĩa animata hæc inferiora.340.b.3.asscribi valeret.344.a.3.sunt vitia.Ibi.b.4.agnoscetur ac honorabitur.345.b.28.pro æterna.359.b.41.a loco conuiuij.360.a.3.sic Christus.Ibi.b.60.dilexi vos.363.b.47.corporaliter sequusus.364.a.16.fieri conspexissent.Ibi.33.vera discretione,365.b.58.obscure sicut hucusq;.370.b.13.perfectissima mentis dispositione.